This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07438828 5

RLA
MNEMOSYNE

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS, ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUINTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
HARRASSOWITZ.
1877.



NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

INDEX.

PLATONICA. Pag.

Ad Cratylum. C. G. COBET . . . . . 1—20.

Sophron . . . . . 20.

Ad Euripidem. H. VAN HERWERDEN . . . . . 21—46.

Anecdota Bekkeri . . . . . 46.

Coniecturae Velleianae. J. J. CORNELISSEN . . . . . 47—55.

Plato . . . . . 55.

Ad Dionis Chrysostomi orationes. C. G. COBET . . . . . 56—102.

Anecdota Bekkeri . . . . . 102.

Ad Libanium. C. G. COBET . . . . . 103—112.

Davidis Ruhnkenii Epistola . . . . . 113—128.

A et πρῶτος confusa . . . . . 128.

Litterae pro notis numerorum errores in libris pepererunt 128.

Ad Libanium (*Continuantur ex* pag. 112). C. G. COBET . . . 130—158.

Galenus . . . . . 158.

Ad Choricii orationem nunc primum editam. C. G. COBET . 159—164.

Adversaria Critica. J. C. G. BOOT . . . . . 165—174.

Anecdota Bekkeri . . . . . 174.

Ad Seneca Tragoedias. J. J. CORNELISSEN . . . . . 175—187.

Varia. H. VAN HERWERDEN . . . . . 188—198.

Nomen Vesuvii . . . . . 198.

Anecdota Bekkeri . . . . . 198.

Adnotationes Criticae ad Longi Pastoralia. S. A. NABER . . 199—220.

De nonnullis locis apud Suidam. C. G. COBET . . . . . 221—224.

De nonnullis Fragmentis Tragicorum. C. G. COBET . . . . 225—248.

Euripides. C. G. COBET . . . . . 249—273.

Tragici minores. C. G. Cobet . . . . . 273—
Ad Demetrium. C. G. Cobet . . . . .
Ad Statii Silvas. J. J. Cornelissen . . . . . 277—
Vitiosa Graeculorum συνήθεια. C. G. Cobet . . . . .
Anecdota Bekkeri. C. G. Cobet . . . . .
Spicilegium emendationum in Mureniana. C. M. Francken . 295—
Anecdota Bekkeri. C. G. Cobet . . . . .
Ad Anthologiae Palatinae partem priorem (Capp. V, VI, VII) coniectanea H. J. Polak . . . . . 321—
Otium Harlemense. T. J. Halbertsma . . . . . 329—
Ad Caesarem et Salustium . . . . .
Ad Catullum . . . . .
Ad Vergilium . . . . .
Anecdota Bekkeri C. G. Cobet . . . . .
Observationes Criticae et Palaeographicae ad Iamblichi vitam Pythagorae. C. G. Cobet . . . . . 338—
Adnotationes ad Isaei orationes. S. A. Naber . . . . . 385—
Pliniana. J. J. Cornelissen . . . . . 420—
Anecdota Bekkeri. C. G. Cobet . . . . .
Ad Anthologiae Palatinae partem priorem (Cap. V, VI, VII) coniectanea (*continuantur ex* pag. 328). H. J. Polak . . . 430—
Anecdota Bekkeri. C. G. Cobet . . . . .
Index . . . . . 439—
Graecus . . . . . 439—
Latinus . . . . .
Scriptorum quorum loci tractantur . . . . . 447—

PLATONICA.

CHARMIDES.

Pag. 153 *a.* scribendum videtur: *οἷον δὲ διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἄσμενος ἅμα ἐπὶ τὰς ξυνήθεις διατριβάς*, pro *ἀσμένως*. Est enim *ἄσμενος* in tali re apud antiquiores longe usitatius et solent *ἄσμενος*, *ἀσμένῳ*, *ἀσμένως* inter se permutari vid. Wyttenb. *Epist. Crit.* pag. 27. Locus Iamblichi de v. P. § 19. quem affert: *κἀκεῖ τοῖς Μάγοις ἀσμένοις συνδιατρίψας* emendatior in Codice Florentino legitur: *ἀσμένοις ἄσμενος συνδιατρίψας*. Omnino frequens est in Codd. error ut adiectiva in adverbia convertantur. *Ἄκριτος ἀποθανεῖν* et *ἀκρίτους ἀποκτεῖναι* solet fere in *ἀκρίτως* ant *ἀκριτί* abire. In Aristophanis *Pace* 159.

ἴει σαυτὸν θαρρῶν ἀπὸ γῆς
κἄτα δρομαίαν πτέρυγ' ἐκτείνων
ὀρθὸς χώρει Διὸς εἰς αὐλάς.

optime Meinekius *ὀρθός* reposuit. Eadem opera emendare poteris vs. 83.

μή μοι σοβαρὸς χώρει λίαν.

imo vero *σοβαρός*, ut in *Nub.* 406.

ῥήξας αὐτὰς ἔξω φέρεται σοβαρὸς διὰ τὴν πυκνότητα,

et in *Pluto* 872.

ὡς σοβαρὸς ὦ Δάματερ εἰσελήλυθεν
ὁ συκοφάντης.

Descrimen est perspicuum. In fragmento incerti Comici apud Hesychium legitur:

θολερῶς προβαίνει.

veram scripturam servavit Photius

θολερOC προβαίνεις.

ut apud Horatium:

quum flueret lutulentus *erat quod tollere velles*.

Pag. 155. *a.* ἀλλὰ τί οὐκ ἐπέδειξάς μοι τὸν νεανίαν καλέσας δεῦρο; οὐδὲ γὰρ ἂν που εἰ ἐτύγχανε νεώτερος ὢν αἰσχρὸν ἂν ἦν αὐτῷ διαλέγεσθαι ἡμῖν ἐναντίον γε σοῦ ἐπιτρόπου – ὄντος. Alunt haec vitium. Nempe εἰ ἐτύγχανε νεώτερος ὢν οὐκ ἂν ἦν αἰσχρόν manifesto declarant ὅτι οὐκ ἦν νεώτερος. Removebis omnem molestiam emendando: εἰ ἐτύγχανεN ˇϵTI νεώτερος ὤν quam nunc est.

Pag. 155. *b.* ἕκαστος γὰρ ἡμῶν — τὸν πλησίον ὥθει. Non est Attica forma ὥθει sed ἐώθει. Summa constantia veteres ἐώθουν ἐωθούμην dicebant et ἔωσα διεωσάμην παρεῶσθαι ἐξεώσθην et sim. Graeculorum συνήθεια introduxit formas sine augmento, ut et ὠνησάμην dicebant pro ἐπριάμην. Haec igitur labes scripta veterum infecit. Multa lectu dignissima de his formis annotavit G. Dindorfius ad ST. THES. v. Ὠθέω, qui et Platoni suum ἐώθει reddere occupavit. Notavit idem recentioris linguae vitia ἐξεῶσαι et ἐξεώσω (ut ex κατέαξα et κατεάγην formarunt inepti κατεάσσω et κατεαγῆναι), et mirabilem Epiphanii errorem, qui ex aoristo ἐξέωσα procudit verbum ἐξεοῦν ineptissime. Multa de genere hoc alibi attulimus, ut χύνω ex κέχυκα κέχυμαι, πλάζω ex πέπλασμαι, ἀμφιέζω ex ἀμφιέσαι, ἠμφιεσμένος. Appianus pro ἐάλω et ἐαλωκέναι non dubitavit ἡλώθην et ἡλῶσθαι dicere. Graviora etiam peccant poëtastri, Nicander ante omnes, de quo alias diligenter agam.

Pag. 155. *c.* καί μου ἡ πρόσθεν θρασύτης ἐξεκέκοπτο. Comparandus est locus Aristoxeni apud Iamblichum de v. p. 234. ἀλαζόνας ἀποκαλοῦντες αὐτοὺς καὶ λέγοντες ὅτι ἐκκοπείη ἂν αὐτῶν ἡ σεμνότης αὕτη — εἴ τις περισήσειεν αὐτοὺς εἰς φόβον (sic Cod. Florent. pro φορὰν) ἀξιόχρεων, ubi ΚΑΤΑσήσειεν εἰς φόβον rescribendum.

Quod ex uno Codice ἐξεκόπτετο pro ἐξεκέκοπτο affertur vitium est ex tralaticiis. vid. *Var. Lectt.* pag. 253 sq.

Pag. 155. *d.* ἐφλεγόμην καὶ οὐκέτ' ἐν ἐμαυτοῦ ἦν καὶ ἐνόμισα σοφώτατον εἶναι τὸν Κυδίαν τὰ ἐρωτικά, ὃς εἶπεν ἐπὶ καλοῦ λέγων παιδὸς ἄλλῳ ὑποτιθέμενος·

εὐλαβεῖσθαι μὴ κατέναντα λέοντος
νεβρὸν ἐλθόντα ἀθανατώσῃ θεια
μοιρα αἱρεῖσθαι κρεῶν.

Propter manifestum mendum Bodleiani Codicis ἐπ' ἐμαυτοῦ pro ἐν ἐμαυτοῦ unice vera et certa lectio vexatur. *Non sum apud me, non sum compos mei* apud omnes veteres et veterum imitatores passim dicitur οὐκ εἰμι 'ΕΝ ἐμαυτοῦ, neque quod certum est incertum reddere potest liber Ms. caeteris emendatior sed tamen turpissimis scatens erroribus.

Continuo apparet huius rei exemplum in verbis pessime depravatis:

νεβρὸν ἐλθόντα ἀθανατώσῃ θεια
μοιρα αἱρεῖσθαι κρεῶν.

Deposita haec sunt et conclamata, nulla emendandi spes reliqua est. Ludunt nonnihil Critici, sed turpiter se dant et operam perdunt. Annotatur ad Aristophanis *Acharn.* 215. σερρόν ἀντὶ τοῦ γεγηρακός, ὥσπερ – ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων χλωρόν. Θεόκριτος· ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν.

Quis mortalium hinc exsculpere potuisset poëtae manum hanc:

ποιῆν τι δεῖ ἄς γόνυ χλωρόν,

nisi Theocriti locus superesset XIV. 69? Ergo a talibus abstinebis manum si sapis. In reliqua parte loci videor mihi aliquid dispicere et una literula mutata quid poëta dixerit intelligere, nempe

εὐλαβεῖσθαι μὴ κατέναντα λέοντος
νεβρὸν ἐλθόντα * * * * *
μοῖραν αἰΤεῖσθαι κρεῶν.

cave hinnuleus a leone praedae partem petas, nempe *ipse statim nova praeda fies.* et sic optime Socrates addidit: αὐτὸς γάρ μοι ἐδόκουν ὑπὸ τοῦ τοιούτου θρέμματος ἁλωκέναι. Cui non succurrit ad haec τὸ Μενάνδρειον quod sic Latine vertit Terentius Eunuch. III. 1. 36.

lepus tute es et pulpamentum quaeris.

Graece dixeris:

λαγωὸς ὢν λαγῷα σὺ ζητεῖς λαβεῖν.

Sententia est: ποιεῖν θέλεις ὅπερ πάσχειν πέφυκας.

Novum Bodleiani mendum Hermannum transversum e pag. 156. *a*. Charmides ad Socratem: *μέμνημαι δ' ἔγωγε Κρι τῷδε ξυνόντα σε.* cui Socrates benigne et comiter: *καλῶς γε ποιῶν.* Sed Codices et in his Bodleianus *δέ* pro *γε* exhibe idque invita sana ratione et omnium Graece loquentium c suetudine Platoni obtruditur propter fidem veterum membra rum, quas tamen nemo negat erroribus omne genus esse c pertas. Admovetur tamquam machina etiam alter locus *Lysid*e 204. *a*. ubi Bodleianus et alii *καλῶς* ΔΕ, *ἦν δ' ἐγ ποιοῦντες.* Sed sive ratione pugnandum est sive testium num bonam causam habemus, qui utrobique *καλῶς* ΓΕ a Plat scriptum esse contendimus. Triplex est Graecis probandi laudandi formula: *εὖ γε, καλῶς γε, ὀρθῶς γε*, in qua *γε* omittitur. Additur his pronomen (saepissime *σύ*) et participi significans cur quisque laudetur. Plurima exempla ex Plat protulit Wyttenbachius in *Epist. Crit.* pag. 26. et Heindor ad h. l. uterque *καλῶς γε σὺ ποιῶν* emendans, ut est in *C mide* 162. *e. παραδέχομαι.* ΣΩΚΡ. *καλῶς γε σὺ τοίνυν πο* Sic alibi passim Platonem dicentem audies: *καλῶς γε σὺ πο νομίζων, λέγων.* et *εὖ γε σὺ ποιῶν* et *ὀρθῶς γε λέγων σύ, ὀ γε σὺ συμβουλεύων.* et similia his permulta.

Pag. 156. *d. ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τ τῶν Θρᾳκῶν.* Codicum omnium scripturam *στρατιᾶς* Editores opinionis errore in *στρατείας* converterunt. Perperam. Ut mani *ad legionem, apud exercitum*, sic Graeci *ἐπὶ στρατιᾶς* d bant. Unde autem vera lectio dignoscetur? Ex poetis. Ari phanes Vesp. 345:

μέμνησαι δῆθ' ὅτ' ἐπὶ στρατιᾶς κλέψας ποτὲ τοὺς ὀβελίσκους
ἴεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους ταχέως ὅτε Νάξος ἑάλω;

et vs. 557:

ἀρχὴν ἄρξας ἢ 'πὶ στρατιᾶς τοῖς ξυσσίτοις ἀγοράζων.

Sic *domi militiaeque* dicitur *οἴκοι τε καὶ ἐπὶ στρατιᾶς*, q reponendum in *Phaedro* 260. *b*. ut *ἐκεῖ ποτὲ ἐπὶ στρατιᾶς Sympos.* 220. c. et quibusdam aliis locis.

Caeterum nulla est dubitatio quin Aristophanes et Eup *στρατεία* id est *ἔξοδος, στράτευσις* penultima brevi dixerint. Ae Dionysius apud Phot. v. *Στρατίαν συγέλλοντες τὴν δευτε*

συλλαβὴν οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσιν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. veluti in *Lysistr.* 592.

μονοκοιτοῦμεν διὰ τὰς στρατίας.

et alibi, ubi vulgo in accentibus peccatur.

Post pauca pag. 156. *d.* in libris est: ἔλεγε δ' ὁ Θρᾷξ οὗτος ὅτι ταῦτα μὲν [ἰατροὶ] οἱ Ἕλληνες ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον καλῶς λέγοιεν. Vitiosa et soloeca haec verborum compositio est ἰατροὶ οἱ Ἕλληνες. Dici oportet aut οἱ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἰατροί aut οἱ Ἑλλήνων ἰατροί aut quod statim sequitur: ἀλλὰ τοῦτο καὶ αἴτιον εἴη τοῦ διαφεύγειν τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰατροὺς τὰ πολλὰ νοσήματα. Satis erat in illa loci conformatione dicere ὅτι ταῦτα μὲν οἱ Ἕλληνες καλῶς λέγοιεν, ut appareret de Graecorum medicis ea dici. Sciolus non satis esse ratus de suo ἰατροί addidit et locum soloecum fecit.

Pag. 157. *d.* ὅπως τῷ Φαρμάκῳ τούτῳ μηδείς σε πείσHI τὴν αὑτοῦ κεφαλὴν θεραπεύειν. Rectissime erat emendatum πείσΘΙ, sed Hermannus ex Bodleiano mendosum πείσῃ revocavit. Ὅπως iubentis, hortantis, invitantis semper cum futuro componitur, ὅπως παρέσει μοι, ὅπως ἐπέξει τῷ μιαρῷ, ὅπως μὴ ἐρεῖς et sim. omnia. Scribae aequalium συνήθειαν secuti coniunctivi formas vel cum barbarismo substituebant ut ὅπως μὴ ἐρῇς.

Postquam dixerat Socrates ex Thracis medici persona simul animum et corpus aegrotantium curari oportere ita pergit 157. *b.* καὶ γὰρ νῦν τοῦτ' ἔστι τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅτι χωρὶς ἑκατέρου [σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας] ἰατροί τινες ἐπιχειροῦσιν εἶναι. Non credo manifestius esse alienae manus additamentum quam σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας. Luce enim clarius est ἑκατέρου esse ψυχῆς καὶ σώματος. In nescio quo Codice Florentino ea verba non comparent. Quis dubitare possit quin ea Platonis lector aliquis expunxerit quum sentiret quam essent absurde interposita. Tamen ineptum pannum Hermannus retinuit argutiis quibusdam usus ut vinceret ὑγιείας ἰατροί a Platone dici potuisse. Iocosum est videre quam subtiles nugas agant qui lectiones corruptas aut interpolatas pro sanis interpretari satagant.

Pag. 157. *c* *ὄμοσα γὰρ αὐτῷ καί μοι ἀνάγκη πείθεσθ* Feruntur duae lectiones *ὤμοσα* et *ὀμώμοκα*. Utra est potior unice vera? Quae est in libris deterioribus et in Bodlei margine *ὀμώμοκα*. Perfectum enim est necessarium de eo, iurisiurandi quod dederit religione adhuc tenetur, ut *im* iudices dicuntur *ὀμωμοκότες καθῆσθαι*. Substitue *ὀμόσαντες* ridicule dictum erit. Saepe vidi in Parisino A scribam qu in textu errasset errorem suum in margine corrigere prae *γρ*. id est *γράφε* vel *γραπτέον*. Nonnumquam satis habuit ram scripturam apponere. Suspicor idem nunc in Bodlei usu venisse. Scriba quum errans *ὤμοσα* dedisset unice ver *ὀμώμοκα* in ora libri adscripsit.

Post pauca 157. *d*. recipienda erat emendatio: *λέγω μέ σοι ὅτι Χαρμίδης τῶν ἡλικιωτῶν οὐ μόνον τῇ ἰδέᾳ δοκεῖ διαφέ* pro *ἐδόκει*.

In sqq. *πλεῖσον δοκεῖ σωφρονέστατος εἶναι τῶν νυνί* ludifica nos corrupta lectio, *Πλεῖσον σωφρονέστατος* per ipsam rei na ram componi non possunt. Multum metuo ne verae lec nis vestigia omnia, ut toties in *Charmide*, prorsus deleta si Poterat dixisse *ΠΑΝτων σωφρονέστατος τῶν νυνί*, et est in B leiano *πλείστΩΝ*, sed in adolescentulo id aetatis nimium est et propemodum ineptum.

Male mulcata sunt in libris pag. 157. *d*. haec verba: *οὐ γ οἶμαι ἄλλον οὐδένα τῶν ἐνθάδε ῥᾳδίως ἂν ἔχειν ἐπιδεῖξαι π δυοῖν οἰκίαι καὶ νῦν ἐλθοῦσαι — καλλίων ἂν καὶ ἀμείνων γενήσε ἢ ἐξ ὧν σὺ γέγονας*. Sic Bodleianus. alii *ποῖαι δυοῖν* (aut *οἰκίαιν συνελθούσαιν — καλλίω ἂν καὶ ἀμείνω γεννήσειαν*. Su cor nonnulla excidisse. Nempe *οὐ γὰρ ἄλλον οὐδένα* ita dic ut *πλὴν σοῦ* aut *μᾶλλον σοῦ* cogitando sit supplendum, q cum sqq. minine quadrat. Deletis autem omnibus indiciis praestat nihil hariolari. Eodem modo mulcata et pessumd sunt vicina pag. 158. *a*. et *b*. quibus me non esse emenda ultro profiteor.

Imperfectum iterum perversissime pro praesenti tempore s stitutum est pag. 158. *b*. *εἰ μέν σοι ἤδη πάρεσιν (ἡ σωφροσ*

— *οὐδὲν ἔτι σοι* Ἔδει *τῶν Ζαλμόξιδος ἐπῳδῶν.* Certa lex cogitandi eadem et loquendi postulat *δεῖ* pro *ἔδει*, ubi praecedit *τέμεσιν.*

Pag. 158. *e. ὅπῃ αὐτὸς οἴει βέλτιον σκέψασθαι ταύτῃ σκόπει.* Stephanus *σκέψεσθαι* requirebat. Eodem sensu et longe usitatiore forma *βέλτιον* (*ἄν*) *σκέψασθαι* scribendum esse existimo. Non erant integri Codices antiqui, unde *βελτίω* in omnes nostros manavit errore manifesto.

Pag. 159. *c. πότερον οὖν κάλλιCTον ἐν γραμματιστοῦ τὰ ὅμοια γράμματα γράφειν ταχὺ ἢ ἡσυχῇ.* Verissime correctum est *κάλλιον* pro *κάλλιστον.* Quae sint *τὰ ὅμοια γράμματα* non intelligo.

Pag. 159. *d. Φαίνεται ἄρα ἡμῖν.* Ex bono libro recepit Hermannus pessimam lectionem *Φαίνεταί γ' ἄρα ἡμῖν.* Quid si Plato scripserit *Φαίνεται τἄρα ἡμῖν.* Saepe TAPA (ex *τοι ἄρα*) sic apud Aristophanem vitiatum est.

Pag. 160. *a. οὐκοῦν καὶ τὸ ξυνιέναι τὰ λεγόμενα — κάλλιστα;* Imo vero *κάλλιστον*, quod a multis commendatum spernitur.

Pag. 160. *a. οὐχ ὁ ἡσυχώτατος — ἐπαίνου δοκεῖ ἄξιος εἶναι.* Scrib. *ἡσυχΙώτατος*, ut in toto hoc loco semper *ἡσύχιος* et *τὸ ἡσύχιον* et *ἡσυχιότης* appellatur, ut pag. 160. *b. οὐκ ἄρα ἡσυχιότης τις ἡ σωφροσύνη ἂν εἴη οὐδ' ἡσύχιος ὁ σώφρων βίος.* Ἥσυχος forma est antiquior poëtis usitata, quae remansit in *ἔχ' ἥσυχος.* In pedestri oratione *ἡσυχαῖος* ponitur et *ἡσύχιος* et adverbium *ἡσυχῇ* (non *ἡσύχως* quod est sequioris aetatis) *ἡσυχαίτερον* et *ἡσυχαίτατα.* Nonnumquam *ἡσύχιος* in oratione soluta in *ἥσυχος* corruptum est, ut apud Thucyd. I. 120. (Dindorf. ad ST. TH.) et apud Platonem in *Politico* 307. *e. οἱ διαφερόντως ὄντες κόσμιοι τὸν ἥσυχον ἀεὶ βίον ἕτοιμοι ζῆν*, ubi in aliis est vera lectio *τὸν ἡσύχιον*, ut in *Charmide* 160. *c. οὐδὲ ὁ ἡσύχιος βίος τοῦ μὴ ἡσυχίου σωφρονέστερος ἂν εἴη.*

Eximenda est molestissima copula *δέ* pag. 161. *a.* Ὁμήρῳ *δ' οὐ πιστεύεις καλῶς λέγειν λέγοντι*

αἰδὼς [δ'] οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι,

et eadem de causa pag. 163. *b.* ἔμαθον γὰρ παρ' Ἡσιόδου ὃς ἔφη ἔργον [δ'] οὐδὲν εἶναι ὄνειδος.

Similiter pag. 161. *b.* αἰδὼς δὲ οὐδὲν μᾶλλον ἀγαθὸν ἢ [καὶ] κακόν, expungendum est καί, quod cum οὐδὲν μᾶλλον non congruit.

Pag. 163. *a.* ἐγὼ γάρ που τοῦθ' ὡμολόγηκα ὡς οἱ τὰ τῶν ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν ἢ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; Sic scriptus locus plane intelligi non potest. Partem veri Heindorf. vidit, partim Morgenstern. a Stallbaumio laudatus. Legendum enim ἐγὼ γὰρ ποῦ (pro που Morgenst.) τοῦθ' ὡμολόγηκα — εἰ (pro ἢ Heind.) τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; Est enim *ubi hoc ego* concessi? perinde ac si dixisset *ego hoc minime concessi*. Captiose enim ita disputat: τοὺς μὲν τὰ τῶν ἄλλων ποιοῦντας σωφρονεῖν ὁμολογῶ ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο συγχωρῶ σωφρονεῖν τοὺς τὰ τῶν ἄλλων πράττοντας. quam deinde verborum calumniam sollerter Socrates diluit.

Pag. 164. *d.* οὐκ ἂν αἰσχυνθείην ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι μᾶλλον ἢ ποτε συγχωρήσαιμ' ἂν ἀγνοοῦντα αὐτὸν ἑαυτὸν ἄνθρωπον σωφρονεῖν. Qui locos mendosos quocumque modo interpretari conantur tam duro sunt stomacho ut saxa etiam durissima concoquere possint. Negant mirari oportere *„infinitivum post ὅτι illatum"* namque *„plurima id genus exempla suppeditare"* Scbaeferos, Lobeckios, alios complures. Nihil est tam absurdum quod non ex Codicibus nostris demonstrari possit, si unum et alterum locum aut corruptum aut perperam intellectum proferre est aliquid demonstrare. Reliquos rei incredibilis auctores minus moror, Heindorfium unum miror ad *Phaedonem* 63. *a.* in eundem errorem esse implicitum. Bona pars locorum, quibus omnes in eam rem abutuntur, hodie sanati sunt, ut in *Phaedone* l. l. ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς [ᾤξειν] rectissime Hirschig. ᾤξειν expunxit, namque ex praecentibus ἐλπίζω ἀφίξεσθαι cogitando esse repetenda. In loco, quo de agimus, periit syllaba, qua in suam sedem revocata omnia cum naturae et rationis aeterna lege congruent. Scribe ὁτιοῦν pro ὅτι et monstrum erit procuratum. *Non me puderet*, inquit,

QUODLIBET *me minus recte dixisse fateri potius quam concederem* cet.

In eadem cogitandi vestigia video incidisse Bekkerum, qui ἰτιδή pro ὅτι reponebat; sed ὁτιοῦν in tali re Platoni consuetum est dicere.

Pag. 164. *d.* καὶ γὰρ τοῦτο οὕτω μοι δοκεῖ τὸ γράμμα (γνῶθι σεαυτόν) ἀνακεῖσθαι ὡς δὴ πρόσρησις οὖσα τοῦ θεοῦ τῶν εἰσιόντων ἀντὶ τοῦ χαῖρε, ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ὄντος τοῦ προσρήματος [τοῦ χαίρειν] οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι ἀλλήλοις ἀλλὰ σωφρονεῖν. Inficetum et puerile emblema sine mora expellendum. In plerisque libris est et in Bodl. a prima manu τὸ χαίρειν, quod olim suspicor in margine adscriptum fuisse ad δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι.

Quod post pauca legitur: καὶ γὰρ οὗτοι ξυμβουλὴν ᾠήθησαν εἶναι τὸ γνῶθι σαυτόν, ἀλλ' οὐ τῶν εἰσιόντων [ἕνεκεν] ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρόσρησιν Heindorf. „*illud ἕνεκεν an bene se haberet semper addubitavi.*" Clamat sententia ἕνεκεν una litura esse delendum. Dixerat Critias: *his verbis* (nosce te ipsum) *Apollo salutat eos qui in suum templum introeunt.* οὕτω μὲν δὴ ὁ θεὸς προσαγορεύει τοὺς εἰσιόντας εἰς τὸ ἱερόν. Itaque ut paullo ante dixit: πρόσρησις οὖσα τοῦ θεοῦ τῶν εἰσιόντων, sic nunc idem iisdem verbis enunciat: τῶν εἰσιόντων ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρόσρησιν.

Pag. 165. *a.* εἶθ' ἵνα δὴ καὶ αὐτοὶ σφεῖς μηδὲν ἧττον συμβουλὰς χρησίμους ἀναθεῖεν ταῦτα γράψαντες ἀνέθεσαν. In Bodleiano est: ἵνα δή καὶ αὐτὸσ φῆισ absurdo sed non infrequenti errore. Antiquum σφεῖς olim usu cesserat et pro eo αὐτοί dicebatur. Itaque σφεῖς aut corrumpitur aut glossema habet additum aut utrumque. Plato dixerat ἵνα δὴ καὶ σφεῖς. Addidit αὐτοί aliquis. Deinde haec sic depravata sunt, ut vides. Hermannus edidit: ἵνα δὴ καὶ αὐτοὶ σφεῖς vitiose. Sententia respuit αὐτοί. In prima et secunda persona dixeris ἵνα δὴ καὶ ἡμεῖς ἀναθεῖμεν, et ἵνα δὴ καὶ ὑμεῖς ἀναθεῖτε, itaque in tertia dicendum: ἵνα δὴ καὶ σφεῖς ἀναθεῖεν.

Pag. 169. *c.* ὥσπερ οἱ τοὺς χασμωμένους καταντικρὺ ὁρῶντες ταὐτὸν τοῦτο ξυμπάσχουσι κἀκεῖνος ἔδοξέ μοι ὑπ' ἐμοῦ ἀποροῦντος

αἰδὼς [δ'] οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι,

et eadem de causa pag. 163. *b.* ἔμαθον γὰρ παρ' Ἡσιόδου ὃς ἔφη ἔργον [δ'] οὐδὲν εἶναι ὄνειδος.

Similiter pag. 161. *b.* αἰδὼς δὲ οὐδὲν μᾶλλον ἀγαθὸν ἢ [καὶ] κακόν, expungendum est *καί*, quod cum οὐδὲν μᾶλλον non congruit.

Pag. 163. *a.* ἐγὼ γάρ που τοῦθ' ὡμολόγηκα ὡς οἱ τὰ τῶν ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν ἢ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; Sic scriptus locus plane intelligi non potest. Partem veri Heindorf. vidit, partim Morgenstern. a Stallbaumio laudatus. Legendum enim ἐγὼ γὰρ ποῦ (pro που Morgenst.) τοῦθ' ὡμολόγηκα — εἰ (pro ἢ Heind.) τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; Est enim *ubi hoc ego* concessi? perinde ac si dixisset *ego hoc minime concessi.* Captiose enim ita disputat: τοὺς μὲν τὰ τῶν ἄλλων ποιοῦντας σωφρονεῖν ὁμολογῶ ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο συγχωρῶ σωφρονεῖν τοὺς τὰ τῶν ἄλλων πράττοντας. quam deinde verborum calumniam sollerter Socrates diluit.

Pag. 164. *d.* οὐκ ἂν αἰσχυνθείην ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι μᾶλλον ἢ ποτε συγχωρήσαιμ' ἂν ἀγνοοῦντα αὐτὸν ἑαυτὸν ἄνθρωπον σωφρονεῖν. Qui locos mendosos quocumque modo interpretari conantur tam duro sunt stomacho ut saxa etiam durissima concoquere possint. Negant mirari oportere *„infinitivum post ὅτι illatum"* namque *„plurima id genus exempla suppeditare"* Scbaeferos, Lobeckios, alios complures. Nihil est tam absurdum quod non ex Codicibus nostris demonstrari possit, si unum et alterum locum aut corruptum aut perperam intellectum proferre est aliquid demonstrare. Reliquos rei incredibilis auctores minus moror, Heindorfium unum miror ad *Phaedonem* 63. *a.* in eundem errorem esse implicitum. Bona pars locorum, quibus omnes in eam rem abutuntur, hodie sanati sunt, ut in *Phaedone* l. l. ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς [ἥξειν] rectissime Hirschig. ἥξειν expunxit, namque ex praecentibus ἐλπίζω ἀφίξεσθαι cogitando esse repetenda. In loco, quo de agimus, periit syllaba, qua in suam sedem revocata omnia cum naturae et rationis aeterna lege congruent. Scribe ὁτιοῦν pro ὅτι et monstrum erit procuratum. *Non me puderet*, inquit,

QUODLIBET *me minus recte dixisse fateri potius quam concederem* cet.

In eadem cogitandi vestigia video incidisse Bekkerum, qui ὁτιδή pro ὅτι reponebat; sed ὁτιοῦν in tali re Platoni consuetum est dicere.

Pag. 164. *d.* καὶ γὰρ τοῦτο οὕτω μοι δοκεῖ τὸ γράμμα (γνῶθι σεαυτόν) ἀνακεῖσθαι ὡς δὴ πρόσρησις οὖσα τοῦ θεοῦ τῶν εἰσιόντων ἀντὶ τοῦ χαῖρε, ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ὄντος τοῦ προσρήματος [τοῦ χαίρειν] οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι ἀλλήλοις ἀλλὰ σωφρονεῖν. Inficetum et puerile emblema sine mora expellendum. In plerisque libris est et in Bodl. a prima manu τὸ χαίρειν, quod olim suspicor in margine adscriptum fuisse ad δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι.

Quod post pauca legitur: καὶ γὰρ οὗτοι ξυμβουλὴν ᾠήθησαν εἶναι τὸ γνῶθι σαυτόν, ἀλλ' οὐ τῶν εἰσιόντων [ἕνεκεν] ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρόσρησιν Heindorf. „*illud ἕνεκεν an bene se haberet semper addubitavi.*" Clamat sententia ἕνεκεν una litura esse delendum. Dixerat Critias: *his verbis* (nosce te ipsum) *Apollo salutat eos qui in suum templum introeunt.* οὕτω μὲν δὴ ὁ θεὸς προσαγορεύει τοὺς εἰσιόντας εἰς τὸ ἱερόν. Itaque ut paullo ante dixit: πρόσρησις οὖσα τοῦ θεοῦ τῶν εἰσιόντων, sic nunc idem iisdem verbis enunciat: τῶν εἰσιόντων ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρόσρησιν.

Pag. 165. *a.* εἶθ' ἵνα δὴ καὶ αὐτοὶ σφεῖς μηδὲν ἧττον συμβουλὰς χρησίμους ἀναθεῖεν ταῦτα γράψαντες ἀνέθεσαν. In Bodleiano est: ἵνα δή καὶ αὐτὸσ φῆισ absurdo sed non infrequenti errore. Antiquum σφεῖς olim usu cesserat et pro eo αὐτοί dicebatur. Itaque σφεῖς aut corrumpitur aut glossema habet additum aut utrumque. Plato dixerat ἵνα δὴ καὶ σφεῖς. Addidit αὐτοί aliquis. Deinde haec sic depravata sunt, ut vides. Hermannus edidit: ἵνα δὴ καὶ αὐτοὶ σφεῖς vitiose. Sententia respuit αὐτοί. In prima et secunda persona dixeris ἵνα δὴ καὶ ἡμεῖς ἀναθεῖμεν, et ἵνα δὴ καὶ ὑμεῖς ἀναθεῖτε, itaque in tertia dicendum: ἵνα δὴ καὶ σφεῖς ἀναθεῖεν.

Pag. 169. *c.* ὥσπερ οἱ τοὺς χασμωμένους καταντικρὺ ὁρῶντες ταὐτὸν τοῦτο ξυμπάσχουσι κἀκεῖνος ἔδοξέ μοι ὑπ' ἐμοῦ ἀποροῦντος

[*ἀναγκασθῆναι*] *καὶ αὐτὸς ἁλῶναι ὑπ' ἀπορίας*. Ex animi sententia assentior Badhamo meo, qui me olim monuit *ἀναγκασθῆναι* non esse a Platone scriptum sed ab aliquo sciolo interpolatum. Nulla est in his *ἀνάγκη* sed naturalis quaedam *συμπάθεια*, et omnia sunt in *ἁλῶναι ὑπ' ἀπορίας*, id est *ἀπορῆσαι*.

Pag. 172. *e*. *ἐνταῦθα καὶ ἄρτι ἀποβλέψας ἄτοπΑ Γ' ἔφην μοι προφαίνεσθαι*. Particula *γε* hoc loco tam ridicule interponitur, ac si quis pro *τί λέγεις*; vellet *τί λέγεις γε*; dicere. Bekkerus *ἄτοπά Τ' ἔφην* substituit, quod cum caetera parte loci non quadrat. Reponendnm more Attico dictum *ἄτοπ' ἄττ' ἔφην μοι προφαίνεσθαι*.

Nulla de ea scriptura esse potest controversia quoniam Socrates iterat id quod modo dixerat 172. *c*. *τεκμαίρομαι δέ, ὅτι μοι ἄτοπ' ϗΑΤΤΑ καταφαίνεται περὶ σωφροσύνης*.

Pag. 175. *a*. *ἐγὼ πάλαι εἰκότως ἐδεδοίκϵΙΝ*. Bodleianus, qui saepe in plusquamperfectis veterem formam Atticam servavit (ut in *Apol.* 36. *a*. *ἀποπεφεύγη Symp.* 217. *c*. *ἐγκεχειρήκη. Euthyd.* 292. *e*. *ἐνεπεπτώκη*) nunc nos destituit. Plato enim de more *ἐδεδοίκΗ* scripserat, ut in libro *de Rep.* V. 472. *a*. *εἰκότως ἄρα ἐδεδοίκΗ*, ubi corrector eraso *η* de suo *ειν* substituit.

Pag. 176. *b*. *ἦν ἐπῴδειν παρέχῃς Σωκράτει καὶ μὴ ἀπολίπῃ τούτου μήτε μέγα μήτε μικρόν*. Bekkerus *ἀπολείπῃ* coniecit, quod sine ulla controversia verum est et recipiendum. Primum quia praesens cum praesenti componitur *παρέχῃς — ἀπολείπῃ*. Deinde si aoristo locus esset non *ἀπολίπῃ* sed *ἀπολειΦθῇ* scriptum oportuit.

Pag. 176. *b*. *ὡς ἀκολουθήσοντος, ἔφη, καὶ μὴ ἀπολειψομένου*, et post pauca *ὡς βιασομένου ἔφη*. Nusquam mihi praeter hunc unum locum haec ellipsis visa. Addi solet *οὕτω διανοοῦ, οὕτως ἔχε τὴν γνώμην, οὕτω γίγνωσκε* et sim. Exempla dedit Heindorf. ad h. l. et Wyttenb. ad Iulianum pag. 187, et leguntur similia passim, ut in *Anabasi* I. 3. 6. *ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε*. sed nusquam locorum reperitur quidquam quod sit loco huic Platonis simile.

PLATONICA.

CRATYLUS.

> Εἴ τις ἐάσει καὶ ἐντεθέναι καὶ ἐξαιρεῖν ἅττ' ἂν βούληταί τις εἰς τὰ ὀνόματα πολλὴ εὐπορία ἔςαι καὶ πᾶν ἂν παντί τις ὄνομα πράγματι προσαρμόσειεν.
>
> PLATO in *Cratylo* pag. 415. d.

Saepe et multum olim Platonis *Cratylum* legens ac relegens haerebam ambiguus πότερα σπουδάζει ταῦτα ὁ Πλάτων ἢ παίζει; Nunc magis magisque inclino in hanc sententiam ut existimem Platonem προσπαίζειν τε ἡμῖν ἐν τούτοις καὶ εἰρωνεύεσθαι et insanientium Sophistarum ineptas et absurdas opiniones περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, dum admirari et sedulo imitari videtur, salse et acriter irridere. Sunt enim pleraque haec non tantum stolida, sed ioculariter stolida, ut simul fastidium tibi moveant et risum. Quis, quaeso, homo sanus et sobrius aut proferre aut ferre possit deliramenta, qualia sunt haec tria ἔτυμα nominis τοῦ Ποσειδῶνος pag. 402. e. ὠνόμασε Ποσειδῶνα ὡς ποσίδεσμον ὄντα. τὸ δὲ εἶ (Ε) ἔγκειται ἴσως εὐπρεπείας ἕνεκα. altera est absurdior etiam: ἀντὶ τοῦ σίγμα δύο λάβδα τὸ πρῶτον ἐλέγετο (Πολλειδῶν) ὡς πολλὰ εἰδότος τοῦ θεοῦ. absurdissima omnium tertia est: ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ σείειν Ὁ ΣΕΙΩΝ ὠνόμαςαι· πρόσκειται δὲ τὸ ΠΙ καὶ τὸ ΔΕΛΤΑ. et pag. 399. c. μόνον τῶν θηρίων ὀρθῶς ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος ὠνομάσθη ἀναθρῶν ἃ ὄπωπεν. et

pag. 406 c. *οἶνος ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς οὐκ ἔχοντας οἰ ό ν ο υ ς δικαιότατ' ἂν καλοῖτο*, et pag. 409 b. (*Σελήνη*) *ὅτι σέλας νέον τε καὶ ἔνον ἔχει ἀεὶ σ ε λ α ε ν ο ν ε ά ε ι α μὲν δικαιότατ' ἂν καλοῖτο*. et pag. 404. c. *ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα Ἥραν ὠνόμασεν θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν*. (AHP — HPA) *γνοίης δ' ἂν εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα* (HPA, HPA, HPA). Aristophanem pro Socrate audire te putes:

μόλωμεν, αὐτό, μόλωμεν, αὐτομολῶμεν.

Quis serio dici credet pag. 406. b. Ἄρτεμις appellata est *ἡ τὸν ἄροτον μισήσασα τὸν ἀνδρὸς ἐν γυναικί*? aut pag. 421. b. *ἡ ἀλήθεια ὡς θεία οὖσα ἄλη*. Nemo, opinor, mortalium sine risu haec legere poterit aut saltem relegere.

Reliqua omnia nihilo sunt hisce saniora. Aut desipientis haec sunt aut desipientium insaniam *εἰρωνικῶς* exagitantis; non est igitur ambigua optio. Euthyphron *ὁ Προσπάλτιος*, obscurus et nemini notus Sophista, unde haec mirifica sapientia (*ἡ δαιμονία αὕτη σοφία*) omnis manasse narratur, passim dictis aculeatis vellicatur. Audi Socratem pag. 396 d. ita dicentem: *αἰτιῶμαι μάλιστα* (*ταύτην τὴν σοφίαν*) *ἀπ' Εὐθύφρονος τοῦ Προσπαλτίου προσπεπτωκέναι μοι. ἕωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ συνῆ καὶ παρεῖχον τὰ ὦτα. κινδυνεύει οὖν ἐνθουσιῶν οὐ μόνον τὰ ὦτά μου ἐμπλῆσαι τῆς δαιμονίας σοφίας ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπειλῆφθαι. δοκεῖ οὖν μοι χρῆναι — τὸ μὲν τήμερον εἶναι χρήσασθαι αὐτῇ — αὔριον δὲ ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα*. et pag. 399. a. *τῇ τοῦ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ πιστεύεις*, et lepidissime pag. 407 d. *περὶ δὲ ἄλλων ὧν τινων βούλει πρόβαλλέ μοι ὅ φ ρ α ἴ δ η α ι οἷοι Εὐθύφρονος ἵπποι*. Qui Socratem bene novit passim in his *τῆς Σωκρατικῆς εἰρωνείας* vestigia certa impressa videbit, ut pag. 401. d. *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ὡς παρὰ μηδὲν εἰδότων εἰρήσθω*. Aperte cernitur in Socratis magniloquentia pag. 410. e. *πόρρω ἤδη, οἶμαι, φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν*. et pag. 428. d. *θαυμάζω καὶ αὐτὸς πάλαι τὴν ἐμαυτοῦ σοφίαν καὶ ἀπιστῶ*. Apertius etiam pag. 399. a. *καὶ κινδυνεύω ἐὰν μὴ εὐλαβῶμαι ἔτι τήμερον σοφώτερος τοῦ δέοντος γενέσθαι*. Potestne facetius illudi futilitas et rei et hominum quidquid in buccam venerit temere effutientium quam factum est pag. 499. e. *εἰ δὲ βούλει, ἔχε ἠρέμα· δοκῶ γάρ μοί τι καθορᾶν πιθανώτερον τούτου τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα*, et eodem aculeo pag. 407. c. *οὗτος μὲν παντὶ δῆλος Φαῖσος ὤν*. B.

κινδυνεύει, ἐὰν μή πῃ σοι ἔτι ἄλλῃ δόξῃ. ΣΩΚΡ. ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ τὸν Ἄρην ἐρώτα.

Videamus nunc an nonnullos ex *Cratylo* locos in Codicibus olim depravatos in integrum restituere possimus.

Pag. 383. b. ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγὼ αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ. Non est haec Graeca compositio neque πότερον suo loco positum est. Dicendum est vel εἰ αὐτῷ vel πότερον αὐτῷ Κρατύλος ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ.

Pag. 384. a. ὦ παῖ Ἱππονίκου [Ἑρμόγενες], παλαιὰ παροιμία ἔστι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν. Si quando quis πατρόθεν ὀνομάζεται aut graviter aut blande aut iocose, scioli sibi non temperant et nomen omissum apponunt in margine aut inter versus, unde mox irrepit in textum. Recte et ordine scribitur pag. 406. b. μεγάλα, ὦ παῖ Ἱππονίκου, ἐρωτᾷς, et in *Protagora* pag. 335. d. ad Calliam Hermogenis fratrem: ὦ παῖ Ἱππονίκου, ἀεὶ μὲν ἔγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι. sed emblemata alibi pullulant, ut in *Lyside* pag. 204 b. σοὶ δὲ δὴ τίς, ὦ Ἱππόθαλες; τοῦτό μοι εἰπέ. καὶ ὃς ἐρωτηθεὶς ἠρυθρίασεν, κἀγὼ εἶπον· ὦ παῖ Ἱερωνύμου [Ἱππόθαλες] κτέ. Perinde est dicere ὦ Ἱππόθαλες et ὦ παῖ Ἱερωνύμου, ὦ Ἑρμόγενες, et ὦ παῖ Ἱππονίκου, ὦ Ἀλκιβιάδη, et ὦ παῖ Κλεινίου, ut in *Charmide* 158 b. ὦ φίλε παῖ Γλαύκωνος, et mox ad eundem ὦ φίλε Χαρμίδη. sed nemo utrumque hoc coniungit si nomen est omnibus notum. Ridiculum igitur est ὦ παῖ Φιλίππου Ἀλέξανδρε. Alia res est in nomine paucis noto, ut in *Cratylo* pag. 429. e. χαῖρε, ὦ ξένε Ἀθηναῖε, υἱὲ Σμικρίωνος Ἑρμόγενες. Salutatur enim Hermogenes ita peregre ab hospite sic significante: *novi te quis sis, novi et patrem tuum.* Contra Artabanus apud Herodotum VII. 10 Mardonium increpans dixerat: σὺ δέ, ὦ παῖ Γωβρύεω, παῦσαι λέγων λόγους ματαίους. Editur ὦ παῖ Γωβρύεω Μαρδόνιε.

Pag. 384. b. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ΗΔΗ ἀκηκόη παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν —, νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν. Mendosum est ἤδη, quod ita demum recte adderetur si Socrates dicere voluisset se eam ἐπίδειξιν fortasse *posthac*

esse auditurum. Etiam in ἀκηκόη mendum est, quia Athenienses in hac forma, ut in plerisque omnibus huiuscemodi, numquam augmentum omittunt. Constanter dicitur ἐπεπόνθη, ἐπεποιήκη, ἐδεδοίκη, ἐμεμαθήκη, ἐνεπεπτώκη, ἐκεχήνη, ἐλελήθη, ἐωράκη, ἀπωλώλη, ἐπεποίθη et similia his alia complura, sed quia hae formae veteres olim erant obsoletae, et omnes ἑωράκειν, ἤιδειν, ἐπεπόνθειν cett. dicebant, in magno semper periculo antiquae scripturae versabantur. Genuinum et probum est ἠκηκόη, Graeculorum est ἠκηκόειν, sed ἀκηκόη aut ἀκηκόειν nemo umquam dixit. Utrumque igitur loci vitium eadem opera sanabis rescribendo: εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ΗΚΗΚΟΗ. Vides unde ΗΔΗ sit natum.

Quamquam olim constat inter omnes hanc solam formam in his apud Athenienses in usu fuisse ἤιδη, ἤιδησθα, ἤιδει et ante vocalem ἤιδειν, et sic in similibus omnibus, nihilominus video Editores pro certa et explorata analogia sublestam futilium scribarum fidem sequentes. Martinus Schanz, qui nihil nescit eorum, quae bonum Platonis editorem scire oportet, in *Apologia* pag. 22. d. edidit: ἐμαυτῷ γὰρ ξυνήδΘΙΝ οὐδὲν ἐπιξαμένῳ. et τούτους δέ γ' ἤδΘΙΝ ὅτι εὑρήσοιμι κτὲ. Cur tandem? Quia sic est in Bodleiano scriptum: quasi non ubique locorum in libris omnibus scioli et correctores formas veteres temere ad suam συνήθειαν refinxissent. Nulla propemodum forma huiuscemodi apud Aristophanem in Ravennate Codice illaesa evasit. Comicus bis ἠκηκόη dixerat *Vesp.* 801. *Pac.* 616. utrobique Ravennas ἠκηκόειν exhibet. Scholion est ad *Pacem* perabsurdum: τὸ δὲ ἠκηκόειν οὕτω διὰ τοῦ Η Φρύνιχος ἀναγινώσκει, vel caecus videat ἠκηκόΗ esse verum. Ne in his quidem continent manum.

In *Avibus* 511. olim edebatur:

τουτὶ τοίνυν οὐκ ᾔδειν 'γώ.

ne metrum quidem homunciones coercet, ut οὐκ ᾔδη 'γώ intactum relinquant. Verissima est ad h. l. Brunckii admonitio *„Atticam formam ᾔδη infinitis in locis a librariis obliteratam fuisse, si quidem ei ne hic quidem pepercerunt. ubi solam eam metrum admittebat proindeque a viris doctis bene eam ubique reponi.'* Ex quo haec Brunckius scripsit paene saeculum totum effluxit et in luto haeremus eodem. Ad omnes enim Criticorum impetus quasi murus quidam fides veterum membranarum oppo-

nitur. Agedum opponamus his testibus sexcenties in mendacio deprehensis alios longe longeque antiquiores et fideliores. Heraclides (apud Eustathium ad Odysseam pag. 1946. 28) in medium prodeat. οἱ Ἀττικοὶ (inquit) τοὺς τοιούτους ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ ἦτα μόνῳ περατοῦσιν ᾔδη λέγοντες καὶ ἐνενοήκη καὶ ἐπεποιήκη. καὶ οὕτω Φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι. Sed Heraclides (merito dixerit aliquis) et incertae aetatis est et multa mirifica et incredibilia refert, ut in hoc ipso loco statim narrat multos esse qui ᾔδην dicerent et ἐνενοήκην et ἐπεποιήκην, quod falsum est. Neque quod de Panaetio scribit mihi fit credibile. Haec Panaetius curabat scilicet! Producam igitur alterum meliorem, nobilem ἀττικιστὴν Hadriano aequalem Aelium Dionysium, cuius Ἀττικὰ ὀνόματα in Lexico Photiano, et inde sumta apud Suidam sine auctoris nomine circumferuntur. Aelii Dionysii de ea re animadversio in partes dissecta et mutilata in his Photii locis latet: Ἑωράκη τὸ πρῶτον πρόσωπον ὡς ἐπεπόνθη καὶ ἐπεποιήκη καὶ ᾔδη τὸ ᾄδειν. Πλάτων τοῖς τοιούτοις χρῆται σχηματισμοῖς. et alibi: Καὶ τὸ ᾔδη ἀντὶ τοῦ ᾄδειν καὶ τὸ ἐπεπόνθη ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν, et tertio loco Ἤιδη ἀντὶ τοῦ ᾄδειν. Εὐθύδημος· καὶ τῶν δή. περὶ ψυχῆς· ἀλλὰ σχεδόν μέν τι ᾔδη ὁ Κρίτων. Satis erit ultima emendare. Scripserat: Εὐθύδημος· ΚΑΓΩ ΗΙΔΗ (γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψοιτο) περὶ ψυχῆς· ἀλλὰ σχεδόν μέν τι ᾔδη, (ἔΦη) ὁ Κρίτων. Descripserat locum ex *Euthyd.* p. 302. *a.* et ex *Phaedone* pag. 63. *e.* Cum hoc luculento testimonio componamus nunc nostras membranas. In *Euthydemo* est ᾔδη, in *Phaedone* Bodleianus et reliqui omnes exhibent σχεδόν μέν τι ᾄδειν. Quid Editor? a Photio acceptum ᾔδη recepit. Quam constanter nunc non disputo. Idem enim paullo ante pag. 60. *d.* retinuit ᾄδειν γὰρ ὅτι οὐ ῥᾴδιον εἴη. Sed aut hoc testium satis est (ut ille dicebat) aut nescio quid sit satis. Compertum enim sic satis esse arbitror *Platonem semper et ubique formis in* -H *exeuntibus esse usum*, quarum bona pars in Bodleiano et Parisino A tulit aetatem, reliqua a stultis correctoribus de industria depravata esse et in antiquis libris, unde nostri fluxerunt, et in iis ipsis quos habemus.

In Platonis *Rep.* Parisinus A a prima manu fol. 3. ἐωράκη et ἐπεπόνθη habuerat, et fol. 6. ἐωράκη et fol. 7. ᾔδησθα, et

fol. 58. ἐδεδοίκη, sed omnia haec vidi a correctore vitiata. Folio 7 (pag. 337. *a*) in veteri libro scriptum esse vidi: καὶ ταῦτ' ἐγὼ ἤδη τὲ καὶ τούτοισ προὔλεγον. Corrector ἤδη adverbium esse ratus non attigit. I nunc et spreta sana ratione veteribus membranis habe fidem.

Pag. 384. *d.* οὐ δύναμαι πεισθῆναι ὡς ἄλλη τις ὀρθότης ὀνόματος ἢ ξυνθήκη καὶ ὁμολογία. Nullo modo in hac compositione verbum substantivum abesse potest. Itaque legendum: ὡς ἄλλη τίς (ἐστιν) ὀρθότης ὀνόματος κτἑ.

Pag. 384. *d.* ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον παρὰ Κρατύλου ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν. Restituendus est naturae ordo καὶ ἀκούειν καὶ μανθάνειν. Accedit quod μανθάνειν παρὰ Κρατύλου constanter dicitur, non item παρὰ Κρατύλου ἀκούειν, sed Κρατύλου

Pag. 385. *d.* οὕτω δὲ καὶ ταῖς πόλεσιν ὁρῶ ἰδίᾳ ἑκάστοις ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κείμενα ὀνόματα. Perpetuo confunduntur in libris ΔΙΑ - ΙΔΙΑ - ΙΔΙΑΙ. Emenda: ὁρῶ ἴδια ἑκάστοις - κείμενα ὀνόματα. *video singulis civitatibus* propria *vocabula rebus iisdem esse imposita.*

Post pauca sequitur: φέρε δὴ ἴδωμεν, ὦ Ἑρμόγενες, πότερον καὶ τὰ ὄντα οὕτως ἔχειν σοι φαίνεται [ἰδίᾳ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἑκάστῳ] ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγε λέγων πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον [ὡς ἄρα οἷα μὲν ἂν ἐμοὶ φαίνηται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί, οἷα δ' ἂν σοί, τοιαῦτα δ' αὖ σοί] ἢ ἔχειν δοκεῖ σοι αὐτὰ αὑτῶν τινὰ βεβαιότητα τῆς οὐσίας; Ubi molesta duo additamenta expunxeris omnia habebunt optime. Ipsa verborum compositio respuit emblema ἰδίᾳ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἑκάστῳ, quod ne significat quidem id quod Socratem dicere palam est. Coniuncta sunt οὕτως ἔχειν ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγε. Reliqua interpolata sunt ex *Theaeteto* pag. 152. *a*. Putidum est Hermogenem ea doceri quae optime noverat, ut apparet ex sqq. ἤδη ποτ' ἔγωγε - ἐξηνέχθην εἰς ἅπερ Πρωταγόρας λέγει.

Pag. 390. *b.* τίς οὖν ὁ γνωσόμενος εἰ τὸ προσῆκον εἶδος κερκίδος

ἐν ὁτοιφοῦν ξύλῳ κεῖται ὁ ποιήσας [ὁ τέκτων] ἢ ὁ χρησόμενος [ὑφάντης]; Mirari saepe subit quam puerilia Platonis lectores olim in suis libris notaverint. Etiam hoc mirabile accidit quo pacto Platonis lectores post renatas literas ista aequis animis lectitare potuerint. Qui hanc *lacteam ubertatem* esse putant, cogitent sic ὁ τέκτων ὁ ποιήσας et ὁ ὑφάντης ὁ χρησόμενος dicendum fuisse. Nempe ὁ ποιήσας ὁ τέκτων ita dicitur quasi ὁ τέκτων solum non esset satis perspicuum ad intelligendum.

Pag. 391. *c.* Socrates ad Hermogenem: λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν [καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ] διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου. Cui Hermogenes: ἄτοπος μέντ' ἂν εἴη μου, ὦ Σώκρατες, ἡ δέησις, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀληθείᾳ ἠθέντα ἀγαπῴην ὡς του ἄξια. Mala manus inseruit καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ. Multo melius et acrius est λιπαρεῖν quam δεῖσθαι, ut fatuum sit verbo λιπαρεῖν languidum et iners δεῖσθαι adiicere. Etiam ἡ δέησις in sqq. nata ex interpolatione est. Lege: ἄτοπος μέντἂν (sic scribendum) εἴHN, ὦ Σώκρατες, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν κτέ. Non erat ipsa *petitio* inepta, sed qui postulat ea doceri quae inania et falsa esse putet is merito ineptus esse dicitur. Opinor olim pro εἴην ЄIH scriptum fuisse: deinde corrector aliquis et ἡ δέησις et μου de suo addidit.

Lacuna est pag. 395. *c.* δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ Πέλοπι τὸ ὄνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι· σημαίνει γὰρ τοῦτο τοὔνομα τὸν τὰ ἐγγὺς ὁρῶντα ἄξιον εἶναι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας. Manifesto excidit aliquid post ὁρῶντα in hanc sententiam: — ὁρῶντα (ὥϛε τοῦτον μάλιϛα πάντων τὸν ἄνδρα) ἄξιον εἶναι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας. Nunc demum ab Hermogene recte quaeritur: πῶς δή;

Pag. 396. *d.* ἔωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ συνῆν. Plato scripserat συνῇ, non συνῆν. Et antiquiores omnes et Plato constanter dicebant ᾖ ᾖσθα et ἦν, et in compositis παρῇ, συνῇ. Turbant indocti scribae, quos quis morabitur? In Bodleano συνῇ recte scriptum est litera ν ad latus superscripta. ᵛH *eram* in libris nonnumquam mansit illaesum, saepius vitiatur. Quod de forma ᾖδη diximus, idem de ᾖ dicendum. Plato *semper ita dixerat.*

In libris nostris modo forma Attica emersit, modo obscurata est. Nunc in *Phaedone* 61. *b.* et 98. *b.* ᾖ legitur, sed 99. *a.* ἦν. In Codice Parisino *de Rep.* fol. 27. *v.* prima manus dederat ᾖ sed corrector *emendavit* scilicet ἦν.

Pag. 398. *e.* quaerit ex Hermogene Socrates: διὰ τί ποτὲ ἄνθρωποι καλοῦνται; ἢ σὺ ἔχεις εἰπεῖν; respondet: πόθεν, ὦγαθέ [ἔχω]; Sine mora ineptum ἔχω expellendum. Quid notius, quid tritius quam πόθεν; in acri et vehementi negatione? Hesychius: Πόθεν; - μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὔ. Sic legendum. Codex ἀντὶ τοῦ οὕτω. Ubique confunduntur οὐ et οὕτω (οὔ). *Sympos.* 172. *c.* πόθεν, ὦ Γλαύκων; *Gorg.* 471. *d.* πόθεν, ὦγαθέ; *Hipp. mai.* 285. *e.* πόθεν, ὦ Σώκρατες; *Menex.* 235. *c.* πόθεν, ὦγαθέ; In his omnibus perpetua et necessaria est ellipsis, quam inepte sciolus explevit et h. l. et in *Lyside* pag. 208 6. πόθεν; ἢ δ' ὅς [ἐῷεν], quae omissa vocula ἄν soloeca oratio est, et in *Euthydemo* pag. 291. *b.* πόθεν, ὦ μακάριε; [εὕρομεν]. Frequens admodum hic usus est praesertim apud Euripidem et Aristophanem, ubi nusquam ellipsin expletam videbis.

Pag. 403. *d.* διὰ ταῦτα ἄρα φῶμεν - οὐδένα δεῦρο ἐθελῆσαι ἀπελθεῖν τῶν ἐκεῖθεν. Perisse videtur elegans Attica dicendi forma: ταῦτ' ἄρα φῶμεν, cuius complura exempla dedimus in *Nov. Lectt.* pag. 622 sq. et ostendimus διά a sciolis additum, ut in *Protagora* pag. 341. *c.* ταῦτ' ἄρα καὶ μέμφεται τὸν Πιττακόν. Emendate legitur in *Cyrop.* I. 4. 27. ταῦτ' ἄρα - καὶ ἐνεώρας μοι. Frequens est apud Comicos, ut in lepido versiculo *Nubium:*

ταῦτ' ἄρα καὶ τὠνόματ' ἀλλήλοιν πορδὴ καὶ βροντὴ ὁμοίω.

et alibi passim. Communis grammaticorum opinio est quae legitur apud Gregorium Corinth. pag. 29: ταῦτ' ἄρα Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ διὰ ταῦτα, unde interpolatio nata est. Eadem opera mendum eximes ex *Protagora* pag. 354. *c.* τοῦτ' ἄρα ἡγεῖσθ' εἶναι κακὸν τὴν λύπην, imo vero ταῦτ' ἄρα, *ergo haec causa erat cur dolorem putaretis esse malum.*

Barbara forma decrepitae Graecitatis maculat locum pag. 404. *b.* ΔήμητρΑΝ τε καὶ Ἥραν pro ΔήμητρΑ. Saepe Critici admonuerunt, ut Porson. ad *Plutum* vs. 64. sed nemo praebet aurem.

Pag. 409. *a.* *οἱ Δωριεῖς.* Plato dederat *Δωριῆς* et pag. 434. *c.* *Ἐρετριῆς.* Non funditus interiit Attica forma in Codd nostris. Bodleianus *γονῆς* et *βασιλῆς* servavit in *Sympos.* pag. 178 *b.* et 196. *c.* In libris de *Rep.* Parisinus A. fol. 19. *v.* *χαλκῆς*, 58. *v.* *βασιλῆς*, 83. *r* *γονῆς*, 110. *r.* *δρομῆς* dederat, quae omnia corrector depravavit. Intactum mansit fol. 61. *v.* *ὥσπερ γραφῆς*, sed prima manus fol. 41. *v.* *οἱ βαφεῖς* scripsit et 62. *v.* *οἷον οἱ γραφεῖς*, ne umquam librariis certa fides haberi possit.

Pag. 409. *a.* *τὸ δὲ ποικίλλειν καὶ αἰολεῖν ταὐτόν.* Scribendum *αἰόλλειν* ex certa analogia et usu poëtarum. Ut *ποικίλος ποικίλλειν*, *δαίδαλος δαιδάλλειν*, sic *αἰόλος* habet *αἰόλλειν.* Odyss. *υ.* 25.

ὡς δ' ὅτε γαστέρ' ἀνὴρ — ἔνθα καὶ ἔνθα
αἰόλλῃ.

Pag. 409. *a.* *ἔοικε δηλοῦν τι παλαιότερον ὃ ἐκεῖνος* (Anaxagoras) *νεωστὶ ἔλεγεν.* Rectissime Heusdius *ἔοικε δηλοῦντι*, ut saepissime Plato in *Cratylo* loquitur. pag. 408. *b.* *ἔοικε κεκλημένῃ.* 419. *c.* *κεκλημένῃ ἔοικεν*, et post pauca *ἔοικε κεκλημένῃ.* 420. *c.* *δηλούσῃ προσέοικεν.* 437. *a.* *ἔοικε σημαίνοντι.* Sed ubi *δηλοῦντι* receperis locus nondum est persanatus. De sententia constat, quae haec est: *nomen hoc declarare videtur antiquius esse id quod ille nuper dixit.* Verte Graece, exibit haec forma: *ἔοικε δηλοῦντι παλαιότερον *ΟΝ ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ ἔλεγεν.*

Pag. 415. *a.* *ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, ἀκριβολογοῦ μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος.* Ostendimus Platonis in versu Homerico errorem in *Miscell. Crit.* pag. 352.

Removenda est forma non Homerica pag. 428. *c.*

πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν ἐείσΩ μυθήσασθαι.

repone *ἐείσΑΟ.*

Pag. 429. *e.* *εἴ τις ἀπαντήσας σοι ἐπὶ ξενΙΑC λαβόμενος τῆς χειρὸς εἴποι· χαῖρε, ὦ ξένε Ἀθηναῖε.* Nihil significat *ἐπὶ ξενίας.* Emenda *ἐπὶ ξένΗC peregre.*

Pag. 437 *b*. *ἡ ἰσορία αὐτό που σημαίνει ὅτι ἴσησι τὸν ῥοῦν καὶ τὸ πισὸν ἰσᾶν παντάπασι σημαίνει.* Haerent Editores in *ἰσᾶν* (*ἰσᾷν* Hermannus). Sine controversia *ἰσᾶν* et *ἰσάνειν* formae sunt labentis Graecitatis et Platoni incognitae. Ne literula quidem mutata ex his molestiis te expedies ubi de vetere scriptura cogitaveris

ΤΟΠΙCΤΟΝΙCΤΑΝCΗΜΑΙΝΘΙ.

id est *τὸ πισὸν ἱστὰν σημαίνει*, non infinitivus est, est participium, quod *τὸ πισόν* postulat.

Caeterum hae omnes etymologiae *ἰσορία ὅτι ἴσησι τὸν ῥοῦν* caeteraque id genus omnes sive serio sive ioco procusae sunt nauseam magis quam risum movent, ac venit mihi in mentem ad haec id quod dixit Galenus Tom. XVIII. 2. pag. 345. *τὰ ἐσχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι προσήκει.*

C. G. COBET.

SOPHRON.

apud Galenum Tom. XVII. 1. pag. 680. *ἰλλός, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σώφρων δοκεῖ πεποιηκέναι τὸ συγκριτικὸν ὀνομαζόμενον παρὰ τῶν γραμματικῶν·*

ἰλλότερον τἀνκύονα.

Emendata lectio est apud Scholiast. Aristoph. ad *Thesmoph.* 846. *ἰλλός: διεσραμμένος τὴν ὄψιν. Σώφρων· ἰλλοτέρα τᾶν κορωνᾶν.* Hesychius: *Ἰλλώπτειν: σραβίζειν. limis adspicere.* Aelius Dionysius apud Photium v. *Ἰλλώπτειν: ἐμβλέπειν ἐπιμύουσι καὶ ἐγκεκλασμένοις ὀφθαλμοῖς*, et apud Eustathium pag. 206. 30. *ἰλλώπτειν καὶ ἐνιλλώπτειν τὸ ὑγροῖς, ὡς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, καὶ ἐπιμύουσι καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν.*

C. G. C.

AD EURIPIDEM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

In tragicorum Graecorum triade Euripides is est de cuius dicendi genere accuratissime possit constare tam quia plurimae eius fabulae servatae sunt quam quod eius oratio paullo propius accedit ad linguae quotidianae usum atque rationem. Inde factum est, ut in illo emendando aliquanto plus profecerint viri docti quam in corrigendis antiquiorum tragicorum operibus. Ipse iam saepius antehac in hoc poeta, quo valde delector, tentando vires meas expertus sum; antiquiora ne memorem, primum in *Studiis Criticis in poetas scenicos Graecorum*, quae anno 1872 Amstelodami prodierunt sumtibus Academiae Regiae disciplinarum Nederlandicae, deinde in duabus dissertationibus inscriptis *Adnotationes criticae et exegeticae ad Euripidem;* quae reperiuntur in volumine IVto secundae seriei Annalium, quorum titulus *Verslagen en mededeelingen der Koninklijke Academie van Wetenschappen, afd. letterkunde;* quibus tandem nova quaedam adieci in editione mea *Ionis*, quae nuper prodiit *Traiecti ad Rhenum apud Kemink et filios.*

Nuperrime autem cum res magis curans quam verba et praecipue spectans componendi artem Euripideam nimisque iniquum illud Aristophanis de ea iudicium accuratissime hunc poetam denuo perlegerem, hic illic inter legendum in novas incidi

suspiciones, quas quia cognoscere fortasse non prorsus inutile erit iis qui poetae philosophi fabulis legendis interpretandisque delectantur, statui cum Mnemosynes lectoribus illa dramata ordine percurrere eorumque iudicio subicere, sicubi quid novum ac memorabile repperisse mihi visus sum, *ἵν' ἤτοι χρῶνται τοῖς εἰρημένοις ἢ ζητῶσι βελτίω τούτων.*

CYCL. 166. *ῥίψας τ' ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο.*
Requiro *κάτα*, ut recte infra legitur vs. 448.

σφάξαι μενοινᾷς ἢ πετρῶν ὄσσοι κάτα.

Similiter vitiose editur MENANDRI LEUCADIAE locus apud Strabonem X p. 452. vs. 3 sq.

οἰσῥῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς.

Quem locum olim adolescentulus correxi adhibito Theogn. vs. 157 sq. in *Observationibus criticis in fragm. com. Gr.* pag. 88.

389. *λευκὸν ἐσχέας γάλα.*

Verbum compositum *ἐσχεῖν* relinquendum est Ionibus. Athenienses summa constantia usurparunt *ἐγχεῖν*, ut Euripides in hac ipsa fabula 423, 567, alibi. Quare corrigatur:

λευκὸν ἐγχέας γάλα.

HIPPOLYT. 406. *μίσημα πᾶσιν ὡς ὄλοιτο παγκάκως,*
ἥτις πρὸς ἄνδρας ἦρξατ' αἰσχύνειν λέχη
πρώτη θυραίους.

Sententia haec est: *quae prima lectum genialem polluit* s. *quae prima lectus temerandi dedit exemplum.* Quapropter verius videtur:

ἥτις πρὸς ἄνδρας ἦρξεν αἰσχύνειν λέχη κτέ.

Literae AT e sequentibus AI natas esse crediderim.

1070. *Αἰαῖ· πρὸς ἦπαρ δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.*
Suspecta mihi ellipsis. Haud scio an poeta dederit:

Αἰαῖ·
(χωρεῖ) πρὸς ἦπαρ δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.

ut saepe exclamationes ponuntur a tragicis extra metrum. Cf. Soph. Ai. 938

χωρεῖ πρὸς ἦπαρ, οἶδα, γενναία δύη.

1115. ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
μεταβαλλομένα χρόνον ἀεὶ
βίον συνευτυχοίην.

Interpretantur duce scholiasta σὺν ἄλλοις εὐτυχοίην κατὰ τὸν βίον. Quia tamen inaudita est eiusmodi omissio vocabuli prorsus necessarii reponendum suspicor διευτυχοίην.

1295. ὡς ἐν χρηστοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι
κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.

Sententia: *quandoquidem vitae tuae sorti non* (amplius) *poterit locus assignari inter viros bonos.* Et ita intellexit scholiasta, qui explicans κατατεταγμένος videndum an non legerit:

τακτὸν βιότου μέρος ἐστίν.

Nam κτητόν permire dictum est.

Med. 131 sqq. Ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυσάνου
Κολχίδος, οὐδέ πω ἤπιος· ἀλλὰ γεραιὰ, λέξον· ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου γόον ἔκλυον· οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται.

Locum misere interpolatum a sciolis, eiectis horum additamentis, ita restituendum arbitror, ut legatur:

Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυσάνου
Κολχίδος, οὐδέ πω ἤπιος· ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου γόον ἔκλυον· οὐδὲ συνήδομαι ἄλγεσι δώματος, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται.

Magistellus aliquis, non satis assecutus sententiarum nexum quantumvis expeditum, addidit verba ἀλλ' ὦ γεραιὰ λέξον, quibus numerorum speciem conciliarunt et qui corrector metricus post λέξον adscripsit absurdissimam voculam ἐπὶ et nostra aetate Hermannus delenda interiectione ὦ. Alius interpres antiquus post συνήδομαι inseruit ὦ γύναι.

383. κράτισα τὴν εὐθεῖαν ἢ πέφυκαμεν
σοφαὶ μάλισα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν.

Duobus vitiis hoc locus laborat, quorum alterum nullo negotio tolli potest, alterius incertior emendatio est. Nam quia Medea evidenter verba ἦ — μάλιστα de semet ipsa loquitur, nec veneficii incusat totum muliebre secus, dubitari non potest quin ex notissima post Porsonum regula Euripidi reddendum sit σοφοί pro σοφαί. Alter error, quem certa ratione corrigere non queo, latet sub vocabulis τὴν εὐθεῖαν. Fieri enim non potest, ut via *recta* dicatur a Medea clandestina et subdola ratio, qua veneficae mortem inferant inimicis. Tentari aliquid potest, velut:

κράτιστα τὴν ὀθνεῖον, κτὲ.

i. e. *peregrina*, *barbara*, *Colchica illa ratione*, *quam maxime callemus*, cett.

Ὀθνεῖος similiter communis generis est in Alcestide vs. 532 sq. Metri causa Euripides multorum adiectivorum, quae in oratione pedestri plerumque distinctas habent utriusque generis terminationes, usurpavit pro feminina terminationem masculam. Cuius licentiae plurima collegi exempla in commentario ad Ionem 767 ed. meae.

635. Στέργοι δέ με σωφροσύνα,
δώρημα κάλλιστον θεῶν·
μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀρ-
γὰς ἀκόρεστα τε νείκη,
θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις
προσβάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀπτολέμους δ'
εὐνὰς σεβίζουσ' ὀξύφρων
κρίνοι λέχη γυναικῶν.

Ad Ionem iam monui sanam rationem postulare, ut corrigatur:

Στέργοιμι δὲ σωφροσύναν

sed longe peius laborant verba ἀπτολέμους — γυναικῶν, unde nihil sani extricari poterit, nisi probabili mutatione reponatur:

ἀπτολέμους δ'
εὐνὰς σέβουσα ξυμφρόνων
κρίνοι λέχη γυναικῶν.

Quae verba ita correcta nullo indigebunt interprete.

803. Οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
ζῶντας τὸ λοιπὸν, οὔτε τῆς νεοζύγου

νύμφης τεκτώσει παῖδ', ἐπεὶ κακὴν κακῶς
θανεῖν σΦ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι Φαρμάκοις.

Offensioni est παῖδα, ubi iure exspectes pluralem numerum et in promptu fuerat scribere:

νύμφης τεκνώσει τέκν', ἐπεὶ κτἑ.

An forte τέκνα proclivi errore exciderat, et παῖδα suppletum est a librariis?

853 sqq. Μή, πρὸς γονάτων σε πάντως
πάντη σ' ἱκετεύομεν.
τέκνα Φονεύσῃς.

Haud paulo venustius non repetito pronomine scriberetur:

Μή, πρὸς γονάτων σε πάντῃ
πάντως ἱκετεύομεν, κτἑ.

860 sqq. πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις [Φόνου; οὐ] δυνάσει
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων,
τέξαι χέρα Φοινίαν
τλάμονι θυμῷ.

Dubium non est, quin Φόνου neque recte iungi possit cum praecedentibus neque mutatum in Φόνῳ, quae est varia lectio, cum sequentibus. Quam ob rem crediderim id substantivum esse glossatoris, haud assecuti rationem verborum ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις, quod poetice dictum est pro δακρύων οὐ μεθέξεις, οὐ δακρύσεις. Euripide dignum foret:

πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις (ποτέ; πῶς) δυνάσει
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων,
τέξαι χέρα Φοινίαν
τλάμονι θυμῷ;

932 sq. Ἀλλ' ὥνπερ οὕνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους,
τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.

Recte haberet pronomen primae personae, si verba τὰ μὲν λέλεκται spectarent Iasonem, non ipsam Medeam, cuius haec

oratio est. At enim Medea illa quoque dixerat. Propterea corrigendum:

τῶν δὲ νῦν μνησθήσομαι.

1259. ἀλλά νιν, ὦ Φάος διογενὲς, κάτειργε, κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων τάλαιναν Φονίαν τ' Ἐρινὺν ὑπ' ἀλαστόρων.

Numerorum tantum, non sententiae, rationem habuit Seidlerus ita corrigens librorum lectionem Φονίαν ταλαινάν τ'. Nemo enim facile dixerit unde suspensa sint vocabula ὑπ' ἀλαστόρων. Sub τάλαιναν latere videtur aliquod participium. Venit in mentem:

ἔξελ' οἴκων ϛαλεῖσαν Φονίαν Ἐρινὺν ὑπ' ἀλαστόρων.

Hecub. vs. 141 sqq.

Ἥξει Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.

Requiro exemplum verbi ὁρμᾶν simili modo usurpati. Totum versiculum languidulum et inutilem, qui facile fingi potuit ope vss. 206, 225, 277, abesse malim.

225 sqq. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ μήτ' εἰς χερῶν ἄμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί· γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν τῶν σῶν. Σοφόν τι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ Φρονεῖν.

Interpretes partim ἀλκὴν intellegunt *vim adversariorum* partim *debiles Hecubae vires*. Aenigma perdifficile ad solvendum! Quid si non poetae debeatur haec ἀπορία, sed librariis male describentibus quod illum dedisse suspicor:

γίγνωσκ' ἀνάγκην κτέ.

ut est in Andromeda 126:

Γνῶθι τύχαν, λόγισαι τὸ παρὸν κακὸν εἰς ὅπερ ἥκεις?

332. Αἰαῖ· τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι τολμᾷ θ' ἃ μή χρὴ τῇ βίᾳ κρατούμενον.

Pro πεφυκέναι plerique editores substituerunt Stobaei lec-

tionem nihilo saniorem πέφυκ' ἀεί, unde tamen hoc confirmatur in vetustissimis libris Euripideis evanuisse ultimas literas versus 332. Nauckium edentem πέφυκ' ἀεὶ τολμᾶν recte reprehendit Weilius, qui ita non ἃ μὴ χρή, sed ἃ χρή, requiri optime monuit. Nihilominus τολμᾶν verum esse ego quoque crediderim, ita tamen ut utrumque versum sic corrigendum esse arbitrer:

Αἰαῖ· τὸ δοῦλον ὡς κακόν· πέφυκε γὰρ
τολμᾶν ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ κρατούμενον.

478. Vide me ad Ionem pag. 105.

820 sqq. πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς;
οἱ μέν ποτ' ὄντες παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι,
αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι,
κάπνον δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκοντ' ὁρῶ.

Versus non mali, sed quibus et male interrumpitur filum orationis et supervacanei sunt post ea quae Hecuba modo conquesta est vs. 809 sqq. Quare fieri potest, ut olim ex alia nescio qua fabula a docto lectore propter argumenti similitudinem in margine adscripti sint.

815 sqq. Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσιν
καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει
ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινός κτἑ.

Horum versuum elegantiam non defendam, verumtamen non ita ineptus fuit Euripides, ut uno tenore *crines* cum membrorum mentione coniungeret. Sub κόμαισι delitescit aut κνήμαισι aut κώλοισι. Ita sibi respondebunt βραχίονες — χεῖρες, κνῆμαι (κῶλα) — πόδες.

1025 sq. tentavi ad Ionem pag. 107.

1217. Πρὸς τοῖσδέ νυν ἄκουσον, ὡς φανῇς κακός.
Necessarium videtur:
Πρὸς τοῖσδέ νυν ἄκουσον οἷς φανεῖ κακός.

IPHIG. AUL. 506.

Αἰνῶ σε, Μενέλεως, ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν
ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους σοῦ τ' ἀξίως.

Sententia postulat μετέθηκας.

950. οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,
οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις.

Oratio vix Graeca. Conieci:

οὐδ' ἕς' ἄκραν χεῖρ' ὅσις ἐμβαλεῖ πέπλοις.

1330. Ἦ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος, ἢ πολύμοχθον
ἀμερίων, τὸ χρεὼν δέ τι δύσποτμον
ἀνδράσιν ἀνευρεῖν.

Numeris, non sententiae, consulit Dindorfiana correctio εὑρεῖν. Verum esse suspicor:

τὸ χρεὼν δέ τι δύσποτμον
ἀνδράσιν ἕρπει.

Aptissimum saltem hoc verbum est *de fatali necessitate certo pede incedenti atque ingruenti.* Soph. Ant. 366: ποτὲ μὲν κακὸν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει, ib. 586 ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπει, fr. 520. 3 τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ τυφλὸν ἕρπει. Pindar. Isthm. III. 68 τοῦτο δ' ἀθάνατον ἕρπει.

1480. Εἱλίσσετ' [ἀμφὶ ναὸν] ἀμφὶ βωμὸν
Ἄρτεμιν ἄνασσαν.

Deleatur glossema Byzantinum. Vide quae scripsit Heimsoethius *Kritische Studien zu den Griechischen tragikern*, p. 188.

IPHIG. I. TAUR. 452.

καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαλ-
ὴν δόμοις πόλει τε πατρῴ-
ᾳ τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύ-
ειν, κοινὰν χάριν ὄλβῳ.

Ita libri, nisi quod καί omissum est in Palatino, et ἀπόλαυσιν legitur pro ἀπολαύειν, quod receptum ex Aldina editione. Laborantibus cum sententia numeris alius alio modo subveniunt critici. Quae autem ceterorum coniecturas probabilitate superat Kirchhoffiana

εἰ γὰρ ὀνείροισι συνεί-ην

ne ipsa quidem duplici de causa probari potest. Nam et offensioni est duplex ille Dativus, et chori votum, *ut in somnis patriam revisat*, nimis hercle modestum est. Utrique difficultati occurri et simul pressius insisti potest traditae scripturae, si corrigitur:

κἀν γὰρ ὀνείροισι συνεί-
ην δόμοις πόλει τε πατρῴᾳ, τερπνῶν ὕμνων κτἑ.

Nam dicendo: VEL *in somnis* puellae ingens significant patriae desiderium.

570. πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι
κἀν τοῖς βροτείοις· ἓν δὲ λυπεῖται μόνον,
ὅτ' οὐκ ἄφρων ὢν μάντεων πεισθεὶς λόγοις
ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν.

In magno coniecturarum numero nulla est me iudice qua tam leni mutatione loci sententiae aeque consulatur atque ea, quam olim proposuit Godofredus Hermannus:

ἓν δὲ λυπεῖσθαι μόνον,

nisi quod fortasse verius est:

ἔνι δὲ λυπεῖσθαι μόνον, κτἑ.

ut scribendum suspicabar ignorans paene idem iam placuisse Hermanno. Coniunctio ὅτε, ut saepe, valet *quandoquidem*. A sententia prorsus aberravit Köchly rescribendo ἓν δὲ λυπηρὸν μόνον.

582. θέλοις ἄν, εἰ σώσαιμί σ' ἀγγεῖλαί τι μοι
πρὸς Ἄργος ἐλθὼν τοῖς ἐμοῖς ἐκεῖ φίλοις
δέλτον τ' ἐνεγκεῖν ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ
ἔγραψεν αἰχμάλωτος, οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὅπου
θνήσκειν σφε, τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγουμένης;

Offendor tam Accusativo cum Infinitivo ubi Graeca Syntaxis nudum Infinitivum postulat quam intolerabili languore verborum τῆς — ἡγουμένης, ubi omisso ultimo versu poeta eleganti brevitate uti potuit scribens quod dedisse eum habeo permasissimum:

οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τὸν νόμον δέ που;

Voculam *που*, quae pertinet ad *νομίζων*, suspicantis esse nemo erit docendus.

591. *σὺ δ', εἴ γάρ ὡς ἔοικας, οὔτε δυσμενὴς*
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὺς κἀγὼ Φίλους,
σώθητ' ἐκεῖσε, μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβὼν
κούφων ἕκατι γραμμάτων σωτηρίαν.

Ita haec scripsi recepta tam Heimsoethii coniectura *Φίλους* pro *θέλω* quam Musgravii emendatione *σώθητ' ἐκεῖσε* pro *σώθητι καὶ σύ*. Sed insuper parum eleganter mihi dictum videtur *σώθητι — μισθὸν λαβὼν — σωτηρίαν*. Una literula mutata exibit sententia poeta aliquanto dignior:

σύθητ' ἐκεῖσε, μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβὼν
κούφων ἕκατι γραμμάτων σωτηρίαν.

i. e. *σπεῦσον, ἐπείγου*; quod apprime convenire videtur magno Iphigeniae desiderio. Cf. infra 1294, Ion. 787, Alc. 849, Hel. 1133, 1302.

699. *ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἄν, οὐδ' ἅπας δόμος*
πατρῷος οὐμὸς ἐξαλειφθείη ποτ' ἄν.

Si nihil gravius peccatum reponendum saltem quod grammatica postulat *ἐμόν*. Sed haud scio an *ἐμοῦ* sit glossatoris, Euripides autem scripserit:

ὄνομά τε διαγένοιτ' ἄν κτἑ.

755. *ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἤν τι ναῦς πάθῃ,*
χὴ δέλτος ἐν κλύδωνι χρημάτων μέτα
ἀφανὴς γένηται, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον,
τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον.

Quoniam Orestes tabellas datas sibi ab Iphigenia procul dubio more veterum in sinu vestis conditurus erat, vix satis apta h l. videtur *χρημάτων* nescio quorum mentio. Parum autem probabilis est Köchlyi (*Emendat.* V) coniectura *σελμάτων μέτα* suspicantis. Mihi venit in mentem:

χὴ δέλτος ἐν κλύδωνι κυμάτων κάτα
ἀφανὴς γένηται.

ut est *ἀφανίζεσθαι κατὰ θαλάσσης* apud Herodotum VII, 235, *κατὰ κυμάτων ἕρροι* apud nostrum H. F. 650.

798. ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόσπολον
χραίνεις ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις χέρα.

Manifestum est requiri numerum pluralem χέρας. Vide v. c. Orest. 371 sq.

833. ὡσαύτως δ' ἐμόν.

Ita sequiores, quibus ὥς αὕτως coaluit in unum vocabulum, corrumpere assolent in veterum scriptis quod hi scribere solebant ὡς δ' αὕτως.

934. Iph. ἔγνωκα μητρός σ' οὕνεκ' ἠλάσρουν θεαί.
Or. ὥσθ' αἱματηρὰ σόμι' ἐμβαλεῖν ἐμοί.

Ferri non posse σόμια qui optime intellexit Weilius collato loco Aeschyleo Eumen. 187 σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ ἀτμῷ κατισχναίνουσα κτέ. ingeniose coniecit:

ὥσθ' αἱματηρὰν ἀτμίδ' ἐμβαλεῖν ἐμοί,

nec tamen ita ut mihi prorsus satisfecerit.

Nempe responsi ea ratio est, ut expectes voculam γε, qua adscita praetulerim:

ὥσθ' αἱματηρὸν ἄσθμά γ' ἐμβαλεῖν ἐμοί;

cruentum anhelitum.

1390. Οἱ δὲ σεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
ἔπαισαν ἅλμην.

Substantivum σεναγμὸς aeque male coit cum adiectivi ἡδύς atque verbi ἐκβρυχᾶσθαι notione. Reddiderim Euripidi:

Οἱ δὲ κεκραγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι κτέ.

Cf. Iph. A. 1357.

Electr. 236.

Or. ἔχει μὲν, ἀσθενὴς δὲ δὴ φεύγων ἀνήρ.
El. λόγον δὲ δὴ τίν' ἦλθες ἐκ κείνου φέρων;

Apud Dionem Chrysostomum XIII p. 254 in vs. priore pro δὲ δὴ legitur δ' ἅτε, quod facilius corrumpi potuit ex δέ τοι.

441. Νηρῇδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι
Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων
μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων.

Annotat Weilius „Les Nereides, qui viennent de la ha „mer et *peut-être de Lemnos, ou était la forge de Vulcain*, „sent près de la côte nord-ouest de l'île Eubée pour se ren „dans la Thessalie." Perperam, si quid video. Euripi enim, si vulgarem famam de Vulcani officina secutus ess procul dubio *Lemnum* memorasset, non *litus Euboicum;* ver probabilis mihi videtur suspicio poetam collocasse illam off nam in Euboea, cuius monte Telethrium et Ochen aeris ferri fodinis abundasse constat. Plutarchus *de def. or.* pag. 434 καὶ μετάλλων ἴσμεν ἐξαμαυρώσεις γεγονέναι καινὰς ὡς τῶν π τὴν Ἀττικὴν ἀργυρείων καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκιτίδος, ἐξ ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὡς Αἰσχύλος εἶρ

λαβὼν γὰρ αὐτόθακτον Εὐβοικὸν ξίφος.

ubi nihili est quod Hermannus reposuit αὐόθηκτον. Adiu ipsius Plutarchi interpretamento, fuisse suspicor:

λαβὼν γὰρ ὑγρόβαπτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Sed ut redeam ad Euripidem, nondum me poenitet coniectu quam proposui in *Stud. Crit. i. p. Sc. Gr.* pag. 40 sq. ἀσπιςὰς corrigendum esse ἀσπέτους, cuius vocabuli mens melius quoque respondet versui antithetico

πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρήδων.

482. τοιγάρ σέ ποτ' οὐρανίδαι
πέμψουσιν θανάτοις· ἤ μὰν
ἔτι ἔτι Φόνιον ὑπὸ δέραν
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

Pro hac codicum scriptura perperam editur ἔτ' ἔτι. Del dum fuerat alterum ἔτι dittographia natum, substituto nec sario pronomine possessivo:

ἤ μὰν
(σὸν) ἔτι Φόνιον ὑπὸ δέραν
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

909. καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον
θρυλῶν ἃ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν.

Malim: θρυλῶν ὅσ' εἰπεῖν κτέ.

1216. κατεῖδες, οἷον ἀ τάλαιν' ἐῶν πέπλων
ἔβαλεν, ἔδειξε μαςὸν ἐν Φοναῖσιν.

Tam numeris quam sententiae satisfaciet coniectura:

ἔβαλλεν ἔξω μαςὸν κτἑ.

Cf. Orest. 526.

ἐπεὶ τίν' εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε
ὅτ' ἐξέβαλλε μαςὸν ἱκετεύουσά σε
μήτηρ;

In versu antithetico 1215 scribam:

τιθεῖσα χεῖρας· τέκος ἐμὸν λιταίνω.

ubi codices exhibent χέρας, quod Seidlerus mutavit in χεῖρα.

OREST. 45. ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο
πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.

Quam recte homo dicitur πηδᾶν ἀπὸ δεμνίων, tam prave equus πηδᾶν ἀπὸ ζυγοῦ. Corrige sodes:

πῶλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ.

ut recte scribitur in Eubuli parodia apud Athenaeum p. 108 B.

πηδᾷ χορεύει πῶλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ.

quod pessime Schweighaüserus in ὑπὸ ζυγῷ mutari iussit.

92. Helenae quaerenti:

πρὸς θεῶν, πίθοι' ἂν δῆτά μοί τι, παρθένε;

respondere non potest Electra quod editur:

ὡς ἄσχολός γε συγγόνου προσεδρίᾳ.

sed debet:

ὅσ' ἄσχολός γε κτἑ.

i. e. *quantum quidem mihi permittet occupatio, quae fratris lecto assideam.*

413. οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.

Malim equidem:

οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ (δεῖν') εἰργασμένους.

Iph. A. 979 sq.

αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ τρόπον τινὰ
μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.

Cf. ib. 1134, 1139, 1182, Bacch. 934, fr. 362 init., cett.

530. Ἐν οὖν λόγοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμορροθεῖ·
μισεῖ γε πρὸς θεῶν καὶ τίνεις μητρὸς δίκας.

Legerim ἔν γοῦν *una saltem res*, et cum Porsono μίσεῖ τε.

1168. Orestes ad Pyladem:

σὺ γὰρ τά τ' εἰς Αἴγισθον ἐξηῦρες κακὰ
καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί.

Suspectum κακά. Expectabam κ α λ ῶ ς.

1219. Φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ Φόνος,
[ἢ ξύμμαχός τις ἢ κασίγνητος πατρὸς]
ἐλθὼν ἐς οἴκους Φθῇ, γέγωνέ τ' ἐν δόμοις.

Ex usu verbi Φθάνειν satis credo apparebat, quosnam poeta intellegeret usurpans pronomen indefinitum. In marginem redeat versiculus manifesto spurius.

1360. ἢ καὶ λόγον του προσπόλων πυθώμεθα;
τὰς μὲν γὰρ οἶδα [συμφορὰς], τὰς δ'οὐ σαφῶς.

Lectionem iam aliis criticis iure suspectam suspectiorem reddit quod συμφοράς alia manus adscripsit in optimo Marciano. Qua voce deleta, scribendum esse suspicor:

τὰ μὲν γὰρ οἶδα (π ά ν υ σ α φ ῶ ς), τὰ δ' οὐ σαφῶς.

1459. Ὡς κάπροι δ' ὀρέσεροι
γυναικὸς ἀντίοι σαθέντες ἐννέπουσι·
κατθανεῖ κατθανεῖ,
κακός σ' ἀποκτείνει πόσις,
κασιγνήτου π ρ ο δ ο ὺ ς
ἐν Ἄ ρ γ ε ι θανεῖν γόνον.

Additum ἐν Ἄργει ferri posset, si Spartae alibive locorum haec gererentur. Quia vero ipsis Argis haec fieri et dici finguntur absurdissima scriptura quantocius cedat verae lectioni, quam facilis coniectura est fuisse ἐ ν α ρ γ ῶ ς *manifesto*, quod iungendum cum praegresso προδούς:

κακός σ' ἀποκτείνει πόσις,
κασιγνήτου π ρ ο δ ο ὺ ς
ἐ ν α ρ γ ῶ ς θανεῖν γόνον.

Phoeniss. 535 emendavi ad Ionem pag. 204 comm. et vs. 884 ibidem pag. 155.

1215. *κοὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά.*

Nec *καί*, nec *γε*, nec *σοῖς* in hoc versu ferri potest. Partim codicum ope, in quibus *οὐκ* legitur, partim de coniectura scripserim:

οὐκ ἄν ἐπιλέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσί σοι κακά.

Pronomen iam ante me emendavit Heimsoethius.

1433. *προσπίτνουσα δ' ἐν μέρει τέκνα*
ἔκλα', ἐθρήνει τὸν πολὺν μαςῶν πόνον.
ςένουσ', ἀδελφή θ' ἡ παραπίζουσ' ὁμοῦ.

Pro *μαςῶν*, cl. Troad. 757, malim *μάτην* cum Nauckio. Sed praeterea vereor ne depravatum sit *παραπίζουσα*, quae lectio quam sit ridicula non latuit elegans Geelii iudicium, cuius vide ad h. l. annotationem. Fortasse verum est *παραςατοῦσ'*.

1526 et 1628. Vide me ad Ionem pag. 243 et 139.

SUPPLIC. 93. *μητέρα γεραιὰν βωμίαν ἐφημένην.*

Praestiterit *καθημένην*, ut est Heracl. 196:

ἥλαυνες ἱκέτας βωμίους καθημένους.

100. *ὦ παῖ, γυναῖκες αἵδε μητέρες* [*τέκνων*]
τῶν κατθανόντων ἀμφὶ Καδμείας πύλας
ἑπτὰ ςρατηγῶν· κτέ.

Deficientem pedem male supplevit librarius. Possis:

ὦ παῖ, γυναῖκες αἵδε μητέρες (πάρα)

vel *ὁρᾶν*. Fortasse similis error obtinet vs. 120:

τούτους θανόντας ἦλθον ἐξαιτῶν πόλιν,

ubi aptius foret:

τούτους θανόντας ἦλθον ἐξαιτούμενος,

quomodo infra scribitur vs. 358:

παρ' ὅπλοις δ' ἥμενος πέμψω λόγους
Κρέοντι νεκρῶν σώματ' ἐξαιτούμενος.

Similiter offendor in Thesei verbis ad Thebanorum praeconem vs. 537:

δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργος οὐ θάπτων νεκρούς;

Nullo enim iure a Thebanis poterat postulari, ut ipsi cadavera *sepelirent* aut *sepelienda curarent*, sed hoc tantum, ut mortuos

redderent petentibus adversariis. Quare hic quoque νεκρούς perperam suppletum esse statuo e vs. 531, reddiderim autem poetae:

δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργος οὐ θάπτειν διδούς;

Cf. vs. 558.

Nulla fabula Euripidea tot eiusdem generis erroribus scatet quam Supplices, *unde probabile fit archetypi codicis eam partem, quae hoc drama contineret, corrosis fuisse marginibus.*

578. Praeco ad Theseum:

ἔλθ', ὡς σε λόγχη σπαρτὸς ἐν πόλει λάβῃ.

Melius intellegam:

ἔλθ', ὡς σε λόγχη σπαρτὸς ἐν κόνει βάλῃ.

Cf. 821:

εἶθε με Καδμείων ἔναρον σίχες ἐν κονίαισιν.

638. λόγου δέ σε
μακροῦ 'ποπαύσω·

recte diceretur ab eo, qui iam longa usus esset oratione, non recte ab eo dicitur, qui modo dicendi fecit initium. Verum esse puto:

λόγου δέ σε
μακροῦ 'πολύσω·

Facile confunduntur ΠΟΛΤCΩ et ΠΟΠΑΤCΩ.

676. πέραν δὲ διελάσαντες ἀλλήλων ὄχους
παραιβάτας ἔσησαν ἐς τάξιν δορός.

Explicato qui poterit! Equidem malo interpretari quod intelligo:

ἔσησαν ἐς πάλην δορός.

ut est in Heraclidis 160

ἐς πάλην καθίσαται
δορὸς τὸ πρᾶγμα.

Non magis expedio ipsa sequentia:

678. χοὶ μὲν σιδήρῳ διεμάχονθ', οἱ δ' ἔσρεφον
πώλους ἐς ἀλκὴν [αὖθις ἐς παραιβάτας].

nisi sumere licet vocabula inclusa esse veteris lacunae supplementum. Mei si arbitrii res sit, suppleam:

οἱ δ' ἔτρεφον
πώλους ἐς ἁλκὴν (ἢ 'ς Φυγὴν ὅποι τύχοι).

aut aliquid certe in eandem sententiam.

684. Integer versus debetur falsariis in his:

λεύσσων δὲ ταῦτα κοὐ κλύων, ἐκεῖ γὰρ ἦν,
ἔνθ' ἅρματ' ἠγωνίζεθ' οἵ τ' ἐπεμβάται,
[τἀκεῖ παρόντα πολλὰ πήματ' οὐκ ἔχω]
τί πρῶτον εἴπω, πότερα τὴν εἰς οὐρανὸν
κόνιν προσαντέλλουσαν, ὡς πολλὴ παρῆν,
ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
ἱμᾶσιν, αἵματός τε Φοινίου ῥοάς,
τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν δὲ θραυσθέντων δίφρων,
ἐς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ
πρὸς ἁρμάτων τ' ἀγαῖσι λειπόντων βίον;

Totum locum adscripsi, quo melius lectoribus appareret, quanto pulchrius, omisso languidulo versu 686, nuntius utatur oratione directa: τί πρῶτον εἴπω; κτλ. Iam vero considera mihi quaeso ipsum versiculum, et vide quam invenuste interpolator usus sit vocabulis παρόντα πολλά, sequente tertio post versu πολλὴ παρῆν, quamque ridicule is qui πολλὰ πήματα narraturus est, primo loco memoret *pulverem*. Rem minime iucundam esse experti novimus. Sed quis tamen pulverem *serio* πῆμα vocaverit!

1049. Iphis

τέκνον, τίς αὔρα; τίς σόλος; τίνος χάριν
δόμων ὑπεκβᾶσ' ἦλθες ἐς τήνδε χθόνα;

Haud inepte Nauckius αὐδή; sed leniore medicina uti possumus corrigentes:

τέκνον, τίς ἄρα τίς σόλος; κτέ.

ut est apud Sophoclem Antig. 1296:

τίς ἄρα τίς με πότμος ἔτι περιμένει;

et in eiusdem fragm. 710:

ὦ θεοί, τίς ἄρα Κύπρις ἢ τις ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;

Nota est confusio literarum $\bar{\alpha}$, $\bar{\alpha\iota}$ et $\bar{\alpha\upsilon}$ in libris MSS.

165. Copreus ad Demophontem, cui persuadere studet ne opem ferat supplicibus:

ἢ κακὸν λόγον.
κτήσει πρὸς ἀςῶν, εἰ γέροντος οὕνεκα
παίδων τε τῶνδ' εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα.
ἐρεῖς, τὸ λῷςον, ἐλπίδ' εὑρήσειν μόνον,
καὶ τοῦτο πολλῷ τοῦ παρόντος ἐνδεές.

Madvigius coniecit:

ῥέπ' εἰς τὸ λῷςον, ἐλπίδ' εὑρήσεις μόνον.

cuius coniecturae pars posterior probanda videtur, prior me iudice est admodum improbabilis et Graeco destituta colore. Ego scripserim potius:

ἐπεὶ, τὸ λῷςον, ἐλπίδ' εὑρήσεις μόνον, κτλ.

Pro ἐμβήσει (codd. ἐμβήσῃ) de Reiskii coniectura repositum est ἐμβήσεις, nescio an citra necessitatem. Videatur Porsonus ad Orest. 1427.

236. Tentavi h. vs. ad Ionem pag. 242.

502. Macaria nobilis animi impetu morti se offert dicens:

θνήσκειν ἑτοίμη καὶ παρίςασθαι σφαγῇ.

At enim παρίςασθαι σφαγῇ recte tantummodo is dicitur, qui alieno sacrificio assistit; suo enim non posse, sponte apparet. Nec verba significare posse videntur *ad necem se tradere*. Quapropter lenissima mutatione reponam:

θνήσκειν ἑτοίμη καὶ παρίςασθαι σφαγεῖ.

i. e. *assistere propter mactatorem*.

523. τίς γὰρ κόρην ἔρημον ἢ δάμαρτ' ἔχειν
ἢ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται;

Forma activa παιδοποιεῖν rarioris est usus, neque apud veteres alio sensu poni videtur quam τίκτειν itaque de solis mulieribus. Cf. Soph. El. 589, Arist. Eccl. 615. Hinc h. l. corrigendum censeo:

ἢ παιδοποιεῖσθ' ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται.

Medium enim, quo omnes utuntur, valet γεννᾶν usurpaturque de patre et parentibus. Sic noster Orest. 1080

σὺ δ' ἄλλο λέκτρον παιδοποίηςαι λαβών.

535 Chor.

φεῦ φεῦ τί λέξω, παρθένου μέγαν λόγον
κλύων, ἀδελφῶν ἣ πάρος θέλει θανεῖν;
τούτων τίς ἂν λέξειε γενναίους λόγους
μᾶλλον; τίς ἂν δράσειεν ἀνθρώπων ἔτι;

Duo ultimi versus tantam produnt auctoris infantiam, ut Euripidi abiudicandos esse censeam. Tolerabiliores sane forent sic scripti:

τούτων τίς ἂν λέξειεν εὐγενεςέρους
λόγους; τίς ἂν δράσειε μείζονα βροτῶν;

Verumtamen *de agendo* vixdum sermo esse potuit.

592. εἰ γὰρ ἔξομεν
κἀκεῖ μερίμνας οἱ θανούμενοι βροτῶν,
οὐκ οἶδ' ὅποι τις τρέψεται· τὸ γὰρ θανεῖν
κακῶν μέγιςον Φάρμακον νομίζεται.

Absurde οἱ θανούμενοι βροτῶν, quasi non

ἅπασιν ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν·

Conieci: εἰ γὰρ ἔξομεν
κακεῖ μερίμνας οἱ κακούμενοι βροτῶν.

Error est Stobaeo, qui sine varietate locum laudat, antiquior.

1023. τὸ γὰρ σῶμ' οὐκ ἀπιςήσω χθονί.

Pro σῶμ' legendum δρῶσ', ut scribendum videri pluribus demonstravi in *Studiis Crit. i. p. sc. Graec.* pag. 23, ubi calami lapsu male scriptum est τὸ γὰρ δρῶν.

Herc. fur. 159 sqq. Cf. de bornier in pulcherrima fabula, quae inscribitur *la fille de Roland:* Act. III, scen. IV,

Maudit soit le premier soldat, qui fut archer.
c'était un lâche, au fond: il n'osa s'approcher.

527. τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
ςολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεςεμμένα,
ὄχλῳ τ' ἐν ἀνδρῶν τὴν ἐμὴν ξυνάορον
πατέρα τε δακρύοντα συμφοράς τινας.

Ut appareat non solum patrem Herculis sed etiam uxorem lacrimare (cf. 536) necessarius est dualis numerus δακρύοντε, quem neminem dum restituisse satis mirari non possum.

566. πρῶτον μὲν εἶμι καὶ κατασκάψαι δόμους
καινῶν τυράννων, κρᾶτα δ' ἀνόσιον τεμὼν
ῥίψω κυνῶν ἔλκυσμα, Καδμείων δ' ὅσους
κακοὺς ἐφῆυρον εὖ παθόντας ἐξ ἐμοῦ,
[τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι],
τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασι,
νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου,
Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται.

Sive τοὺς δὲ in huiscemodi loco scribendum est secundum Buttmannum et Hermannum, sive uno vocabulo τούσδε, quae est Wunderi et Dindorfii sententia, non dubito quin hoc pronomen ex poetae mente referendum sit ad ὅσους in praegressis. Qua re non intellecta, sciolus nescio quis aegre desiderans clavae Herculeae mentionem, satis inscite infersit versiculum, quem uncinis sepiendum curavi. Nimis enim inepta est ista h. l. armorum, quibus usurus sit, distinctio. Vs. 568 recepi Cobeti emendationem pro ἔλκημα, quam proposuit *Var. Lect.* ed alt. pag. 603.

Grassatus est idem aut alius interpolator in ipsis sequentibus. Sic enim pergit:

τῷ γάρ μ' ἀμύνειν μᾶλλον ἢ δάμαρτι χρὴ
καὶ παισὶ καὶ τεκόντι; χαιρόντων πόνοι·
[μάτην γὰρ αὐτοὺς τῶνδε μᾶλλον ἤνυσα]
καὶ δεῖ μ' ὑπὲρ τῶνδ', εἴπερ οἴδ' ὑπὲρ πατρὸς,
θνήσκειν ἀμύνοντ'· κτἑ.

Spurium esse versum quem inclusi satis, credo, probat ipsa sententiae ineptia, cum dicat *se frustra illos labores potius exanclasse quam hos*, quos quo pacto olim cum abesset perficere potuisset, difficillimum dictu est! Provocavit de more interpolatorem apta breviloquentia. Τεκόντι pro γέροντι scripsi obsecutus Wilamowitzo Müllendorfio.

665. καὶ τῷδ' ἦν τούς τε κακοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς,
ἴσον ἄτ' ἐν νεφέλαισιν ἄστρων ναύταις ἀριθμὸς πέλει.

Obducto nubibus coelo difficile fuerit nautis sidera observare. Quamobrem corrigendum suspicor:

ἴσον ἄτ' ἐν πελάγεσσιν ἄστρων ναύταις ἀριθμὸς μέλει.

quemadmodum in alto nautis siderum numerus curae est. Qui pluralis numeri usus vocabuli πέλαγος non est apud poetas infrequens, nec rara sunt in melicis carminibus exempla duplicatae literae sibilantis. Sic Aeschylus Pers. 553 dixit βαρίδεσσι, Sophocles Aiac. 390 ὀλέσσας, Philoct. 1163 πέλασσον, Oed. Reg. 1100 ὀρεσσιβάτα, Euripides Med. 832 ἀφυσσάμενον, Alcest. 234 πέλασσαι. Saepe autem μέσσος vel in dialogo legitur apud Sophoclem. Perperam explicari solet versus sequens:

ἀλλ' εἰλισσόμενός τις αἰὼν πλοῦτον μόνον αὔξει.

ubi docente universi loci sententia αὔξει non est *auget*, *cumulat*, sed = τιμᾷ, *auget honore*, *honorat*. Dicit enim poeta: *deficiente certo praesentiae humanae indicio, homines non meritis sed divitiis iudicari atque honorari solere.*

728. ὦ γέροντες, ἐς καλὸν
εἴχει, βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται.

Coniecta sunt δεδήσεται, κεκλήσεται, λελήψεται. His omnibus nescio an praestet λελήσεται, collato Rhesi loco 74

οἱ δ' ἐν βρόχοισι δέσμιοι λελησμένοι.

ut cl. Troad. 373 pro λελημμένοι vere emendavit Cobetus, eadem opera in Cyclope vs. 433:

ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος.

corrigens λελησμένος. Ita loci quem nunc tractamus sententia haec erit: *gladiis tanquam venatoria casside hominem praedabimur.*

745. πάλιν ἔμολεν ἃ πάρος οὔποτε διὰ Φρενὸς ἂν
ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ.

Verba sensu cassa! Non dubium est quin dicatur *Hercules rediisse, quem Lycus numquam reversurum esse in patriam sperasset.* Qua sententia fretus fidenter corrigo:

πάλιν ἔμολεν ὃν πάρος οὔποτε διὰ Φρενὸς ἂν
ἤλπισ' ἐμπατεῖν γᾶν ἄναξ.

Ad nudum ἄναξ cf. mox 755, ad ἐμπατεῖν cum Accusativo iunctum Aesch. Agamemn. 1434 et usum verborum ἐμβαίνειν, ἐμβατεύειν, similium apud tragicos.

Metrum verborum πάλιν — ἄν graviter laborans corrigat qui

possit. Coniecit Heimsoethius: ἔμολεν || ὃν πάρος οὔποτ' ἂν | φρενόθεν ἤλπισεν || μολεῖν γᾶς ἄναξ.

768. βέβακ' ἄναξ ὁ καινός, ὁ δὲ παλαίτερος
κρατεῖ, λιμένα λιπὼν γε τὸν Ἀχερόντιον,
δοκημάτων δ' ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς.

Pro glossemate ἐλπίς aptum fuerit ἡμῖν.

884. ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλεν δαίμων.

Humile haec sonant et pedestre! Nisi me fallit opinio, trita metaphora petita e palaestra poeta scripserat:

ταχὺ τὸν εὐτυχῆ κατέβαλεν δαίμων.

Cf. Bacch. 202.

Notatu dignum est verbum καταβάλλειν duodecies reperiri apud Euripidem, apud reliquos tragicos nusquam.

959. κἀνταῦθα γυμνὸν σῶμα θεὶς πορπαμάτων
πρὸς οὐδέν' ἡμιλλᾶτο, κἀκηρύσσετο
αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ [καλλίνικος οὐδενὸς
ἀκοὴν ὑπειπών]. δεινὰ δ' Εὐρυσθεῖ βρέμων
ἦν ἐν Μυκήναις τῷ λόγῳ.

Inclusi verba mihi suspecta, in quibus prorsus insolenter dictum est ἀκοὴν ὑπειπών, et male abundat καλλίνικος, quia κηρύσσεσθαι iam per se significat *renuntiari victorem*.

Troad. 154: Ἑκάβη, τί θροεῖς; τί δὲ θωῦσσεις;
ποῖ λόγος ἥκει;

Sententia postulat: τίς λόγος ἥκει; *quae fama* (ad te) *venit?*

176. οἴμοι. τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον
τάσδ' Ἀγαμέμνονος ἐπακουσομένα,
βασίλεια, σέθεν, μή με κτείνειν.

Licet non sim nescius esse quandam metricam licentiam nominum propriorum, dubito tamen num anapaesticum dimetrum adeo elumbem laturae fuerint Atheniensium aures, malimque suspicari Ἀγαμέμνονος fluxisse e glossemate, sed genuinum esse:

τάσδ' Ἀτρειδῶν ἐπακουσομένα.

731. Talthybius ad Andromachen:

οὔτ' αὖ σ' Ἀχαιοῖς βούλομαι ῥίπτειν ἀράς,
εἰ γάρ τι λέξεις ᾧ χολώσεται κρατός,
οὔτ' ἂν ταφείη παῖς ὅδ' οὔτ' οἴκτου τύχοι.

Imo τύχοις, si quidem posterius hemistichium necessario spectat ipsam matrem, non filium Astyanactem. Et ita iam Piersonum correxisse nunc video.

781. τὰ δὲ τοιάδε χρὴ
κηρυκεύειν, ὅσις ἄνοικτος
καὶ ἀναιδείᾳ τῆς ἡμετέρας
γνώμης μᾶλλον φίλος ἐστίν.

Quid requiratur docent loci, qualis est Phoeniss. 958:

Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον
χρῆν θεσπιῳδεῖν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.

1049. Hec. μή νυν νεὼς σοὶ ταὐτὸν ἐσβήτω σκάφος.
Men. τί δ' ἔστι; μεῖζον βρῖθος ἢ πάροιθ' ἔχει;
Hec. οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.
Men. ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς·
ἔστι δ' ἃ (f. ὃ) βούλει· [ναῦν γὰρ οὐκ ἐσβήσεται
εἰς ἥνπερ ἡμεῖς] καὶ γὰρ οὐ κακῶς λέγεις.

Verba inclusa sapiunt interpolatorem.

Alcest. 636:

οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ
οὐδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα καὶ κεκλημένη
μήτηρ μ' ἔτικτε· δουλίου δ' ἀΦ' αἵματος
μασῷ γυναικὸς σῆς ὑπεβλήθην λάθρᾳ.
ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξελθὼν ὃς εἶ.
[καί μ' οὐ νομίζω παῖδα σὸν πεφυκέναι].

Deleatur versiculus manifesto spurius, qui et male abundet post vs. 636 sqq. et stribligine auctorem suum prodat. Graecum enim est: καὶ οὐ νομίζω παῖς σὸς πεφυκέναι.

696. εἶτ' ἐμὴν ἀψυχίαν
λέγεις, γυναικός, ὦ κάκισθ', ἡσσημένος.

Malim ψέγεις.

716. Pher. ἀλλ' οὐ σὺ νεκρὸν ἀντὶ σοῦ τόνδ' ἐκφέρεις;
Adm. σημεῖα τῆς σῆς, ὦ κάκις', ἀψυχίας.
Responsi ea ratio est, ut malim:
σημεῖα τῆς σῆς γ', ὦ κάκις', ἀψυχίας.

Bacch. 37.
δμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.
Euripides verba *sedendi* aut cum Accusativo loci iungere solet aut cum praepositionibus, sed nudum Dativum, quod sciam, non adhibet. Hinc suspicor h. l. corrigendum esse:
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις ἀνορόφους ἧνται πέτρας.

255. σὺ ταῦτ' ἔπεισας, Τειρεσία· τόνδ' αὖ θέλεις
τὸν δαίμον' ἀνθρώποισιν ἐσφέρων νέον
σκοπεῖν πτερωτοὺς κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν.
Imo πτερωτά. Cf. Hel. 747, Aesch. Suppl. 510. Librarii absurde iunxisse videntur cum μισθούς.

824. εὖ γ' εἶπας αὐτό, καί τις εἶ πάλαι σοφός.
Melius intellegam λίαν σοφός. Cf. supra 655:
σοφὸς σοφὸς σὺ πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφόν.
quae sunt eiusdem Penthei ad eundem Bacchum verba.
Ita Hippol. 518: ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή.
Med. 305: εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.

Rhes. 428: Εὐξένου δ' ἀφικόμην
πόντου πρὸς ἀκτάς.
Constanter tragici pontum Euxinum ἄξενον vocare solent, quare hic quoque verum arbitror:
Ἀξένου δ' ἀφικόμην
πόντου πρὸς ἀκτάς.

Fragm. 307: καὶ ξεσὸν ὄχθον Δαναΐδων ἑδρασμάτων
σὰς ἐν μέσοισιν εἶπε κηρύκων ὕπο.
Conieci ἱδρυμάτων, quia substantivum ἕδρασμα fingi non potuit nisi a sequioribus Graecis, qui verbum habebant antiquis incognitum et pessimae notae ἑδράζειν.

Fr. 402. *εὔδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰ πολὺν χρόνον*
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

Dignus est qui conferatur Ciceronis locus *pro Sestio* § 68: *res erat et causa nostra eo iam loci, ut* ERIGERE OCULOS *et vivere videretur.*

Fr. 440. *ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ*
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάροιθ' εὐπραξίαν.

Non *pristina*, ut opinor, *εὐπραξία* homines insolentes reddere solet, sed *repentina*, quare reposuerim:

τὴν παραυτ' εὐπραξίαν.

Fr. 775, vs 19 sqq.:

XOP. ..... στρ. ά
..... *κατὰ γᾶν*
.. *α* ....
.....
μέλπει δ' ἐν δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν
ὀρθρευομένα γόοις
Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον.
σύριγγας δ' οὐριβάται · ἀντ. ά
κινοῦσιν ποίμνας ἐλάται·
27. *ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν*
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι, κτἑ.

E paucis reliquiis quatuor primorum huius cantici versuum, habita ratione eorum quae sequuntur, satis apparere videtur, carminis exordium non valde dissimile fuisse initio monodiae Ionis in cognomine fabula vs. 82 sq.

ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων
ἥλιος ἤδη κάμπτει κατὰ γῆν, κτἑ.

Quod vs. 27 legitur *ἔγρονται*, admodum suspecta mihi est aetate Euripidea ista forma praesentis pro *ἐγείρονται*. Corrigendum arbitror:

ἔρχονται δ' εἰς βοτάναν κτἑ.

quemadmodum mox sequitur:

ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
σείχουσιν θηροφόνοι.

Quod praecedit κινοῦσιν fortasse non est sollicitandum etsi usitatius foret:

σύριγγας δ' οὐριβάται
πνείουσιν ποίμνας ἐλάται.

Cum universo loco haud inepte conferas Rhes. 551 sqq.

Fr. 908. ὦ πολύμοχθος βιοτὴ θνητοῖς
ὡς ἐπὶ παντὶ σφαλερὰ κεῖσαι,
καὶ τὰ μὲν αὔξεις, τὰ δ' ἀποφθινύθεις·
κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς
εἰς ὅντινα χρὴ τελέσαι θνητοῖς
πλὴν ὅταν ἔλθῃ κρυερὰ Διόθεν
θανάτου πεμφθεῖσα τελευτή.

Recte Grotius θνητούς, sed maioris momenti est emendatio vocabuli praecedentis. Quid requiratur docebit locus Hippol. 140:

κρυπτῷ πάθει θανάτου θέλουσαν
κέλσαι ποτὶ τέρμα δύσανον.

Cf. Hecub. 1057 et Aesch. Prom. 185:

πᾶ ποτε τῶνδε πόνων
χρή σε τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν.

Ad quorum locorum exemplum corrigam:

κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς
εἰς ὅντινα χρὴ κέλσαι θνητούς.

Traiecti ad Rhenum
mense Maio a. 1876.

Anecd. Bekk. p. 92. 26. Εὐειδής: οὕτω φασὶν Ἀδόκιμον εἶναι τὸ ὄνομα. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ, Ἡρόδοτος πρώτῳ δὶς καὶ τρὶς καὶ ἀπειράκις οἱ Κωμικοί. Corrige: ΟΤ φασι Δόκιμον εἶναι, ut pag. 93. 21. οὔ φασι δόκιμον εἶναι οὕτω τιθέμενον, et sic alibi. Xenophontis locus est *Memorab.* III. 11. 4. ὁρῶν — θεραπαίνας πολλὰς καὶ εὐειδεῖς.

C. G. C.

CONIECTURAE VELLEIANAE.

C. Vellei Paterculi ex Historiae Romanae libris duobus quae supersunt. Apparatu critico adiecto ed. C. Halm. Lipsae a. 1876.

Forte his diebus Vellei editio in manus mihi venit, quam nuperrime evulgavit C. Halmius. Magnam vir ille doctissimus huius operis exspectationem dissertatione moverat, Musei Rhenani vol. XXX. p. 353 sqq. inserta, qua Amerbachii apographo maiorem, quam vulgo fieri soleat, fidem habendam esse copiose omnino et luculenter demonstraverat. Neque ipsum opus exspectationem fefellit. Permultis enim locis sana et emendata lectio feliciter restituta est. Hoc autem in Halmio vel maxime probandum et laudandum videtur quod superiorum inventa non, ut plerique editores, vel fastidiose contempsit, vel anxie reformidavit, sed caute atque considerate in rem suam convertit. Vellem tamen Madvigii verba, abscisa quadam gravitate affirmantis (Adv. Crit. II. p. 298), Vellei editores quosdam rectius facturos fuisse, si superiorum bonis inventis usi essent, neque in novis reperiendis se torsissent, non sibi quoque dicta putasset. Haec enim perverse quodammodo interpretatus, in sua ipsius critica facultate exercenda nimis parcus et timidus fuit.

Equidem, quod pace Halmii fiat, pauculos Vellei locos proferam, quibus vel „tempus edax rerum," vel crassa librariorum turba vulnera mihi inussisse videntur. In quibus sanandis si forte paulo gravioribus remediis interdum usus sim, haec

audacior ratio nescio an aliquid excusationis habeat. Nam quum ad ceterorum scriptorum emendationem complurium librorum variae lectiones quam maxime conducant, in Velleio toti a Rhenani, Bureri, Amerbachii testimoniis pendemus haud ita locupletibus et saepius inter se diversis de uno codice, nobis deperdito, Murbacensi. Eo fit, ut quarum legum vinculis in aliorum scriptorum correctione quasi devinctus et astrictus sis, in Velleio liberum te sentias atque exsolutum. Fuerunt autem, qui, quum in Velleio recensendo hoc potissimum agerent, ut verborum eius compositionem ad purioris Latinitatis normam redigerent, in ipsa verba nimis indulgentes reperirentur. Quod tantum abest, ut probare possim, ut contrariam potius rationem sequendam esse existimem. Quicunque enim Velleium vel semel legendo perlustraverit, is facile opinor sibi persuadebit, in ipsorum verborum usu eum ab aurei seculi scriptoribus non multum discrepasse, sed in verbis componendis aliquanto illis negligentiorem et dissolutiorem fuisse. His ductus pro verbo, quod tamquam ἅπαξ εἰρημένον Velleio adhuc tribuitur, aliud interdum substituere conatus sum, ceterorum usu tritum, quemadmodum suo loco indicabo.

Vell. I. 1, 4. *Per haec tempora Lydus et Tyrrhenus fratres cum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi sortiti sunt, uter cum parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenum contigit: pervectus in Italiam et loco et incolis et mari* NOBILE *ac perpetuum a se nomen dedit.*

Damnandum est *nobile*, quod incommode cum sequenti *perpetuum* copulatum esse vides. De nobilitate autem Tyrrheni nominis nihil quidquam hic commemoratum esse credo, verum hoc unum Velleium tradidisse, Lydorum illius coloniae certa remansisse vestigia. Quamobrem scribas velim STABILE *ac perpetuum.* Cf. Cic. de Inv. II. 54, 164: *stabilis et perpetua permansio in ratione bene considerata.*

I. 11, 7. *Mortui eius* [i. e. Metelli] *lectum pro rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis* FELICITER *de vita migrare quam mori.*

Nihil aliud, opinor, Velleius affirmavit, nisi hoc, eos, qui vitae exitum habeant, qualis Metello contigisset, non exstingui

et intercidi, sed tamquam ex hac terra in beatorum sedes migrare. Quamobrem tollatur quaeso illud *feliciter*, quam frequentem acclamandi formulam monachus nescio quis, verborum sententia motus et tactus, pio animo in margine olim adscripsit.

II. 17, 3. [Sulla] *ex successu animum sumpsit petensque consulatum paene omnium civium suffragiis factus est;* SED EUM *honorem undequinquagesimo aetatis suae anno adsecutus est.*

Legendum videtur *sed eum* DEMUM *honorem.* Verbum quod desidero propter similitudinem praecedentis *deum* librarium fugisse suspicor.

II. 19, 1. *Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit eamque armis occupavit, duodecim auctores novarum pessimarumque rerum, inter quos Marium cum filio et P. Sulpicio, urbe exturbavit ac lege lata exules fecit.* SULPICIUM ETIAM *adsecuti equites in Laurentinis paludibus iugulavere ..... Marius .... in carcerem Minturnensium .... perductus est.*

Delendum est *etiam*, quo orationis tenor haud leviter obstruitur et impeditur. Originem nimirum debet vitiosae dittographiae ultimarum literarum praecedentis *Sulpicium*, quod antiquitus scriptum est cum *t: Sulpitium.*

II. 21, 4. *Post hoc ..... Cn. Pompeius decessit. Cuius interitus voluptas amissorum aut gladio aut morbo civium paene damno repensata est populusque Romanus quam vivo iracundiam* DEBUERAT, *in corpus mortui contulit.*

Veram lectionem esse coniicio *domuerat.* Cf. Plin. N. H. XXXVII. 10, 54: *magi putant nomen impositum ab eo, quod impetus hominum et iracundias domet.*

II. 30, 1. *Tum M. Perpenna praetorius, e proscriptis, gentis clarioris quam animi, Sertorium inter cenam Oscae interemit Romanisque certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo* AUCTORAVIT *facinore.*

Auctorare viri docti h. l. valere affirmant quasi mercede quaerere et arcessere, quia auctorare proprie significet certo pretio aliquid addicere. Cui explicationi non equidem assentiri dubitarem, si vel apud Velleium, vel apud alium scriptorem huius translatae significationis certa exempla exstarent. Quae quum frustra quaerantur, satius erit levi mutatione constans et perpetuum dicendi genus restituere, quam prorsus insolitam

lectionem intactam relinquere. Nihil aptius autem in mentem occurrit quam *comparavit. Comparare sibi laudem* invenies apud Cic. Fam. II. 4, 2; *comparare alicui malum* apud Plaut. Cas. II. 8, 72.

II. 37, 4. *Prior filius Tigranis, sed discors patri pervenit ad Pompeium; mox ipse supplex et* PRAESENS *se regnumque dicioni eius permisit.*

Corrigendum est *supplex et* PRECANS. Cf. Livius XXXVIII. 43. *Quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus non superesse.*

II. 47, 3. *Omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna filius quoque parvus Pompei, Iulia natus, intra breve spatium obiit. Tum in gladios caedesque civium* FURENTE *ambitu .... tertius consulatus soli Cn. Pompeio ..... delatus est.*

Ostendere voluit V. Caesarem Pompeiumque misero ambitu eo esse perductos, ut caeco impetu ad civium caedes ferrentur. Quod qui concesserit, eidem fatendum erit *furente* h. l. nullo modo ferri posse, quia furendi verbum numquam vim habet a sententia postulatam, sed *ruente* scribendum esse. Provoco ad Livium, apud quem invenies *in vulnus ac ferrum vecordi audacia ruere; in arma ac dimicationem ruere; crudelitatis odio in crudelitatem ruere.*

II. 49, 3. *Vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret magis, prudens sequeretur Caesaris et illa* GLORIOSIORA *haec terribiliora duceret.*

V. *gloriosiora* emendationi Cuperi debetur, in editione Rhenani et Amerbachii apographo *gloriosa* legitur. Comparativi autem forma quin restituenda sit non est quod dubites. Potius vero *gloriosa* ex *clariora* depravatum esse crediderim

II. 79, 5. *Pompeius .... dum inter ducem et* SUPPLICEM TUMULTUATUR *et nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, a Titio iugulatus est.*

Tumultuari inter ducem et supplicem num recte dictum sit pro *haerere*, sive *haesitare*, in dubium vocandum videtur. Sane desunt exempla, quibus haec significatio comprobari possit. Quid V. re vera scripserit iterum Livius docet, apud quem haec leguntur XXXVI, 10: *ut incerti fluctuarentur animi ..... Larissaeorum inter metum praesentem hostium et verecundiam absen-*

tium sociorum. Fere eodem modo XXIII, 33: *utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat.* et XL, 32: *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt.* Quamobrem corrigendum puto *dum inter ducem et supplicem fluctuatur*, nisi forte malis *incertus fluctuatur*, nam si continuata literarum serie *supplicemtumultuatur* scripseris, ex *icemtu* facile *incertus* efficere poteris. Halmium coniecisse video *multum luctatur.*

II. 94, 2. [Ti. Claudius Nero] *iuvenis genere, forma celsitudine corporis, optimis studiis maximoque ingenio instructissimus, qui protinus, quantus est, sperari potuerat* cett.

Ultima verba barbarismo purganda videntur. Nam nisi omnia fallunt, passiva forma verbi *sperare*, ad certam rem vel personam relata, numquam ne apud argenteae Latinitatis quidem auctores legitur nisi in participio perfecti temporis, nedum Velleio h. l imputari possit. Emendandi ratio omnium facillima est. Etenim *spectari* scribendum esse dilucide apparet ex continuo sequentibus *visuque praetulerat principem*, quibus more apud Velleium solito priora dilatantur et amplificantur.

II. 99, 1. *Ti. Nero .... tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto; civium post unum .... eminentissimus, ducum maximus, fama fortunaque celeberrimus et vere alterum rei publicae* LUMEN *et caput.*

Restituendum puto COLUMEN *et caput*, quo et insignior adulatio fiat et insueta verborum tollatur copulatio. Quivis clarus enim in re p. vir est *lumen eius et decus*, sive *lumen et ornamentum*, qui vero principem in ea locum obtinet, is potius *columen et caput* dicendus est. Cf. Columella III. 4: *id enim quasi caput et columen est impensarum.*

II. 100, 3. *Iulia, per omnia tanti parentis ac viri immemor, nihil, quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria libidineve infectum reliquit magnitudinemque fortunae suae peccandi licentia metiebatur, quidquid liberet pro licito vindicans.*

Vide sis an non vera sit lectio *magnitudineque fortunae suae peccandi licentiam metiebatur*, quo enim ceteris altiorem fortunae gradum tenebat, eo maiorem sibi peccandi licentiam vindicabat.

II. 106, 3. *Classis, quae Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta, plurimarum*

gentium victoria parta *cum abundantissima rerum omnium copia exercitui Caesarique se iunxit.*

V. *parta* ab Halmio suppletum est; qua emendatione acquiescere equidem possem, nisi probabilius videretur in *victoria* latere *vi domita.*

II. 108, 2. *Maroboduus, genere nobilis, corpore praevalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum* [*neque mobilem*] *et ex voluntate parentium constantem inter suos* OCCUPAVIT *principatum, sed certum imperium vimque regiam complexus animo statuit .... eo progredi, ubi .... sua faceret potentissima.*

Primum expungenda sunt, quae uncinis saepsi *neque mobilem*, quia satis ieiunam et insulsam explicationem continent praecedentis *neque fortuitum.* Sed alia sunt, quibus offendor. Etenim si Maroboduus non tumultuarium neque fortuitum inter suos principatum iam occupavit, nihil profecto ei opus fuit certum imperium vimque regiam animo complecti, quoniam voti factus esset compos. Minime vero haec verborum repugnantia Velleio attribuenda est, sed librario potius somniculoso. Scripsit ille sine dubio *non* .... AGITAVIT *principatum* i. e. meditatus et animo complexus est.

II. 117, 3. [Varus] *cum exercitui, qui erat in Germania, praeesset, concepit esse homines, qui nihil praeter vocem membraque* HABERENT *hominum, quique gladiis domari non poterant, posse iure mulceri.*

Necessario HABEBANT scribendum est, nam quum Germanis immanem feritatem obiicit Velleius, non Vari, sed suam ipsius opinionem profert Eandem ob causam deinceps rectissime legitur indicativo modo *poterant.*

II. 117, 4. *Quo proposito mediam ingressus Germaniam velut inter viros pacis gaudentes dulcedine agendoque pro tribunali* ORDINE *trahebat aestiva.*

Pro *ordine* emendandum erit *otiose.*

II. 119, 1. *Ordinem atrocissimae calamitatis, qua nulla post Crassi in Parthis damnum in externis gentibus gravior Romanis fuit, iustis voluminibus ut alii, ita nos conabimur exponere: nunc summa* DEFLENDA *est.*

Nullo modo tolerari potest vulgata lectio *deflenda*, qua nihil

novi stultius et ineptius. Quid sententia requirat satis apertum est. Quam enim cladem V. postea copiosius describere in animo haberet, eam nunc paucis tantum se adumbraturum declarat Quare scribas quaeso DELINEANDA.

II. 119, 2. *Excercitus .... inclusus silvis, paludibus, insidiis, ab eo hoste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum* TRUCIDAVERAT, *ut vitam aut mortem eius nunc ira nunc venia temperaret.*

Satis opinor perspicuum est, pro *trucidaverat* legendum esse *tractaverat.*

II. 120, 1. *Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, praesidia munit et se magnitudine sua, non fiducia hostis metiens, qui Cimbricam Teutonicamque* MILITIAM *Italiae minabatur, ultro Rhenum cum exercitu transgreditur.*

Cave sis Facciolato credas, qui, ut *militiam bellum* interdum valere demonstret, hunc Vellei locum citat, at praeterea nullum. Haud temere enim mihi affirmare posse videar *militiam* numquam *bellum* significare nisi forte in locutione *domi militiaeque.* Quo adducor ut olim h. l. scriptum esse credam, id quod sententiae aptissime convenit *Cimbricum Teutonicumque tumultum.* Verbo commemorare mihi liceat, me olim demonstrare conatum esse, apud Frontonem, de Bello Parthico, p. 221 Nab. perperam legi *militaria* pro *tumultuaria.* Cf. Mnem. Nov. Ser. I. p. 96.

II. 120, 4. *L. etiam Caedicii .... eorumque qui una circumdati Alisone immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est, qui omnibus difficultatibus superatis .... ferro sibi ad suos* PEPERERE *reditum.*

Pro insolito *peperere* substituendum est id quod constans et perpetuus dicendi usus postulat *aperuere.* Cf. Cic. ad Fam. VI. 11, 2, *quando tibi virtus et dignitas tua reditum ad tuos aperuit;* Sall. Cat. 58, 7: *quocunque ire placet, ferro iter aperiundum est.*

II. 126, 2. In bonis enumerandis, quae Tiberio imperante Romanis contigere, haec scribit: *Revocata in forum fides, summota e foro seditio, ambitio campo, discordia curia, sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria civitati redditae.*

Ruhnkenius ad hunc locum haec annotavit: „videtur vox *seditio* in mendo cubare, praesertim cum seditio mox comme-

moretur: *compressa theatralis seditio.*" Equidem legendum esse coniicio *summota e foro saevitia.* Cf. Tacitus, Ann. II. 87, ubi de Tiberio legitur: *saevitiam annonae incusante plebe statuit frumento pretium, quod emptor solveret. Saevitiam* h. l. *caritatem* valere vides. Ann. XI. 13 legitur *saevitiam creditorum coërcuit,* ubi *saevitiam* positum est pro *iniquam feneration*em. Etenim Tiberius et fidem de foro sublatam renovavit et ne immodica et iniqua ibidem lucra fierent prohibuit.

II. 126, 4. *Fortuita non civium tantummodo, sed urbium damna principis munificentia vindicat.*

Etiam hic locus, si viris doctis credas, ἄπαξ εἰρημένον continet, quippe qui pro eo, quod omnium usu tritum est, *damna sarcire*, unum Velleium hic *damna vindicare* scripsisse contendunt. Satius videtur de impensis, quae Tiberio tribuuntur laudibus aliquantulum detrahere et pro *vindicat* corrigere *mitigat.*

II. 127, 3. *Ti. Caesar Seianum Aelium ..... singularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atque habet, virum severitatis laetissimae, hilaritatis priscae.*

Licet *severitatis* aliquis *laetissimae* esse per oxymorum forsitan recte dici possit, offendor tamen iis quae sequuntur *hilaritatis priscae.* Ultimum verbum suo forte loco migrasse suspicor ita ut antiquitus scriptum fuerit *virum priscae severitatis, laetissimae hilaritatis.*

De eodem Seiano haec continuo leguntur *nihil sibi vindicantem eoque adsequentem omnia, semperque infra aliorum aestimationes se metientem, vultu* VITAQUE *tranquillum, animo exsomnem.*

Malim hic legere *vultu visuque tranquillum.* Visu h. l. totius corporis habitum et aspectum significari puta ut II. 94, 1: *visuque praetulerat principem.*

In fine unum et alterum indicabo locum, qui nescio an posterioris manus interpolatione turpati sint. Obiter autem monendum est, Vellei sermonem ea proprietate esse conspicuum, ut sententia, quae ipsa brevitate quadam et acumine se lectori commendet, sequenti sententia velut amplificetur et dilatetur. Quae ubertas in oratione ceteroquin satis pressa non leviter offendit. Exempli gratia paucos locos proferam.

I. 13, 5. *Non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro re publica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam*

in tantum ea intellegi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior; II. 22, 5. *Postea id quoque accessit, ut .... modus culpae ex pecuniae modo constitueretur et qui fuisset locuples, fieret is nocens, suique quisque periculi merces foret;* 79, 5. *Dum inter ducem et supplicem incertus fluctuatur et nunc dignitatem retinet nunc vitam precatur;* 80, 2. *dissidendo in consiliis Caesari(s) et semper diversa iis, quae aliis placebant, dicendo;* 95, 3. *cum alteri vis censoria, alteri vita deesset, Paulus vix posset implere censorem, Plancus timere deberet.*

Illa sententiarum iteratio utrum ab ipso V. originem acceperit, an librariis sit imputanda, diiudicare non ausim, etsi illud vero similius videtur, quia ampullas fere omnes olent, qualibus Vellei aetate rhetores in scholarum umbra delectabantur. At diversa res est in his locis, quos posteriori manu interpolatos esse facile apparet. Quae autem verba delenda existimo, uncinis a reliquis separavi. II. 8, 1: *adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur quam modum factaque ad consilium dirigebant* [*et quid, non in quantum admissum foret, aestimabant*]; 94, 3. *maximamque difficultatem annonae* [*ac rei frumentariae inopiam*] *ita .... moderatus est* cett.; 95, 2. *gentes locis tutissimas* [*aditu difficillimas*] *numero frequentes, feritate truces ..... perdomuerunt;* 116. 5. *neque enim iustus* [*sine mendacio*] *candor apud bonos crimini est.*

Scr. Non. Apr. J. J. CORNELISSEN.

PLATO.

In *Timaeo* pag. 65. D. γήϊνα μέρη κατατηκόμενα ξυνάγει τὰ φλεβία καὶ ἀποξηραίνει, τραχύτερα μὲν ὄντα σαρκὸς ἧττον δὲ τραχύνοντα αὐσηρὰ ΦΑΙνεται. Galenus Tom. XI. pag. 446 ex h l. affert γήϊνα TINA μέρη, et αὐσηρὰ ΛΕΓεται. recte utrumque: de *nominibus* enim agitur, ut paullo post: πικρὰ πάνυ· οὕτως ὠνόμασαι.

C. G. C.

AD DIONIS CHRYSOSTOMI ORATIONES.

DIONIS CHRYSOSTOMI Opera. e recensione Adolphi Emperii Brunsvigae 1844.

Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου λόγοι recognovit Ludovicus Dindorfius Lipsiae 1857.

Tom. I. pag. 69. Reiskii. κύκλῳ πᾶς ὑπόνομος ὁ τόπος καὶ διατετΜημένος, non erat *dissectus* locus (quod absurdum est), sed *perforatus* διατετΡημένος. Rarior forma in compositis quidem scribam fefellit. Τέτρηται passim legitur. Herodotus IV. 158. ἐνθαῦτα ὁ οὐρανὸς τέτρηται *foramina habet*. In Platonis *Gorgia* pag. 493 *b*. οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν — καὶ Φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ [τετρημένῳ] κοσκίνῳ, ineptum emblema vides. Dicebant ἕτερος τοιοῦτος ne vocabulum idem invenuste repeteretur. Lepide Stallbaum.: „*cum vi repetitum* τετρημένῳ."

Post pauca apud Dionem legitur: διὰ δὲ τούτων οὐδεμιᾶς ἦγεν αὐτὸν ἀλλ' ἔξωθεν καθαρωτέραν ἅτε οἶμαι θεατὴν ἐσόMENON, deest vocabulum necessarium θεατὴν ἐσόμενον MONON. Caeteri per cruorem et cadavera ad tyrannidem tendebant, Hercules spectatum *tantum* venerat.

Pag. 70. τοῦτο μὲν ἀλουργίδων, τοῦτο δὲ Φοινικῶν, τοῦτο δὲ κροκωτῶν. Leg. Φοινικίδων.

Pag. 78. ferociter ad patrem ita dicit Alexander: ἐγὼ δὲ οὐκ

ἄν ποτε ὑπ' ἀνθρώπων οὐδενὸς βασιλευθείην. Cui ille: ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἐμοῦ ΓΕ σὺ βασιλεύει, ὦ Ἀλέξανδρε; In hac verborum compositione γε vitiose abundat. Corrige: ἀλλ' οὖν ὑπ' ἐμοῦ γε. Notum et frequens etiam apud Dionem est ἀλλ' οὖν — γε, ut pag. 101. ἀλλ' οὖν μνήμης γε ἀγαθῆς — ἠξίωσεν. Reponendum est II. pag. 86. ἀλλ' οὖν τῆς γε φωνῆς ξυνίεμεν ὑπὸ συνηθείας. ubi vulgatur: εἰ γὰρ μηδενὸς ΑΛΛΟΥ, τῆς γε φωνῆς. Sic et Platoni reddendum in *Protagora* pag. 327. c. ἀλλ' οὖν αὐληταί γε πάντες ἦσαν.

Ut λείπων — λιπών, βάλλων — βαλών, φεύγων — φυγών, πειθόμενος — πιθόμενος, sic perpetuo inter se confunduntur ἄγων — ἀγαγών. Itaque emenda pag. 82. οὐκ ὠνησάμενον οὐδ' οἰκοθεν ΑΓοντα — ἀλλὰ — ἐξελόμενον. Perspicuum est ἀγαγόντα requiri et praesens ridiculum est. Eodem modo passim ἁμαρτάνων — ἁμαρτών et μανθάνων — μαθών inter se locum mutare videbis.

Plurima apud Dionem vitia de genere hoc quicumque hoc agere vult emendabit. Fac periculum pag. 66. ΑΓων οὖν ἐκεῖσε ὁ Ἑρμῆς ἐπέδειξε τὴν φύσιν τοῦ τόπου. Tuum est videre et constituere utrum ἄγων an ἀγαγών sit scribendum. Non est difficilis optio. Saepissime sic in λιπών et βαλών peccatur cum compositis omnibus et in λειπόΠενος — λιπόμενος, sed ubique loci sententia quid verum sit liquido demonstrat.

Narrat Dio p. 87. ab Homero τὰς Λακωνικὰς ἐξιάσεις τῶν φιλιτίων [δείπνων] μαθόντα Λυκοῦργον νομοθετῆσαι τοῖς Σπαρτιάταις. Ex margine irrepsit δείπνων, quod expunge: tum scribe φιΔιτίων, nam haec est antiqui vocabuli genuina forma, quod vel ex hoc uno Plutarchi loco colligas *Lycurg.* 12: τὰ συσσίτια Κρῆτες μὲν ἄνδρια (imo vero ἀνδρεῖα) Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσιν, εἴτε ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων ἀντὶ τοῦ Λ τὸ Δ λαμβάνοντες, εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ ἐθιζόντων. Ex hac futili etymologia apud indoctos nata est forma nihili φιλίτια. Olim ἀνδρεῖα appellata fuisse (ut apud Cretenses) Strabo X. p. 482 ex Alcmanis versiculo demonstrat:

ἀνδρείων πὰρ δαιτυμόνεσσι πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

De victu heroum Homericorum disserens Alexander p. 87 ita dicit: *ἰχθύων δὲ οὐδέποτε γευομένους αὐτοὺς ἐποίησε καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττης στρατοπεδεύοντας —. πάνυ γὰρ ὀρθῶς αὐτὸ τοῦτο ἀπεμνημόνευσεν ὁ Πλάτων.* Quum haec Dio adderet oblitus erat se Alexandrum haec induxisse dicentem. Platonis iocantis facetia *de Rep.* p. 404 B. *ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν*, plerisque visa est gravis et seria philosophi observatio, quam Eubulus Comicus in ludum iocumque convertit apud Athenaeum p. 25 C. Ex Platone autem redde Dioni *ἐπὶ θαλάττHI* pro *θαλάττης*.

Pag. 98. *ζητεῖν εἰ δυνατὸν εἴη ἐπωφελείᾳ τῶν ὅπου ποτὲ ἀνθρώπων κρατεῖν.* Divisim scribendum *ἐπ' ὠφελείᾳ*. Ne Graecum quidem esse arbitror vocabulum *ἐπωφέλεια* pro *ὠφέλεια*.

Pag. 99. *μέχρι γήρως ὑσάτου* non est Graecum, sed *'ΕCΧάτου*, unde *ἐσχατόγηρως* natum est. Sed non uno nomine absurdum verbum est *ἐσχατογηρόω*, quod Hasius inconsulto in Stephani Thesaurum invexit ex Papyro Taurinensi: *προβεβηκότος ἤδη τοῖς ἔτεσιν καὶ ἐσχατογηρώσοντος*, quod *ἐσχατόγηρω ὄντος* scribi debuerat.

Mirifica est etiam significatio, quam corruptae huic lectioni affingit: *in extremam senectutem* BREVI *delapsurus*.

Pag. 112. *ἐκεῖνο μέντοι οἶσθα δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι τῆς ἁπάσης οἰκουμένης τοῦ πλείστου καὶ ἀρίστου βασιλεύει μέρους*, supplendum *βασιλεὺC ΥΑΡΧΕΙ μέρους*, ut statim recte dicitur: *τῆς μὲν καλουμένης Ἀσίας ὅλης ΥΑΡΧΕΙ — τῆς δὲ Λιβύης τοῦ πλείονος μέρους*.

Pag. 115. *τρία γὰρ εἴδη πολιτειῶν νομίζεται. — μία μὲν ἡ πρώτη καὶ μάλιστα συμΒΗναι δυνατή, περὶ ἧς ὁ νῦν λόγος* (*ἡ μοναρχία*). Mendosum est *συμβῆναι*, cui loci sententia clamat *συμμεῖναι* substitui oportere. Quod firmum et stabile est *συμμένειν* dicitur, id est *durare, perdurare*. Sic *φιλία, ὁμόνοια, εἰρήνη, σπονδαί* et sim. *συμμένειν* dicuntur. Reponendum est idem verbum Tom. II. p. 133. *οὐκ ἀποσήσομαι δὲ εἰπεῖν καὶ*

ὅπως ἂν μεῖναι (ἡ ὁμόνοια) γενομένη δύναιτο, imo vero συμμεῖναι, *quo pacto restituta concordia* stabilis esse *possit*.

Pag. 123. τὸ μὲν σῶμα — οὐδὲ (leg. οὐδὲν) αὐτῷ βοηθεῖν ἱκανόν ἐστιν· — ἡ ψυχὴ δὲ ὑπὲρ ἐκείνου πάσας μὲν Φροντίδας Φρεντίζει, πάσας δὲ ἐπινοίας σκύλλει. Nullus hic locus est verbo σκύλλειν neque antiquo et poëtico *laniare*, *scindere*, *dilacerare*, neque novicio et plebeio, quod est *vexare*, *molestum esse*, πράγματα παρέχειν. Quid multa? corrigendum πάσας δὲ ἐπινοίαC ΚΤΚΛΘΙ, κυκλεῖ, *volvit*, ut occupavit emendare Geelius. Vides unde sit natus error. Saepe C finale male repetitum turbas dedit.

Pag. 125. προσήκει μὲν στρατεύεσθαι, προσήκει δὲ ναυτιλιAC, ἀνάγκη δὲ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ ἔργα διαπονεῖν. Legendum est προσήκει δὲ ναυτίλΛΘCΘΑΙ.

Excidit aliquid pag. 134. τοῦ παντὸς ἄξια οὐ μόνον πρὸς τὸ ἥδεσθαι ζῶντα ἀλλὰ δύνασθαι ζῆν, supple: ἀλλὰ (καὶ πρὸς τὸ) δύνασθαι ζῆν.

Pag. 142. τίς εὐπορώτερος χρημάτων ὥστε μηδένα ἔχειν τὸν ἀντΙΠΟΙησόμενον; Sententia manifesto flagitat τὸν ἀντΩΝησόμενον.

Pag. 150. ἢ σὺ οἴει τὸν ἀδύνατον ἡνιοχεῖν ἡνίοχον εἶναι [τοῦτον] ἢ τὸν ἄπειρον τοῦ κυβερνᾶν κυβερνητήν; Nullus hic pronomini τοῦτον locus est.

Pag. 158. οὐδὲ γὰρ ζῆν ἐβούλετο εἰ μὴ βασιλεὺC ΘΙΗ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας. Requirit sententia futurum εἰ μὴ βασιλεύCΘΙ τῆς Εὐρώπης. et post pauca: ἂν Δαρεῖον ἕλω καὶ ἔτι τὸν Ἰνδῶν βασιλέα οὐδέν με κωλύCει — μέγιστον εἶναι, pro κωλύει.

Pag. 165. παρ' οὐδὲν μὲν ἡγούμενος εἰ καί τι πείσεται πλὴν σαφῶς γε εἰδὼς ὅτι οὐδὲν Θσοιτο, elegans loci compositio requirit: ὅτι οὐδὲν ΠΘΙσοιτο.

Post pauca p. 162. *ἐπειδὰν ἄρωσι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῶν δεσμῶν.* Nihil est APΩCI. Nil prodest *ἀνῶσι*, quod Emperius, neque *ἀφῶσι*, quod Dindorfius coniecit. Verum est usitatissimum illud ΛΤΩCI, *solvant* vinculis.

Multum delectatur Dio Platonico *ἔμβραχυ*, quod indocti scribae solent in *ἐν βραχεῖ* corrumpere, ut p. 166. *ἐπὶ πάντα ἐν βραχεῖ*, et Tom. II. p. 278. *περὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν βραχεῖ*, et aliis locis, de qua re diximus in VAR. LECTT. p. 208.

Pag. 167. *γένειον πολὺ καθεικότας*, pro *πολύ* omnibus usitatum est *βαθύ* dicere, unde *βαθυπώγων* et *βαθυγένειος* quis dicitur.

Pag. 167. *ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἠθῶν καὶ τῶν ἔργων χαρακτῆρα καὶ μορφὴν ἀξίαν ἐκείνων* ΠΑάσωμεν. Quid sibi vult in tali re verbum *σπᾶν*? At tu repone ΠΛάσωμεν, ut in vicinia: *οὐκ ἐν σκυθρωπός τε καὶ συννεφὴς ἰδεῖν — ΠΛάττοιτο*; et p. 178. *ποίην τι πλάττωμεν τὸ σχῆμα*; Sed perspicua res est nec pluribus verbis opus.

Pag. 169. in descriptione avari *τὰς δὲ ἑορτὰς ζημίαν ἄλλως ἡγούμενος καὶ ματαίαν δαπάνην ἀΝΙλαος καὶ ἀμειδίατος.* Unusquisque statim *ἀΓΕλαος* reposuerit, quod est in plerisque libris et optime a Dindorfio revocatum.

Pag. 176. *περιέρχεται συκοφάντης καὶ φοβερὸς ἀντίον πᾶσι βλέπων.* Legendum *ΥΑΓΡιον πᾶσι βλέπων.*

Saepe diximus *φιλόνικος* Graecum esse, non *φιλόνΕικος*. Audi Dionem p. 178. *οὐ πάνυ προθύμως τὰ νῦν ἀγωνιούμενον, καίτοι φιλόνΕικον ὄντα τῇ φύσει περὶ πάντα καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντα.* Sentisne requiri *victoriae cupidum φιλόνικον*?

Pag. 181. *ἄνδρα δὴ τοιοῦτον εἰλούμενον ἀεὶ καὶ περιΦΕρόμενον — τίς οὐκ ἂν ἐλεήσειεν*; Tralaticio errore scriptum est pro *περιΦΘΕΙρόμενον.*

Multa Dio in loquendi usu peccat vitiosam aequalium *συνή-*

δειαν secutus, turpissime p. 196. δύο δέ τινας νεανίσκους — θάτερον τὸν ἕτερον φθάνοντα.

Pag. 204. προσκνᾶσθαι πρὸς τὸ τραχύ, et post pauca τὸν τίδα — κνᾶσθαι, reponenda forma Attica προσκνῆσθαι et κνῆσθαι, quam Dio sumserat ex notissimo loco Xenophontis in *Memorabilibus* I. 2. 30. ἐπιθυμῶν τῷ Εὐθυδήμῳ ΠΡΟΣΚΝΗΣΘΑΙ ὥσπερ τὰ ὑίδια τοῖς λίθοις.

Scrib. p. 214. χαρίζεσθαι δὲ πολλὰ (non πολλάκις) πολλοῖς, et p. 215. ξύμπαντα ταῦτα ἐπ' αὐτὸν Ἰέναι νομίζει pro εἶναι.

In libris est p. 217. ὑπὸ μὲν τῶν ἐλευθερίως προσΕΡΧομένων οἴεται ὑβρίζεσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν ταπεινοτέρΩΝ ἐξαπατᾶσθαι, sine sensu. Vitium est in προσΕΡΧομένων. Sententia recta ducit ad notissimum προσΦΕΡομένων, quo recepto statim apparet adverbium ταπεινότερΟΝ requiri. Estne exemplis opus ut ostendam quid sit ἐλευθέρΩC (nam sic scribendum) et contra ταπεινῶς τινὶ προσφέρεσθαι?

Apud Dionem haec vide. pag. 441. ἀδίκως καὶ ἀγνωμόνως προσφερόμενοι ἀλλήλοις. II. p. 58. προσφέρεσθαι πρᾴως καὶ κηδεμονικῶς — καὶ μὴ ἀπεχθῶς. Addam tertium quia memorabilis locus est II. pag. 223. ἔτι γὰρ νῦν (οἱ Ἀθηναῖοι) ὀνειδίζονται περὶ Σωκράτους ὡς οὔτε δικαίως οὔτε ὁσίως τῷ ἀνδρὶ προσενεχθέντες καὶ πάντων αὐτοῖς τῶν ὕστερον γενομένων κακῶν ταύτην φασὶ συμβῆναι τὴν αἰτίαν.

Pag. 228. ἐξενίσαμεν δὲ αὐτὸν ὡς ἐδυνάμεθα ΜΑΛιστα. Dixerat ut omnes solebant, ὡς ἐδυνάμεθα ΚΑΡιστα, *quam potuimus* OPTIME, non MAXIME.

Multa sunt apud Dionem fatua et insulsa sciolorum emblemata. Duo sunt putidissima in rustici oratione p. 228. Rusticus, qui numquam urbem viderat, quum se *turres* vidisse et *portum* vellet dicere, nativa simplicitate ita dixit: εἶδον — τεῖχος ἔξωθεν καρτερὸν καὶ οἰκήματά τινα ὑψηλὰ καὶ τετράγωνα ἐν τῷ τείχει [τοὺς πύργους] καὶ πλοῖα πολλὰ ὁρμοῦντα ὥσπερ ἐν λίμνῃ (τῷ λιμένι) κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν. Corrupit omnia magistellus

adscribens τοὺς πύργους et τῷ λιμένι, quae omnem loci venustatem et gratiam sustulerunt.

Idem factum est pag 231 in verbis: ὁ δὲ ἄνθρωπος [ὁ ῥήτωρ] ἐχαλέπαινεν. Nempe ὁ ἄνθρωπος cum contemtu dictum non admittit additamentum ὁ ῥήτωρ.

Solemni errore scribitur p. 234. ὥςε τοὺς πρώτΟΥC ἐπιδημήσαντας ξένους τοὺς μὲν κατηγελᾶν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ οἰκτείρειν αὐτήν. imo vero τοὺς πρῶτΟΝ ἐπιδημήσαντας, ut in *Corinthiaca* Tom. II. pag. 101. ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ.

Pag. 241. καὶ τὸν μὲν ἡμῶν αὐτὸς ἘΝέτριβε, τὸν δὲ ἡ γυνὴ φέατι. Etiamsi omnes libri ἐνέτριβε dedissent tamen sine ulla controversia ἈΝέτριβε esset rescribendum: nunc omnes veram lectionem servant et Reiskii infelix coniectura utrique Editori imposuit. ἈΝΑτρίβειν et ἘΝτρίβειν certo discrimine omnium perpetuo usu distincta sunt. ἘΝτρίβειν ponitur de fuco, cerussa et pigmentis, quibus quis faciem interpolat, quae omnia ἐντρίμματα appellantur, ut in:

ψιμυθίῳ πίθηκος ἐντετριμμένος.

et apud Antiphanem:

σμῆται, κτενίζετ', ἐκβέβηκ', ἐντρίβεται.

de quo dixi ad Clementem Alexandr. *Paedag.* p. 254. et passim apud omnes eo sensu ἐντετριμμένος et ἐντρίβεσθαι legitur, ut in *Cyropaed.* VIII. I. 41. ἐντρίβεσθαι ὡς εὐχροώτεροι ὀρῷντο ἢ πεφύκασιν. Contra τρίβειν et ἀνατρίβειν est *manu molliter fricare*, ut apud Antiphanem Athenaei p. 553 C.

μαλακαῖς καλαῖς τε χερσὶ τριφθῆναι πόδας.

et in Aristophaneo:

ἀνατριβομένῳ γε τὸ δεῖνα.

Itaque qui frigore torpentem fricando refocillat ἀνατρίβει μὲν ἐντρίβει δ' οὔ.

Pag. 242. Emperius edidit: ἐμοὶ δοκεῖ καλέσαι τοῦτον εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ ξενίᾳ. Dindorfius veram lectionem ἐπὶ ξένια reposuit. Sexcenties scribae ita peccant ut ξένια vel in ξενίᾳ corrumpant vel in ξενίαν. Nunc fraus omnibus patet. Sed

superest ipsius Dionis error. Saepissime apud Oratores legerat καλέσαι εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ ξένια, sed fugit eum *hospites*, τοὺς ξένους, ἐπὶ ξένια, *cives* ἐπὶ δεῖπνον vocari. De legatis Atheniensium igitur constanter καλέσαι εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπὶ δεῖπνον dicitur. Sed Dio talia neque sciebat neque multum curabat: hi tamen auditoribus suis ἀττικίζειν videbantur. Similiter peccavit Tom. II. pag. 255. οὐδεὶς πώποτε οὕτως ἐγένετο θρασὺς δημαγωγὸς οὐδὲ Ὑπέρβολος ἐκεῖνος ἢ Κλέων ὥςε τὸν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τοὺς ἑξακοσίους ἀτιμότερον τοῦ δήμου νομίζειν. Quam saepe apud Oratores legerat τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους, sed seriora antiquis miscet. Nemo Atheniensium umquam dixit ὁ Ἄρειος πάγος pro ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή, sed sequiores ita loquebantur et sic a Romanis *Areopagus* appellari coeptus est.

Pag. 246. ἑνὸς δ' ἐγὼ λίθῳ ἔτυχον καὶ ἀλόντι τὸ δέρμα ἐπέβαλον. Ultima verba sensu carent. Res ipsa docet rescribendum esse: καὶ εἶλον τὸ δέρμα ἐπιβαλών.

Eodem modo scribae confundunt ΈΝτείνειν et ΈΠιτείνειν, ut p. 251. τὸ τόξον — ἐπιτεῖναι, et mox ἐὰν τύχῃ ἐπιτείνας, at statim recte τὸ Εὐρύτου τόξον ΈΝτεῖναι. Opponuntur inter se ἐπιτείνειν et ἀνιέναι, ἐπίτασις et ἄνεσις, ἐπιτάδην et ἀνέδην, ἐπιτεταμένως et ἀνειμένως proprie de lyrae chordis, quae *intenduntur* vel *relaxantur*, tum de morbo *ingravescente* vel *remittente*, denique de omnibus *quorum vehementia augetur* aut *quorum violentia aliquid remittit*. *Arcum tendere* autem est ΈΝτείνειν τὸ τόξον. Hinc dictum Apollonii in Neronem: Νέρων κιθάραν μὲν ἴσως ἤδει ἁρμόττεσθαι, τὴν δὲ ἀρχὴν ἤσχυνεν ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει. apud Philostratum in vita pag. 211.

Incertum sitne scribae error an Dionis ex vitiosa *συνηθείᾳ* peccatum p. 264. καὶ δὴ μέγιστον τὸ τῆς ἀναιδείας τὸ ΜΑΛΛΟΝ τοῦ δέοντος φρονεῖν τὸν ὄχλον, ὅπερ θρασύνεσθαι καλεῖν ὀρθότερον. Recte et emendate loquentibus dicendum est ΜΕΙΖΟΝ φρονεῖν, non μᾶλλον, ut μέγα φρονεῖν non μεγαλοφρονεῖν, et μέγιστον φρονεῖν non μέγιστα neque μάλιστα. Perpetuo in his impingunt Graeculi, qui eadem labe antiquorum monumenta inficiebant. Et in iis quidem, qui ἀττικιστί scripserunt, nulla est dubitatio,

οἱ δὲ ἀττικίζοντες interdum recte scribunt, est ubi peccant, ut dubia et incerta sit in talibus correctio.

Pag. 269. ἐὰν δ' ἄρα παλαιὰ ἔθη καὶ νοσήματα ἐνσκιρρωμένα χρόνῳ παραλάβῃ — ἀμηγέπῃ Cτέλλειν καὶ κολάζειν, bis necessaria praepositio periit. Scrib. 'ΕΝΕνσκιρρωμένα et CΥCτέλλειν.

Pag. 273. καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ἔτυχόν τινες — ΠαρθένιΟΙ κληθέντες, non sic appellabantur sed ΠαρθενίΑΙ, de quibus Tarentum in coloniam deductis vide Ephorum apud Strabonem VI. p. 279. Casaub. et Dionysium Halic. A. R. XIX. 1.

Pag. 274. οἱ μὲν ἀπόλλυνται παραχρῆμα, ὅσοι δ' ἂν καὶ φανῶσι κρύφᾳ ἐν δούλου σχήματι μένουσιν ἄχρι γήρως. De liberis vulgo quaesitis loquitur, sed καὶ φανῶσιν ineptum et sensu vacuum est. Videtur fuisse: ὅσοι δ' ἂν 'ΕΚΤΡΑΦῶσιν, ut apud Aristophanem in *Ranis*.

μάλιςα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Pag. 275. καὶ ἔφη αὐτὸν (Diogenes Antisthenem) εἶναι σάλπιγγα λοιδορῶν· αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἀκούειν φθεγγομένΟΥ μέγιςον. Lepidissimum dictum vitio laborat. Scrib. φθεγγόμενΟΝ. Φθέγγεται μὲν μέγιςον, αὐτὸς δ' ἑαυτοῦ οὐκ ἀκούει.

Pag. 292. νικῶμεν, Διόγενες βέλτιςε, ἀνδρΩΝ τὸ ςάδιον. Constans Graecorum consuetudo fert ut in ea locutione accusativus ponatur ἄνδρας non ἀνδρῶν, Diogenes Laërt. VI. 33. πρὸς τὸν εἰπόντα· Πύθια νικῶ ἄνδρας. Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα. Eodem modo rescribendum p. 379. ὅδε μὲν νικᾷ πάλην παῖδAC, ὅδε δὲ ἄνδρAC pro παίδων et ἀνδρῶν.

Pag. 297. σὺ δ' ἴσως οἴει μικρὸν ἀδίκημα εἶναι ὃς ἄνθρωπον ποιεῖ πονηρότερον. Quam contorta est haec verborum compositio. Pro ὅς in libris est ὅ. Legendum ΤΟ ἄνθρωπον ποιΕΙΝ πονηρότερον.

Perperam Dindorfius edidit p. 300. ἐάν τις ἱμάτιον ἀποδΩΙ

κίβδηλον — ἀνάγκη αὐτὸ ἀπολαμβάνειν, namque *redhibere* necesse est si quis rem vitiosam *vendiderit*, non si *reddiderit*. Optime igitur Emperius ἀποδΩΤΑΙ reposuit. Simili errore apud Thucydidem VI. 62, ubi in libris est καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν pro ἀπέδοτο, Madvig. *Adv. Crit.* p. 327. ἀπεδόθησαν coniicit, quod non est *vaenierunt*, sed *reddita sunt*. *Vendendi* verbum in Attica habet has formas: πωλῶ, ἀποδώσομαι, ἀπεδόμην, πέπρακα, et *vaeneundi* πωλοῦμαι, πέπραμαι, ἐπράθην et πεπράσομαι. Itaque τἀνδράποδα ἐπράθη, non ἀπεδόθη. Nomina sunt πωλητήριον (sequiores πρατήριον), πρᾶσις (πρᾶσιν αἰτεῖν, εὑρεῖν), πράσιμος, ἄπρατος, ἀπρασία, δημιόπρατα.

Saepissime apud Dionem legas τὸν Ἀπόλλω, ut pag. 305. οὐδ' ἂν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάσην τὸν Ἀπόλλω ἐνοχλῇς. Nemo tamen sic loquebatur, sed Ἀπόλλωνα omnes dicebant. Vitium sic natum est: in libris paullo vetustioribus scribi solet τοῦ ἀπόλλ, τῶι ἀπόλλ et τὸν ἀπόλλ. In genitivo et dativo nemo peccat: in solo accusativo peccatur quia νὴ τὸν Ἀπόλλω, ut νὴ τὸν Ποσειδῶ, apud Atticos scriptores tam saepe leguntur.

Pag. 305. de Oedipo scribit: ἔπειτα ἠγανάκτει καὶ ἐβόα μεγάΛΑ ὅτι τῶν αὐτῶν πατήρ ἐϛι καὶ ἀδελφός. Non est Graecum ἐβόα μεγάλα, sed μέγα. Habant hoc suapte natura certa quaedam verba ut non adverbia admittant sed adiectiva in neutro genere alia *singulari* numero, nonnulla *plurali*, sed omnia stabili perpetuoque usu. Sic constanter dicitur ὄζειν ἀγαθόν, κακόν, γλυκύ, ἡδύ, et κάκιϛον, γλυκύτατον, ἥδιϛον, sic φρονεῖν μέγα, σμικρόν, ταπεινόν et μέγιϛον φρονεῖν, sic δύνασθαι μέγα et μέγιϛον, sic in plurali numero ὠφελεῖν πολλά, μεγάλα, μέγιϛα, σμικρά et sim. Quidquid significat *vocem edere*, *clamorem tollere*, *sonitum dare* habet apud Graecos μέγα, μέγιϛον, λαμπρόν et sim. Βοᾶν, κεκραγέναι, φθέγγεσθαι, ψοφεῖν, βομβεῖν, γεγωνέναι, et voces animalium suum sibi habent adiectivum, ut asini apud Dionem Tom. II. pag. 63. ὀγκήσονται πάνυ μέγα. Turbant in his quoque sero nati Graeculi et scribae, sed errores pauculi facile ex certa analogia perpetuoque omnium usu redarguuntur.

Eadem est ratio verbi βλέπειν: ὀξὺ βλέπειν omnes dicebant

et ὀξύτερον et ὀξύτατον, ut est apud Dionem Tom. II. pag. 25. ὀξύτερον βλέπουσιν ἐνὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὥσπερ οἱ γεωμέτραι. Plato *de Rep.* pag. 595 C. πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.

Pag. 314. ἔφη γὰρ (Ὀδυσσεὺς) ἀκοῦσαι τῆς Καλυψοῦς, ἐκείνην δὲ παρά του πυθέσθαι. Vitium est manifestum. Ulysses, inquit, ea narrat quae Dii secreto inter se egissent. Ea sese ex Calypsone audivisse dicebat et illam *a nescio quo* accepisse. Expediet nos ex ea difficultate Homerus Odyss. M. 389.

ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο,
ἡ δ' ἔφη Ἑρμείαο διακτόρου αὐτὴ ἀκοῦσαι.

Ergo vera lectio est: ἐκείνην δὲ παρὰ τοῦ (Ἑρμοῦ) πυθέσθαι.

Pag. 327. πολὺ δὴ κρεῖττον τοῖς βασιλεῦσι κηδεύειν τῆς Ἀσίας ἢ τοῖς ἐκεῖθεν μετανάσταIC. Transpone duas literulas et habebis veram lectionem τοῖς ἐκεῖθεν μεταναστᾶCI. Μετανάσης priscum et cascum vocabulum est natum ex μεταναίειν (idem quod μετοικεῖν) et significans μέτοικος. *Semel* apud Homerum legitur noto loco:

ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάσην.

semel ex omnibus veteribus apud Herodotum VII. 161. μοῦνοι ἐόντες οὐ μετανάσαι Ἑλλήνων. Sequiores Graeculi antiquae originis ignari μετανάσης et μεταναστῆναι cognata esse opinabantur et μεταναστεύω inde procuderunt aliaque perinde vitiosa. Quod autem Dindorfius in Stephani Thesaurum recepit Μετανάστατος nihili vocabulum est et sine mora expungendum. Apud Ocellum *de universo* scrib. ἡ Ἑλλὰς οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γενομένη Ἀνάστατος (non ΜΕΤΑνάστατος) ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως. Ἀναστῆναι, ἐξαναστῆναι, ἀνάστασις, ποιεῖν ἀνάστατον, ἀνάστατον γενέσθαι apud omnes veteres trita: sequiores novum verbum ἀναστατοῦν, ἀναστατοῦσθαι et ἀναστάτωσις de suo commenti sunt.

Notum est quam facile in libris antiquis Τ et Ψ confundantur. Suidas v. Αἶψα pro ΑΙΤά duplici errore ΑΙΨα legit, et passim sic errari videbis. Non est tamen ulla confusio frequentior quam inter Τύχη et Ψυχή, cuius vide novum exem-

plum p. 400. ὃς ἂν ᾖ παντελῶς ἐπίπονος τὴν ψυχὴν πολλὰς ἐπαντλήσας συμφορὰς καὶ λύπας ἐν τῷ βίῳ. Nonne τύχην reponendum? Quid miramur scribas omnium rerum imperitos sic errare et τοῦτον scribere pro τοὔψον, ubi Hesychium videmus inter Ἀτίσεις et Ἀτίταλλον medium ponere Ἀτισιλινοῖς pro Ἀψῖσι λίνου? Plurimis iam locis emendatis multi tamen alii emendandi supersunt, ut in Diogenis Epistola 31. (in Hercheri *Epistologr.* pag. 246): μάθε μὴ ὑπ' ἀνθρώπων τυπτόμενος καρτερεῖν ἀλλ' ὑπὸ τῆς Ψυχῆς — πενίᾳ, ἀδοξίᾳ, δυσγενείᾳ.

Pag. 422. ἕως ἂν ἐπὶ τὸ ΤCτατον ἀπέλθῃς τῆς γῆς. *ultimae* terrae Graece dicuntur ἔσχατα γαίης, τὰ ἔσχατα γῆς, non ὖατα. Erat crasis TOTCXATON τοὔσχατον, quae scribas in errorem induxit. Saepius sic crases veteres in mendosa scriptura tuto delitescunt donec ab aliquo reperiantur.

Mirum Dindorfium etiam admonitum non sensisse in verbis quae praecedunt: περὶ ἀπαιδίας [εἴ τῳ μὴ γένοιντο παῖδες] non unum hominem loqui, sed duos. Incredibilis est sciolorum futilitas omnibus nota putide interpretantium. Pag. 609. καθαρῶς ὄντας Ἕλληνας addunt τῷ ὄντι, pag. 611. τοῖς μηδὲν ἔχουσι κακόν adscribunt τοῖς ὑγιαίνουσι. Alexis Athenaei pag. 558 E.

οὐδὲ ἓν κακόν
ἔχουσι καὶ κάμνειν λέγουσ' ἑκάστοτε.

Commemorat Dio. p. 424. λόγον ἀρχαῖον λεγόμενον ὑπό τινος Σωκράτους, ὃν οὐδέποτε ἐκεῖνος ἐπαύσατο λέγων παντα χοῦ τε καὶ πρὸς ἅπαντας βοῶν καὶ διατεινόμενος καὶ ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ ἐν τῷ Λυκείῳ καὶ ἐπὶ τῶν ΔΙΚαστηρίων καὶ κατ' ἀγορὰν ὥσπερ ἀπὸ μηχανῆς θεός, ὥς ἔφη τις. Multis indiciis ΔΙΚαστηρίων mendosum esse arguitur. Socrates semel in vita εἰς δικαστήριον εἰσῆλθεν. Audi ipsum dicentem in Platonis *Apologia* p. 17 D. νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα· ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως, neque poterat, credo, apud iudices occupatos de virtute morali disserere. Quid est igitur legendum? Dabo locum eodem vitio laborantem, et ex optimo libro sanatum. Itaque in eodem morbo eadem medicina utendum. Apud Isocratem in *Areopagitico* p. 142. circumferebatur olim mendosa

scriptura haec: *ἐπὶ μὲν τῶν* ΔΙΚ*αϛηρίων τῶν καθεϛηκότων κατηγοροῦμεν καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτ' ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν.* Etiam nunc salutem attulit Urbinas, in quo est: *ἐπὶ μὲν τῶν* ϵΡΓ*αϛηρίων καθίζοντες κατηγοροῦμεν τῶν καθεϛώτων.* Hoc sanum, hoc verum est. Eodem igitur modo Dio dederat: *καὶ ἐπὶ τῶν* ϵΡΓ*αϛηρίων.* Haec erat Socratis et omnium Atheniensium consuetudo: *ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων* sedentes inter se confabulari. Leve vitium concepit locus Isocratis *πρὸς Καλλίμαχον* pag. 372. *καθίζων* 'ϵΠΙ *τοῖς ἐργαϛηρίοις λόγους ἐποιεῖτο ὡς δεινὰ πεπονθώς.* Ex ipsa rei natura nemo sic loquebatur: dicebant enim aut *ἐπ' ἐργαϛήριου, ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων*, aut *ἐν ἐργαϛηρίῳ, ἐν τοῖς ἐργαϛηρίοις*, et *καθῆσθαι ἐπ' ἐργαϛηρίου*, ut *ἐπὶ τέγους, ἐπ' οἰκήματος* et *τεθράφθαι ἐν ἐργαϛηρίῳ* et sim. Nihil est de Socrate usitatius quam *ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων.* Athenaeus p. 220 E. *Σωκράτης ὁ μετὰ τῶν 'Ασπασίας αὐλητρίδων ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων συνδιατρίβων.* Aristides I. p. 181. Dind. *ὁ Σωκράτης πλεῖϛα 'Αθηναίων ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καὶ τῶν ἐργαϛηρίων διελέγετο.* Libanius in *Socratis Apologia* Tom. III. p. 3. *ὥϛπερ ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων οὕτω καὶ νῦν ἐν ὑμῖν διείλεκται*, et p. 29. *εἰ τούτων μνησθείη τις ἐπὶ τῶν ἐργαϛηρίων*, et saepius alibi et apud alios.

Neminem nunc arbitror dubitaturum quin apud Dionem quoque *ἐπὶ τῶν* 'ϵΡΓ*αϛηρίων* verum sit pro ΔΙΚ*αϛηρίων*, ut apud Isocratem res est extra omnem controversiam posita. Videamus nunc quo pacto tam evidens mendum nasci potuerit. In palaeographia nunc quidem nihil est auxilii. Nihil inter se commune habent ϵΡΓ et ΔΙΚ, in nullo scripturae genere. Nempe lacunis maioribus minoribus scatebant libri vetusti maculati aut perrosi aut madore corrupti ut passim antiqua scriptura fugiens et evanida oculorum aciem eluderet. Sarcitur igitur utcumque damnum et expletur quod erat amissum. Quod si Porsonus fecisset rem salvam haberemus. Nunc homunciones nihili sine ingenio, sine arte, rerum et verborum perinde ignari temere quidquid in buccam venit substituunt supponuntque. Supererat ***AC-THPIΩN, at illi inconsulto *δικαϛηρίων* dederunt.

Ergo duplex est emendationum genus: in aliis subest vera lectio in scripturae reliquiis potestque perita manu elici et in vitam lucemque redire; in aliis amissa est et plane periit, sed nonnumquam *ex ipso sententiae fundo*, ut Bentleius dixit, potest

renasci, et eam *ἐνάργειαν* habere, quae certas emendationes ab incertis coniecturis discernit.

In constituendis iis quae sequuntur comparanda sunt ea quae in Pseudo-Platonis *Clitophonte* leguntur pag. 407 A. *ἐγὼ γὰρ, ὦ Σώκρατες, σοὶ συγγιγνόμενος πολλάκις ἐξεπληττόμην ἀκούων — ὁπότε ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεὸς ὕμνεις λέγων· Ποῖ φέρεσθε, ὦνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες κτἑ.* quae omnia Dio ex Socratis persona refert. Decantatus olim is locus erat et saepe multos: *Ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι* audies dicentes.

Socrates p. 426. parentes increpans ita dicit: *ἀλλὰ οἱ* (del. *οἱ*) *κιθαρίζειν καὶ παλαίειν καὶ γράμματα μΑΝΘΑΝοντες ὑπὸ τῶν γονέων καὶ τοὺς υἱοὺς διδάσκοντες οἴεσθε σωΦρονέςερον καὶ ἄμεινον οἰκήσειν τὴν πόλιν*; qui suos filios curant docendos ipsi non amplius *discunt* sed olim *didicerunt*. Itaque corrige *μαθΟΝτες* pro *μαΝΘΑΝοντες*.

Qui Socratem induxit p. 430. ita quaerentem: *ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Κόνωνος ὅτε ἐνίκησάν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κνίδον ἄμεινον ἐπάλαιον καὶ ᾖδον*; oblitus erat Socratem *quinque annis ante hanc Cononis victoriam* in carcere cicutam bibisse (ann. 399—394).

Vix credas quam sint recentiores Rhetores et Sophistae historiae ignari. Ut uno exemplo defungar, Dio pag. 365 serio scribit: *οἱ μέν Φασιν ὑςέραν γενέσθαι τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῆς ἐν Πλαταιαῖς μάχης, οἱ δὲ τῶν ἔργων τελευταῖον τὸ ἐν Πλαταιαῖς.*

Post pauca ita pergit: *τῆς Φήμης ἀκούουσι μόνον καὶ ταῦτα οἱ γενόμενοι κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον· οἱ δὲ ΤΟτεροι καὶ τρίτοι τελέως ἄπειροι.* Saepenumero videbis pro *δεύτεροι* in libris *ὕςεροι* apparere et *ὕςερον* pro *δεύτερον*. Nunc quidem ea fraus manifesta tenetur.

Intolerabilis soloecismus maculat locum pag. 430. *εἰ δύο ἀνθρώπω παλαίειν οὐκ εἰδότε παλαίοιεν ὅ γε ἕτερος καταβάλοι ἂν ἑνίοτε τὸν ἕτερον, — οὕτω καὶ Ἀθηναίοις Πέρσαι συμβαλόντες τοτὲ μὲν Ἀθηναῖοι περιῆσαν, τοτὲ δὲ Πέρσαι.* Quis tam imma-

nem soloecismum in Dione ferendum putabit? Facile est corrigere: ἈθηναίΩΝ ΠέρσαιϹ συμβαλόντΩΝ.

Multa leguntur in Dionis Codicibus ab aliquo lectore inficete inserta. Pleraque Editores eiecerunt, sed nescio quomodo pepercerunt perinsulso additamento huic pag. 430. [τοῦτο δὲ οὐ μόνον Ἀθηναίοις ἀλλὰ καὶ σχεδόν τι πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ πρότερον καὶ νῦν συμβέβηκεν]. Turbant haec molestissime Socratis argumentationem, quae statim post hanc inficetam et ἀπροσδιόνυσον annotatiunculam resumitur, et omnino una litura delenda sunt.

Post pauca legitur: καὶ οὕτω δὴ παρεκάλει (Socrates cives suos) πρὸς τὸ ἐπιμελεῖσθαι καὶ προσέχειν αὑτΩΙ τὸν νοῦν. Nihil est magis a Socratica consuetudine alienum. Emenda προσέχειν αὑτΟΙϹ τὸν νοῦν.

Pag. 431. τὸ γὰρ ζητεῖν — ὅπως τις ἔσαι καλὸς κἀγαθὸς οὐκ ἄλλο τι εἶναι ἢ ΤΟ Φιλοσοφεῖν. Postulat Graecitatis ratio et usus ut expuncto altero articulo scribatur οὐκ ἄλλο τι εἶναι ἢ Φιλοσοφεῖν, ut in illo:

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν οὐκ ἔστι κατθανεῖν;

et in *Nubibus* 1412.

ἐπειδήπερ τόδ' ἐστὶν εὐνοεῖν τὸ τύπτειν.

Demosthenes κατὰ Τιμοκράτους § 116. τὸ περὶ τῶν γεγενότων πραγμάτων νόμους γράφειν οὐ νομοθετεῖν ἐστὶν ἀλλὰ τοὺς ἀδικοῦντας σώζειν, et § 218. τὸ πρᾴως ἔχειν τοῖς τοιούτοις — προδιδάσκειν ἑς' ἀδικεῖν ὑμᾶς ὡς πλείστους. Hinc emenda Demosthenem LI. 12. πάντες ὑμεῖς φήσετε τὸ πρὸς τὰ τοιαῦτα πρᾴως ἔχειν προδιδάσκειν ἑτέρους ἀδίκΟΤϹ εἶναι, imo vero ἀδικϹΙΝ.

Scrib. p. 435. καὶ Σίβυλλαν — καὶ Βάκιν, Ὥπερ ἀγαθῷ χρησμολόγῳ καὶ μάντιε ἐγενέσθην, pro ϹΙπερ. Μάντιε Ionicum est.

Non debebat Emperius p. 438. in verbis: οἱ τοῦ νοσοῦντος οἰκέται αὐτοὶ καταδοῦσι τὸν δεσπότην, commemorare Reiskii coniecturam καταδέουσι nescientis verbum δεῖν in omnibus formis contrahi: δῶν, ἀναδῶν, ὑποδῶν, ἐπιδοῦντες, ὑποδοῦνται et sim.

Pag. 441. ὑπὲρ ὅτου τις τιμὴν δέδωκεν [ἀργύριον]. Inepte bis idem dicitur. Perinde est ἀργύριον δεδωκέναι et τιμήν, ut pag. 455. ὑπὲρ ὅτου ἀργύριόν τις τοῦ σώματος κατέβαλεν, sed componi utrumque non potest.

Pag. 444. scrib. ὁ Περτῶν βασιλεὺς ὅπως ἕξει μόνΟC ὀρθὴν τὴν τιάραν ἐφρόντιζε pro μόνΟΝ.

Pag. 445. ἤρετο αὐτὸν ὁπόθεν τοῦτο ἐπίϛατΑΙ ΤΟ περὶ αὐτοῦ, corrigendum: ἐπίϛΑΙΤΟ περὶ αὐτοῦ.

Post pauca p. 446. lege ἔχοις ἂν εἰπεῖν ΤΟΤΙ (non εἰ) ἐξ οὗ φησὶν ἐκείνη ἐκ τούτου γέγονας; et p. 447. pro διαβεβαιοῖC ex lectione optimi Codicis διαβεβαίΟΙ emenda διαβεβαιοῖ. Non enim διαβεβαιοῦν, sed διαβεβαιοῦσθαι in usu est, ut apud Dionem pag. 588. διαβεβαιωσαίμην ἄν.

Laborat verborum structura pag. 453. πῶς γάρ; εἶπεν. ὅπως Ἀθηναίων ψηφισαμένων — τοὺς οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι κτἑ. Scribe: ὅπως; Ἀθηναίων κτἑ. ut saepissime apud Aristophanem legitur πῶς; — ὅπως;

Duo vitia sunt sed ipsius Dionis p. 461. sq. μήτε παρὰ τοῦ δράκοντος μηδὲν παθεῖν μήτε ὑπὸ τῶν ταύρων τῶν τὸ πῦρ ΑΝΑπνεόντων. est enim vitiosa sequiorum consuetudo παρά ponere pro ὑπό, ἀδικεῖσθαι παρά τινος, πάσχειν παρά τινος et sim. Deinde officit praepositio in ΑΝΑπνεῖν. Veteres loquebantur omnes ut Xenophon in *Hellen.* VII. 5. 12. ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς Λακεδαιμονίους, — ἐγκλίνουσιν.

Non Dionis vitio contra sed librarii peccatum est pag. 466. τί χρὴ νομίζειν τἀνθρώπεια πάσχειν Ἀπὸ ταύτης τῆς νόσου; ubi Ὑπό necessarium et verum est. In multis aliis manifesto Dio ipse vitiosam Graeculorum consuetudinem secutus est, ut pag. 679. κακόν τι τοῖς συμπόταις δόντες ἢ παρ' ἐκείνων λαβόντες, quasi de *dono* aut *munere* ageretur. Apud Veteres ut πληγάς, τραῦμα λαβεῖν ὑπό τινος, sic κακὸν ὑπό τινος λαβεῖν constanter dicitur. Simili errore dixit Tom. II. pag 392. παρ' αὐτῶν τῶν εὖ παθόντων αἰτίαν ἔχειν, nam verbum accusandi αἰτιᾶσθαι

passivum habet *αἰτίαν ἔχειν*, itaque *ὑπό τινος* bene habet et *παρά τινος* ineptum est.

Solent *ἴδω* et *εἰδῶ* inter se permutari. Manifesta haec confusio est p. 463. in verbis *ὅταν ἴδωσι μὲν οἱ πολλοὶ τὸ δέον μὴ μέντοι πράττωσιν*, pro ЄΙδῶσι, ut apud Euripidem:

αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν δράσῃ δὲ μή.

Pag. 471. *εἴ τις εἰδὼς ὅτι δύ' ἢ τριῶν ἡμερῶν ἔχει πλοῦν ἔπειτα* ΔЄ *ἐνιαυτοῦ σῖτα ἐμβάλοιτο*, eliminanda est vocula *δέ*, cui post participium nullus locus est, veluti pag. eadem: *ἡμεῖς εἰδότες — ἔπειτα κατατεινόμεθα*. Similiter peccatum est p. 537. *μέρη τινὰ τοῦ σώματος εὐπρεπῆ ἔχοντες ἔπειτα* [*δὲ*] *ἔδοξαν καλοί*. Alio modo in eadem re erratum p. 555. *ὥσπερ εἴ τις ἐν δεσμωτηρίῳ ῥίνην ἀποκρύψειεν ὅπως μηδεὶς τῶν δεσμωτῶν λάβΟΙ ἔπειτα λύσειεν ἑαυτόν*. Statim emendabis: *λαβΩΝ ἔπειτα*. Emendate legitur pag. 565. *δυσχερανεῖτε ἴσως εἰ μήτε πολίτης ὢν μήτε κληθεὶς ὑφ' ὑμῶν ἔπειτα ἀξιῶ συμβουλεύειν*, et Tom. II. p. 186. *μήποτε ἀκούσαντες ἔπειτα οὐ δικαίως ἐμοῦ καταγνῶτε*, et multis aliis locis.

Pag. 477. *τοῦ τραγικοῦ ἀπαυθαδΗματος καὶ ἀξιώματος*. Nihili vocabulum est *ἀπαυθάδημα*. Non alia forma Graecis in usu fuit quam *αὐθαδίζομαι* (Plato), *αὐθάδισμα* (Aeschylus), *ἀπαυθαδίζομαι* (Plato) et *ἀπαυθάδισμα*, quod Dioni reddendum. Diligenter id demonstravit Dindorf. ad St. Th. Faex Graeculorum videtur *ἀπαυθαδιάζομαι* dixisse, sed hanc sentinam non moveo.

Ut Latine dicitur *ultra modum*, non *contra modum* sic Graece non dicitur ut pag. 478. *παρὰ μέτρον ἐπαρθήσεται*, sed *πέρα μέτρου*.

Pag. 493. *μήτε* ῞ΟΡΑ*μα μηδὲν ἄλλο ἔςαι μήτε ἀκούσματος ἀκούειν μηδενός*. Ipsa sententiae concinnitas clamat supplendum esse: *μήτε* ῾ΟΡΑΝ *ὅραμα — μήτε ἀκούσματος ἀκούειν*.

Est in Dione vitiosa quaedam orationis copia et ubertas multa

otiosa et supervacanea cumulans, ut solent in confabulando qui sunt paullo loquaciores. Exemplo esto locus pag. 497. ubi de Helena scribit: ἣν ἐμνήσευσάν (τε καὶ ἔσπευσαν λαβεῖν) πολλὰ ἔδνα (καὶ δῶρα) διδόντες οἱ πρῶτοί (τε καὶ ἄκροι) τῶν Ἑλλήνων. in talibus πλέον ἥμισυ παντός. Compone mihi Dionem cum quolibet scriptore Attico et senties *quid distent aea lupinis*.. Pauca similis περιττολογίας exempla subiiciam. II. pag. 60r ἀπολέσαι τὸν ἔπαινον καὶ τὴν εὐφημίαν, et Tom. II. pag. 89. κατὰ θεσμὸν καὶ νόμον, et Tom. II. pag. 245. κίνδυνος ἀπολέσθαι καὶ φθαρῆναι, et Tom. II. pag. 383. οὐ τολμῶσι πράγματα παρέχειν οὐδὲ ἐνοχλεῖν. Haec omnia sunt ἰσοδύναμα et sine ulla causa cumulantur. Quid tandem interest inter ἐνοχλεῖν et πράγματα παρέχειν? Prorsus nihil. In talibus Veteres iocabantur interdum, ut Aristophanes:

χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον.

et Epicharmi parasitus:

τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ πὰρ τήνοις ἐγών.

sed nemo haec serio praesertim in sedata oratione coniungebat.

Pag. 497. καὶ δὴ καὶ ἀδελφῶν ἐλέγετο εἶναι (Helena) Πολυδεύκους καὶ Κάστορος. Ridiculo errore ἀδελφῶν scriptum est pro ἀδελφή.

Notabilis locus est pag. 505. de bibliopolarum fraudibus, qui τὰ φαυλότατα τῶν νῦν (βιβλία) ΚΑΤΑθέντες εἰς σῖτον ὅπως τό γε χρῶμα ὅμοια γένηται τοῖς παλαιοῖς καὶ προσδιαΦθείρΟντες ἀποδίδονται ὡς παλαιά. Tralaticio errore καταθέντες scriptum est pro ΚΑΘέντες: praeterea res ipsa clamat προσδιαΦθείρΑντες emendari oportere.

Sine sensu editur pag. 509. ἰδιωτικὰς ἀμφιλογίας περὶ συμβολαίων Ἢ τινων. literula addita leg. περὶ συμβολαίων ΔΗ τινων.

Excidit literula p. 510. ubi deliberant philosophi: εἰ βασιλΘΙ χρηστέον ἢ δημοκρατίᾳ ἢ ἄλλῃ τινὶ καταστάσει πολιτείας. Nonne βασιλεΙΑΙ χρηστέον reponendum? *Regibus uti* Graece dicitur βασιλεῦσιν ὁμιλεῖν, non χρῆσθαι.

Quod scribit Dio pag. 512. *ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης, ἔφη τις οἶμαι τῶν ῥητόρων αὐτῶν, κατὰ τὸ λῆμμα ἀεὶ ῥέποντες*, sumsit a Demosthene *de Corona* pag. 325, 13. *οὐδὲ — ὁμοίως ὑμῖν ὥσπερ ἂν τρυτάνῃ ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα συμβεβούλευκα*. Sic optimus S, alii *ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ*. Dionis lectio potior videtur.

Hannibal, ut dicitur pag. 522, civibus suis *αἴτιος ἐγένετο ἀνασάτους γενέσθαι καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν* ΜΕΤΑ*βαλεῖν ὑπὸ Ῥωμαίων*. Non sunt coacti *mutare* urbem, sed urbs est deleta. Scribendum ΑΠΟ*βαλεῖν*, *amittere* urbem diciturque Graeco more *ἀποβαλεῖν τὴν πόλιν* ΤΠΟ *Ῥωμαίων*, quemadmodum *ἐκπίπτειν ὑπό τινος* et *ὑπό τινος κατιέναι*, *ἀποθανεῖν* et similia complura.

Frustra Dindorf. pag. 523 recepit ex uno libro: *Νόμας δὲ Ῥώμην παραλαβὼν — συΝΗλυδας καὶ πονηροὺς ἔχουσαν τοὺς ἐνοικοῦντας*. *Convenae* appellantur *σύγκλυδες*, non *συνήλυδες*. Diserte Strabo IV. p. 190 *a*. Dindorfio ad Stephanum laudatus: *τὴν τῶν κονουενῶν* (*convenarum*) *ὅπερ ἐς συγκλύδων*. Valckenaerii opinio *συνήλυδες ubique* pro *σύγκλυδες* reponi debere, merito ab omnibus reiecta est. In libris perantiquis *σύΝκλυδες* scribi solet, quo facilius in tanta similitudine litterarum *η* et *κ* errari potuit.

Non est Graecum quod legitur pag. 524. *πολλαῖς ὥραις διετρίβετε παρά τινι τῶν πολιτικῶν*, sed *πολλΑC ὥρΑC*, ut *πολὺν χρόνον διατρίβειν*.

Optima et certa Reiskii emendatio spernitur pag. 537. in his: *οἱ δέ τινες φύσει μὲν εὐειδοῦς σώματος οὐκ ἔτυχον, ὥρα δὲ αὐτοῖς ἐπῆλθε*. Verum vidit Reiske *ἐπήνθει* reponens, quod in ea re solemne ac frequens verbum est. Emperius: *„displicet imperfectum.“* Excidit festinanti. Opus est enim imperfecto in re non stabili et cito fugiente. Multi, inquit, fuerunt qui non essent formosi, sed *dum florebat aetas* hominibus formosi esse videbantur.

Dio dixerat pag. 556. *τοὺς θεοὺς — πέμπειν ὥσπερ ἁρμοσὰς παρ' αὐτῶν τοὺς ἐπιμελησομένους*, deinde adscripsit nescio quis

in margine ἄρχοντας, quod post αὐτῶν in textum irrepsit. Sine labe evasit Tom. II. pag. 142. ἢ πέμψομεν αὐτοῖς ἁρμοσάς;

Pag. 557. ὁ κόσμος οἰκός ἐστι πάνυ καλός τε καὶ θεῖος ὑπὸ θεῶν κατεσκευασμένος ὥσπερ ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων, [τε καὶ πλουσίων] καλουμένων ἀνδρῶν ΟΤCτινας ὁρῶμεν κατεσκευασμένους. Emenda ἀνδρῶνAC τινας ὁρῶμεν et expunge τε καὶ πλουσίων, ut pag. 553. οὐδὲν ἔλαττον κακοπαθεῖν — τοὺς εὐδαίμονας καλουμένους τῶν πενήτων.

Plebs homines divites et opulentos tamquam Deos εὐδαίμονας appellare solebat. Cf. Tom. II. pag. 384. ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πλουσίων δὴ καὶ μακαρίων δοκούντων, οὓς αὐτοὶ ζηλοῦσι καὶ μικρὸν διαφέρειν οἴονται τῶν θεῶν εὐδαιμονίας ἕνεκεν.

Ex convivio temulento, inquit pag. 563. οἱ μὲν ἄσωτοι καὶ ἀκρατεῖς ὑπὸ τῶν ἀκολουθΟΥΝΤΩΝ ἕλκονται καὶ σύρονται, imo vero a suis *pediseqnis*, ὑπὸ τῶν ἀκολούθΩΝ. Ἀκόλουθος eo sensu frequens apud Veteres legitur apud Dionem Tom. II. pag. 77. τὸν ἵππον τῷ ἀκολούθῳ παραδούς, et Tom. II. pag. 159. μηδὲ ἀκόλουθον ἕνα γοῦν ἐπαγόμενος. Insimulatur Alcibiades apud Plutarchum in vita cap. III. ὅτι τῶν ἀκολουθούντων τινὰ κτείνειε ξύλῳ πατάξας, sed vera lectio est τῶν ἀκολούθΩΝ, ut in Platonis *Convivio* pag. 212. *d.* ἄγειν οὖν αὐτὸν (Alcibiadem) παρὰ σφᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων.

In Dionis *Rhodiaca* pag. 565. ἐὰν δὲ ὡς οἷόν τε [καὶ] περὶ μεγίστου πράγματος (φανῶ λέγων). Sententia et usus dicendi respuunt καί.

Pag. 566. οὐκοῦν [ἄτοπον] εἰ μὲν ἀργύριόν τις ὑμῖν ἐχαρίζετο ἀφ' ἑαυτοῦ ξένος ἢ μέτοικος τοῦτον μὲν οὐκ ἂν ἡγεῖσθε περίεργον —, συμβουλεύοντος δέ τι τῶν χρησίμων δυσχερέστερον ἀκούσεσθε ὃς ἂν μὴ τύχῃ κληθεὶς ἢ μὴ πολίτης ὑπάρχῃ; Dele ἄτοπον quod nescio quis in margine adscripsit et male in textum receptum omnem loci compositionem pervertit.

Post pauca pag. 567. νομίζω δ' ἔγωγε — προσήκειν — μηδένα

ὀχληρὸν ΠΟΙεῖσθαι τῶν τοιούτων. Pro ποιεῖσθαι sententia requirit *existimare* ΉΓεῖσθαι.

Duabus literulis transpositis scribendum pag. 568. κακίαν τινὰ ἐμΦΑΙΝΘΙ τῆς πόλεως pro ἐμΦανιεῖ.

Post pauca mendosum est: ταῦτα τοίνυν ἡγεῖσθε, ἄνδρες Ῥόδιοι, πάνυ φαύλως παρ' ὑμῖν ἔχοντα, namque ἡγεῖσθε ἔχοντα pro ἔχειν soloecum est. Emenda igitur εὖ ἴσε pro ἡγεῖσθε.

Pag. 568. ἐκ δὲ τοῦ πολλοὺς ἔχειν τοὺς εὐνοοῦντας καὶ συμπράττοντας, ὅταν ᾖ καιρός, καὶ πόλις πᾶσα καὶ ἰδιώτης ἀσΦαλέσερον διάγει. Verba ὅταν ᾖ καιρός requirunt *futurum* συμπράξοντας. In fragmento Ararotis apud Suidam v. Ἀναβεῖναι:

ὅπως δὲ τὴν νύμΦην ἐὰν καιρὸς ᾖ
μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθήσεις Φέρων.

Meinekius corrigebat ἐὰν ὁ καιρὸς ᾖ, sed non est articulo locus: melius repones:

ἐπειδὰν καιρὸς ᾖ.

Loquebantur omnes natura duce ut Dio Tom. II. pag. 198. κοινῇ ὅταν ᾖ καιρὸς οὐκ ὀκνΗCΩ παρακαλεῖν.

Pag. 570. σεΦανωσαμένους καὶ τῷ βωμῷ προσελθόντας καὶ τῶν οὐΛῶν θιγγάνοντας καὶ τἆλλα ποιοῦντας ὡς ἐΦ' ἱερουργίας. Valesii est felix correctio οὐλῶν pro οὐδῶν. Vide autem quo pacto emendatio emendationem parere soleat. Legebam apud Libanium Tom. II. p. 320. de Iuliano: ὁ δὲ ἐν τοῖς βωμοῖς συνεχῶς, ὁ τῶν οὐΔῶν ἐξηρτημένος, ὁ καὶ τῇ γασρὶ θεραπεύων τοὺς θεούς. eratne punctum temporis dubitandum quin οὐΛῶν esset vera lectio? Sine vitio scriptum est apud Libanium II. p. 175. βωμοῦ δὲ οὐδενὸς τὸ αἷμα δεχομένου οὐδὲ μέρους οὐδενὸς καομένου οὐδὲ οὐΛῶν ἡγουμένων οὐδὲ σπονδῆς ἀκολουθούσης.

Pag. 570. οὐχ ὅμοιον τὸ παραβαίνειν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς Ἢ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Admonitus senties pro ἤ reponendum esse καί. cf. pag. 620. οὐ γὰρ ὅμοιον ἑκατὸν νεῶν σόλον ἀποσεῖλαι — καὶ ὃ νῦν ἐΦ' ὑμῶν ἰδεῖν ἔσιν, et alibi passim.

Pag. 457. Ἡρακλέα καὶ Θησέα καὶ τοὺς ἄλλους ἡμιθέους ποτὲ ἥρωας. Dio τοὺς ἡμιθέους et τοὺς ἥρωας distinguere solet, ut pag. 615. τοὺς μὲν ἡμιθέων, τοὺς δὲ ἡρώων ἀνδριάντας. *Deorum filios* Herculem, Theseum tum ἡμιθέους vocabant, ἥρωας δὲ (teste Dione pag. 510.) πάντες νομίζουσι τοὺς σφόδρα παλαιοὺς ἀνδρας κἂν μηδὲν ἐξαίρετον ἔχωσι δι' αὐτὸν οἶμαι τὸν χρόνον. Itaque inserenda copula est ἡμιθέους ποτὲ καὶ ἥρωας, ut Tom. II. pag. 2. ἀρχηγοὺς ἔχετε ἥρωας καὶ ἡμιθέους.

Pag. 575. περὶ πλείονος τοῦ ζῆν ἡγούμενοι τὴν ὕστερον εὐφημίαν. Veteres non aliter dicebant quam περὶ πολλοῦ, περὶ πλείονος, περὶ πλείσου, παρ' οὐδὲν ΠΟΙεῖσθαι, cui Graeculi ΗΓεῖσθαι substituunt *pro nihilo ducere*, ut pag. 577. καὶ ταύτην παρ' οὐδὲν ΗΓησάμενοι. Sic igitur περὶ πλείονος τοῦ ζῆν ἡγεῖσθαι apud Dionem recte habet sed vitium est in τὴν ὕϛεροΝ ϵΤφημίαν. *Fama post mortem* appellatur ἡ ὑϛεροφημία, ut apud Plutarchum *de sent. profectu in virt.* pag. 85. ubi Alexander ad nuncium τί μοι μέλλεις, εἶπεν, ὦτᾶν, ἀπαγγελεῖν; ἢ ὅτι Ὅμηρος ἀναβεβίωκεν; οὐδενὸς αὐτῷ τὰ πράγματα πλὴν ὑϛεροφημίας οἰόμενος ἐνδεῖν, ubi plura Wyttenbach protulit, et locum Longini Π. Υ. 44, 8. μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν μηδ' ἕΤϵΡα ΦΗΜης εἶναί τινα λόγον, ubi certa emendatione Ruhnkenius ὑϛεροφημίας reposuit.

Soloecum est pag. 576. ἆρ' ἀγνοεῖτε τοῦτο τὸ ἔργον ἐκείνους ἀτίμους ποιεῖΝ; Οἶδα et ἀγνοῶ infinitivum respuunt. Credo olim fuisse — ἀγνοεῖτε ϛΟΤΙ — ποιϵΙ. Est voculae ὅτι compendium quod facile scribae oculos fugiat.

Pag. 580. εἴ τινα καλοῖτε εἰς προεδρίαν ἢ πολίτην ἀναγράφοιτε μέλλοντες; ὕϛερον ἀναϛήσειν ἢ τὴν πολιτείαν ἀφελϵσθαι, πολλὰ ἂν ἱκετεύσειεν ὑμᾶς ἐᾶν αὐτόν. Nemo umquam scriptor Graecus sic *futurum* et aoristum coniunxit. Scribarum hi sunt errores, quos diligenter servari vel apud Thucydidem video et Platonem et Demosthenem. Facile est locum restituere. Sero nati Graeci pro αἱρήσω dicebant ἑλῶ, ἀνελῶ, καθελῶ cett. et pro αἱρήσομαι ἑλοῦμαι, ἐξελοῦμαι, ἀφελοῦμαι cet. Hoc ipsum est reponendum ἀναϛήσειν — ἀφελϵΙσθαι.

Legitur vitiosa forma apud Dionem pag. 238. καθελοῦμεν et pag. 594. ἀνελεῖ, et Tom. II. pag. 380. ἢ σφάξει θᾶττον τῶν μαγείρων ἢ διελεῖ. Cf. *Var. Lectt.* pag. 35.

Pag. 580. (τῶν τυράννων) τὰς εἰκόνας ἀνεῖλον καὶ τὰ ὀνόματα ἠφάνισαν, ὅπερ οἶμαι καὶ ἐΦ' Ὑμῶν συμβέβηκεν. Recte haberet ὑμῶν, si de Rhodiorum tyranno haec dicerentur; nunc quia de *Domitiano* haec dici palam est ἐΦ' Ἡμῶν *nostra memoria* est unice verum.

Est Graeculorum συνήθεια in forma et significatione τοῦ ταχύς nonnulla novare. Veteres constanter dicebant θάττων et τάχιστος, recentiores his addunt ταχύτερος, ταχίων et ταχύτατος. Praeterea adverbiis θᾶττον et τάχιον utuntur eo sensu ut sit προτοῦ *antehac*, omnia vitiose et contra vocabuli naturam et praeter antiquorum consuetudinem. Sic Dio dixit pag. 581. τοὺς θᾶττον εὐεργέτας, et pag. 582. ὀλιγωρῶν τοῦ θᾶττον φίλου, et pag. 581. μικρὰ Φροντίζειν τῶν τάχιον τετιμημένων. Vides esse idem atque τοὺς πρότερον εὐεργέτας, τοῦ πρότερον φίλου, τῶν προτοῦ τετιμημένων. Multa his similia apud sequiores omnes reperias. Plane κυνικῶς Diogenes reprehensus ob id quod olim fecisset respondit: καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον, ἀλλὰ νῦν οὔ, apud Diog. Laërt. VI. 56. ubi percommode Menagius locum ex Laërtii prooemio § 12. apponit hunc: φιλοσοφία θᾶττον ἐκαλεῖτο σοφία.

Pag. 584. πολλάκις δὲ αὐτὸ τοῦτο σημεῖον ὑπάρχει τοῦ σφόδρα ἐπείγειν τὴν θεραπείαν τὸ σφόδρα ἀλγεῖν TO θεραπευόμενον. Duplex scriptura est τό et τόν. Non est ambigua optio. Latine aegra pars corporis *dolere* dicitur: *dolent* dentes, oculi, caput *dolet*. Graecis naturam sequentibus multo melius *qui aegrotat* ἀλγεῖν dicitur: ἀλγῶ τὴν κεΦαλήν, τοὺς ὀδόντας. Itaque ὁ θεραπευόμενος ἀλγεῖ, non τὸ θεραπευόμενον.

Pag. 585. τὴν δὲ πόλιν, εἰ δόξει — πανουργεῖν, οὐκ αἰσχύνεσθε; Recte dicitur εἰ δοκεῖ — οὐκ αἰσχύνεσθε; Sed ubi δόξει praecedit necesse ut οὐκ αἰσχυνεῖσθε sequatur.

Pag. 590. *λαβεῖν τὰ τῶν πολιτῶν τινὸς ἢ τῶν* ʼΕΝ*οικούντων παρ' ὑμῖν*. *Incolae* urbis omnes dicuntur *ἐνοικεῖν*, sed *inquilini*, qui civibus opponuntur *μετοικεῖν*. Itaque corrigendum *τῶν* ΜΕΤ*οικούντων*.

Pag. 591. *οὕτω μὲν γὰρ ἐξέςαι λέγειν καὶ τὰ ἐν μέσῳ τῆς ἀγορᾶς πιπρασκόμ*ΕΝΑ *τοῦ δήμου*, viden' quo pacto necessarium ΕΙΝΑΙ exciderit? „*Nam sic licebit etiam ea quae in medio foro veneunt populi* ESSE *dicere.*" Neque *εἶναι* neque *esse* in tali re omitti potest.

Pag. 612. *εἰ δή τις ἐλθὼν οὗ τὰ δημόσια ὑμῖν γράμματά ἐςι κεραίαν νόμου τινὸς ἢ ψηφίσματος μίαν μόνην συλλαβὴν ἐξαλείψειεν οὕτως ἕξετε ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀπὸ τοῦ ἅρματός τι καθέλοι.* Manifestum est *τὸ ἅρμα* esse *quadrigas* SOLIS, qui apud Rhodios prae caeteris omnibus Diis colebatur. Fieri potest ut *τὸ ἅρμα* in Solis insula dicere esset satis. Pronior tamen sum in eam sententiam ut *τοῦ* ʼΗ*λίου* excidisse existimem. *εἴ τις ἀπὸ τοῦ ἅρματος* (*τοῦ* ʼΗ*λίου*) *τι καθέλοι.* Audi Dionem Cassium 47, 33. (*ὁ* Κ*άσσιος*) *εἰς τὴν νῆσον περαιωθεὶς* (*τὴν* ʼΡ*όδον*) *ἄλλο μὲν οὐδὲν κακὸν αὐτοὺς ἔδρασε* —, *τὰς δὲ ναῦς καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ ἱερὰ πλὴν* ΤΟΥ ʼΑΡΜΑΤΟϹ ΤΟΥ ʼΗΛΙΟΥ *παρεσπάσατο*, ubi notandum non de *signis* et *statuis* haec dici, (quibus quid tum Cassio opus erat?) sed de pecunia sacra et profana. Itaque in Solis quadrigis, quibus solis pepercit, non *ars* spectabatur sed *materies:* unde liquido colligas ex solido auro fuisse. Cassius Rhodo discedens *Solem a se relinqui* dixerat, quod inepti in omen traxerunt quoniam brevi post apud Philippos „*non effigiem Solis — sed ipsum solem re vera relinquere*" coactus est, iudice Valerio Maximo I. 5. 8.

Facile *τοῦ ἡλίου* intercidere potuit ob compendiolum, de quo multis dixi in Praef. ad *Var. Lectt.* pag. XX. edit. sec.

Pag. 617. *οὗτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν* ΤΟΥϹ *καθ' αὑτόν*, turpis soloecismus pro ΤΩΝ.

Pag. 618. *τοὺς φυγάδας αὐτοῖς ἀνεῖπε κατάγειν ὁ θεός* —

πλέον οὐδὲν ἦν ἁπάντων Ἐλῃλυθότων. quia, ut Aeschylus doc apud Aristophanem in *Ranis* 1163.

ΗΚΕΙΝ μὲν ἐς γῆν ἔσθ' ὅτῳ μετῇ πάτρας,
χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφορᾶς ἐλήλυθεν,
Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε καὶ ΚΑΤέρχεται,

Dio, ut omnes Graeci in ea re, ΚΑΤελῃλυθότων scripsit.

Ἀνεῖπεν apud Dionem et sequiores omnes de Apolline a Pythia ponitur: Veteres constanter *ἀνεῖπε de praecone* et Apolline *ἀνεῖλε* dicebant.

Pag. 625. μὴ γὰρ οἴεσθε Ῥωμαίους οὕτως εἶναι σκαιοὺς κ ἀμαθεῖς ὥςε μηδένα αἱρεῖσθαι τῶν ὑΦ' αὐτοῖς ἐλευθέριον εἶναι μη ΚΑΛΟΝ ἀλλὰ βούλεσθαι μᾶλλον ἀνδραπόδων κρατεῖν. Dat mihi, opinor, *καλόν* a loci sententia prorsus abhorrere. Qu amissum est ante pedes esse arbitror, nempe μηδὲ καλὸν Κ. ΓΑΘΟΝ.

Post pauca editur: ὑμεῖς δέ — ἂν ἕνα τινὰ μὴ ϛήσητε χα κοῦν τὴν ἐλευθερίαν οἴεσθε ἀποβάΛΛειν. *libertatem vos* AMITTE *putatis.* Minime gentium sed AMISSUROS. Scribe ergo ἀποβ Λεῖν. Editores non audiunt. Emperius in nota: „ἀποβαλ *Selden.*" Neque ipse recepit neque Dindorf. Estne igitur num, *praesens* PRO *futuro*, ut olim nugabantur? An forte *fidem veterum membranarum?* Non sunt membranae tam veter in quibus non ΜΕΛΕΙ — ΜΕΛΛΕΙ et ΒΑΛΕΙΝ — ΒΑΛΛΕ stolide passim inter se permisceantur. Cur igitur vitiis ma festis inepti parcimus?

Pag. 626. τὸ γὰρ ἀγνοούμενον καὶ [μὴ] δοκοῦντα μηδε ἄξιον ποιεῖν ὁτιοῦν ἔλαττον αἰσχρόν. Sententia clamat μή indu oportere. Ποιεῖν ὁτιοῦν, ut apud Demosthenem ὁτιοῦν ποι καὶ πάσχειν de rebus *turpissimis* dicitur. Itaque *minus* tur esse dicit iis *quos nemo novit* et *qui apud omnes contemnunt* quibus opponit Rhodios τοὺς οὕτως ὄντας ἐπισήμους καὶ θαυμ ζομένους παρὰ πᾶσιν.

Ἔλαττον apud Graeculos ponitur ubi Veteres ἧττον usur bant, ut ἐλάττους pro ἥττους. Miscent autem in talibus ar qua et novicia passim. Qui tam saepe dixerat ἔλαττον αἰσχ

statim pag. 627 addit: ἧττον ὑμῖν δοκεῖ αἰσχρόν; In antiqua Graecitate summa constantia inter se opponuntur *οἱ κρείττους — οἱ ἥττους* et *οἱ πλείους — οἱ ἐλάττους*.

Pag. 627. (*ἡ οἰκία*) ἔσαι τοῦ κληρονομήσΟΝτος ἢ τοῦ πριαμένου. Futurum, quod est in plerisque libris pro -CANTOC, nonne manifesto absurdum est? *Futuri* heredis nihil est; sed scribarum libidine -σοντες et -σαντες ubique miscentur etiam cum barbarismo: δώσαντες in libris non est rarum, et apud Demosthenem συμπνευσόντων ἄν usque ad Dobraeum offendit neminem.

Ibid. τὴν εἰκόνα οὐκ ἔστιν οὐδενὶ δικαίῳ ΜΕΤΑθεῖναι καθάπερ τὴν οἰκίαν. Imo contra est, 'statuam *transponere* (μεταθεῖναι) possis, domum non possis. Non hoc dicit Dio, inquies, sed *alienare*. Fateor, sed appellatur hoc Graece ΜΕΘεῖναι.

Pag. 635. de lege Leptinea περὶ τῶν ἀτελειῶν ita scribit: τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; οὐμενοῦν, ἀλλ' ἐάλω γραφῆς. Ἁλῶναι cum genitivo apud Veteres nihil est; apud sequiores ἁλῶναί τινος sexcenties legitur pro ἐρασθῆναι. Quid igitur? una literula correcta scrib. ἐάλω γραΦΕΙC. ὁ νόμος γὰρ ἐγράΦη παρανόμων καὶ γραΦεὶς ἐάλω.

Post pauca Φέρε τοίνυν, inquit, συμβάλετε τοῦτο τὸ ἔθος ἐκείνῳ τῷ νόμῳ, κἂν μὲν ὑμῖν κατά τι Φαίνηται, Φυλάξατε αὐτό —, ἐὰν δὲ πανταχῇ σκεπούμενοι ΧΕΙΡΟΝ εὑρίσκητε — λύσατε. Periit vocabulum ad sententiam necessarium, sed nullo negotio in tam perspicua oppositione ex fuga retrahi potest. Supplendum enim: κἂν μὲν ὑμῖν ΫΑΜΕΙΝΟΝ κατά τι Φαίνηται. Nunc demum κατά τι quid sit intelligitur. Cur interciderit ἄμεινον perspicere mihi videor. Scriptum erat ὑμεῖν ἄμειν cum accentu gravi ον significante, et duplex μειν scribam fefellit. Ἀμείνων autem et βελτίων apud Dionem promiscue poni solent, veluti pag. 640. οὐ μόνον ἀμείνους ἀνθρώπους ἀδικεῖν — ἀλλὰ καὶ ὑπὸ βελτιόνων εὖ πάσχειν.

Pag. 643. πολλῶν ὄντων κατὰ τὴν πόλιν ἐΦ' οἷς ἅπαCIN εὐλόγως σεμνύνεσθε, quid sibi vult ἅπασιν sine sensu addi-

tum? At tu rescribe: *ἐΦ' οἷς ἅπαΝΤϵϹ εὐλόγως σεμνύνεσθε.*

Pag. 645. *οὐδεὶς αὐτῶν ἀΦῃρϵΙΤΟ ὄνομα οὐδ' αὖ χεῖρον ἀπήλλαττον ἀντὶ Μεγάρων — ἐν τοῖς Ῥωμαίων ἱεροῖς ἀνακείμενοι.* Perspicue *αὐτῶν* est *eorum quibus positae sunt statuae*, itaque *ἀΦῃρεῖΤΟ ΤΟ ὄνομα* scribendum. Continuo sequitur: *κἂν ταῦτ' ἈΦῇ τις βέλτιον τό γε καθ' ὑμᾶς οὕτως αὐτῶν ἠΦανίσθαι τὰς τιμάς.* Nihil est *κἂν ταῦτ' ἀΦῇ τις*, nam quid est *ἀΦιέναι* in tali argumento? Ne litera quidem mutata legendum: *κἂν ταῦτΑ Φῇ τις*, nempe *ὅτι χεῖρον ἀπήλλαττον.*

Pag. 645. *καὶ Νέρων μὲν — οὐδενὸς ἀΦείλετο τὴν εἰκόνα — αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς ἀΦΑΙΡεῖσθε;* In hac dehortandi forma natura ipsa *futurum* postulat *ἀΦϵΛεῖσθε*; Saepe huiusmodi errorem in libris notavi, ut *ἀΦελοῦμαι* in *ἀΦαιροῦμαι* corrumperetur.

Pag. 646. *οὐδ' αὐτοὶ — ἠδικεῖτε, ἀλλ' εἴπερ ἄρα συνηδίκησθε*, imo vera *συνηδικϵΙσθε*. Saepissime libri variant in *-εῖτο* et *-ητο*, *-εῖσθε* et *-ησθε* et omnino in imperfecti et plusquam perfecti formis vocali aut diphthongo tantum inter se discrepantibus. Tamen nusquam est anceps et ambigua optio. Sententia et structura loci ubique utra scriptura sit potior plane demonstrant.

Pag. 647. *ὁμοίως δίδοτε τοὺς ἀνδριάντας ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι διδόασιν οὕτως ὥϛε λυπεῖσθαι μετ' ὀλίγον συντριβέντων.* Ea est huius comparationis mens et consilium ut plane contrarium quam quod dicitur requiratur. Num quid pigebat facti Rhodios statim peritura donantes? Minime gentium: nemo curabat. Nos quoque puerulis pupas emimus: num quem statim diffractis et comminutis piget aut poenitet? Novimus id ferre puerilem lasciviam, ridemus, nihil curamus; vile damnum est et festivorum puerorum hilaritate bene emtum. Quid igitur? Equidem *μή* inserebam, quod memineram male abundare nonnumquam, interdum vitiose abesse, quum vidi Reiskium in eadem cogitandi vestigia incidisse et *ὥϛε (μηδὲν) λυπεῖσθαι* supplevisse. Quid Editores?

Emperius: „ὥϛε μηδέν *Reiskius. frustra.*" Refutato igitur aliquis mea argumenta; sin minus veterem servabo sententiam.

Eadem est ratio loci pag. 649. ubi flebiliter Dio exclamat: τὰ δὲ (τῶν Ἑλλήνων) οἴχεται καὶ πάντα τρόπον αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς διέφθαρται· καὶ οὐδὲ ἐπινοῆσαι λοιπὸν ἔϛι τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ΠΑΘΩΝ εἴϛ γε τοὺς ἄνδραϛ ὁρῶντα. ἀλλ' οἱ λίθοι μᾶλλον ἐμφαίνουσι τὴν σεμνότητα καὶ τὸ μέγεθοϛ τῆϛ Ἑλλάδοϛ κτἑ. Haereo in παθῶν cum multis aliis, qui alius aliud coniecerunt. Emperius: „*nihil mutandum.*" Ergone intelligi potest quid sit ἡ τῶν παθῶν λαμπρότηϛ καὶ ὑπεροχή? Non opinor: in *homines* haec cadunt, non in *calamitates* et *infortunia*. Suspicor τῶν ΠΡΟΓΟΝΩΝ scripsisse Dionem, quemadmodum statim addidit: ἐπεὶ αὐτούϛ γε τοὺϛ ἐνοικοῦντας οὐκ ἂν εἴποι τιϛ οὐδὲ Μυσῶν ΑΠΟΓΟΝΟΤC.

Pag. 656. πότε εἶσεισι θχυματοποιὸϛ ἡ λῆροϛ [ἢ] τοιοῦτοϛ ἕτεροϛ. intelliges locum postquam alterum ἤ deleveris.

Pag. 657. τῶν δὲ Κυνικῶν λεγομένων ἔϛι μὲν ἐν τῇ πόλει πλῆθοϛ οὐκ ὀλίγον —, οὐδὲν μέντοι γε καὶ ἀγεννῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ὡϛ εἰπεῖν ἐπιϛαμένων. Lacuna in his est sic ferme supplenda: οὐδὲν μέντοι γε (ὄφελοϛ μοχθηρῶν) καὶ ἀγεννῶν ἀνθρώπων.

Expunge articulum pag. 658. ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἐργάζονται, κακὸν δ' ὡϛ οἷόν τε [τὸ] μέγιϛον.

Post pauca scrib. οἱ δὲ εἰϛ ὑμᾶϛ ΠΑΡιόντεϛ (non προϊόντεϛ) — οἱ μὲν ἐπιδεικτικοὺϛ λόγουϛ καὶ τούτουϛ (non τοὺϛ) ἀμαθεῖϛ (διεξέρχονται), οἱ δέ κτἑ.

Solemne verbum est de omnibus, qui prodeunt ad dicendum παριέναι, παρελθεῖν, τὴν πάροδον ποιεῖϛθαι, quod saepius videbis apud Dionem in προϊέναι et προσιέναι depravatum.

Pag. 659. μὴ οὖν οἴεϛθε κοιμωμένων ΜΟΝΟΝ ἐπιμελεῖϛθαι τὸν θεόν, — ἐγρηγορότων ΔΕ ἀμελεῖν. Saepe apud Atticos et multo saepius etiam apud Atticistas reperies hoc structurae genus ut ex praecedente negatione bipartita oratio particulis ΜΕΝ et ΔΕ ligata

suspendatur, cuius prior pars affirmet altera neget, ut in celebrato loco Demosthenis *de Corona* pag. 288. ΟΥΚ *εἶπον* ΜΕΝ *ταῦτα οὐκ ἔγραψα* ΔΕ, *οὐδ' ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δὲ οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους*. Multum Dio hac compositionis forma delectatur ac saepe utitur. vid. pag. 242. *οὐ γὰρ εἰ μὲν — νυνὶ δέ*. pag. 335. *οὐ γὰρ ἐπὶ Θησέα μὲν — ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρον οὔ*. pag. 668. *οὐ γὰρ ὑμεῖς μὲν — αὐτοὶ δέ*. et 697. *οὐ γὰρ ἐὰν μὲν τὸ σῶμα — τῆς δὲ ψυχῆς*. et Tom. II. pag. 209. *οὐ γὰρ δὴ τῷ μὲν Ὀδυσσεῖ — ἐμὲ δὲ οὐκ ἦν εἰκός*, et Tom. II. pag. 265. *οὐχὶ τοῖς μὲν ἐφήβοις — τοῖς δὲ τελείοις μή*. et Tom. II. pag. 211. *οὐχ ὁ μὲν δῆμος ὑμεῖς ἐπεθυμήσατε τῶν ἔργων, τῶν δ' ἐν τέλει τις ἀντεῖπεν οὐδ' ἀντεῖπε μὲν οὐδεὶς οὐ μὴν προθυμούμενος εὑρέθη ἀλλὰ πάντες κτἑ*. Itaque Tom. II. pag. 44. *οὐ* ΜΕΝ *γὰρ ἄν τις καταβάλῃ πεντακοσίας δραχμὰς δύναται Φιλεῖν ὑμᾶς —, εἰ* ΔΕ *τις πένης οὐχ οἷός ἐστιν ἀγαπᾶν τὴν πόλιν* manifestum est *μέν* sic transponi oportere *οὐ γὰρ ἄν* ΜΕΝ *τις*. Similis huic forma est *μὴ γὰρ οἴεσθε* — ΜΕΝ — ΔΕ, ut pag. 701. *μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμᾶς μὲν — ἐκείνους δέ*. et Tom. II. pag. 8. *μὴ οὖν οἴεσθε στρατηγὸν μὲν — πόλιν δέ*. et Tom. II. pag. 26. *μὴ γὰρ οἴεσθε αὐλήματα μὲν — κτήσεις δέ*. et Tom. II. pag. 34. *μὴ γὰρ οἴεσθε ἀετοὺς μὲν — ἄνδρα δέ*, neque adeo est ulla dubitatio quin nostro loco *μέν* pro *μόνον* sit emendandum: *κοιμωμένων* ΜΕΝ — *ἐγρηγορότων* ΔΕ. Idem error commissus erat Tom. II. pag. 332. *ὦ παῖ* Μνησαρχίδου (Euripides), *ποιητὴς* ΜΟΝΟΝ *ἦσθα, σοφὸς δ' οὐδαμῶς*, sed Valckenarius optime ΜΕΝ correxit. Iterum ΜΕΝ loco motum est Tom. II. pag. 102. *Σόλων* ΜΕΝ *ἐν Κορίνθῳ φεύγων τὴν Πεισιστράτου τυραννίδα, οὐ φεύγων* ΔΕ *τὴν Περιάνδρου*, facile apparet *μέν* post *φεύγων* esse transponendum.

Pag. 661. *οἱ δὲ — μηδέποτε σωφρονοῦντι λόγῳ τὰς ἀκοὰς ὑπέχοντες ὁλοκλήρως ἄθλιοι*. Mendosum est *σωφρονοῦντι*, namque *ὁ λόγος οὐκ αὐτὸς σωφρονεῖ, τοὺς δὲ ἀνθρώπους σωφρονεῖν ποιεῖ*. Una tenuis literula addita sanabit malum. Scrib. *σωφρονΙοῦντι*, quemadmodum saepe *διοικεῖν — διοικιεῖν* confusa sunt et *δειπνεῖν — δειπνιεῖν*, *πλουτεῖν — πλουτιεῖν*, sic rarior futuri forma et usu exemta *σωφρονιεῖν* in vulgare *σωφρονεῖν* conversa est.

Pag. 664. (ὁ Ἑρμῆς) ἐν Ὀδυσσείᾳ πεποίηται Καλυψοῖ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῆς ἀγγελίας, ἣν ἀηδῆ οὖσαν ἐνόμιζε. Non est Graecum νομίζω οὖσαν pro εἶναι, et ingratum esse Calypsoni nuncium non *putabat*, sed certo sciebat. Una literula correcta dabit lucem. Leg. ἣν ἀηδῆ οὖσαν ἐΚόμιζεν *afferebat.*

Pag. 674. ἐπειδὰν δὲ παύσηται τὸ δεινόν — ἔτι ἔν τε συνόδοις καὶ ϛενωποῖς μένει καὶ δι' ὅλης τῆς πόλεως ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας, mendum est in συνόδοις. Loci alicuius nomen requiritur in quo magna sit hominum celebritas praesertim tenuiorum de plebe et de plebecula. Commode fert opem Catullus in notissimis versiculis:

nunc in quadriviis et angiportis
glubit magnanimos Remi nepotes.

quae ille *quadrivia*, Graeci τριόδους *trivia* appellant: itaque illud ipsum

νυνὶ δ' ἐν τριόδοις τε καὶ ϛενωποῖς

Dioni lucem afferet, cui reddendum: ἔτι ἔν τε ΤΡΙόδοις καὶ ϛενωποῖς μένει. Si quis est paullo durior ad haec et pertinacior producam alterum testem ita dicentem de Cynicis, qui Alexandriae stipem emendicabant: οὗτοι δὲ ἔν τε ΤΡΙόδοις καὶ ϛενωποῖς καὶ πυλῶσιν ἱερῶν ἀγείρουσιν. Quis haec dicit? Ipse Dio in hac ipsa oratione pag. 658.

Pag. 676. ἀριϛεῖς — μνημονεύονται σωτηρίας ἕνεκεν τῶν πατρίδων ἐπιΔΙδόντες αὐτούς, inepte editur pro ἐπιδόντες.

Pag. 677. κἀκεῖνος μὲν (ὁ λῃϛής) ἀδικηθεὶς ἴσως ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ὑπὲρ τοὺς νόμους ἀμύνασθαι προΘεμενος καὶ τάχΑ τι καὶ γενναῖον ἐδύνατο πρᾶξαι μὴ τοιούτου τυχὼν δαίμονος, corruptum est προέμενος. Scrib. προεΛΟμενος et τάχ' ᾽ΑΝ τι.

Pag 682. οὐδὲ γάλα καὶ μέλι δύνασθε εὐχερῶς οὕτως ἔχειν ἄκροις δακτύλοις διαμῶντες χθόνα. Euripides *Bacch.* 698.

ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν,
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα
γάλακτος ἐσμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων
θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔϛαζον ῥοαί.

Credo ipsa poëtae verba dedisse Dionem

ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶντες χθόνα.

Ex eodem fonte sumsit Dio et ea, quae praecedunt, sed quod dixit καὶ τὸ λέοντας φέρειν ἐν ταῖς ἀγκάλαις absurdum est. Satis est mirificum quod Euripides ipse commentus est vs. 689.

αἱ δ' ἀγκάλαισι δορκάδ' ἢ σκύμνους λύκων
ἀγρίους ἔχουσαι λευκὸν ἐδίδοσαν γάλα
ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν σπαργῶν ἔτι
βρέφη λιποῦσαις.

Pag. 683. Ἀρίων ὑφ' οὗ λέγουσιν ᾄδοντος ἐν τῷ πελάγει τοὺς δελφῖνας ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ναῦν καὶ μετὰ ταῦτα ἐκπεσόντα αὐτὸν κατὰ τύχην τινὰ ΑΝΑλαβεῖν καὶ σῶσαι. Non convenit cum rei natura verbum ἀναλαβεῖν, neque eo quisquam in hoc argumento utitur, sed ΤΠολαβεῖν omnes dicebant et primus omnium Herodotus I. 24. τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον.

Pag. 691. Φασὶν ἀρχαίαν βασιλίδα ἐν Κρήτῃ τῶν Ἡλιαδῶν ἐρασθῆναι ταύρου. Non debent confundi οἱ Ἡλιάδαι et αἱ Ἡλιάδες. Itaque correcto accentu Ἡλιάδων scribendum.

Pag. 693. μόνον δ' ἐπὶ τῷ τέλει φησὶν Αἴαντα τὸν Λοκρὸν ὁρᾶν ἀπρεπέστερον καὶ λοιδορεῖσθαι Ἰδομενεῖ. Vitium est manifestum in ὁρᾶν. Leg. δρᾶν τι ἀπρεπέστερον. Confundi inter se δρᾶν et ὁρᾶν multis exemplis ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 448.

Pag. 695. τῶν Κωμικῶν ἔφη τις ἐπὶ τοῖς τοιούτοις·

ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀταξία.

Notissimus versiculus est ex Euripidis *Hecuba* 607.

ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι
ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία
κρείσσων πυρός, κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν.

Potuitne igitur Dio τῶν Κωμικῶν τις dicere? Non opinor, sed latere arbitror παρῳδίαν Comici versiculum Euripideum sic in ludum iocumque convertentis:

ἀκόλαστος ὄχλος ΑCτική τ' ἀταξία.

Notum est apud sequiores Graeculos ἀλῶναί τινος dici pro ἐρασθῆναι, ἐπιθυμῆσαι, ἥττω εἶναι. Memorabilis de eo usu locus est apud Dionem pag. 696. καὶ γὰρ ἀνθρώπους ἐαλωκέναι φαμὲν οὐχ ὑπὸ λῃστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑταίρας καὶ γαστρὸς καὶ ἄλλης τινὸς φαύλης ἐπιθυμίας. Ex his parata emendatio est loco Dionis de Nerone pag. 140. ὁ μὲν γὰρ [ὑπὸ] ᾠδῆς ἁλοὺς μινυρίζων διετέλει. Sine mora delenda est praepositio, nam *captus insano cantandi amore* illa aetate Graece dicitur ᾠδῆς ἁλούς.

Pag. 703. αὐτὸν γοῦν ἐκεῖνον (τὸν Θερσίτην) εἴρηκεν Ὅμηρος ἐν τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἀφικέσθαι γελωτοποιόν·

ἀλλ' ὅ τι οἱ εἴσαιτο γελοΐιον Ἀργείοισιν
ἔμμεναι.

Excidit aliquid. Suspicor supplendum: ΕΝΑ ἐν τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν „*unum* in omnibus Graecis venisse scurram." Homeri versiculus cum caetera oratione minime quadrans olim a nescio quo in margine scriptus temere in textum receptus est.

Pag. 704. οὐ προσεῖχεν οὐδὲ ἐΨρόντιζε τοῦ ὀνείρατος ὡς οὐδενΟC ὄντος. Soloeca oratio est. Emenda ὡς οὐδΕΝ ὄντος. Notum est in οὐδὲν ὤν, ὄντες τι et similibus οὐδέν et τι casum non mutare.

Pag. 704. ἐπεδείκνυτο οὖν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ τἀκριβεςέρᾳ τῆς τέχνης. Sic Emperius. Dindorf. recte τἀκριβέςερα restituit; sed non est satis, καί resectum oportuit: ἐπεδείκνυτο πάσῃ προθυμίᾳ τἀκριβέςερα τῆς τέχνης.

Pag. 7. Tom. II. ὥσπερ ἀσθενεῖς ὁπλαὶ κτηνῶν τῶν ἐν μαλακοῖς τε καὶ λείοις τραΦέντων χωρίοις, ὁμοίως ὦτα τρυΦερὰ ἐν κολακείᾳ τραΦέντα καὶ λόγοις ψευδέσιν. deest aliquid ad sententiae integritatem, nempe sic erat dicendum ὦτα τρυΦερὰ (ἀνθρώπων) ἐν κολακείᾳ τραΦέντΩΝ Scribebatur τραΦῆν et sic natus error. cf. *Var. Lectt.* pag. 434 et 517.

Tom. II. p. 12. Μακεδόνες νεωςὶ μὲν τὰ ῥάκη περιΗΜένοι καὶ ποιμένες ἀκούοντες. Neque de vestimentis neque de pannis περιάπτειν et περιῆΦθαι dici potest. Corrigendum est περι-

KEI*μενοι*, de quo usu verbi *περικεῖσθαι* vid. *Nov. Lectt.* pag 145 sq.

Tom. II. pag. 15. supplendum: *δεδοίκασι μηδενὸς* (*δεινοῦ*) *ὄντος*. Post pauca: *τοῖς μεθύουσι συμβαίνει* (*τὸ ῥέγκειν*) *καὶ τοῖς ἐμπληθεCI καὶ τοῖς μὴ καλῶς κατακειμένοις*, necessarium est participium *ἐμπληCΘEIσι*.

Tom. II. pag. 20. *ποῖος ἦχος ὑμῖν ἂν* 'ANενεχθῆναι *ἔδόκει*; male repetita syllaba est et expuncta praepositione *ἐνεχθῆναι* legendum, ut in vicinia: *Φέρε καὶ ὑμᾶς εἴ τις ἐκ τοῦ* ΦΘερομένου *ἤχου πόρρωθεν εἰκάζοι* OIους *ἂν ἀνθρώπους ὑπολάβοι εἶναι*; ubi *Ποίους* pro *οἵους* reponi oportere manifestum est.

Iterum vitio nata praepositio est Tom. II. p. 24. *πρότερον μὲν ἐπ' εὐταξίᾳ — διαβόητος ἦν ὑμῶν ἡ πόλις καὶ τοιούτους* 'ANέφερεν *ἄνδρας*. In tali re *Φέρειν* et *ferre* constanter omnes dicebant ut de fructibus, ita etiam de hominibus. Exemplorum plena sunt omnia.

Narrat mulieres Tarsi Tom. II. pag. 24. *τοῦτον τὸν τρόπον κατεςάλθαι καὶ βαδίζειν ὥςε μηδὲ ἓν αὐτῶν μέρος ἰδεῖν μήτε τοῦ προσώπου μήτε τοῦ λοιποῦ σώματος μηδὲ* ATTAC *ὁρᾶν ἔξω τῆς ὁδοῦ οὐδέν*. Et sententia et oppositio deesse aliquid indicant et quid sit supplendum demonstrant, nempe *ὥςε* MHΔENA *μηδὲ ἓν αὐτῶν μέρος ἰδεῖν* „ut NEMO ullam earum partem conspiciat neque faciei neque reliqui corporis, neque IPSAE quidquam videant praeter viam."

Tom. II. pag 29. *χάλκεον δέ* OI *γνάθων ἐκ πολιᾶν Φθεγγομένα*C *ὑπάκουε μὲν* "Ιδα *Τένεδός τε περιῤῥύτα*, necesse opinor est dativum *Φθεγγομένα*I poëtae reddere.

Tom. II. pag. 43. *εἰ γοῦν τις ἐπεξίοι πάντας δοκεῖ μοι μηδὲ ἂν δύο ἄνδρας* "EXειν *ἐν τῇ πόλει τὸ αὐτὸ Φρονοῦντας*. Clamat loci sententia *ἔχειν* mendosum esse et ETPεῖν restitui oportere. *ἐπεξιέναι πάντας* est *quaerentis* aliquid et *investigantis*, in qua re non *habendi* verbum locum habet sed *reperiendi* aut *compe-*

riendi, et utraque notio apud Graecos in uno verbo εὑρίσκειν continetur.

Tom. II. pag. 51. τῶν πομπευόντων αὐτὸς ἕκαστος ὀφθῆναι ἐπιθυμῶν κατὰ τοῦτ' ἐσπούδακεν ἕως ἂν παρέλθῃ, μικρὸν δ' ἀποσὰς ἔλυσε τὸ σχῆμα καὶ τῶν Ἄλλων εἷς ἐστίν. Usitatum est Graecis in tali re dicere καὶ τῶν Πολλῶν εἷς ἐστίν.

Tom. II. pag. 53. τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἅπαν ἀποστῆναι τοῦ βοηθεῖν αὐτοῖς ἀνδραπόδων ἐστίν, non ἐφ' ἅπαν scribendum sed ἐφάπαξ in tali re dicere Graeci solent, ut εἰσάπαξ et καθάπαξ.

Tom. II. pag. 58. οὕτω γὰρ ἑκόντες ἀκολουθήσουσιν ὑμῖν ἅπαντες θαυμάζοντες καὶ ἀγαπῶντες· ὃ μεῖζόν ἐστι ΤΟΤ ΘΙΝαι παρ' ὑμῖν ἢ δικάζεσθαι Μαλλόν. Miror quo pacto neuter Editor in textum receperit palmariam Valckenarii emendationem ὃ μεῖζόν ἐστι τοῦ ΘΤΘΙΝ παρ' ὑμῖν ἢ δικάζεσθαι Μαλλόν, quam commendare nihil opus est, satis enim semet ipsa commendabit: vide tamen quae continuo sequuntur: οὐδ' ἡντινοῦν ἔχει ὠφέλειαν ἐπελθεῖν (leg. ἐλθεῖν) ἐπὶ θυσίαν δεῦρο ἢ τοὺς Ἀδανεῖς ἢ τοὺς Αἰγαίους.

Multi sunt eximii et praeclari loci in Dionis *Tarsica secunda*, unde optimum et sapientem virum et admiraberis et amabis. Admirabilis ante omnia est viri παρρησία acris et nil reformidans et nemini parcens, sed eadem tanta lenitate et suavitate temperata et condita ut non iram audientibus moveret sed pudorem iniiceret et ad poenitentiam flecteret magis. Praeclara sunt quae dixit Tom. II pag 59: ὡς τά γε νῦν γέλως ἐστί. καὶ εἴτε Αἰγαῖοι πρὸς ὑμᾶς εἴτε Ἀπαμεῖς πρὸς Ἀντιοχεῖς εἴτ' ἐπὶ τῶν πορρωτέρω Σμυρναῖοι πρὸς Ἐφεσίους ἐρίζουσι περὶ ὄνου σκιᾶς, φασί, διαφέρονται. τὸ γὰρ πρεσάναι τε καὶ κρατεῖν ἑτέρων ἐστίν. deinde commemoratis Atheniensium et Lacedaemiorum de imperio contentionibus ita pergit: τὰ δὲ τῶν νῦν ἀμφισβητήματα καὶ τὰ αἴτια τῆς ἀπεχθείας κἂν αἰσχυνθῆναί μοι δοκεῖ τις ἂν ἰδών. ἔστι γὰρ ὁμοδούλων πρὸς ἀλλήλους ἐριζόντων περὶ δόξης καὶ πρωτείων. Quaerit deinde: τί οὖν; οὐδὲν ἀγαθόν ἐστιν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ περὶ οὗ χρὴ σπουδάζειν; et gravissime respondet:

ἔϛι τὰ μέγιϛα καὶ μόνα σπουδῆϛ ἄξια καὶ τότε ὄντα καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα. ὧν οὐκ ἔχει δήπουθέν τις ἐξουσίαν οὔτ' ἄλλῳ παραϛχεῖν οὔτ' ἀΦελέσθαι [δύναται] τὸν κτησάμενον. Sed eximium hunc locum macula deturpat. Ipsa verborum compositio respuit additamentum δύναται, plane idem significans atque praecedens ἔχει ἐξουσίαν. Relege locum expuncto emblemate et senties quanto melius et acrius sic idem dicatur.

Quae leguntur Tom. II. pag. 61. ὥσπερ εἴ τις τὸν μουσικὸν κτἑ. mendosiora sunt quam ut corrigere possim: hoc tantum video in ἀνιέντα τῶν Φθόγγων τινὰϛ καὶ πάλιν ἑτέρους ϵΝτείνοντα ex certo Graecitatis usu ϵΠΙτείνοντα esse restituendum, et in iis quae continuo sequuntur: αἱ μὲν πονηραὶ σπουδαὶ μᾶλλόν εἰσι τοῦ προσήκοντος ἐντεταμέναι — αἱ δὲ ὑπὲρ τῶν καλλίϛων ὅλως ἐκλΤΟΝται pro ἐκλύονται emendandum ἐκλϵΛΤΝται, quod vel additum ὅλως necessarium esse demonstrat.

In orationis exitu οἱ ἐν ταῖϛ γαλήναιϛ μακρότερΟΝ νηχόμενοι alit vitium. Dicitur νεῖν, νήχεσθαι μακρΑΝ: ergo μακροτέρΑΝ vera lectio est. vid. *Var. Lectt.* pag. 600.

Inanis et falsa oppositionis species est Tom. II. pag. 62. ἐγὼ μὲν γὰρ ἁπλῶϛ πέΦυκα καὶ Φαύλως διαλέγεσθαι —, ὑμεῖϛ δὲ θαυμαϛΩϹ καὶ περιττΩϹ ἐπιθυμεῖτε ἀκούειν, ridiculum est et absurdum θαυμαϛῶϛ ἀκούειν, at tu emenda θαυμαϛΩΝ καὶ περιττΩΝ ἀκούειν.

In vicinis inficetum scioli emblema nos legentes ludificatur: οὐδὲν ὄΦελος τοῦ κομᾶν, inquit, [ὥσπερ οὐκ ἔϛι] οὐδ' ἂν τὴν καρδίαν αὐτὴν γένωνται δαϛεῖϛ καθάπερ Ἀριϛομένην τὸν Μεσσήνιόν Φαϛιν. Emperius delevit ὥσπερ οὐκ ἔϛι. Rectissime. Sed eadem opera expungere debebat putidum glossema quod sequitur: [ὃϛ πλεῖϛα Λακεδαιμονίοιϛ πράγματα παρέσχε καὶ πολλάκιϛ ἁλοὺϛ ἀπέδρα παρ' αὐτῶν. τοῦτον ἐπειδήποτε ἀπέθανεν οὕτωϛ ἔχοντα εὑρεθῆναι.] Sero natus Graeculus, qui haec olim annotavit, loquendi vitiis arguitur. Dio ut veteres omnes dicebat ἀποδρᾶναί τινα, ὁ παῖϛ με ἀπέδρα, at iste ἀπέδρα παρ' αὐτῶν dixit ut in Graecia decrepita solebant. Bellum est etiam ἐπειδήΠΟΤΕ ἀπέθανεν.

Tom. II. pag. 67. ἡμεῖς δὲ τὴν κόμην ἀφαιροῦμεν ὥσπερ οἱ νομεῖς τῶν ἵππων ἃς ἂν ἐθέλωσι ΠΑΡΑβαλεῖν τοῖς ὄνοις. Ex ipsa rei natura id a Graecis appellatur non παραβαλεῖν sed ΥΠΟβαλεῖν.

Ibidem. ἡμεῖς δὲ — τὰς κεφαλὰς σκέπομεν — σισύρας καὶ πίλους καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συρράπτοντες. Quodnam capitis integumentum latet in CICTPAC? Notissimum omnium et frequentissimi usus, nempe KTNAC κυνᾶς καὶ πίλους.

Tom. II. pag. 68. Celaenis ita dicit: τῶν ποταμῶν οἱ μέγιστοι καὶ πολυωφελέστατοι τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ἔχουσιν ὅ τε Μαρσύας οὗτος — ὅ τε Ὄρβας ὅ τε Μαίανδρος. Ut nobiles et notissimi fluvii sunt ὅ τε Μαρσύας ὅ τε Μαίανδρος, sic ὁ ΥΟΡΒΑC nemini notus est ac latet verum nomen, quod mihi reperisse videor apud Livium XXXVIII. 15. ex Polybio: *„progressus inde ad* OBRIMAE *fontes — posuit castra — profectus eo die in Metropolitanum campum postero die* DINIAS *Phrygiae processit.* Hinc Dioni reddiderim ὅ τε ΟΒΡΙΜΑC et ipsi Livio pro DINIAS, DYMAS, DIMAS nobilem urbem CELAENAS.

Ex compendio natus error in vicinia ἄλλα τε ἔθνη περιοικεῖ πολυανΔΡότατα. Fuerat πολυΑΝΟτατα, id est πολυανθρωπότατα, ut omnes Graeci in ea re loqui solent.

Memorabile est quod narrat Dio Tom. II. pag. 69. Celaenis *tertio quoque anno* forum sive conventum agi solere atque eum tum fuisse in Asia morem: πρὸς δὲ τούτοις αἱ δίκαι παρ' ἔτος ἄγονται παρ' ὑμῖν καὶ συνάγεται πλῆθος ἀνθρώπων ἄπειρον, et post pauca: μέγιστον νομίζεται τὸ τῶν δικῶν. — μέτεστι δὲ αὐτοῦ ταῖς πρώταις πόλεσιν ἐν μέρει παρ' ἔτος. φασὶ δὲ νῦν ἔσεσθαι διὰ πλείονος χρόνου. τοὺς γὰρ ἀνθρώπους οὐχ ὑπομένειν συνεχῶς ἐλαύνεσθαι πανταχοῦ.

De Brachmanibus scribit Dio Tom. II. pag. 72. Φασὶ δὲ ἐξαίρετον αὐτοῖς εἶναι μίαν πηγὴν τὴν τῆς ἀληθείας πολὺ πᾶσιν ἀρίστην καὶ θειοτάτην, ἧς οὐδέποτε γεύσασθαι τοὺς ἐμπιμπλαμένους, in his ultima quia sunt manifesto absurda a Criticis sic

correcta sunt ut augerent morbum. Editur enim nunc: ἧς οὐδέποτε τοὺς γευσαμένους ἐμπίμπλασθαι, ut hydropicos ex eo potu factos putes. Corrupta est prima literula in Γεύσασθαι. Nihil propemodum in libris vetustis differunt Γ et Τ, deinde quis non meminit quoties Τ et Ψ ob formam simillimam inter se confusa mirificos errores pepererint, ut apud Suidam in v. Αἶψα pro ΛΙΤΑ. Itaque emendandum: ἧς οὐδέποτε Ψεύσασθαι τοὺς ἐμπιμπλαμένους: nec mirum, nam πηγὴν τῆς ἀληθείας esse modo dixerat.

Quod scribit Dio Tom. II. pag. 73. de auro in India a formicis custodito quod vicini raperent ἐφ' ἁρμάτων ὑποζεύξαντας ἵππους ταχίσους, fefellit eum memoria. vide Herodotum III. 102.

Tom. II. pag. 75. ἡ πόλις ἡ τῶν Βορυσθενιτῶν — ἅτε ἐν μέσοις οἰκοῦσα τοῖς βαρβάροις — ἀεὶ μὲν πολεμεῖται πολλάκις δὲ καὶ ἑάλωΚϵ. Fieri non potest ut Dio ἑάλωκε scripserit, quoniam urbs *ἑαλωκυῖα est in hostium potestate*, ut in Lysandri ad Ephoros epistola: ἑαλώκαντι ταὶ Ἀσᾶναι. Expuncta syllaba legendum: πολλάκις δὲ καὶ ἑάλΩ, *capta est* et deinde recepta.

Admirabile est apud Graecos Homeri studium et amor. Borysthenitae (auctore Dione Tom. II. pag. 78) τἄλλα οὐκέτι σαφῶς ἑλληνίζοντες διὰ τὸ ἐν μέσοις οἰκεῖν τοῖς βαρβάροις ὅμως τήν γε Ἰλιάδα ὀλίγου πάντες ἴσασιν ἀπὸ στόματος. Vide etiam quid effecerit vetus fabula de Homero luminibus capto. De Borysthenitarum poëtis scribit Dio pag. 79 εἰσὶ δὲ πάντες οὗτοι τυφλοὶ καὶ οὐχ ἡγοῦνται δυνατὸν εἶναι ἄλλως τινὰ ποιητὴν γενέσθαι. De iis igitur paullo ante locus est vitio obscuratus et oneratus emblemate inepto hic: μόνου γὰρ Ὁμήρου μνημονεύουσιν [οἱ ποιηταὶ αὐτῶν] ἐν τοῖς ποιήμασιν ἃ καὶ ἄλλΩC μὲν εἰώθασι λέγειν, ἀεὶ δὲ ὁπόταν μέλλωσι μάχεσθαι. [παρακελεύονται τοῖς αὐτῶν ὥσπερ τὰ Τυρταίου ἐν Λακεδαίμονι ἐλέγετο]. Haec est librorum scriptura μέλλωσι — παρακελεύονται. Editores substituunt: ἀεὶ δὲ ὁπόταν μέλλουσι μάχεσθαι παρακελεύωνται τοῖς αὐτῶν, quae non est Graeca compositio, et ὥσπερ — ἐλέγετο expunxit Emperius „*ut aliena a persona loquentis.*" Recte

istud quidem et perspicua res est, *ἀτὰρ οὐ τέλος ἴκετο μύθων*. Scribe primum *ἃ καὶ ἄλλΟΤΕ μὲν εἰώθασι λέγειν, ΑΕΙ δὲ ὁπόταν μέλλωσι μάχεσθαι*, haec demum sana et consueta oppositio est *καὶ ἄλλοτε μέν — ἀεὶ δέ*. Praeterea dele *οἱ ποιηταὶ αὐτῶν*, quod non semel sed bis est interpolatum. Editores semel induxerunt quum bis deberent. Callistratus Borysthenita dixerat: *μόνου γὰρ Ὁμήρου μνημονεύουσιν ἐν τοῖς ποιήμασι*, quod de poëtis dici satis est perspicuum, sed sciolis nihil est umquam satis: itaque in margine bis annotarunt *οἱ ποιηταὶ αὐτῶν*. Plane absoluta sententia est verbis: *ἀεὶ δὲ ὁπόταν μέλλωσι μάχεσθαι*, ad quae annotavit nescio quis in margine de Tyrtaeo et Lacedaemoniis, quod non ex parte sed totum erat resecandum.

Interpone *τοὔνομα* Tom. II. pag. 79. *ἢ οὐ δοκεῖ σοι εἰκότως (τοὔνομα) προσθεῖναι τῇ τοιαύτῃ γνώμῃ*; *addidisse* nihil est, sed *nomen suum addidisse* dicitur.

Post pauca scrib. (*ὁ Ἀχιλλεὺς*) *μόνον φθεγξάμενος ἐτρέπεΤΟ ΤΟΤC Τρῶας* pro *ἔτρεπε*.

Lepide Dio Tom. II. pag. 80. *παραιτοῦμαί σε καθ' Ὅμηρον συγγνώμην ἔχειν μοι εἴ τι κακὸν νῦν εἴρηται* utitur ipsis Homeri verbis Iliad. Δ. 362.

ἀλλ' ἴθι, ταῦτα δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ', εἴ τι κακὸν νῦν εἴρηται.

Post pauca insere articulum *χθὲς οἱ Σκύθαι προσελάσαντες (τῆς) μεσημβρίας κτέ.* et in verbis: *διὰ τὸ μακροτέρΑΝ αὐτοῖς γενέσθαι τὴν φυγήν* animadverte *μακροτέραν* esse adverbii *μακράν* comparativum *ἐπειδὴ μακροτέραν ἔφυγον*, ut *φεύγειν μακράν*: namque *φυγὴ μακρά* non dicitur.

Postquam Borysthenitae omnes ad Dionem audiendum consederunt *πάνυ ἄν τις*, inquit, (Tom. II. pag. 81) *ἥσθη τῇ ὄψει φιλόσοφος ἀνήρ, ὅτι ἅπαντες ἦσαν τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ὡς φησιν Ὅμηρος τοὺς Ἕλληνας, κομῶντες καὶ τὰ γένεια ΑΦειικότες, εἷς δὲ ἐν αὐτοῖς μόνος ἐξυρημένος* adulator Romanorum, civitatis odium. In his mendosum est *ἀφεικότες*, nam quid est *τὸ γένειον, τὸν πώγωνα ἀφιέναι*? Qui est capillis barbaque promissa passim a Graecis dicitur *καθεικέναι τὴν κόμην, καθεικὼς τὸ*

γένειον, τὸν πώγωνα, aut τὸν πώγωνα καθειμένος. Lepidiss Ephippus Athen. p. 509 D. de barbatulo iuvene:

εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἄτομα πώγωνος βάθη.

Itaque Dioni quoque reddamus suum τὰ γένεια ΚΑΘεικό Eodem modo dixit pag. 61. πλοκάμους δέ τινας πολιοὺς καθεῖ et pag. 167. οἷον τοὺς ποταμοὺς κατακειμένους γυμνοὺς τὸ π γένειον πολὺ καθεικότας μυρίκην ἢ κάλαμον ἐσεφνωμένι ubi scrib. γένειον ΒΑΘΥ καθεικότας. Diogenis Laërtii locus Antisthene VI. 13. in hunc modum constituendus est: πρ δὲ καὶ Νεάνθης φησὶν διπλῶσαι θοιμάτιον (Σωσικράτης δ' ἐν τ Διαδοχῶν Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον.) καὶ πώγωνα καθεῖναι βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρῆσθαι.

Quod Dio Tom. II. pag. 87 scîte et ὁμηρικῶς dixerat sci emblemate maculavit. Dixerat enim: προθυμήσομαι εἰπεῖν λόγον κατ' ἐμαυτόν·

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω.

ad verba κατ' ἐμαυτόν cui non veniat in mentem Nestoris dicentis:

καὶ μαχόμην κατ' ἐμαυτὸν ἐγώ· κείνοισι κτέ.

Satis est, credo, perspicuum quid sit κατ' ἐμαυτόν. Tai explicuit nescio quis in margine hodieque apud Dionem l tur: εἰπεῖν τὸν λόγον [ὡς ἂν ἐγὼ δύνωμαι] κατ' ἐμαυτόν. nustissime etiam Dio in se accommodavit verba Ulyssis

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω.

ex Odyss. Θ. 223.

Tom. II. pag. 87. ταῦτα δὲ εἰπὼν πρὸς ἐκεῖνον οὐδὲν ἧτ ὑπεκινούμην καὶ ἀνεφερόμην τρόπον τινὰ ἀναμνησθεὶς Πλάτωνός καὶ Ὁμήρου. Vera et antiqua lectio propemodum intacta vata est in libris, sed ob leve scribendi vitium nondum rep deteriori fecit locum. Est enim in Codd. ὑπ' ἐκείνου, et optimo ὑπ' ἐκείνουν, et hoc quidem nihil est, sed sc ΥΠΕΚΕΙΝΟΥΝ et cogita quid sit: nempe ὑπεκίνουν vetu more I longo in ΕΙ converso Apud veteres et probatos sc tores Herodotum, Aristophanem, Platonem, Xenophonte ὑποκινεῖν intransitivum verbum est ut παρακινεῖν. Quod re nebat Casaubonus ἀνεπτερούμην id ipsum ὑπεκίνουν signifi

Hesychio reddendum ΥΠΕΚΙΝΟΥΝ: — *ἐπτοοῦντο* pro *ὑπεκινοῦντο*.

Scripserat Dio Tom. II. pag. 90. *ἀτεχνῶς δὲ ἔοικεν ὅμοιον εἶναι τοῖς περὶ θύρας ὑπηρέταις τῶν τελετῶν*. Ad *περὶ θύρας* adscripsit aliquis *ἔξω*. Itaque nunc aequo animo legunt: *τοῖς [ἔξω] περὶ θύρας*. Hinc natum verbum est apud Photium *Περιθυρεῖν: περὶ θύρας εἶναι*, et Hesychium *Περιθυρεῖν: τὸ ἐπὶ ταῖς θύραις ἵστασθαι*. Quid sit *περιθυρεῖν* Dionis locus optime declarat.

Est in vicinia novum emblema: *ἃ ἔπασχον ἐκ Μουσῶν [καὶ κατείχοντο] Ὁμηρός τε καὶ Ἡσίοδος*.

Praeclare Dio Tom. II. pag. 147 sq. demonstrat civitatium Graecarum inter se discordias et odia Magistratibus Romanis impune grassandi licentiam praebere. *ἢ οὐκ ἐπαισθάνεσθε*, inquit, *τῆς τυραννίδος, ἣν ἡ ςάσις ἡ ὑμετέρα δίδωσι τοῖς ἄρχουσιν ὑμῶν*; et post pauca: *κατεγνώκασι δὲ ὑμῶν ἄνοιαν δημοσίᾳ καὶ χρῶνται καθάπερ τοῖς παιδίοις ὑμῖν, οἷς πολλάκις ἀντὶ τῶν μεγίςων προτείνεται τὰ μικρότατα. — καὶ εἰ εἶπον ὑμᾶς πρώτους ἢ ἔγραψαν εἶτ' εἰσὶν ἀκίνδυνοι τὸ λοιπὸν ὑμῖν ὡς ἐσχάτοις χρώμενοι*. Ultima pars loci vitium concepit, nam nihil est *χρῆσθαι ὡς ἐσχάτοις*. Sententia est perspicua, nempe haec: *vexant vos omnibus contumeliis*. Periit unum vocabulum, quo revocato renascetur proverbium eo sensu tritum. Reponendum *τὸ λοιπὸν ὑμῖν ὡς* ΜΤΣΩΝ *ἐσχάτοις χρώμενοι*. Cicero pro Flacco 27: *quid in Graeco sermone tam tritum et celebratum est quam si quis despicatui ducitur ut* Mysorum ultimus *esse dicatur?* Cf. Scholiastam Platonis ad *Theaetetum* pag. 209 B. et ad Euripidis *Rhesum* vs. 248, ubi est versiculus Menandri:

εἰ μὴ γαμεῖς γὰρ ἔσχατον νόμιζέ με
Μυσῶν.

est patris irati ad filium oratio et *γαμεῖς* futurum est: *nam nisi uxorem duxeris omnium hominum despicatissimum me habeas licet*. In Appendice Paroemiogr. II. 85. *Ἔσχατος Μυσῶν: — λέγεται ἐπὶ τῶν ὑπερηφάνως τισὶ κεχρημένων καὶ εἰώθασι λέγειν· ὡς ἐσχάτῳ Μυσῶν κέχρηταί μοι*. Hoc ipsum igitur Dio dixerat.

Tom. II. pag. 149. *ἢ τί δοκεῖτε παρὰ τοῦτο; τὴν θάλατταν*

ἀναχωρήσειν ἀΦ' ὑμῶν ἢ τὴν γῆν ὑμῖν ἔσεσθαι μικροτέραν; Ex praecedenti H vitio natum est TI, quo expuncto scrib. ἢ δοκεῖτε παρὰ τοῦτο τὴν θάλατταν — μικροτέραν;

Et in aliis multis apud Dionem apparet ἡ παρεφθορυῖα λέξις sequioris aetatis et Tom. II. pag. 152. in his ὄΦελον ἐξῆν et ὄΦελον ἐγένετο. Quid esset ὄΦελον prorsus erant obliti et inter εἶθ' ἐξῆν et ὄΦελον ἐξῆν nihil interesse putabant. Sed non erat haec nova ac recens Graecitatis παραφθορά, siquidem iam Callimachus poëtarum longe *doctissimus* non dubitaverit scribere:

ὤΦελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες.

Tom. II. pag. 156. ποία δὲ (πόλις) ἧττον ἀποτυγχάνει τῆς ταὐτὰ βουλΘΥομένης; leg βουλΟμένης, ut in orationis exitu: μίαν γνώμην καὶ ταὐτὰ βούλεσθαι. *idem velle atque idem nolle ea demum firma amicitia est.*

Pag. 175. οἱ δὲ μύρμηκες οὕτω πυκνοὶ βαδίζοντες — παρίασι καὶ βοηθοῦσιν ἀλλήλοις. Legendum παριᾶσιν id est πάροδον διδόασιν.

Tom. II. pag. 177. οὐχ ὁρᾶτε — κὐτὸν (add. τὸν) ἥλιον περὶ μέσην ἐνίοτε ἡμέραν ἐπισκοτούμενον σελήνης ΈΠΙδραμούσης, satin' perspicuum est et ex rei natura et ex loquendi consuetudine ΤΠΟδραμούσης verum esse?

Duae literulae excidérunt Tom. II. pag. 186. — οὐ δικαίως ἐμοῦ καταγνῶτε, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ὀρθῶς ἐδόξΑΤΕ, imo vero ἐδοξΑΣατε, et post pauca pro καὶ αὐτὸς ἑτέραν καὶ ἑτέραν λαμβάνω ΥΔΟΝ, suadente sententia λαμβάνω ΔΟΞΑΝ corrigendum.

Tom. II. pag. 195. σὺδὲ χρυσΟΤ CΦυρήλατος ἱστάμενος ἐν τοῖς ἐπιΦανεστάτοις ἱεροῖς. emenda χρυσΟΤC, ut in nobili Cypselidarum epigrammate:

εἰ μὴ ἐγὼ χρυσοῦς σΦυρήλατός εἰμι κολοσσός
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

Quod de Domitiano scribit Dio Tom. II. pag. 201. ἐχθρὸν

ἐνεχόμενος τὸν — δεσπότην ὀνομαζόμενον καὶ θεὸν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις — ἐρεθίζων ἄντικρυς καὶ τὰ προσόντα κακὰ οὐ μέλλων νῦν ἐρεῖν ἢ γράφειν ἀλλ' εἰρηκὼς ἤδη καὶ γεγραφώς, prorsus nescimus quibus scriptis Domitianum irritaverit eique vitia ac scelera exprobaverit, et si quid fuerit, latuisse opinor monstrum et portentum hominis, qui sese *Dominum Deumque* ab omnibus appellari voluit et ipse se ita vocabat. Sueton. in *Domit.* 13. Martialis V. 8.

Edictum Domini Deique nostri.

Ut suspicer nonnihil se in ea re Dionem iactare facit locus pag. 217. ubi de miseriis tyrannorum tragoedias ciet praesertim eorum, ὅσοι πολλῶν πόλεων ἄρχουσι καὶ ἐθνῶν καὶ ἀπείρου γῆς ὥστερ — quem dicturum putas? an Domitianum? minime gentium — ὥσπερ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, de quo, credo, nemo cogitabat; atque illa quidem sub Traiano scripta sunt. Est autem in verbis Dionis vitium μέλλων ἐρεῖν ἢ γράφειν pro γράψειν. Sexcenties φ et ψ inter se confundi novimus: passim praesens et futurum inter se locum mutare scimus. Quis igitur serio credet Dionem ἐρεῖν et γράφειν coniunxisse?

Eadem opera corrigamus locum ubi se Dion *nunc certe* vera dicere praedicat Tom. II. pag. 257. πιστεύσατε ὡς νῦν γοῦν ἀληθῶς ἐγὼ λέγω, non *revera* sed *vera* dico, inquit. Itaque ἀληθῆ non ἀληθῶς.

Tom. II. pag. 235. ἔφη δ' οὖν τις ὅτι καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν καλῶς ποιοῦντα καὶ τοῦτο βασιλικόν ἐστιν. Celebratum apud Veteres dictum apud multos legitur, quos indicavit Menagius ad Diog. Laërt. VI. 3. et Wyttenbach. ad Plut. p. 181 F. qui ex Antisthenis Dialogo Cyro sumtum esse rectissime collegit ex Epicteti Dissert. IV. 6. τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτ' ἤκουσας; Βασιλικόν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν.

Gallorum Druidas commemorans ita scribit Dio Tom. II. p. 249. Κελτοὶ δὲ οὓς ὀνομάζουσι Δρυΐδας — ὧν ἄνευ τοῖς βασιλεῦσιν οὐδὲν ἐξῆν πράττειν οὐδὲ βουλεύεσθαι, ὥστε τὸ μὲν ἀληθὲς ἐκείνους ἄρχειν, τοὺς δὲ βασιλέας αὐτῶν ὑπηρέτας καὶ διακόνους γίγνεσθαι τῆς γνώμης ἐν θρόνοις χρυσοῖς καθημένους καὶ οἰκίας μεγάλας οἰκοῦντας καὶ πολυτΙΜΩC εὐωχουμένους, non recte

dicitur πολυτίμως de lautis et opiparis Gallorum epulis. *Sumtuose* convivari Graece dicitur πολυτϵΛΩC εὐωχεῖσθαι, ut apud Dionem Tom. II. pag. 288. ἐδείπνει πολυτελῶς, et Tom. II. pag. 384. πολυτελῶς ἐσθίοντάς τε καὶ πίνοντας, et passim apud alios.

Tom. II. pag. 276. Plato Homerum κελεύει μάλα εἰρωνικῶς ϛέψαντας ἐρίῳ καὶ μύρΩI καταχέαντας ἀφιέναι πρὸς ἄλλους. Dicebant μύρON καταχεῖν, non μύρῳ. Plato *de Rep.* pag. 398 A. ἀποπέμποιμεν ἂν εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ ϛέψαντες. Hos veluti honores Homero haberi declarat Dionis εἰρωνικῶς. Cf. Plinium *Epist.* IX. 33. §. 9.

Claudicat sententia vocabulo amisso Tom. II. pag. 292. οὐδὲν ὤνησε (τὸν Παυσανίαν) οὔτε ὅτι γένους ἦν τῶν Ἡρακλειδῶν οὔτε ὅτι παῖδα ἐπετρόπευε. Cur prodesse debebat quod tutor esset? Supplendum: ὅτι παῖδα (βασιλέως) ἐπετρόπευε. Nullum alium scriptorem Dio diligentius lectitavit quam Herodotum, cuius ubique apud eum sunt vestigia. Hoc quoque sumsit ab Herodoto IX. 10.

Tom. II. pag. 298. ὁρῶν αὐτοὺς διεφθαρμένους — ἐβούλετο ταπεινῶσαι καὶ τοῦ φρονήματος, εἰ δύναιτο, καθελεῖν. Dicitur τὸ φρόνημα καθελεῖν, sed τοῦ φρονήματος ἀφελεῖν. *Spiritus et ferociam animi frangere* dicitur ut Tom. II. pag. 391. Μιλτιάδης τὸ Περσῶν φρόνημα καθελών, sed ἀφελεῖν τινός est *partem demere, minuere, temperare*, ut h. l. καὶ τοῦ φρονήματος Ἀφελεῖν.

Nescio cuius Comici antiquae Comoediae versiculos laudans Dio Tom. II. pag. 334 non scripsit:

δέσποινA Δ' ἁπασῶν πότνι' Ἀθηναίων πόλι,

sed δέσποιν' ἁπασῶν κτέ. Post pauca editur:

ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ' εἶχ' ἄλλη γύη;

εἶχε μὲν δὴ δῃωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ συμφορᾷ ἀπεκείρατο, in libris est εἶχε μὲν δὴ σωθεῖσα δέ κτέ. Fuerat olim: MϵNΔHIΩΘϵIϹAΔϵ id est εἶχε μὲν δῃωθεῖσα δέ sine δή. Valckenarii est certa emendatio δῃωθεῖσα, sed quod idem pro γυνή reposuit γύη infelix admodum coniectura est: ne Graecum quidem est

γύη, sed ὁ γύης et οἱ γύαι, quod *iugera* et *arva* significat, neque est huius loci. Nihil aliud admittit loci sententia quam ἄλλη ΠΟΛΙC. Continuo sequitur:

καὶ τοὐρανοῦ γ', ὥς φασιν, ἔστιν ἐν καλῷ.

καὶ πῶς οἵ γε λΙμώττουσι καὶ νοσοῦσι καὶ τὸ πλέον αὐτῶν ἀπόλλυται ὑπὸ τῶν ἀέρων ἢ τῶν πολεμίων. Coeli salubritas nil prodest adversus inopiam et *famem*, sed pervulgato errore confusa sunt λιμός et λοιμός, et tu corrige: καὶ πῶς οἵ γε λΟΙμώττουσι.

Pag. 341. (ἡ τύχη) Κροίσῳ δίδωσι χρυσόν, Κανδαύλῃ γυναῖκα — Λακεδαιμονίοις Τὴν Ἀθηναίων θάλασσαν. Felicissime Dindorf. Λακεδαιμονίοις Γῆν, ἈθηναίΟΙC θάλασσαν.

Tom. II. pag. 343. ἔστι δὲ ἄτοπον εἴ TIC μὲν ἕκαστος οὐ δύναται φέρειν ἑνίους τῶν εὐτυχούντων, — τὴν δὲ τύχην θεὸν οὖσαν ἀξιοῖ τοῖς αὐτοῖς τούτοις συζῆν διὰ παντός. Multa Editores novant, sed in una tantum litera vitium est. Corrig. εἰ ϵIC (εἰς) μὲν ἕκαστος κτἑ.

Pag. 343. Ἀδικώτατά μοι δοκοῦσιν ἐγκαλεῖν οἱ πολλοὶ τῇ τύχῃ, est novae declamatiunculae initium, cuius pauci tantum loci excerpti supersunt.

Pag. 349. κἂν μὲν ἕτερός τις μὴ κατεαγὼς τὴν κεφαλὴν δήσηται καταγελᾶται, τοῖς δὲ βασιλεῦσι πρέπειν δοκεῖ καὶ πολλαὶ μυριάδες τεθνήκασιν ὑπὲρ τούτου τοῦ ῥάκους. Legendum: τὴν κεφαλὴν ΔΙΑδήσηται, et sic demum apparet τὸ ῥάκος esse τὸ διάδημα.

Pag. 354. εἴ τις ἐπῳδὰς ἡπίστατο παρὰ τῆς Μηδείας μαθὼν ἢ παρὰ τῶν Θετταλῶν. Scrib. παρὰ τῶν Θετταλίδων. Plato in *Gorgia* pag. 513. *a.* ὅπως μὴ πεισόμεθα ὅπερ Φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλίδας, et saepe sic appellantur venefícae ex Thessalia, quarum *carmina* (ἐπῳδαί) *de coelo possunt deducere lunam*.

Tom. II. pag. 420. πεπλησμένον ὁρῶντες αὐτὸν ὑπὸ νόσου καὶ οἰδοῦντα καὶ ὕπουλον. Nihil est πεπλῆσθαι ὑπὸ νόσου. Suspicor Dionem scripsisse πεπPησμένον *inflatum*.

Pag. 424. *σύμπαντας οὐ φαινομένους ἐκείνου ἀξίους.* oppositio quam sic restitues: *οὐ φαινομένους* (ϵNOC) *ἐ ἀξίους.*

Pag. 433. Tom. II. *εἰ δέ γε ὠφέλει τὸ κεκτῆσθαι χ οὐδὲν ἐκώλυεν Αἰθίοπας τοὺς ἄνω μακαριωτάτους εἶναι δοκε καὶ φασιν αὐτόθι τοὺς κακούργους ἐν παχείαις δεδέσθαι π* Et res ipsa declarat Dionem dedisse *ἐν* XPTC*αῖς δεδέσθαι* et Herodoti locus, qui Dioni obversabatur III. 23. *ἀγ σφεας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν ἔνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῃσι χρ δεδέσθαι.*

Similiter pag. 441. *ἐν χρυσαῖς ἔδησε πέδαις.*

Superest *Corinthiaca* habita a cive Romano, ordinis Equ philosopho, in Gallia nato, pag. 113 sq. cuius nomen, vorinus non est, non facile cognoscetur. Est homo vanus placens, loquax magis quam facundus, doctrinae non adm reconditae ostentator magis quam cultor.

Tom. II. pag. 101. Reisk. *ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα τῇ τῇ ὑμετέρᾳ — ἔτι δὲ ὑμῖν οὕτω σφόδρα ὡς οὐδὲ Ἀρίων θυμναῖος.* Pro *ἔτι δὲ ὑμῖν* Geelius *ἐτιμώμην* coniecit, Editor uterque recepit in textum. Paullo melius erit *ἐτιμ* nam cogitat Orator de statua sibi publice posita, ut e apparet.

Post pauca pag. 102. *ὁ μὲν ἔρριψεν εἰς τὸν πόντον*, su dum: *ἔρριψεν (ἑαυτόν).*

Pag. 102. *ἐπικαταγομένων δὲ τῶν πορθμέων*, res pc *aoristum ἐπικατΑΓαγομένων.*

Pag. 102. *ἐγένετο δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον καὶ* MϵN *ἐν Κορίνθῳ φεύγων τὴν Πεισιστράτου τυραννίδα, οὐ φ* Δϵ *τὴν Περιάνδρου.* Loco suo motum est *μέν* et post *φ* transferendum.

Continuo sequitur: *οὐ γὰρ ἦν ὅμοιον. ὁ μὲν καταλύσα*

δημοκρατίαν ἐτυράννευε [τῶν Ἀθηναίων], Περίανδρος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν. Supplendum est: ὁ μὲν ΓΑΡ καταλύσας et τῶν Ἀθηναίων expungendum, quod si scriptor addidisset in proximis τῶν Κορινθίων additum oportuit. Sed neque hoc opus est neque illo.

Pag. 103. (Solon) οὐ δήπου καταφρονῶν ἀνδριάντος ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Σαλαμῖνι χαλκοῦς ἑξάναι μέγα ποιούμενος. Non meminerat eorum quae de hac Solonis statua scripta sunt apud Demosthenem *de F. L.* pag. 420. 7. τὸν μὲν ἀνδριάντα τοῦτον (τοῦ Σόλωνος) οὔπω πεντήκοντ' ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι, ἀπὸ Σόλωνος δὲ ὁμοῦ διακόσιά ἐστιν ἔτη καὶ τετταράκοντα εἰς τὸν νυνὶ παρόντα χρόνον. Itaque ex Demosthenis opinione, qui anno 343 haec scribebat, Solon circa annum 583 Atheniensibus leges dedit.

Pag. 103. διαμαρτὼν δὲ [καὶ] τούτου. Inepte additur *καί*. Hoc *unum* enim, si quid Herodoti obtrectatoribus credimus, a Corinthiis Herodotus petierat.

Pag. 104. ἡμᾶς δὲ ΔΙC ἐπιδημήσαντας οὕτως ἀσμένως ἐπέλθετε ὥστε μάλιστα μὲν ἐπειρᾶσθε κατέχειν, ὁρῶντες δὲ ἀδύνατον ὂν ἀλλά γε τὴν εἰκὼ τοῦ σώματος ἐποιήσασθε. Manifesto mendosum est δίς. *Primum* enim se Corinthum ait venisse ante annos decem eoque tempore statuam sibi positam narrat. Nunc reversus post decem annos queritur statuam suam nusquam apparere.

Itaque ΔΙC solemni errore ex ΔΗ videtur esse natum.

Sequitur: καὶ ταύτην φέροντες ἀνεθήκατε εἰς τὰ βιβλία ὡς προεδρίαν, imo vero ὡς (εἰς) προεδρίαν.

Pag. 109. μισοβάρβαροι μὲν γὰρ οὕτως ἦσαν (Corinthii) ὥστε εἰς Θερμοπύλας τετρακοσίους σφῶν αὐτῶν ἀπέστειλαν ὅτεπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι ΤΘτρακοσίους. Scripserat ὅτεπερ Λακεδαιμόνιοι ΤΡιακοσίους. Sumtum est ab Herodoto VII. 202. (ubi enumerantur οἱ ἐν ταῖς Θερμοπύλαις): Σπαρτιητέων τριηκόσιοι ὁπλῖται — ἀπὸ δὲ Κορίνθου τετρακόσιοι. Nempe hoc agit Sophista ut ostendat *plures* apud Thermopylas fuisse Corinthios quam Spartanos.

Pag. 109. in Simonidis epigrammate:

νῦν δ' ΑΜΜ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.

Pro Homerico ἄμμε Simonides Doricum ἀμέ posuerat, et sic solent vulgo Dorica ἀμές et ἀμέ depravari.

Pag. 111. ἐψηφίσαντο (Syracusani) τοὺς τῶν τυράννων ἀνδριάντας — συγκόψαι κρίσιν γε ἐν αὐτοῖς ποιήσαντες. Vitium est in verbis ἐν αὐτοῖς, non poterat enim alibi iudicium hoc exerceri. Scribendum est κρίσιν γε αὐτοῖς (*tyrannis*) ποιήσαντες.

Pag. 112. Ἐκεῖνοι (Syracusani) — Λευκανόν τινα ἄνθρωπον ὅτι πρεσβείαν τινὰ εἰς τὸν δῆμον ἀπήγγειλε Δωριεῖ — ταλάντῳ ἐδωρήσαντο καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματος ἐχήσαντο *** παρὰ τῶν ἀχυγειτόνων — ὡς εὖ τὸν ἄνδρα καὶ φιλοκάλως ἀμειψάμενοι. Lacunam sic expleverim (καὶ διὰ τοῦτο πολὺν ἔπαινον ἐκτήσαντο) παρὰ τῶν ἀχυγειτόνων κτέ. Repetitum in vicinia HCANTO scribam in errorem induxit.

Pag. 123. (τὸν Ποσειδῶνα τὸν Ἰσθμιον) Μόμμιος ἐκ βάθρων ἀνασπάσας ἀνέθηκε τῷ Διὶ ἄνθρωπος ἀπαίδευτος καὶ μηδενὸς τῶν καλῶν πεπειραμένος. Indignabundus ad haec in margine Graeculus aliquis adscripsit: φεῦ τῆς ἀμαθίας, τὸν ἀδελφὸν ὡς ἀνάθημα, quae verba post τῷ Διί in textum recepta ad hunc usque diem sine ulla cuiusquam offensione leguntur.

C. G. COBET.

Anecd. Bekk. pag. 101. 8. Κράζειν: οὕτω δεῖν φασὶ λέγειν ἀλλὰ κραυγάζειν ἢ βοᾶν. Scribendum ΟΥ δεῖν φασὶ λέγειν. Sexcenties οὐ et οὗ (id est οὕτω) confunduntur. Caeterum recte κράζειν reiiciunt, nam veteres κεκραγέναι dicebant, κέκραχθι, κεκραγώς. Semel Aristophanes per iocum dixit in *Equitt.* vs. 287.

κατακεκράξομαί σε κράζων.

C. G. C.

AD LIBANIUM.

Libanii Sophistae Orationes et Declamationes recensuit Jo. Jacobus Reiske. Altenburgi 1791.

Primam Libanii orationem *περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης* in superiore Mnemosynes parte diligenter tractavimus, nunc reliquas Tomi I orationes ordine persequemur.

Libanius I. pag. 173. 16. *ποῦ τοίνυν ὁ βαρὺς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἄρχοντας; ἀλλ' ἴσασιν ἅπαντες κτἑ.* Intelligentur haec sic divisa: *ποῦ τοίνυν ὁ βαρύς; ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἄρχοντας; ἀλλ' ἴσασιν ἅπαντες κτἑ.* Deinde ubi hoc crimen satis diluit, transiit ad alterum pag. 175. 8. *ἀλλὰ βαρύς εἰμι τοῦ γένους μεμνημένος;* Post pauca pag. 176. 6. scribendum: *ἐν τοίνυν τῇ νεότητι διέφυγΟΝ ΜΕΝ ἃ μὴ πάνυ ῥᾴδιον. — ἠνώχλησα οὖν ἐγὼ τῇ μνήμῃ τῆς σωφροσύνης;* Editur *διεφύγΟΜΕΝ*. Necessarium est *μέν*, quoniam hoc dicit: *ἐσωφρόνησα μὲν, οὐκ ἠνώχλησα δὲ τούτου μνημονεύων.* Praeterea plurali *διεφύγομεν* nullus hic locus est.

Pag. 183. 9. *οἱ δ' οὐκ οἶδ' ὁπόθεν εἰσπεσόντες — τρυφῶσιν ἐν τοῖς ἐκείνων.* Legendum videtur *εἰσπαίσαντες*, quod cum contemtu dicitur de hominibus importunis et impudentibus quo non decet sese intrudentibus, ut parasiti invocati in epulas. Athenaeus pag. 7. F. *περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια.* Frequentissime autem *εἰσπαῖσαι* et sim. in *εἰσπεσεῖν* corrumpi solent, ut et *ἐπεισπαίειν, ἐκπαίειν, διεκπαίειν.* Cf. *Miscell. Crit.* pag. 106.

Pag. 183. 16. *οἶδα καὶ ὑπὲρ τῶν ϛρατιωτῶν, ὥσπερ ὑπὲρ τῶν βουλευόντων, ϛενάξας, οὐδὲ τούτΩΝ ἴσως ἀδίκως, πεινώντων καὶ ῥιγούντων.* Sententia postulat *οὐδὲ τοῦτΟ ἴσως*. Scribae, ut solent, vicinis accommodarunt.

Pag. 185. 2. exime additamentum e verbis: *εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν τὰ ἔθνη διοικούντων [ἀρχόντων] εἰπεῖν, ΤΗΡΧΟΝ οἱ βέλτιϛοι κριθέντες. Οἱ τὰ ἔθνη διοικοῦντες* sunt *οἱ ἄρχοντες*, opinor, et sq. *ἦρχον* praecedens *ἀρχόντων* plane intolerabile facit.

Pag. 185. 8. *μεταϛρέΦεται δὲ περισκοπῶν μὴ οὐ πολλοὺς ἀπέχΗΙ ϛαδίους ὁ διαδεξόμενος*. Vera lectio est *ἀπέχΘΙ*, quia eo sensu *μή* cum indicativo construitur. Saepe in talibus scribae peccant praesertim apud Platonem. Certa lux ex poëtis affulget, ut in *Phoenissis* vs. 92.

ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω ϛίβον
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ Φαντάζεται.

Pag. 185. 12. *κἂν ἐξέλθῃ τῆς ἀρχῆς μικρόν τι τοῦ παντὸς ἐξεμέσας τὸ πλέον κατέπεψεν*. Lepidum hoc dicendi genus ab Aristophane sumsit in *Acharn.* initio:

τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

et in *Equitt.* 1147.

ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν
ἅττ' ἂν κεκλόΦωσί μου.

Hinc suspicor pag. 141. *κελεύοντες ἐμεῖν ἃ ἐδηδόκασι κακῶς* intercidisse necessariam praepositionem et *ἐξεμεῖν* restitui oportere.

Pag. 192. 40. *οἱ δὲ ΠΘΡΙ τὰς τραπέζας ὑμῖν ᾄδοντες νέοι*. Leg. ΠΑΡΑ *τὰς τραπέζας*, ut *παρὰ δεῖπνον, παρὰ πότον* et sim.

Pag. 198. 1. *νέος χρήματα παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων ὡς τῷ ϛοΦιϛῇ κομιῶν ΤΩΝ τὰ μὲν εἰς πότους ἔτρεψε, τὰ δ' εἰς κύβους, τὰ δ' αἰδοίοις ἔδωκε θρασυτέροις ἐϛὶν οὗ τοῦ νόμου*. Expunge *ὧν* ex praecedente syllaba male repetita natum. Quod autem dicit *τὰ δ' αἰδοίοις ἔδωκε* ludit in Homeri verbis Odyss. ο. 373.

ἔΦαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.

quem locum rectius accepit quam eruditi Alexandrini, qui adscrip-

serunt ad *αἰδοίοισιν*: *οὕτως τοὺς ἱκέτας ἔλεγον*, credo, ne reginae suae fastidiosas aures offenderent.

Lacunam Tom. I. 168. 17 in verbis: *τὸν διά ΤΕ γαςρὸς οὐσίαν ὡς πλείςην ἀνηλωκότα* sic explevimus: *διά τε γαςρὸς (καὶ τῶν ὑπὸ τὴν γαςέρα)*. Minus verecunde dixit II. 121. 4. *ἤκουσας ἂν — πάντα δι' αἰδοίων τε καὶ γαςρὸς οἰχόμενα.* et II. 390. 13. *ςωφροσύνῃ καὶ γαςρὸς καὶ αἰδοίων.*

Pag. 211. 4. *οἳ πότ' ἂν ὑπήκουσαν ἀνθρώπῳ μεθύοντι*; Supple: *οἳ (πῶς) ποτ' ἂν ὑπήκουσαν. qui fieri potuit ut.*

Pag. 219. 18. *νομίζω δὲ κἀκεῖνο δεινὸν τὸ δυσυχεῖς τινὰς ἀρτοπώκους εἰσπράττειν ἐθέλειν χρυσίον ὥς τινος ἁλοῦντος αὐτοῖς τὸν σῖτον ὕδατος.* Iuvat apponere venustissimum in hanc rem epigramma Antipatri Thessalonicensis iam ab Reiskio indicatum:

Ἴσχετε χεῖρα μυλαῖον, ἀλετρίδες, εὕδετε μακρά,
κἂν ὄρθρον προλέγῃ γῆρυς ἀλεκτρυόνων.
Δηὼ γὰρ νύμφαισι χερῶν ἐπετείλατο μόχθους·
αἱ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἀλλόμεναι τροχιὴν
ἄξονα δινεύουσιν, ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς
ςρωφᾶται πισύρων κοῖλα βάρη μυλάκων.
γευόμεθ' ἀρχαίου βιότου πάλιν εἰ δίχα μόχθου
δαίνυσθαι Δηοῦς ἔργα διδασκόμεθα.

in *Anthologia Palatina* IX 418.

Pag. 229. 20. *ὅλως δὲ ὅςις θηρᾶν ἀγαθὸς οὗτος καὶ πολεμεῖν [ἀγαθός]. ἀγαθὴ γὰρ πολέμου διδάσκαλος ἡ θήρα.* Expunge inutile et aurem vexans *ἀγαθός* repetitum.

Libanius I. 233. 1. *δυοῖν δὲ ὄντοιν ςφίσι (τοῖς Ἀθηναίοις) πλείςου ἀξίοιν χωρίοιν Πειραιῶς τε καὶ τῆς ἀκροπόλεως ἡ μέν ἐςι τῆς Ἀθηνᾶς, Ἡ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος.* Imo vero *Ὁ δὲ (ὁ Πειραιεύς).*

Libanius I. 240. 9. *πόσας ἂν οἰόμεθα δεῦρ' ἐλθεῖν κλίνας ἀναιρησομένας [τότε] τὸ τῆς πόλεως ἄνθος*; Inepte interpositum *τότε* sine mora delendum. Parum abfuit quin *flos iuventutis* in ea clade periisset, et *ἀναιρεῖσθαι* est *cadavera mortuorum suscipere ad sepulturam.*

Pag. 251. 2. πολλοὶ μὲν οἱ συναχθεCΘΗCόμενοι. Vera forma est συναχθεσόμενοι, qua sola Attici et Atticorum imitatores utebantur. Graeculi ex sua dicendi consuetudine vitiosam passim substituunt. Indicium fraudis est in Cod. Bavar. lectio συναχθΗσόμενοι. vid. *Var. Lectt.* pag. 137.

Libanius I. 261. 7. οἷς ἐξῆν μὲν ἀντειπεῖν ἐπὶ τῷ συμφέροντι καὶ βουλΘΤόμενον ἐπισχεῖν. Tralaticium in libris vitium est ut βούλεσθαι et βουλεύεσθαι inter se mutent locum. Fit sententia absurda, sed nihil hoc scribae morantur, interdum ne Editores quidem.

Pag. 276. 6. οὐ γὰρ ΤΟΤ μὴ λέγειν ἐγνωκότος ἦν διὰ τέλους μὴ λέγειν. Duplex lectio est τὸ μὴ λέγειν et τοῦ μὴ λέγειν. Hanc Reiske protulit et recepit non assecutus loci sententiam, quod raro ei accidit. Manifesto enim Libanius hoc dicit: οὐ γὰρ τὸ σιγᾶν ἐγνωκότος ἦν διὰ τέλους σιγᾶν. Continuo enim addit: τιμῶντος οὖν ἦν καὶ κοσμεῖν ἐπιθυμοῦντος κάλλιον, ἀλλ' οὐχ ὅλως τὸ κοσμεῖν φεύγοντος ἡ μέχρι τοῦδε σιγή.

Libanius I. 278. 7. ὥςε φανῆναι συμφωνίαν τῶν ὄντων πρὸς τὰ ΠΑΛΑΙ καθεςῶτα. Oppositio periit, quam revoca scribendo τῶν ΝΥΝ ὄντων.

Pag. 284. 16. μόνοις δὲ ἡμῖν τό τε παρὸν τοῦ ἔτους ἡδύΤΕΡΟΝ καὶ τὸ προσδοκώμενον οὐκ ἀηδέςερον. Ἡδύτερον et forma vitiosum est et sententiae nocet. Graeci non ἡδύτερον dicebant sed ἥδιον. Scrib. ἡδύ. Imposuit scribae vicinum ἀηδέςερον, sed sententia est: τὸ παρὸν ἡδὺ καὶ τὸ μέλλον οὐχ ἧττον ἡδύ.

Libanius I. 286. 22. de intervallo quo Antiochia distabat a mari ita scribit: ςάδιοι γὰρ τὸ μέσον εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ὥςε ἀνὴρ εὔζωνος ἅμα ἡλίῳ κινηθεὶς ἐνθένδε κομιεῖ τι τῶν ἐκεῖθεν ἔτι μεσημβρίας ἐςώσης. Stadia CXX sunt millia passuum XV. *Expeditus viator* (ἀνὴρ εὔζωνος ex Herodoto) intra horae spatium XXX ferme stadia conficit. Itaque ibant et redibant horis circiter octonis. Profecti prima luce ἔτι μεσημβρίας ἐςώσης a littore maris in urbem revertebantur.

Libanius I. 288. 20. πολλάκις ἀμείνων χῶρος ἐπισπασάμενος γνώμας ἀνθρώπων ἐξέβαλε τῆς ἐνεγκούσης (id est τῆς πατρίδος) τὴν ΓΝΩμην. Reiske bonam et certam correctionem a se repertam ἐξέβαλε — τὴν ΜΝΗμην inconsiderate abiecit.

Pag. 300. 4. τοῦ συμβάντος δὲ πάντα ὀφθαλμόν τε καὶ γνώμην ἐπισρέφοντος καὶ δηλΟΥΝΤΟC ὡς οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδρᾶτο. Periit una literula. Repone quod sententia postulat: καὶ δήλΟΥ Ὄντος.

Libanius I. 307. 4. πείθουσι τὸν Ἀπόλλωνα λύσιν μίαν τῶν δυσχερῶν ἀνελεῖν τὴν τῶν ἐν Κύπρῳ θεῶν ὡς ἡμᾶς μετοίκΗσιν. Leg. μετοίκΙσιν. Frequentissimum in libris hoc mendum est, ut οἴκισις cum compositis contra sententiam in οἴκησις convertatur. Responderat Apollo: μία λύσις τῶν κακῶν ἣν τοὺς ἐν Κύπρῳ θεοὺς ὡς ὑμᾶς μετοικίσητε.

Rex Antiochus dicitur I. pag. 310. 15. εἰρηνικός τε ὁμοῦ τὸν τρόπον καὶ πολεμικός· τῇ μὲν χαίρων εἰ μή τις θρασύνοιτο, πρὸς δὲ ἐκεῖνον εὔψυχος εἴ τις ἐπαναγκάζοιΤΟ. reseca ultimam syllabam, *si quis* (eum arma sumere) *cogeret*, non *cogeretur*.

Antiochus pag. 311. 5. praedones quosdam in Tauro monte delevit, ἀνθ' ὧν ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων ἵστο χαλκοῦN ταῦρον κεχειρωμένος. Corrige ἵστο χαλκοῦC, *statua ei ex aere est posita*, notissimo Atheniensium usu, qui dicebant: ὁ δῆμος τὸν Σόλωνα χαλκοῦν ἔστησεν, et ὁ Σόλων χαλκοῦς ἕστηκεν ὑπὸ τοῦ δήμου.

Reges Syriae dicuntur pag. 311. 14. Antiochiam alii aliis templis exornavisse: ὁ μέν τις ΜΙΝΩΟC ἱερὸν ἐποίησεν, ὁ δὲ Δήμητρος, ἄλλος Ἡρακλέους. Cui fit credibile Syriae regem Minoi templum posuisse? Nihil reperio unde proclivi errore ΜΙΝΩΟC nasci potuerit. Proximum est Ἀπόλλωνος, sed permirum accidit quo pacto id in Μίνωος potuerit depravari.

Libanius Tom. I. pag. 312. 8. ἀλλὰ ΓΑΡ τοὺς χόας τῆς θαλάσσης μετρεῖν ἐστὶν Ἢ τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι περιλαμβάνειν ὅσαις ἕκαστος προσθήκαις ἐπὶ μεῖζον ἦρε τὴν πόλιν. In absurdo γάρ

comparativus unde sequens ἤ pendebat. Sententia postulat ἀλλὰ ῾PAION (ῥᾷον) τοὺς χόας τῆς θαλάσσης μετρεῖν ἐστὶν ἢ κτέ. Τοὺς χόας τῆς θαλάσσης sumsit ex Platonis decantato loco in *Theaet.* pag. 173. D. μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες, ubi vide Stallbaumii notam.

Libanius I. pag. 312. 15. ταῖς Ἀθήναις σεμνὸν τὸ τῶν πολιτευομένων παρ' αὐτοῖς τὸν μὲν δίκαιον κληθῆναι, τὸν δὲ ἕτερόν τι. Non est satis in *uno* exemplo et excidisse quaedam suspicor sic supplenda: — κληθῆναι, ΤΟΝ δὲ (χρηστόν, ΤΟΝ δὲ) ἕτερόν τι. Cum Aristide optime Phocionem τὸν χρηστὸν coniunxerat. Repetitum in vicinia ΤΟΝ ΔΕ scribam fefellit.

Pag. 314. 1. ὡς ἦγε τῶν ἀγαθῶν Φορὰ δι' ἴσου περ ἦν. Lege ἐξ ἴσου παρῆν. Utrumque mendum est ex tralaticiis, δι pro ἐξ et περ pro παρ-.

Libanius I. 316. 11. οἱ μὲν ἀξίως τῶν ὄντων σΦίσιν, οἱ δὲ μειζόνως ἢ κατὰ τὰ ὄντα [σΦίσιν]. Supervacaneum et auri molestum σΦίσιν sine mora delendum.

Pag. 322. 19. πρὸς δὲ τοὺς ὑπερέχοντας ὕπειξις, πρὸς δὲ τοὺς πεπαιδευμένους Φίλτρον, ᾽ACTΘΙοσύνη δὲ ἡ διὰ πάντων. Nihili vocabulum est ἀσειοσύνη pro ἀσειότης, neque est hic *dicacitati* locus. In tam bene morata civitate, qualem Libanius nobis male credentibus narrat Antiochiam fuisse, erat ΔΙΚΑΙοσύνη διὰ πάντων.

Libanius I. 323. 6. ἔπεσε μὲν ὁ δῆμος εἰς δάκρυα καὶ περιέρρεον τὸ βασίλειον σὺν ἱκετηρίΑΙ, τὴν δὲ τοῦ τότε κρατοῦντος ζέουσαν ὁρΜὴν αἱ τούτων δεήσεις ἐξόρεσαν. Memor erat Libanius Herodotei illius: ἔπεσε τὸ θέητρον ἐς δάκρυα. Tum scripsit σὺν ἱκετηρίΑΙC, *cum supplicibus ramis*, et in fine ζέουσαν ὁρΓήν pro ὁρμήν. Proprie *ira*, θυμός vel ὀργή, dicitur ζεῖν et ἐπιζεῖν. cf. I. 37. ζέων ἔτι. I. 459. τὸ τῆς ὀργῆς ζέον. III. 335. 4. τίνος οὐκ ἂν ζέοντα ἐκοίμισε θυμόν; Eadem opera corrige IV. 105. κόσμησον τὴν ὀργήν. leg. κοίμισον. Proprie in ea re ἀνεγείρειν et κοιμίζειν inter se opponuntur, ut III. 168. οὐ κακὸν εὗδον

ἀνεγείρειν ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἐπιφέρει κοιμίζειν. et III. 244. χρόνος ἐκοίμισε τὴν ὀργήν. Omnino scribarum stolidum genus κομίσαι, κοιμίσαι et κοσμῆσαι permiscere solet.

Est Euripidis fragmentum apud Scholiast. Pindari *Isthm.* IV. 39.

εὖδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰ πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

In libris est ἰδοῦσ' ἀδινοὺς συμφοράς. Valckenarius in *Diatribe* pag. 174. correxit:

ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφοράν.

perfecit emendationem Musgravius reponens:

ЄὖδουσΑ δ' Ἰνοῦς συμφορΑ πολὺν χρόνον.

quam recte demonstrabit Plutarchus in *Antonio* cap. 36. Εὖδουσα δ' ἡ δεινὴ συμφορὰ πολὺν χρόνον, ὁ Κλεοπάτρας ἔρως, — αὖθις ἀνέλαμπεν.

Libanius I. 323. 13. οὐ μὴν ἔξιν εἰπεῖν ὡς — τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνδρείαν μετὰ τῆς τῶν ΌΠΛΙΤικῶν μελέτης ἀποβέβληκεν ἡ πόλις, ἀλλὰ τὴν μὲν ἔπαυσεν ὁ νόμος, τὴν δ' ἐτήρησεν ἡ Φύσις. Verum est τῆς τῶν ΠΟΛЄΜικῶν μελέτης. Usu armorum ex lege Antiochensibus erat interdictum, sed insitam natura fortitudinem (si quid Libanio credimus) retinuerant.

Libanius I. 330. 8. ὡς γὰρ ἐπέβη τοῦ ὄρους ἙΛΥЄτο ἡ νόσος, non ἐλύετο, sed continuo ἐλέλυτο, *ut primum montem conscendit statim morbo* erat liberatus, non *liberabatur*. Nota et perfrequens confusio haec est ut pro necessario plusquamperfecto vitiose imperfectum sit scriptum.

Pag. 339. 16. ῥέων γὰρ εἰς ἄνωθεν καὶ προελθὼν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσον τεμὼν ἑαυτὸν περιβάλλει τὸ χωρίον. Quid est εἰς ἄνωθεν? Repone: εἷς ἄνωθεν, ubi εἷς est *uno alveo*.

Pag. 343. 18. πολλὰ μὲν ἐκλελοιπότες ὧν ὁ Φιλίας νόμος (rectissime Reiske pro ὠφελείας νόμος) ἔταξε, μεμφόμενοι δ' ἔνθ' ἑαυτῶν κεκώλυνται. Corrigo partim cum Reiskio: μεμφόμενοι δ' Ἀνθ' ἑαυτῶν ΤΑ ΤΦ' ΤΩΝ κεκώλυνται.

Libanius I. 351. 2. ἦν ἰδόντι μὴ βοᾶν οὐκ ἔχει καὶ σκιρτᾶν καὶ ἀναΠΝεῖν καὶ κροτεῖν καὶ μακαρίζειν αὐτὸν τῆς θέας καὶ οἷον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πτεροῦσθαι. Pro ἀναπνεῖν, quod manifesto mendosum est, Reiske ἀναπηδᾶν coniecit. Multo leniore medicina utendum. Leg. ἀνΑΙΤΤΕΙΝ ἀνᾴττειν.

Saepe scribae peccant in ΑΙΤΤΕΙΝ et compositis. Apud Hesychium pro διάττειν scriptum est Διαιτεῖν et Διάπτειν, et similia passim reperias. Frequens quoque in his mendum est, cuius exemplum habes apud Libanium I. 607. 7. ἐπὶ τὰς πύλας ἀΐξαντες pro ἄξαντες.

Libanius I. 351. 8. Διὸς ἱερὸν, ϛάδιον Ὀλυμπικὸν, θεάΖον ἁπάσης τέρψεως, κυπαρίττων πλῆθος. Scrib. θέαΤΡΟΝ pro θεάζον. Litterae τρ uno nexu scriptae aut ξ aut ζ esse videntur.

Pag. 352. 10. (ἡ Δάφνη amoenissimum Antiochiae suburbanum) καὶ Ῥωμαίων ὅσους θεατὰς ἔλαβε νενίκηκε πείσασα μηκέτι τὴν ΓΑΛΙΛΑΙΑΝ ὑμνεῖν ὡς ἀήττητον τὰ τοιαῦτα. Emendavimus alias: ἔλαβεΝ ΗΙΡηκε (*cepit*) et τὴν ΙΤΑΛΙΑΝ ὑμνεῖν. Quis vulgatam sine risu relegere possit? Libanii Codices a monachis esse descripta arguunt maledicta et convicia in eum marginibus adscripta et errores huiuscemodi.

Pag. 356. 15. οἱ δ' ἐν τῇ νέᾳ (λέγουσι) τὸ τεῖχος, τὴν νῆσον, τὰ βασίλεια, τὴν τῆς ὅλης εὐθΤμοσύνην. Reiskius, qui sana mente et recto iudicio praestat caeteris, in grammatica ratione claudicat. Serio credidit εὐθυμοσύνη ab εὔθυμος esse formatum contra certam analogiam et usum, et contra loci sententiam. Εὐθυμία enim *hominum* est, non *locorum*. Rescribe sodes εὐθΗμοσύνην.

Libanius I. 361. 10. ἄξιον τῆς εὐΦημίας ᾗ Πίνδαρος εἰς τὸν Καμαριναῖον Ἵππαριν κέχρηται ὅτι κοιλαῖαι δίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυον ἄλσος. Emendata lectio apud ipsum Pindarum Olymp. V. 13. haec est: κολλᾷ τε ϛαδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος.

Pag. 364. 12. τοῦτον ἤδη τις τὸν ἀγῶνα (ludos Olympicos

apud Antiochenses) καὶ βασιλεὺς ἔθηκε καὶ τὴν αὐτοῦ ϛολὴν ἀφεὶς τὴν Ὀλυμπικὴν ἔλαβεν. ὁ δέ τις Ἑλλανοδίκης ὤφθη καὶ τὸν ἐκ δάφνης ἀμφέθετο * κοσμοῦντες ὁμοῦ καὶ κοσμούμενοι τοῖς δρωμένοις. Post ἀμφέθετο in nonnullis libris scribitur σχῆμα vel σχήματος, quae plane sunt aliena. Verbum ἀμφέθετο et praecedens τόν suggerunt ϛέφανον excidisse. Simonides dixit:

Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο ϛέφανον.

et Libanius: τὸν ἐκ δάφνης ἀμφέθετο ϛέφανον κοσμοῦντες ὁμοῦ καὶ κοσμούμενοι.

Pag. 365. 4. τὰς δὲ μεγέθει νικᾷ, τὰς δ' εὐγενείᾳ παρIHCI. Recte Reiske πάρϵICI. Παρέρχομαι et πάρειμι passim apud Libanium est *supero*, *vinco*, ut pag. 363. 14. τὴν Αἰγυπτίων λυχνοκαΐαν παριόντες, et passim.

Libanius I. 373. 8. οἷς δ' ἡγοῦμαι τῶν βασιλέων αὐτὸ πρέπειν καὶ προσέτι γε λυσιτελεῖν 'ϵΝταῦθΑ ὑπειπὼν ἐπὶ τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι. Scrib. λυσιτελεῖν ΤΑΤΘ' ὑπειπών. Adhaesit ex praecedente syllaba 'ϵΝταῦθ et sic A additum est.

Pag. 382. 17. κελεύων ἐπὶ τὰ σΦέτερα 'ϵαυτῶν κατιέναι τοὺς αἰχμαλωτούς. Graecum est aut ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν aut ἐπὶ τὰ σΦέτερ' αὐτῶν κατιέναι, quorum hoc verum est.

Libanius I. 385. 1. venit ad Iulianum ΦιλόσοΦος 'Αθήνηθεν — πλείϛΩΝ μὲν ἀνθρώπων ἔχων νοῦν, ἐν δὲ λόγοις ἄριϛος εἶναι μᾶλλον ἢ δόξαι βουληθείς. Leg. πλεῖϛΟΝ μὲν ἀνθρώπων ἔχων νοῦν, id est Φρονιμώτατος ἀνθρώπων.

Pag. 394. 6. θεῶν ἐϛιάϛεις καὶ δαιμόνων εὐωχίαι τοὺς πολέμΟΤC CΤΝέϛειλαν. Vera scriptura est τοὺς πολεμΙους 'ΑΝέϛειλαν, *hostes repulerunt*, non *bella contraxerunt*, quod non est huius loci.

Adulator Libanius pag. 397. 8. non erubuit coram Iuliano graviter commemorare Deos immortales praesentes in Iuliani conspectum venire οὐκ ἀσθενέσι καὶ σκολιαῖς ἐνυπνίων ὄψεσιν ἀλλ' ὥσπερ νῦν ἡμεῖς ἀλλήλους ὁρῶμεν. et pueriliter addidit:

οὐκ ἐῶντες ἀπιστεῖν Ὁμήρῳ θεοὺς ἀνθρώποις ἀναμίξαντι καθάπερ ἑταίρους καὶ φίλους.

Iulianus in consulatu collegam sibi adscivit Sallustium. Laudat hoc Libanius I. pag. 401. 14. καὶ τοῦτο γενναῖον — τὸ πολὺ τῇ τύχῃ λειπόμενον ΠΡΟελέσθαι τὸν ὁμόζυγα. Scrib. ΠΡΟCελέσθαι.

Libanius Tom. I. pag. 407. anteponit Iulianum principibus, qui antea fuerunt, οὑτωσὶ μὲν τῶν πρὶν ἢ λυσιτελεῖν βασιλευσάντων κρατεῖς ὅτ' ἄμεινον ἐπὶ τοῦθ' ἥκων, τοὺς δ' αὖ μετὰ COT τοῦτ' ἐσχηκότας νικᾷς ἑτέρωθεν. Non sensit Reiske COT esse corruptum, et quaesivit quinam essent qui *cum Iuliano una* imperasse dicantur. At tu corrige: τοὺς δ' αὖ μετὰ Νοῦ τοῦτ' ἐσχηκότας. Alii, inquit, παῖδες ὄντες εὐθὺς ἐν ἀλουργίσιν ἐτράφησαν καὶ οὕπω Φρονοῦντες ἐβασίλευσαν, quibus opponuntur οἱ μετὰ Νοῦ βασιλεύσαντες.

Libanius I. 418. 15. οὐκ ἂν μειζόνως ἐχόρευσαν. Praecedit ἥσθησαν, sequitur τὴν χαράν et scripserat ἐχΑΡΗσαν. Colligas id vel ex adverbio μειζόνως, namque μεγάλως χαίρειν novimus, μεγάλως χορεύειν nihil est.

Libanius I. 421. 5. πῦρ μὲν ἐπὶ βωμῶν αἴρεται, καπνῷ δ' ἀὴρ ἱερῷ καθαίρεται. Natura rei ducit ad πῦρ αἴΘεται pro αἴρεται. cf. *Nov. Lectt.* pag. 194.

Pag. 430. 10. μόνος δὲ οὗτος ἐκολάζετο περιγράπτοις ὅροις — καὶ 'ΕΠΕΜΠΕΤ' ἂν δεδεμένος. Satin perspicuum est pro ἐπέμπετ' ἂν requiri plusquamperfectum ἐπέπΕΜΠΤ' ἄν;

Pag. 440. 2. κἂν με λάβῃς ψευσάμενον μή μοι δῷς ἕτερον παρρησίας ΛΟΓΟΝ. verba sensu vacua. Corrige παρρησίας ΤΟΠΟΝ.

C. G. COBET.

DAVID RUHNKENIUS

CAROLO GABRIELI COBETO

S. P. D.

Si vales bene est, ego non valeo: qui enim possum? βουλοίμην κ' ἐπάρουρος, nosti reliqua. Saturnalium tempore, dum alii animum utcunque oblectant, ego solus domi sedeo et hoc ad te literularum dare constitui, ne omnino nihil agerem. Hic autem paucos habeo quibuscum de re literaria jucunde confabulari possum. Veteres philologi, qui ante me fuerunt et ii qui mihi tum apud Batavos tum alibi aequales fuerunt, parum curant cognoscere, quae hodie docta opera edantur in lucem. Qui autem his postremis annis ad nos descenderunt, ipse vides, quam parum fructuosa mihi eorum consuetudo esse debeat; quotusquisque est, qui probabilem habeat usum Latinae linguae: confabulantur inter se plerumque Germanice et si quid ego verbum patrio sermone jeci, confestim omnes in me involant et exagitant Pomeranae dialecti rusticitatem. Wolfium et Hermannum excipio; sed postquam salutem dedi, me statim interrogant, quid sentiam de origine Homericorum carminum; equidem, etiamsi plurimi faciam illorum acumen, fugio tamen disputationem numquam exitum habituram. Tum ego Hermanno plerumque nescio quid de equis, quos olim alebat: nosti enim quam fuerit ille φίλιππος; deinde me lubenter audit de canibus meis, quibus istic impense delectabar, quod Wyttenbachius meus memoriae prodidit. Cum ipsis veteribus Grae-

cis et Romanis raro congredior, nam plerique omnes, ex eorum quidem numero, quos diligo et admiror, grammaticos et criticos contemnunt. Cicero perpetuo cum regibus et tetrarchis est: sicuti olim nunc etiam gloriatur iis, quae praeclare gessit, sed docta studia parvi aestimat; quin etiam semel quotannis statuto die ab clientibus Imperator salutatur et procedit cum laureatis fascibus. Solus ferme inter omnes claros viros Caesar interdum, Hannibale relicto et Scipione et Napoleonte, patruum dico, non nepotem, venit ad nos, ut cum Hemsterhusio de analogia sermones serat Qui praeclari viri ex Anglia ad nos descenderunt, eorum opera cognoscere potui, sed Anglice fere inter se colloquuntur; ego autem Anglice neque puer didici nec postea curavi scire. Accedit, quod tibi narrabo, sicuti ea res olim Leidae facta est. Porsonus aliquando ad me Leidam venit: hominem hospitio benigne excepi; deinde multum disputavimus de nostris literis. Dicebat se Argentorato venire, ibique cum Brunckio una fuisse, cui probasset, quod semper in ore haberet: οἶνον Φιλαλάγους πιεῖν. Jussi ancillam vini Burgundici lagenam afferre, deinde aliam et item aliam: verbo strenue potavimus, tandem sub-solis ortum, postquam ivit cubitum, lectum comminxit; quod postquam uxor mea comperit, Porsonum foras exturbavit eumque ad cauponem in tabernam deverti jussit. Aegerrime hoc tulit vir praeclarus et nunc quoque de ea re cum Dawesio eum queri audio; populares autem eius patrocinium susceperunt et me aversantur, qui tantum virum tam contumeliose habuerim. De Hemsterhusio autem si quaeris, hic, relictis grammaticis quaestionibus, cum filio Francisco, nescio quid philosophatur; scilicet ipsas literas odisse coepit postquam ei est allatus nuncius, viros doctos hodie ridere, quae de Analogia olim docuisset et miratur incredulus novam artem qua veterum verborum radices ex ultima India repetuntur, neque amplius studiis delectatur, in quibus neminem habeat discipulum. Wyttenbachius senectute morosus factus est et frustra conatus interdum sum tristem eius animum exhilarare, sed cum Galliena sua plerumque πλατωνίζει, adhibitis amicis quibusdam, qui illis sacris delectantur; equidem illam ἑωλοκρασίαν minime amo. Sed me rogas: quidni cum collega meo sim, optimo Valckenaerio. Optimus ille sane, sed ne hunc

quidem saepe convenire possum: fecit hoc mea domestica calamitas. Dum uxor mea domum servat cum filia majore, nam utraque oculis capta est, uti nosti, et mater ne mente quidem satis constat, equidem deambulare soleo ut corpus exerceam cum filia minore. Idem facere solet Valckenaerius cum uxore, quos comitantur plerumque filius Janus et gener Luzacius cum Susanna sua. Postquam obviam facti sumus, equidem cum filia damus salutem, Valckenaeria autem quippe casta matrona, indignata mores meae filiae, quae olim in Galliam cum medico militari ..... nosti illa; Valckenaeria igitur collum avertit et Susannae nescio quid insusurrat in aurem. Valckenaerium uxoris pudere solet, pergit disputare cum filio de optima forma reipublicae meque salute vix reddita dimittit. Praeterea saepe secum habet fratrem quendam suum Paulum, quem istic jam ferre non poteram, cum Medicinae operam daret. Hic postea in Indiam Orientalem profectus est et pro praetore fuit; tandem post multos annos cupido eum incessit patriam videndi, sed circa promontorium Bonae Spei naufragio periit: hunc hominem quem ego me odisse fateor, nam me impudenter mordacibus quibusdam dicteriis petere solebat Valckenaerius plurimi facit; saepe agunt inter se de optima ratione earum provinciarum administrandarum; quin etiam Paulus ille Casperum meum Malaice docuit, ut nescio quid nugaretur cum puellis, quas illic Paulo peregrina mulier peperit. Multum doleo me tam praeclaro amico nunc fere orbatum esse.

Tres viri nuper ad nos venerunt, quos cognovisti ipse, celeberrime Cobete, Geelius, Bakius, Peerlkampius. Nos omnes egregios criticos maximi aestimamus idque merito. Ipse Bentleius aliquantum de superbia remisit et nonnumquam cum Peerlkampio de Horatio sermones serit, sed tamen tres illi, quos dixi, permanent in ea amicitia, qua olim juncti erant. Ea contenti perraro requirunt, qui ante fuerunt, cum praesertim iis nota sint, quae nostris libris contineantur. Habent hoc quoque ut semper videantur εἰρωνεύεσθαι, necdum plane nostris moribus assuefacti sunt. Interrogati comiter respondent, sed raro ultra. Hinc vestras res, quae hodie sunt, non tam bene cognoscere potui, quam tu tibi fortasse in animum induxisti: legi tamen tua omnia saepiusque relegi, praestantissime Cobete, ut viderem essesne tu dignus

qui magni Scaligeri cathedram teneres. Quaeris, quid post saepius repetitam lectionem censeam? Macte virtute! Plaudo iterumque plaudo. O felicem Academiam Lugduno-Batavam, quae talem habeat bonarum literarum praeceptorem!

Quod dixi, vere me dixisse arbitror et ex animi mei sententia. Sed est tamen, qua in re a te dissentiam. Latini sermonis copia tibi suppetit, sed limam, ne quid dissimulem, saepissime requiro. Quid sit, quod velim exemplis quibusdam tibi planum facere lubet. Eo libro, quem adulescens scripsisti de personis, quae apud Xenophontem occurrunt, in ipso titulo duo video inesse vitia. Primum personarum descriptionem *Prosopographiam* appellas, quasi quisquam veterum umquam eo vocabulo usus esset; deinde te *Parisiensem* esse significas: non miror hoc hercle, nam tuus sermo leporum omni genere conditus est, sed ecquis vidit umquam Parisienses? Parisios novi et adjectivum Parisiacus, sed Parisienses nusquam sunt. Verum hoc scripsisti adulescens: videamus, quid matura aetas attulerit. Premere nolo aures mihi tinnire, quum in Variis Lectionibus p. 270. periodum legam viginti versuum, nam eam orationis ubertatem tu lacteam fortasse contendes esse etiam si mihi lutea esse videatur. Diversa sunt hominum palata, sed miror tamen in te verborum putidum ornatum, cum significare soleas odiosum tibi esse: *αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν*. Videlicet quod adulescens commentationi tuae inscripseras *χαλεπὰ τὰ καλά*, nunc probare videris, quod dicitur: *δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά*.

Venio ad Grammaticam. Variarum tuarum lectionum est praefatio, cui in nova editione nuper addidisti supplementum. Pag. XXI scribis: Erant nonnulli candidi viri, qui criticorum temeritatem urentium, quae ipsis Crotone saniora *viderentur*, *odissent*. Non descripsi integrum locum et infra quoque, omissis minus necessariis, ea tantummodo ponam, quae ad nostram rem faciunt. Sed unde quaeso, huc irrepserunt conjunctivi *viderentur* et *odissent?* Contra sequenti pagina: Erat mihi propositum demonstrare quanto opere Graecae linguae sanitas imminuta esset apud eos, qui *ἀττικῶς* scribere *videbantur:* malim equidem *viderentur*. Pag. XXIII veluti contagione scripta veterum *implebant* et commaculabant: imo *complebant* dicere voluisti. Mox sequitur: agebam ut ostenderem, quae esset conditio Co-

dicum Mss., in quibus antiquitatis monumenta ad nos *pervenerint:* aut *pervenissent* ponere debueras aut *pervenerunt* Pag. XXIV: duo idonei testes supersunt; quos qui audiverit *habet* omnia: imo *habebit.* Pag. XXIX: Errores *nunc* in locis singulis a paucis correcti et refutati *numquam* ex Graecis scriptoribus extirpari potuerunt. Possuntne copulari adverbia *nunc* et *numquam?*

Nunc inspiciamus quae scripsisti in primo volumine Mnemosynes redivivae, nam tuis libris contigit quod haud scio an nemini ut istuc redirent Pag. 9. invenio: ante *hos* paucos menses et pag. 10: ante *hos* paucos dies; rectius multo est quod omisso pronomine dedisti p. 47, 57 et 233: *ante* multos annos. Contra pag. 108: *ante annos ferme* centum vitiose dictum est pro: *centum annis ante*, sicuti recte legitur p. 106. Quod saepe scribis: *bonum factum quod, malum factum quod* veluti p. 17, 50 alibi, id a me ipso habes, qui sic loqui olim solebam, sed habui qui me castigaret Zumptium; ipse tu dedisti, quod melius est *bene factum*, male factum p. 223 et 234, sed rediisti ad vitiosam consuetudinem p. 646. Var. Lect.

Undenam est, quod pag. 17. secundo casu scripsisti *Heraclidae*, cum tamen quartus casus apud te ipsum sit Heraclidem et sextus Heraclide? Gravius est quod me offendit p. 36, nam si illae lectiones *summo jure* receptae sunt, est ea summa injuria, sed *optimum jus* dicere fortasse voluisti.

Pag. 47. duo vitia invenio quorum alterum levius, nam quamquam *nemodum* probatos auctores non habet, erravisti tamen cum plurimis. Alterum vitium est turpius: dixisti eo loco de vocabulo quod suum digamma *amisisse* non *potest:* debueras enim: *amittere* non *potuit.* Similiter in Variis Lectionibus p. 533 *peracta esse potest*, scripserim equidem *peragi potuit.* Itidem Var. Lectt. p 465 hominem *insaniisse* putaret cum requiratur *insanire.*

Vidistine umquam apud bonum et idoneum scriptorem vocabulum *interpretamentum*, quod invenitur pag. 48 et alibi haud raro? Vel *meridiana* luce clarius p. 49? Et quid significat pagina eadem: locus Homeri *pertinacissimo cuique* assensum extorquebit? Nec certe umquam quisquam quo erat pertinacior, eo facilius manus dedit.

Quod scribis p. 98. *tabulae publicae omne genus.* p. 136. vitia

omne genus, alibi saepe, id a Varrone habes, cum Cicero *tabularum*, *vitiorum* omne genus, dicere soleat. Pag. 101: imponi sibi *passi sunt*, Romani non ita uti solent *patiendi* verbo in periphrasi, nos solemus. Pag. 102. Pollucis doces fuisse *desultoriam* levitatem, sed de grammatico non optime dicitur, quod Dioscuris melius convenit, qui equis vehebantur. Pag. 103. *implicitum* invenio sed in hoc verbo perpetuo erras; veluti quod *explicui* posuisti in Variis Lectionibus p. 424, 502 et 530; nescio quomodo hoc ex Bakii schola traxisti.

Venimus ad pag. 107: *quod* verum esset ex Cratero patefactum est: imo *quid* dare debueras. Ne hoc quidem probo, quod p. 108 dedisti: *absque* Cratero fuisset: sed etiamsi venia nunc tibi dari possit, quod cum multis aliis locutus sis, qui non animadvertissent, quantum Comica oratio ab eo sermone distet, quo doctos viros uti decet — quod tamen in Graecis tu hodie omnium hominum, qui istic sunt, longe optime sentis et intelligis et luculenta oratione declaras — etiamsi igitur venia tibi possit dari, miror tamen quod p. 212 iterum scripsisti: *absque* ullo sensu.

Pag. 111 minime probo: *etiamsi* procurabant, sed cur conjunctivum posuisti p. 113: cujus auctoritatem melius sequi potuit quam ipsius Periclis, cuius eum ψηφίσματα in manibus habuisse *constet?* Quid autem illud est p. 118: Plato est quo nemo acrius πόλεμον ἄσπονδον *gesserit?* Nihilne te movet utriusque modi discrimen? Est verbi causa p. 126. *Insculpebantur* pro *Insculperentur;* eademque pagina ne recte quidem intelligi poterit quid dicas, nisi *odisset* rescripseris pro *oderat.* Non dissimile est sequenti pagina: Non opinor id Herodotum omissurum fuisse, qui Aristidem impense *admirabatur* pro *admiraretur.* Addo *repetitur* pro *repetatur* positum pag. 134, et ridemus theologos qui *recipiunt*, pro *recipiant* pag. 136. *Objicitur* denique pro *Objiciatur* usurpatum video p. 138.

Redeo ad pag. 125 ubi participium *compendifacta* a Valckenaerio meo mutuatus es qui sic dicere solebat. Pag. 140 te ipsum judicem fero, videaturne Latine dici posse: *dudum* receptum oportuit, pro: *jampridem.* Addo Var. Lect. p. 501 et 527.

Venio ad novum crimen nec tamen inauditum, nam ante te alii boni peccarunt modo eodem. Quae in triviis forte audivisti plebeia vocabula, ea saepe in cathedram intulisti nec satis

intellexisti alia professorem decere eumque togatum, alia popellum tunicatum. En quaedam exempla. Pag. 214. *Puros pu-tos* Atticos dicis; nonne idem hoc vitium est, quod p. 222 in Aeliano notas et in Lexiphane? *Theologastros* appellas, *criticastros, poetastros;* nuper etiam *correctorculos* dicere coepisti. *conscribillare* apud te invenio et versiculos *ejusdem farinae;* quin etiam virum quendam doctum quem honoris causa nominas in Var. Lect. p. 500 *emunctae naris* hominem appellas: sunt illa omnia, mihi crede, τοῦ πονηροῦ κόμματος.

Vidi olim, qui de nescio quo diceret: Musae ipsae ei nares emunxisse videntur.

Venio ad ea quae nuper Variis tuis Lectionibus tamquam cumulum addidisti. Quod emendationes *palmarias* commendes p. 403, 405, 431, 533, 636, sic ego olim loqui solebam, sed tamen hodie malo eas *palmares* dicere, sicuti ipse fecisti p. 404. Deinde eadem illa pagina 403, judice Cobeto, Madvigius in re metrica *impegit.* Cedo mihi eius locutionis idoneum auctorem. Pag. 406 *labascendi* verbum a matre Evandri videris habere. Pag. 410 Sophistam video *ab* Herodoti prato flosculum decerpsisse; quid censes ipse de usu praepositionis *ab?* Pag. 412: Ex hac fraude judicari poterit, quanta isti levitate *grassarentur;* putasne serio imperfectum requiri? Equidem certe non magis probabo quam illud, quod paulo post legitur pag. 419: Tales loci declarant quanta licentia olim correctores *grassarentur.* Pag. 415, quod saepe facis tirones et pipientes psittacos tuos *juniores* appellas. Multum dubitare didici de ejusmodi usu comparativi absoluti. Quod pag. 416 scripsisti: commodiore loco ponere *debuissent:* indicativum modum, nisi fallor, usurpare debueras; nullus enim locus conditionali modo. Pag. 420 aut *parum* aut nihil, non significat quod videtur. Pag. 421 abdens se *domi:* haud paulo rectius est *domum.* Scilicet, quod scribis p. 428 animus tuus *inquies* pascitur opere, quod satis cernimus, sed malim te tamen *inquietum* dicere quam *inquietem.*

Satis crebro legitur quod μυριόλεκτον est, sed in comparativo *magis* μυριόλεκτον p 439 hyperbole mihi inesse videtur minime ferenda. Certe μυριόλεκτον non est, quod p. 442 scripsisti: in re *praesentissima.* Tum librorum *oras* dicis p 440, 465, 510

alibi, malim equidem *margines* vocare. Deinde satis est digitum intendere in pag. 468: adscripsit nescio quis ne forte *nescias*, Trojugena quid esset. Denique magno opere improbo p. 483: quod *esset* ab oratore animose dictum, debilitant: nam quae ratio hic est et necessitas conjunctivi modi?

Pag. 484. quereris de librorum *sublesta* fide: me si satis audies a plebeio vocabulo abstinebis in posterum, ne Leidenses nostri Latinitatis auctores habeantur *levidenses*. Gaudeo tamen, quod nullam in te inesse video peccandi constantiam, nam quod pag. 491 bis usurparas deponens verbum *impertiri*, ad activam tamen formam rediisti p. 232 postremi Mnemosynes voluminis, quod prodiit in lucem, ut etiamnunc vobiscum loquar, nam apud nos utique libri in tenebras prodeunt.

Pag. 498 notabimus abusum conjunctionis *quia* cum conjunctivo modo et pag. 503 et 622 displicet adverbium *praeposteri*. Fac mihi, quod facere soles, praestantissime Cobete, et audi te ipsum Graece loquentem, sicuti Ciceronem soles: num forte sciolus, qui locos illos interpolavit de suo quaedam τραπίμπαλιν addidit? Haud equidem crediderim.

Scripsisti p. 567: memento unde talia olim *nascerentur*, atque omnino facile mihi est, undecunque ex tuis operibus exempla excerpere errorum, quorum genus jam nunc satis cognoscere potuisti. Verum tempus est claudere istos rivos; displicet enim mihi ἡ πολυμυθία in re minime necessaria. Sed tamen obiter pauca quaedam addere juvat de postremo Mnemosynes volumine. Quod scribis pag. 18: *juxta* cum ignarissimis: id velim mihi dicas, nisi molestum est, quo exemplo feceris; equidem credideram locutionem esse propriam priscorum Latinorum, quos nemo imitando exprimere debeat. Tum illud, dixerit *aliquis* p. 69, putaverit *aliquis* p. 109, admirationem movet, cur tanto opere abhorreas ab usu pronominis *quispiam*, quod nusquam apud te me legere memini. Pag. 92: apparet, cur *dicerent:* vides, quid displiceat. Pag. 119 et alibi saepe *sensu cassum* apud te invenio: undenam hoc arripuisti? Pag. 155 vocabulum in lucem *rediturum* est; nonne satius multo fuisset scribere: *redibit?*

Sed propero ad finem. pag. 371 *cervicem* dixisti singulari numero, denique ut Graeca etiam attingamus: quod scribis pag. 231

statuum est illis irasci, qui, si contemseris, *οὐδαμοῦ φαίνονται*, aut ego fallor, aut verius erit *φανοῦνται*.

Haec habui, quae hodie ad te scriberem, politissime Cobete, *ἐγὼ ὁ οὐδαμοῦ φαινόμενος*. Si quid est, quod reponere velis, commodum mihi erit, si epistolam Mnemosynae tuae inserueris, nam Luchtmansii curant, ut deinceps fasciculos cognoscere possimus. Cum plurimos habeam malorum socios, hoc tamen mihi solum fere superest solatium. Restat, ut te salvere jubeam, cum mihi ipsi salute perpetuo carendum sit.

Datum Saturnalibus ex Orco.

Perlata est ad me ante hos paucos dies — *ante paucos dies* volui dicere. semper hic erro. — Davidis Ruhnkenii, summi viri, Epistola, non recta ex Orco missa, sed per virum lepidi et elegantis ingenii Graece et Latine perdoctum Ruhnkenii amicum, ex cuius manu ad me profecta est. Quum vidissem Epistolam multa salsa et faceta et Latine scribere volentibus perutilia continere, nolui committere ut solus iis fruerer, sed decrevi eam sine mora in lucem edere ut quam primum ad auctorem suum in tenebras reverteretur. Descripsi igitur fideliter omnia ne verbulo quidem mutato nisi quod Graeca Graecis literis quam Latinis exarare malui. Multo enim lubentius lego *βουλοίμην κ' ἐπάρουρος* quam *bouloimén k' eparoures*, ut est in Epistola scriptum cum hac annotatione:

Pater mihi hanc epistolam dictavit sed
Graecas literas numquam didici pingere.

RUHNKENIA MINOR.

Aequi bonique consulet, spero, festiva puella.

Argumentum Epistolae eiusmodi est ut a philologis satis probari et laudari non possit. Ex animi enim sententia assentior Platoni, qui in *Phaedone* alicubi (p. 115. *e.*) dixit: *εὖ γὰρ ἴσθι, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν* (h. e. id facere quod in me Ruhnkenius non *summo*, sed *optimo* iure reprehendit) *οὐ*

μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς, et qui hac aetate Latine scribimus (fatendum enim) πάλαι ἐσμὲν ἀνάπλεῳ τοῦ μὴ καθαρῶς διαλέγεσθαι, ut eiusdem verbis utar in *Theaeteto* pag. 196. *e.*

Dedi equidem quantum potui operam ne quid ipse committerem quod in aliis vituperarem neve aliorum vitia sedulo corrigens ipse vitiosus circumambularem. Itaque quidquid apud me est eiusmodi me imprudente est et invito, ut Cicero ad Atticum scribit I. 19. § 10. *Commentarium consulatus mei Graece compositum misi ad te; in quo si quid erit quod homini Attico minus Graecum eruditumque videatur, non dicam quod tibi, ut opinor, Panhormi Lucullus de suis historiis dixerat, se quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et σόλοικα dispersisse; apud me si quid erit eiusmodi, me imprudente erit et invito.*" Itaque magnam apud me gratiam iniit Ruhnkenius errores meos redarguens, quos aut incuria fudit aut humana parum cavit natura. Ab ineunte adolescentia admiratus sum Socratis dictum in *Gorgia* pag. 158. *a.* ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγω, ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων εἴ τίς τι μὴ ἀληθὲς λέγοι. οὐκ ἀηδέστερον μέντἂν ἐλεγχθέντα ἢ ἐλεγξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι, et nunc senex lubens mea facio verba Socratis in *Timaeo* pag. 54. *a.* ἂν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὢν ἀλλὰ φίλος κρατεῖ.

Hoc igitur animo Ruhnkenianas reprehensiones recognoscens vidi alia esse rectissime animadversa, quae lubens et gratus didici; in aliis admonitus errasse me intelligo et confiteor. Sunt de quibus dubitem; sunt etiam nonnulla, quae mihi in mentem revocant grammatici morientis dictum: *je meurs, ou je me meurs, parcequ' on peut dire l'un et l'autre.* Sed de his et de reliquis omnibus penes alios cognitio iudiciumque esto, qui nihil aut confessione mea aut defensione indigent ut quid rei sit probe sciant et liquido constituant. Paucis tantum de una alteraque controversia quid sentiam iuvat dicere, idque ita faciam ut tecum ipso, optime Ruhnkeni, tamquam praesenti confabuler. Quamquam enim, ut Persarum senes in Aeschyli tragoedia ad conspectum Regis Darii ex Orco reducis,

σέβομαι μὲν προσιδέσθαι,
σέβομαι δ' ἀντία φάσθαι.

nequeo tamen addere, ut illi:

ὅ τι λέξω δ' ἀπορῶ.

πρὸς σὲ γὰρ, ὦ κράτιστε πάντων, εὐπορῶ λόγων nec mihi tecum de literis nostris colloquenti deesse poterit oratio, praesertim quum ex epistola tua intellexerim te mihi optime velle et comiter erranti viam monstrare. ἄκουε δή.

Sitne mihi animus *inquies* an *inquietus*, quoniam Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est, nondum ipse satis scio. Admonitus a te tamquam venatum exii et multam praedam domum rettuli, in qua luculenta est annotatio tua ad Vell. Paterc. II. 68. Sed nihil his omnibus utar, nam

quae non legimus ipsi
non ea nostra voco.

Malo producere eum, quem in hac re ducem secutus sum, a quo non unum vocabulum sed totam sententiam sumsi, optimum sane Latinitatis auctorem ac testem, cuius locus, quum tuam diligentiam fugerit, paucis notus esse videtur. Plinius in Praefatione libri I Hist. Nat. ita scribit: Profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in Historiarum suarum, quas repetit ab origine Urbis, quodam volumine sic exorsum: *satis iam sibi gloriae quaesitum et potuisse se desinere, ni animus* inquies *pasceretur opere.* Vides non esse vocabulum Sallustianum, reconditum et ἀρχαιοπινές, et fortasse quod Livio dicere licuit idem mihi licere iudicabis.

Reprehendis me quod dixi contagione *implere*. Nostine quis me ita loqui docuerit? Tu ipse, praestantissime Ruhnkeni, in annotatione ad Timaeum v. Ἀνάπλεως pag. 17. Accipisne testimonium an retractas pristinam sententiam?

Emunctae naris me vetas dicere et propemodum derides. Cur tandem? Quid causae est cur ab Horatio Lucilius *facetus*, *emunctae naris* recte dicatur, a me Reiskius acutissimus Criticorum recte dici non possit? Plato protervum et petulantem Thrasymachum quum inducit ita dicentem (*de Rep.* pag. 343. *a.*):

εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, τιτθή σοι ἐστί; τί δέ; ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἀπ κρίνεσθαι χρὴ μᾶλλον ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν. ὅτι τοί σε, ἔφη, κορ ζῶντα περιορᾷ καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον. manifesto homine κωμῳδεῖ, ut tu derides nescio quem qui Musas sordido et spur nutricis ministerio fungentes induxit. Nihilominus hoc loquen genus in stultitiae derisione optimo cuique usitatum est et fr quens. „*Scilicet κόρυζα, μύξα, βλέννα, λέμφος stuporis habeb tur indicium.*" Quis hoc dicit? Tu ipse ad Timaeum v. Κορ ζᾶν pag. 164. sq. et effundis tuae eruditionis copias. Si stu et stolidi optime dicuntur κορύζης μεστοί, cur homo ingenios ac sollers *emunctae naris* non bene dicitur? εἰ μή τι ἄλλως γ γεις, ὦ βέλτιστε.

Sed est haec *Comica locutio*, dixeris, ut ad Timaeum diser dixi. Quid tum postea? Negas Professorem eumque togatu Comicorum iocis et salibus uti oportere. Scio esse iocandi g nus, quo cuilibet viro bono sit abstinendum. Sed aliud ε ludere et iocari, aliud scurram agere et γελωτοποιεῖν. *Dupl omnino est iocandi genus* (agnoscis locum viri gravissimi Cons laris et in tempore omnium iocosissimi *de Off.* I. 20): *uni illiberale, petulans, flagitiosum, obscoenum; alterum elegans, urb num, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus nost et Atticorum antiqua Comoedia, sed etiam philosophorum Socrat corum libri referti sunt.* Audin', mi Ruhnkeni? ioci elegante urbani ex antiqua Comoedia et ex Plauti fabulis sumendi sun et me aegre fers Plautinis et Comicis locutionibus in philol gica disputatione uti.

εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ' εἶπον ἄν σ' οὔκ εὖ φρονεῖν.

Eadem de causa *purum putum* non vis me dicere. Non neg bis quod Graece dicitur χρυσός, ἄργυρος καθαρός id Latine a rum, argentum *purum putum* appellari, ut „*in foedere quod int populum Romanum et Karthaginiensem factum est scriptum inven tur, ut Karthaginienses quot annis populo Romano darent certu pondus argenti puri puti.* (Alfenus Ictus apud Gell. N. A. VI. 5 Deinde lepide ad homines transfertur, ut Τίμων καθαρός Aristophanis *Avibus*, id est *purus putus Timon*, ut Plautus dix (*Pseud.* IV. 2. 31).

Eho Polymachaeroplagides

purus putus est ipsus.

et IV. 7. 103.

is quidem edepol Harpax ego sum. BA. *imo edepol esse vis.*
purus putus hic sycophanta est.

Haeccine igitur Aristophani et Plauto per iocum dicere licuit, mihi non licebit? Curnam? Professorem te esse memento, ais, eumque togatum. Mutata sunt tempora, mi Ruhnkeni. Vix ter aut quater toto anno togatus incedo. *Nos hic reges sumus*, scripsisti aliquando ad amicum in Germaniam. Nos quoque reges sumus sed civiles admodum, et pro fastu et pompa habemus φρόνημα καὶ παρρησίαν, quae sunt multo meliora; nemini blandimur, nemini assentamur, sed cultu ornatuque nihil ab honestissimo quoque civium nostrorum discrepamus. Praeterea fac memineris haec omnia me non ex cathedra pronuntiare, sed solum otiose meo arbitratu, nonnumquam etiam per ferias quum Sirius ardet — noli irasci — *tunicatum* haec scribere.

Eripuisti mihi verbum *conscribillare* paene invito. Erat enim percommodum cuiusque scriptoris sic pretium aestimare ut Bentleius lectu dignissima *scribere* diceretur, Clericus nescio quid ineptiarum *conscribillare*. Sed magis amica veritas. Testes citati non responderunt aut aliud quam putaveram pro testimonio dixerunt. Afferebantur Varronis ex Nonio duo loci, quorum alter a scribis iugulatus sine sensu iacet, alter saucius vix effugit. Sed dirimit omnem controversiam Catullus dulcissimus his versiculis:

Remitte pallium mihi meum quod involasti.
ne laneum latusculum natesque mollicellas
inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

ex quo loco satis apparet *conscribillare* esse καταγράφειν, id est aut figuris literarum, aut aliis formis, notis, punctis, vibicibus quoque distinguere, ut *astrologi* apud Varronem *coelum pigmentis conscribillare* dicuntur. Utar igitur posthac in ea re alio meliore verbo καὶ τῷ μεταδιδάξαντι μεγάλη χάρις.

Quod reprehendis *sensu cassum*, *labascant*, *cervicem* singulari numero, miror sed mihimet ipsi diffido, σὺ γὰρ τούτων ἐπιστή-

μων. Quamquam soleo sedulo *iuventuti* (non *iuniorihus*) suadere ut Lexica comburant, video tamen esse nonnumquam in iis aliquid adiumenti. *Sanguine*, *anima*, *sensu cassum* in iis reperio. Dices fortasse *sensu cassum* esse ἀναίσθητον, non ἀδιανόητον, idque verum videtur. *Labascere* fieri potest ut Carmenta mater Euandri dixerit, sed idem aliquanto post Terentius et Lucretius et *alii item boni* dixerunt. Non est mihi spisso Lexico opus ut ostendam cur *cervix* singulari numero dixerim.

Donec gratus eram tibi
nec quisquam potior brachia candidae
cervici iuvenis dabat.

et Suetonius in Caligula 33. *Quoties uxoris vel amiculae collum exoscularetur addebat: tam bona cervix simulac iussero demetetur.* et ubi non?

Verum omnia haec male pertinax tueor, do tibi haec, si ita vis, et concedo, et iamiam efficaci do manus scientiae, sed unum superest, quod mihi eripi non patiar (licetne ita Latine dicere? Sic licet.) nullo igitur pacto patiar mihi eripi eam facultatem et copiam ut in Latinae linguae usu idem mihi ius sumam, quo Graecos et Latinos scriptores omnes in scribendo uti video. Nempe unusquisque eorum pro re nata nova vocabula ex certis analogiae legibus per derivationem et compositionem formando linguae suae copias amplificat et auget, et ut quisque elegantissime loquitur, ita saepissime eo iure utitur. Multa in ea re cautione opus est ne quid inficete et insulse et omnino ne quid ἀπειροκάλως procudas. Quis sanus negabit? Sed nova omnia τοῦ πονηροῦ κόμματος aut κίβδηλα esse pronuntiare et semper τὸ ποῦ κεῖται; in ore habere, et reiicere omnia, quorum certum auctorem et locupletem testem non statim producere possis, ut lenissime dicam, non est, optime Ruhnkeni, tuae prudentiae et tuae vastae eruditionis. Quam multa Plautus, Cicero, Horatius nova et inaudita finxerunt. Ergone quod hi *semel* scite et venuste dixerunt id sanum et probum erit; si alius idem eodem modo fecerit, vituperabitur et linguam Latinam corrumpere dicetur?

Fastidis meos *correctorculos*. Homunciones eos esse minimi pretii mihi dabis, sat scio; sed novum vocabulum negas esse

ferendum. Estne Latinum *amatorculus?* Respondebit Plautus in suavissimis versiculis bacchiacis (*Poenul.* I. 2. 24).

Miror equidem, soror, te istaec sic fabulari,
quae tam callida et docta sis et faceta.
nam cum sedulo munditer nos habemus,
vix aegreque amatorculos *invenimus.*

Nihil est eo vocabulo suavius et lepidae mulierculae ingenio convenientius. Si negas, iudicem tibi fero Ruhnkeniam minorem. Ecquis autem ante Plautum ita locutus est? ecquis post Plautum ita dixit? nemo hercle. Iam vides quid agam et rationem ipse concludas licet. Sine nota praeterierunt mei *magistelli* et *scioli*, quibuscum mihi semper plurimum est negotii, sed *criticastri* notantur. Quam vellem eo nomine non esset opus. Sed satis declarant hi ipsi *criticastri* et *poëtastri* et *theologastri* nobis qui Latine scribimus (ut Ciceroni philosophiam Graecam Latinis literis illustranti) in rebus novis salva Latinitatis ratione et natura verbis quoque novis uti licere oportere.

Sed tempus est ut desinam:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μετὰ Φρασόμεσθα καὶ αὖτις.

unum restat, praestantissime Ruhnkeni, quod a te etiam atque etiam peto ut faciae. Est mihi collega et amicus, quo nemo melius et tersius Latine scribit. quo nemo sanius de hac omni re iudicat sed piger est scribendi ferre laborem, scribendi recte, nam ut multum nil moratur. Ut ego non multum lima utor, sic illi nihil umquam satis limatum et elaboratum esse videtur, quod ego admirari possum. sed imitari non possum. Itaque si tu illum ad scribendum impellere possis, ut Hemsterhusium olim solebas, multo plus agas, mihi crede, quam si me paullo cautiorem et diligentiorem effeceris.

Paene mihi exciderat etiam aliud a te flagitare, quod si feceris mihi et philologis omnibus gratissimum feceris. Aperte significas tibi non placere etiam cum acutissimis viris de origine carminum Homericorum sermones serere, nam te fugere disputationem numquam exitum habituram. Nobis τοῖς ἄνω ita videri mirum non est. Bene (non *bonum*) factum quod nemo cogi potest omnia legere quae a grammaticis et criticis

scribuntur de re, quae melius a solis poëtis et ingeniosis hominibus tractaretur. Sed tu facili negotio quid rei sit scire potes et nos facere certiores. Quin tu ipsum Homerum convenis et interrogas, qui quam comiter et benigne soleat interrogantibus sese respondere ex Luciani *Veris Historiis* notum est omnibus.

Et sic πολλὰ χαῖρε, optime Ruhnkeni,

σοὶ δὲ θεὸς τόσα δοίη ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.

Scribebam
Lugduni-Batavorum
m. Decembri 1876.

A et πρῶτος confusa.

Galenus XVII. 1. pag. 633. ἐνίοις δὲ τὸ Α πρόσκειται, κατά τινα δ' ἀντ' αὐτοῦ γέγραπται πρῶτος, ἐν ἄλλοις δὲ πρώτῃ. et pag. 730. ἔνια μὲν τῶν ἀντιγράφων τὸ τετάρτῃ, τινὰ δὲ τὸ τεταρταῖοι. τὰ δὲ τούτων ἔτι παλαιότερα τὸ Δ γράμμα —, ἔνια δ' οὐδ' ὅλως οὐδὲν ἔχει προσγεγραμμένον. Notabile est in vetustissimis libris *notas* tantum numerorum exaratas fuisse, quas recentiores suo arbitratu aut explebant aut plane omittebant. Similiter pag. 809. ubi ambigitur sitne ὀγδόῳ καὶ δεκάτῳ verum an ὀκτὼ καὶ δέκα scribit: Φασὶν ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρίσκεσθαι καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτάτων τὸ στοιχεῖον το Η καὶ πάλιν τὸ Ι στοιχεῖον.

Litterae pro notis numerorum errores in libris pepererunt.

Galenus XIV. pag. 31. τὰ βιβλία τὰ κατὰ τὰς βιβλιοθήκας ἀποκείμενα τὰ τῶν ἀριθμῶν ἔχοντα σημεῖα ῥᾳδίως διαγρέφεται τὸ μὲν πέντε ποιούντων ἐννέα καθάπερ καὶ τὸ Ο τὸ δὲ ΙΓ προσθέσει μιᾶς γραμμῆς ὥσπερ γε καὶ ἀφαιρέσει μιᾶς ἑτέρας. Legendum: καὶ τὸ Ο Θ τὸ δὲ Ι Γ. litteram Ο (inquit) in Θ convertunt et Ι in Γ. C. G. C.

AD LIBANIUM.

(*Continuantur ex* pag. 112.)

Libanius Tom. I. pag. 458. 9. peccavimus, inquit, Antiochenses. *τί οὖν;* AITION *δεῖ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὴν πόλιν;* Verba sunt sensu vacua. Veram scripturam facile elicies ex pag. 487. 1. *μεῖζον κακὸν τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ δοκεῖν ἀξίαν ἀναστάσεως εἶναι τὴν πόλιν ἢ — παρὰ τῶν βαρβάρων ἔργῳ τοῦτο παθεῖν.* id est *ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἔργῳ ἀνάστατον γενέσθαι.* Itaque emendandum: *τί οὖν;* 'ANACTATON *δεῖ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὴν πόλιν;* *An propterea urbs delenda et solo aequanda est?*

Pag. 464. 5. Rex Persarum Themistocli dedisse dicitur *Λάμψακον, Μυοῦντα, Μαγνησίαν,* ΜΕΓΑΡΑ *τὰς πρεσβ* *** *ἐκείνας ναυμαχίας.* Lege ΜΕΤΑ *τὰς περιβοητους ἐκείνας ναυμαχίας.*

Pag. 487. 1. *τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ δοκεῖν ἀξίαν ἀναστάσεως εἶναι τὴν πόλιν.* et post pauca: *τῶν εἰωθότων τὸ* ΠΛῆθος. Recte in alio libro legitur *τὸ* ΠΑθος, id est *τὸ ἀνάστατον γενέσθαι πόλιν τινά.* Multis locis vidi *πάθος* et *πλῆθος*, item adiectiva in *-παθής* et *-πληθής* inter se confundi.

Libanius I. pag. 492. 16. *ἐγὼ δὲ ἠξίουν ὑμᾶς συνερασθῆναι μὲν τῶν βασιλεῖ τῆς κατασάσεως ταύτης, θαυμάσαι δὲ τὴν ὁρμὴν εἰ καὶ τὸ* 'PAICTON *ἀπῆν.* Mendosum est *τὸ ῥᾷστον.* Sententia postulat: *εἰ καὶ ἀδύνατον τὸ πρᾶγμα ἦν.* Reponamus igitur *εἰ καὶ τὸ* 'ANTστὸν *ἀπῆν.*

Libanius I. 505. 5. Κύδνος εὐτυχέστερος Ὀρόντου [τοῦ ποταμοῦ] Dele putidum emblema. Noverant, credo, Antiochenses flumen suum.

Duplex inficetum emblema commaculat locum Libanii Tom. I. pag. 506, 3. οὐκ ἀποστελοῦμεν φήμην ἐπ' αὐτὸν Χοάσπην· „Ἀντιοχεῖς ἀπολελόγηνται." [λέγουσαν]; οὐ δεξόμεθα τὴν ἐκεῖθεν· „βασιλεὺς διήλλακται" [λέγουσαν]. Vel auris iudicio vocabulum supervacaneum condemnatum bis expungemus.

Libanius I. 509. 3. cum Diis expostulans quod Iuliano tam brevem vitam concessissent, quum impio et nefario homini (Constantio) quadraginta annorum tribuissent imperium, ita dicit: ἀμείνων ἄρα ἦν ΛΟΓΙΣΜΟΣ ὁ τέως καταγελώμενος, ὃς — ἱερὰ καὶ νεὼς τοὺς μὲν ἔκλεισε, τοὺς δὲ κατέσκαψε, τοὺς δὲ πόρνοις ἐνοικεῖν ἔδωκεν. — ἀλλ' ὅμως οὗτος — τετταράκοντα ἔτη κατέσχεν ἣν ἐλωβᾶτο γῆν. Ostendi alio loco pro λογισμός, emendandum esse ὁ ΛΟΙμός, quo maledicto CONSTANTIUM notari manifestum est. Ut Latine *pestis* sic Graece homo sceleratus et nefarius λοιμός appellatur et ὄλεθρος et Φθορός, et olim ἀλιτήριος et κάθαρμα. vid. I. 120. 12. τὸν λοιμὸν Γερόντιον. IV. 732. 15. ἐκάλεσαν ἂν ἐκείνους λοιμοὺς καὶ τῆς πόλεως ἐχθρούς. III. 437. 9. διδασκάλους ἐποιεῖτο (Constantius) — ὀλέθρους τινὰς εὐνούχους. II. 103. 4. τούτων γὰρ τῶν ὀλέθρων οὐ μεῖζον κακόν. II. 418. 8. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ σκυτοτόμον — μᾶλλον ἀρετῆς μετέχειν Φαίην ἂν — ἢ τοιοῦτον ὄλεθρον. III. 395. 11. τὸν οὕτω καλὸν καὶ γενναῖον πολίτην — Φθορὸν προσερεῖς;

Quomodo Constantius dicatur per annos *quadraginta* imperasse ex Ammiano Marcellino apparet libro XXI. pag. 199. ita scribente: „(Constantius) *abiit e vita* III. *Non. Octobrium imperii vitaeque anno* quadragesimo *et mensibus paucis*." Constantium puerum admodum a patre imperio admotum esse Libanius quoque memoriae prodidit III. 284. 22. et 285. 18.

Libanius I. pag. 511. 10. καθάπερ ναῦν ἀναχθεῖσαν μὲν ἐξ ἀλιμένων χωρίων, αὖθις δὲ ἐναντίῳ πνεύματι ΠΕΜΦθεῖσαν ἐπὶ τὰς πέτρας. Ridiculum est navim vi tempestatis ad saxa *illisam* dici πεμΦθεῖσαν. Imo vero ΡΙΦθεῖσαν.

Pag. 512. 14. ἀμαχεὶ δὲ τοῦ πολέμου ΤΘθέντος. Quid hoc est ὁ πόλεμος ἐτέθη? Nihil prorsus. Corrigendum τοῦ πολέμου ΚΡΙθέντος, id est κρίσιν λαβόντος, ut I. 561. 15. τὸν πόλεμον ἰρῶν οὕτω καλὴν — λαβόντα κρίσιν. I. 416. 18. εἰ σιδήρῳ κριθῆναι τὴν ἔριν ἐδέησεν.

Iulianum mortuum lugens Libanius Tom. I. pag. 519. 11. exclamat: ὦ νεὼ καὶ ἱερὰ καὶ ἀγάλματα βασιλείων ἐξελαυνόμενα! ὁ μὲν ὑμᾶς ἱδρύσατο μάρτυρας ἐγγύθεν ἐσομένους τῶν αὐτῷ πραττομένων, ὑπὸ δὲ τῶν *** ἀτίμως ἐκβέβλησθε. Verissime Reiske: „*probrum aliquod Libanius hic in Christianos coniecerat, quod librarii postmodum strangularunt.*" Dixerat de more: ὑπὸ δὲ τῶν ΑΘΕΩΝ ἀτίμως ἐκβέβλησθε. Vide ut fanatici homines eadem inter se maledicta retorqueant. Christianis Iulianus est ἄθεος, Iuliano et amicis Christiani omnes ἄθεοι esse videntur.

tantum relligio potuit suadere malorum.

Unus est illis temporibus vir καλός τε κἀγαθός AMMIANUS MARCELLINUS, qui quamquam gentilis religionis Christianae naturam melius perspexerat quam theologorum plerique. De Constantio scribit XXI. 16. *Christianam religionem absolutam et simplicem anili superstitione confudit: in qua scrutanda perplexius quam componenda gravius excitavit dissidia plurima, quae progressa funus aluit concertatione verborum.*

Continuo sequitur: ὦ πολλὰ συγκινήσας ἐπὶ σαυτῷ δάκρυα οὐκ ἐπ' ἤματι κατὰ τὸ ἔπος ὀλοφυρμοῦ τυχὼν ἀλλ' ἐν τῷ πένθει κατέχων ἀνθρώπους καὶ κατασχήσων γε ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ. Homerus Il T. 228.

ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι
νηλέα θυμὸν ἔχοντας ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

ultima sumsit ex notissimo epigrammate apud Platonem in *Phaedro* pag. 264. D.

χαλκῇ παρθένος εἰμὶ Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι,
ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

Libanius I. pag. 533. 12. δοθείσης δ' ἐκείνοις τῆς ἀδείας — ΕΙCχυθέντες — Μυσῶν λείαν ἐργάζονται τὰς εὐδαίμονας πόλεις. Confusa sunt de more ΕΙC et ΕΚ, et scrib. 'ΕΚχυθέντες *effusi.*

Pag. 542. 23. *ἐν ταύτῃ τῇ θήρᾳ καὶ τὸν ἄρχοντα μετὰ τῶν ἀρχομένων εἶΧον*, imo vero *ceperunt*, *εἶΛον*.

Pag. 543. 9. post victoriam *συμπινόντων μὲν ἀλλήλοις τῶν ἠγωνισμένων, ἀριθμούντων δὲ πρὸς ἀλλήλους* OTC *ἐν τῇ μάχῃ κατήνεγκον*. Rei natura docet pro *οὕς* scribendum esse *ΟCους* „*quot* quisque hostes in proelio occiderit."

Pag. 543. 24. postquam dixit Deorum aliquem Iuliano in rebus gerendis esse opitulatum, ita pergit: *καὶ τίνος οὐ σεμνότερον μετὰ ΠΑΝτων ἀγωνίζεσθαι συμμάχων*; nihil significat *πάντων*. Emenda *μετὰ ΤΟΤτων*, nempe *τῶν θεῶν*.

Spreta et reiecta est vera lectio apud Libanium I. 548. 1 *τοῖς μὲν δὴ μυρίοις στρατιώταις θάλαττα Φανεῖσα — κραυγὴν τ ἐκίνησε καὶ δάκρυα σὺν χαρᾷ. — οὗτοι δὲ οὐ θάλατταν ἀλλ' ὡ εἶδον ἀλλήλους ταὐτὸν ἔδρων*. Manus Libanii in uno libro servat haec est: *τοῖς μὲν δὴ Κυρείοις στρατιώταις*, ut Cyri milite saepius a Xenophonte appellantur. Dicuntur quidem Graeci e media Perside in patriam reversi *οἱ μύριοι*, sed non *οἱ μύρι στρατιῶται*, quod quam sit inepte dictum facile quisque sentie

Libanius I. 556. 4. *ἀντὶ γὰρ εὐεργεσίας οὐκ ἐδΘησαν κατ τὴν παροιμίαν, ἀλλ' ἐβουλήθησαν ἀποκτεῖναι*. Vera lectio est *οὐ ΘΘησαν* ex noto proverbio:

ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Pag. 563. 6. *οὐ μέντοι βοῶν ἐπαύετο· ποῖ Φέρεσθε, ὦ ἄνθρω ποι; καὶ τοῦ Φωτὸς τὸν σκότον ἡγούμενοι ΦανΘΡΩτερον οὐκ αἰσχύ νεσθε;* Decantata verba *ποῖ Φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι*; sunt ex (Pla tonis) *Clitophonte*. In fine scrib. *ΦανΟτερον*.

De dicto Socratis: *ποῖ Φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι*, multorum imita tione celebrato vide Wyttenb. ad Iulianum pag. 3. D. et a Plutarchi *Moral.* pag. 4. E.

Pag. 566. 18. *οὕτω δ' ὄντων ἐκείνων οὐ Φορητῶν πολλοὶ ζηλω ταὶ καθ' ἕκαστον αἱ κύνες, Φασὶ, τὰς δεσποίνας μιμούμεναι*. E vetere proverbio:

οἵαπερ ἀ δέσποινα τοῖα χἀ κύων.

Innotuit ex loco Platonis *de Rep.* pag. 563. *c.* ἀτεχνῶς γὰρ αἱ κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἵαίπερ αἱ δέσποιναι γίγνονται.

Libanius I. 566. 19. τῶν γὰρ οἰκετῶν οὐδεὶς ἦν ὃς οὐχ ὕβριζε ΔΕΩΝ σπαράττων. Athenienses δῶν dicebant, ἀναδῶν, ὑποδῶν, ἐπιδῶν, δοῦντες et sim. Idem dicebant Atheniensium imitatores, sed scribae formas vulgares substituebant.

Pag. 567. 13. τοὺς χειροτέχνας — ἦγον ὑπὸ τὰς ἐκείνων μάσιγας οὐχ ἵνα ξαίνοιντο ἀλλ' ἵνα τὸ μὴ τοῦτο παθεῖν πρίαιντο. Legendum 'ΕΚπρίαιντο. Ut enim Latine in tali re *redimere* dicitur, sic Graece ἐξωνεῖσθαι, et in aoristo ἐκπρίασθαι.

Ut Libanius scribit I. 582. 10. *Iulianus optimum quemque haruspicem secum habebat* αὐτὸς ὢν οὐδαμῶν ἐν τῇ τέχνῃ δεύτερος. In his οὐδαμῶν est infelix Reiskii coniectura, qui non meminerat οὐδαμοί esse formam Ionicam et Herodoteam pro Attica οὐδένες. Quod loci sententia requirit *nemini secundus* diserte in alio libro legitur οὐδενὸς δεύτερος.

Libanius I. 585. 11. laudans Iuliani comitatem et civilitatem ita scribit: καὶ πολὺ πρὸς ἕκασον· ὦ ἑταῖρε. Inserto articulo scribendum πρὸς ἕκασον ΤΟ „ὦ ἑταῖρε." cf. I. 186. 2 ἀναμένοντας ΤΟ· „ὦ οὗτος ἀναγίνωσκε." III. 140. 9. οὐκ ἂν ἤρκεσε ΤΟ· „μὴ εἰσίτω τῆς βουλῆς εἰσιούσης." Latine dicendum: „crebro ad unumquemque *dicebat*." et „nonne fuisset satis *dicere*." In his omnibus additum ΤΟ necessarium est. Sine mendo legitur et III. 410. 18 οὐκ ὀλιγάκις ὠΦέλησε — ΤΟ „ἀνεγέρθητε."

Pag. 591. 18. διαβὰς ΕὐΦράτην καὶ περὶ αὐτῷ τοσαύτην ϛρατιὰν καθισΤάς. Quod Libanius dicit Graece sonat non ϛρατιὰν καθισάναι, sed καθίζειν. Itaque corrigendum καθίCAC. Apud Demosthenem pag. 31. 10. pro νομοθέτας καθίσατε omnes libri exhibent καθίστατε et optimus omnium S καθιϛᾶτε.

Libanius I. 606. 12. αἱ μὲν νῆες εἶχον ἤδη τοὺς μαχΟμένους, ὁ δ' εἰσήκει βλέπων εἰς οὐρανόν. Nemodum pugnabat: signum

omnes exspectabant. Legendum igitur τοὺς μαχΟΥμένους. Perfrequens est hoc mendi genus.

Pag. 612. 15. τί οὖν δὴ δοκεῖ; κλαίομεν ἢ λέγομεν; Dicti sententia coniunctivum postulat: κλαίΩμεν ἢ λέγΩμεν;

Libanius I. 615. 21. ἔγωγε πολλάκις ἐθαύμασα τοῦ Μήδου ΩC παρὸν πλείω λαβεῖν οὐκ ἠθέλησεν. Dicebant Graeci θαυμάζω Πῶς aut ΟΠως, miror quo pacto.

Pag. 616. 12. ἡ τελευτὴ τοῦ ταῦτα (ἂν) ἀνατρέψαντος εἰς τοὺς πολεμίους. Reiske ἄν de suo addidit. Melius erat unam literulam delere et sic scribere: τοῦ ταῦτ' ΑΝ Τρέψαντος. Perpetuum est eo sensu simplex τρέπειν et εἰς ἐμὲ τράποιτο, et sim.

Pag. 619. 14. duo simul loquuntur in his verbis: οἱ δὲ ἡμιτέλεσοι (νεῳ) γέλως ἐσᾶσι [Χρισιανοῖς] τοῖς μιαροῖς. Libanius τοῖς μιαροῖς dixerat, deinde nescio quis Χρισιανοῖς adscripsit.

Pag. 621. 7. postquam Iulianus immatura nece raptus est, ἡ γῆ — προσηκούσῃ κουρᾷ τὸν ἄνδρα ἐτίμησεν ἀποσεισαμένη καθάπερ ἵππος ἀναβάτην πόλεις τόσας καὶ τόσας. — κεῖνται μὲν αἱ μέγισαι CIKϵλίας. — κεῖται δὲ ἡ καλὴ Νίκαια. Nihil est hic Siciliae loci; vicinas clades et vastitatem Libanius commemoraverat, ut in eodem argumento I. 91. 6. σεισμοὶ πόλεων τῶν ἐν τῇ Παλαισίνῃ καὶ Συρίᾳ. Itaque non infrequenti errore Σικελίας scriptum est pro ΚΙΛΙΚίας.

Pag. 621. 15. postquam de terrae motibus post Iuliani mortem dixerat, ita pergit: ταῦτα αὐτῷ παρὰ τῆς γῆς —, παρὰ δὲ αὖ τῶν Ὡρῶν λιμοὶ καὶ λοιμοί. Mendum est in ὡρῶν, namque αἱ ὧραι neque famem, neque pestilentiam parere possunt. Legendum τῶν Ἀέρων, ut saepe in ea re οἱ ἀέρες apud Libanium dicuntur νοσεῖν et sic agrorum sterilitatem (αὐχμόν) et famem et pestilentem morbum afferre. Tom. III. 436. 10. τί γὰρ ἢ πλέουσιν ἀγαθὸν ἐναντιουμένων πνευμάτων ἢ σπείρουσι γῆν νοσούντων ἀέρων;

Pag. 622. 10. *καί μοι δοκεῖ* (Iulianus) — *τοιούτοις ἂν πρὸς ἡμᾶς χρήσασθαι λόγοις·* OTI *τὴν ἐμὴν ὑμεῖς ὀδυρόμενοι πληγὴν, εἰ μὲν τὸ συνεῖναι θεοῖς χεῖρον ἡγεῖσθAI τοῦ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ εὖ φρονεῖτε· εἰ δὲ οὐκ οἴεσθέ μοι ταύτης μεταδεδόσθαι τῆς χώρας πάντ' οὐ μόνον ἀγνοεῖτε.* Leg. OI pro OTI: O *vos qui casum meum defletis.* Deinde, ut alibi ostendimus, pro *ἡγεῖσθαι* scribendum *ἡγεῖσθϵ* et *πᾶν τοὐμὸν ἀγνοεῖτε* pro *πάντ' οὐ μόνον.*

Libanius I. 624. 9. laudibus extollens Iuliani scripta ita dicit: *ὁ δὲ* (Iulianus) *πολεμῶν τε ὁμοῦ καὶ πλάττων λόγους πάσας μορφὰς καταλέλοιπεν ἀπάσαις μὲν ἅπαντας νικῶν, τὰ δ' αὐτοῦ τῇ τῶν ἐπιστολῶν.* Non est mirum Libanio epistolas Iuliani potissimum placere, nam fama erat venustatem et leporem, qui in Epistolis Iuliani cerneretur, ex Libanii imitatione fluxisse. Audi ipsum I. 422. 14. ad Iulianum ita dicentem: *καὶ γὰρ πράττοντας οἷς πράττεις καὶ λέγοντας οἷς λέγεις ἐκάλυψας. ὅς γε καὶ τὴν δοκοῦσαν ὥραν τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν παρελήλυθας.* Quam mutantur longa die in hoc genere hominum iudicia! Quis nunc Libanii epistolas (ut leniter dicam) iucunde et libenter legit? Quis hodie ex Iuliani epistolis aliquam animo oblectationem capit? Omnis enim naturae veritas et simplicitas et *αὐτοφυὴς* non arte quaesita venustas (*ὥρα*) in iis desideratur. Sunt mihi haec scribenti Iuliani epistolae ad manum et *ὁδοῦ πάρεργον* unum ex his locum nunc sensu vacuum restituere iuvat. Legitur *Epist.* XXVII. pag. 400. c. *ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βασταζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια.* Multum se torquet in hoc l. emendando Wyttenbach. in *Epist. Crit.* pag. 35. sed nihil profecit quia mendi sedem non perspexerat. Mendosum est *βασταζόντων* et sic legendum: — *οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαΔΙζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερA τε καὶ ὅσια.* Huiusmodi errores non nisi ex vetere lacuna nascuntur. Supererat BA**ZONTΩN.

Saepe miror quantum sit in Libanio stolidae credulitatis et superstitionis ut quamvis absurda vetula ineptior esse reperiatur. Serio scribit I. 624. 16. *multae civitates Iulianum divinis honoribus colunt*, inquit, *καί τις ἤδη καὶ παρ' ἐκείνου δι' εὐχῆς ἥτησέ τι τῶν ἀγαθῶν καὶ οὐκ ἠτύχησε.* deinde quasi id esset sic satis

omnes exspectabant. Legendum igitur τοὺς μαχΟΥμένους. Perfrequens est hoc mendi genus.

Pag. 612. 15. τί οὖν δὴ δοκεῖ; κλαίομεν ἢ λέγομεν; Dicti sententia coniunctivum postulat: κλαίΩμεν ἢ λέγΩμεν;

Libanius I. 615. 21. ἔγωγε πολλάκις ἐθαύμασα τοῦ Μήδου ΩC παρὸν πλείω λαβεῖν οὐκ ἠθέλησεν. Dicebant Graeci θαυμάζω Πῶς aut ΟΠως, miror quo pacto.

Pag. 616. 12. ἡ τελευτὴ τοῦ ταῦτα (ἂν) ἀνατρέψαντος εἰς τοὺς πολεμίους. Reiske ἄν de suo addidit. Melius erat unam literulam delere et sic scribere: τοῦ ταῦτ' ΑΝ Τρέψαντος. Perpetuum est eo sensu simplex τρέπειν et εἰς ἐμὲ τράποιτο, et sim.

Pag. 619. 14. duo simul loquuntur in his verbis: οἱ δὲ ἡμιτέλεσοι (νεῳ) γέλως ἐσᾶσι [Χρισιανοῖς] τοῖς μιαροῖς. Libanius τοῖς μιαροῖς dixerat, deinde nescio quis Χρισιανοῖς adscripsit.

Pag. 621. 7. postquam Iulianus immatura nece raptus est, ἡ γῆ — προσηκούσῃ κουρᾷ τὸν ἄνδρα ἐτίμησεν ἀποσεισαμένη καθάπερ ἵππος ἀναβάτην πόλεις τόσας καὶ τόσας. — κεῖνται μὲν αἱ μέγισαι CIKϵλίας, — κεῖται δὲ ἡ καλὴ Νίκαια. Nihil est hic Siciliae loci; vicinas clades et vastitatem Libanius commemoraverat, in eodem argumento I. 91. 6. σεισμοὶ πόλεων τῶν ἐν τῇ Παλαισίνῃ καὶ Συρίᾳ. Itaque non infrequenti errore Σικελίας scriptum est pro ΚΙΛΙΚίας.

Pag. 621. 15. postquam de terrae motibus post Iuliani mortem dixerat, ita pergit: ταῦτα αὐτῷ παρὰ τῆς γῆς —, πάντα δὲ αὖ τῶν Ὡρῶν λιμοὶ καὶ λοιμοί. Mendum est in ὡρῶν, nam neque αἱ ὧραι neque famem, neque pestilentiam parere possunt. Legendum τῶν Ἀέρων, ut saepe in ea re οἱ ἀέρες apud Libanium dicuntur νοσεῖν et sic agrorum sterilitatem (αὐχμόν) et famem et pestilentem morbum afferre. Tom. III. 436. 10. τί γὰρ ἢ πλέουσιν ἀγαθὸν ἐναντιουμένων πνευμάτων ἢ σπείρουσι γῆν νοσούντων ἀέρων;

Pag. 622. 10. *καί μοι δοκεῖ* (Iulianus) — *τοιούτοις ἂν πρὸς ἡμᾶς χρήσασθαι λόγοις· ΟΤΙ τὴν ἐμὴν ὑμεῖς ὀδυρόμενοι πληγὴν, εἰ μὲν τὸ συνεῖναι θεοῖς χεῖρον ἡγεῖσθΑΙ τοῦ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ εὖ φρονεῖτε· εἰ δὲ οὐκ οἴεσθέ μοι ταύτης μεταδεδόσθαι τῆς χώρας πάντ' οὐ μόνον ἀγνοεῖτε.* Leg. ΟΙ pro ΟΤΙ: *O vos qui casum meum defletis.* Deinde, ut alibi ostendimus, pro *ἡγεῖσθαι* scribendum *ἡγεῖσθϵ* et *πᾶν τοὐμὸν ἀγνοεῖτε* pro *πάντ' οὐ μόνον.*

Libanius I. 624. 9. laudibus extollens Iuliani scripta ita dicit: *ὁ δὲ* (Iulianus) *πολεμῶν τε ὁμοῦ καὶ πλάττων λόγους πάσας μορφὰς καταλέλοιπεν ἀπάσαις μὲν ἅπαντας νικῶν, τὰ δ' αὐτοῦ τῇ τῶν ἐπιϛολῶν.* Non est mirum Libanio epistolas Iuliani potissimum placere, nam fama erat venustatem et leporem, qui in Epistolis Iuliani cerneretur, ex Libanii imitatione fluxisse. Audi ipsum I. 422. 14. ad Iulianum ita dicentem: *καὶ γὰρ πράττοντας οἷς πράττεις καὶ λέγοντας οἷς λέγεις ἐκάλυψας. ὅς γε καὶ τὴν δοκοῦσαν ὥραν τῶν ἐμῶν ἐπιϛολῶν παρελήλυθας.* Quam mutantur longa die in hoc genere hominum iudicia! Quis nunc Libanii epistolas (ut leniter dicam) iucunde et libenter legit? Quis hodie ex Iuliani epistolis aliquam animo oblectationem capit? Omnis enim naturae veritas et simplicitas et *αὐτοφυὴς* non arte quaesita venustas (*ὥρα*) in iis desideratur. Sunt mihi haec scribenti Iuliani epistolae ad manum et *ὁδοῦ πάρεργον* unum ex his locum nunc sensu vacuum restituere iuvat. Legitur *Epist.* XXVII. pag. 400. c. *ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαϛαζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια.* Multum se torquet in hoc l. emendando Wyttenbach. in *Epist. Crit.* pag. 35. sed nihil profecit quia mendi sedem non perspexerat. Mendosum est *βαϛαζόντων* et sic legendum: — *οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαΔΙζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερΑ τε καὶ ὅσια.* Huiusmodi errores non nisi ex vetere lacuna nascuntur. Supererat ΒΑ**ΖΟΝΤΩΝ.

Saepe miror quantum sit in Libanio stolidae credulitatis et superstitionis ut quamvis absurda vetula ineptior esse reperiatur. Serio scribit I. 624. 16. *multae civitates Iulianum divinis honoribus coluni*, inquit, *καί τις ἤδη καὶ παρ' ἐκείνου δι' εὐχῆς ἥτησέ τι τῶν ἀγαθῶν καὶ οὐκ ἠτύχησε.* deinde quasi id esset sic satis

evidens et manifestum addit: *οὕτως ἀτεχνῶς παρ' ἐκείνους τ ἀναβέβηκε καὶ τῆς τῶν κρειττόνων δυνάμεως παρ' αὐτῶν ἐκείνω μετείληφεν.* Hunccine hominem de acerbo funere et immatur nece Iuliani tam flebiliter conqueri et tam duriter Deos eo nc mine increpare! Quam sit idem inepte credulus vide I. 638. 1 ubi de Antiochensi seditione ad Theodosium sic scribit: *λέγετα δὲ καὶ γέροντα μείζονα ἢ κατὰ γέροντα δυνηθέντα περὶ τὸν ἵππι* (in evertenda Principis statua equestri) *„εὖ γε, ὦ γέρον;" ἀκοι σαντα ἀμεῖψαι πολλῶν ὁρώντων* (mirum non vidisse id *omnes* qu aderant) *πρότερον μὲν εἰς νεανίσκον ἑαυτόν, ἔπειτα δὲ εἰς παῖδα εἶτα ἀφανισθέντα καὶ φρίκην οὐ μικρὰν ἐπελθεῖν αὐτοὺς ταύτα ἰδόντας τὰς μεταβολάς.* Facile credo, sed etiamnunc videmu omnes alterum senem repuerascere et de Libanio quoque iure dici

δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ.

Libanius I. 633. 9. *ἀλλ' οὐ θυμοῦ μὲν ὡς ἐοικέναι δεῖ πατ τὸν βασιλέα. πατέρων δ' ἐστὶ τὸ πρᾴως φέρειν προπετείας υἱέω* Reiskio *„μὲν videtur delendum."* Cave facias, namque i ΘΥΜΟΥΜΕΝΩC male latet *οὐ θυμουμένῳ ἐοικέναι δεῖ πατρ Θυμοῦσθαι* pro *ὀργίζεσθαι* apud Libanium est perfrequens.

Laudans Theodosii clementiam I. 633. 13. *εἰ καὶ πάντες* inquit, *ἦσαν ἀπηνεῖς καὶ χαλεποὶ, σὲ τοῦτο φυλάττειν ἐχρῆ νῦν δ' ὁρᾶν ἔξεστι καὶ τὸν Ἰουλιανὸν ἐντεῦθεν εὐδοκιμεῖν ἐσπου δακότα.* Omnia suadent ut credamus non Iulianum, sed Con stantinum Magnum a Libanio nominatum fuisse, in quem rel qua omnia adprime conveniunt. Notum est Constantinum Rom anno 326. conviciis et maledictis a populo esse exagitatu eaque sprevisse. Est operae pretium Libanium ipsum de ea narrantem audire pag. 634. 1. *τοῦ Ῥωμαίων γάρ ποτε δήμι βοαῖς αὐτὸν ἀσελγεσέραις βεβληκότος τί χρὴ ποιεῖν ἐρόμενος τοὺ ἀδελφοὺς καὶ τοῦ μὲν εἰπόντος δεῖν πέμπειν ἐπ' αὐτοὺς δύναμι καὶ κατακόπτειν· ἡγήσεσθαι δὲ αὐτός, τοῦ δὲ ὅτι βασιλικὸν εἰ τὸ μηδὲ εἰδέναι τά γε τοιαῦτα, τὸν μὲν ἃ δεῖ παραινεῖν, τὸν δ πικρὸν ἐκεῖνον ἥκιστα βασιλεῖ συμφέρειν εἶπε, τοὺς δὲ κρατοῦντα πρέπειν ἀνέχεσθαι τῶν τοιούτων σκιρτημάτων*, magno ille quiden et regio animo, et praeclarum id quoque quod lenissimo et in dulgentiae pleno nomine *σκιρτήματα* appellavit *tenelli gregi*

lasciviam. De Constantino haec dici confirmat locus pag. 664. 9. *λείπεται κἀκεῖνος τῶν σῶν δὴ τοῦτο ὁ τῇ Ῥώμῃ μὲν ὁμώνυμον ἐγείρας πόλιν — εὐδοκιμῶν δὲ τῷ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἐνεγκεῖν ἀγροικισάμενόν τι.* Itaque pro *τὸν Ἰουλιανόν* aliud nescio quid Libanius scripserat Constantinum significans, nam continuo addit: *τὸν ἀντιθέντα τῇ Ῥωμαίων βουλῇ τὴν νέαν* ΩΜΟC, sine sensu, sed duce sententia restituitur, *τὸν ἀντιθέντα τῇ Ῥώμῃ πόλιν νέαν* ΟΜΩΝυμον. Versamur omnino in loco paludoso, ubi ob veteres lacunas perperam expletas certum vestigium ponere nequeas.

Memorabile id quoque est quod legitur pag. 634. 11. *ἀλλ' ὅμως σοί γε οὐκ ἴσος ἐκεῖνος εἰς φιλανθρωπίας λόγον.* Sic enim cum Reiskio legendum collato Wyttenb. ad Iulianum I. 14. c. pag. 170. Schaef.

Narrat deinde Constantinum infestissimum fuisse imperium affectantibus *καὶ ὅσοι μάντεσιν ὑπὲρ τοῦ ποῖ χωρήσει τἀκείνων διελέγοντο καὶ οὐδεμία τέχνη τόν γε τοιοῦτον ἐξείλετ' ἂν τοῦ πυρός.* Sic superstitio saevitiam parit et struit rogos.

Libanius I. 642. 22. *πάντας οὖν ἀποθνήσκειν* ΠΟΤ *δίκαιον*; Quis sic loquitur? Leg. ΠΩC *δίκαιον*; et post pauca: *τοὺς εἰ μή τις αὐτοὺς ἀποκτείνῃ τοῖς θεοῖς εἰδότας χάριν*, pro soloeco *ἀποκτείνῃ* rescribe *ἀποκτΘΝΘΙ*, *ἀποκτενεῖ*.

Similiter pag. 644. 11. pro *οὓς εἴ τις ἀποκτείνῃ — πολιτείας ἀντ' ἀδικήματος εἰληφὼς ἔσαι τιμωρίαν.* certa loquendi lex *ἀποκτΘΝΘΙ* requirit.

Libanius I. 647. 12. *μάλιστα μὲν γὰρ μηδεμίαν (πόλιν) περιοπτέον οὐδὲ τὴν σμικροτάτην οὐδὲ τὴν ἐν σκοπέλῳ κειμένην.* Phocylides apud Dionem Chrysost. Tom. II. pag. 79.

καὶ τόδε Φωκυλίδεω· πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
οἰκεῦσα σμικρὴ κρέσσων Νίνου ἀφραινούσης.

Pag. 655. 8. *αἱ δὲ ἐλπίδες αἱ μὲν ᾗξειν λόχον ἐπὶ τῷ τῶν παραπιπτόντων φόνῳ, ἡ δὲ οὐ κτενεῖν μὲν δι' ἁρπαγῆς δὲ τὰ πάντων* Θξειν. Cum Reiskio scribendum Ἡ *μέν*. Duae erant opiniones Antiochensium post seditionem, aut immissa cohorte obvium quemque passim contrucidatum iri, aut caedem non

futuram sed bona omnium iri direptum. Itaque scribendum δι' ἁρπαγῆς δὲ τὰ πάντων Ἥξειν. Exquisite enim δι' ἁρπαγῆς ἰέναι dicebant pro διαρπάζεσθαι.

Libanius I. 660. 8. Utinam, inquit, Diocletianus non tan proclivis ad civium caedem fuisset! οὕτω γὰρ οὐμὸς πατὴρ τ τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ ποτὲ σῶμα ὑπεδέξατο καὶ τῇ τετμημένῃ κ φαλῇ συγκατέCKαψεν οὐκ ὀφειλούσῃ δίκην. Optime Reiske συγ κατέΘαψεν emendavit. Praeterea leg. ΟΤ γὰρ ΑΝ οὐμὸς πατ κτέ. Quis non saepe vidit οὕτω et οὐ confusa, aut γάρ pro γὰ ἄν scriptum?

Hinc emenda Hesychium v. Πόθεν: — μεθ' ὑποκρίσεως ἀν τοῦ οὕτω. imo vero ἀντὶ τοῦ οὔ.

Libanius I. 669. 5. σὺ δὲ οὐK ἂν αἰτιαθῇς οὐδὲ ἐν φόβῳ ζ ἐᾷς. Qui αἰτιαθείης reposuerunt auxerunt malum. Una tantu literula vitium concepit. Legendum οὐC ἂν αἰτιαθῇς, Graec lorum errore αἰτιαθῆναι pro αἰτιάσασθαι posito.

Pag. 671. 12. χρησὸς δὲ ὢν καὶ Φιλόδωρος (Theodosius q Antiochensibus pepercit) χαρίζεται καὶ τῷ μεγάλῳ συνεδρίῳ κ τῷ μεγάλῳ δήμῳ τὸ καὶ ταῖς ἐκείνων ἱκετείαις πεπρᾶχθαί τι τ ἐπιεικεςέρων. Quaerit Reiske: „quisnam est ὁ μέγας δῆμος e μικρός?" Perspicuum est τὸ μέγα συνέδριον καὶ τὸν μέγαν δῆμ dici *Senatum populumque Constantinopolitanum*, quorum lacrym et precibus Theodosius dixerat sese ad clementiam motum ess id quod sequentia liquido demonstrant: ἐπεὶ ἔγωγε πέπεισμ ταῦτα ἂν γενέσθαι τἀναντία βουλομένων οὐκ ἐκείνων μόνον ἀλ καὶ πάντων ἀνθρώπων, ubi scribendum: ταὐτὰ ἂν γενέσθαι, pe *suasum habeo* eadem *futura fuisse nolentibus non* illis *tanti* (Constantinopolitanis) *sed etiam quidquid est ubique hominum.*

Pag. 694. 7. τῶν λεγομένων κεΦάλαιον ἃ τήνδε μέλλοντα τ πόλιν ἐπικλύσειν ἔςησας. Inserta vocula legendum — κεΦάλα (ὅτι) ΤΑ τήνδε κτέ.

Sequitur: ἡμεῖς μὲν οὖν χαλκῶν ἐμνημονεύομεν εἰκόνων, — ἀλ αἱ μὲν οἷός τις ΑΝΗΡ τὸ σῶμα δεικνύουσι, ψυχῆς δὲ εἶδος τ ἔργοις μηνύεται. Quid sibi vult ἀνήρ in hac sententia? Nihil pro sus. At tu emenda: οἷός τις ΑΝΗΙ (ἂν ᾖ) τὸ σῶμα.

AD TOM. II.

Libanius II. 1. 14. ὧν ἕνα τοῦτον εἰδὼς τὸν θαυμαστὸν Ἑλλέβιχον. Scrib. ἕνα τουτονὶ εἰδώς. Erat ΤΟΤΤΟΝΘΙΘΙΔΩC. Tom. II. 239. 5. ὧν εἷς οὗτος Τισαμενός, verum est οὑτοσί, ut recte legitur pag. 240. 11. οὑτοσὶ τοίνυν Τισαμενός. et 244. 13. μεγίστη ταῖς δίκαις ἄνθρωπος οὑτοσὶ βλάβη, sed latet articulus plane necessarius in ΑΝΘΡΩΠΟC. Leg. ἄνθρωπος οὑτοσί.

Pag. 2. 2. οἶμαι γὰρ αὐτὸν διὰ τὸ πεπεῖσθαί με τὰ παρόντα ἐπαινέσΑΙ σεσιγηκέναι. Reiske: *fateor me locum hunc non intelligere.*" Scribe ἐπαινέσΘΙΝ et omnia erunt perspicua.

Veteres ἐπαινέσομαι dicere solebant, sed in his passim peccant Graeculi ἀκούσω dicentes et ᾄσω et γελάσω pro ἀκούσομαι, ᾄσομαι, γελάσομαι.

Pag. 3. 1. ἔδει μὲν ἡδεῖαν τότε ἀνθρώποις γενέσθαι τὴν ἀκοήν. In ΤΟΤΘ latet ΤΟΙC, ἡδεῖαν τοῖς ἀνθρώποις.

Libanius II. pag. 5. 2. sic scribendum: Ἀρκαδίῳ δὲ τί ΤΑΝ τις ἐγκαλέσειε; τῷ δὲ μετ' ἐκεῖνον τί; τῇ δὲ τούτων μητρί; Vulgo ἂν abest et legitur ἐκεῖνον τι ὁ τῇ δέ. Nota interrogandi (;) interdum in δέ convertitur, nunc in ὁ mutata est.

Tom. IV. pag. 811. 5. διὰ ταύτην οὖν, φησὶ, νόμον εὖ ἔχοντα λύσομεν δὲ καὶ μάλα δικαίως. Verum vidit Bastius: — εὖ ἔχοντα λύσομεν; καὶ μάλα δικαίως. In minutissima Codicum scriptura (;) et compendium voculae δέ accentu tantum dignoscuntur.

Pag. 6. 10. περὶ τάΦους τοῖς πολλοῖς ἡ Φροντίς. Leg. περὶ τάΦΟΤ. *Plerique* nulla salutis spe reliqua *de sepultura cogitabant.*

Pag. 8. 7. ἀλγήσοντα δὲ ΄ΘΝ ταῖς τῶν ἡμαρτηκότων ἀπωλείαις. Ex perpetuo Graecitatis usu scribendum ΄ΘΠΙ ταῖς. Constanter omnes dicebant χαίρειν, ἀνιᾶσθαι, λυπεῖσθαι, μέγα Φρονεῖν ἐπί τινι, non ἔν τινι. Aristophanes *Vesp.* 1317.

ἐπὶ τῷ κομᾷς καὶ σεμνὸς εἶναι προσποιεῖ;

Pag. 16. 5. leg. οὐ γὰρ ἦσην οὗτός τε καὶ ὁ κοινωνὸς ἀπο-

κτεῖναι κυρίω, ψήφῳ ΔΕ βασιλέως ἐφυλαξάτην, ΤΟ ΜΕΝ αὐτῶν ἐν τῇ κρίσει σήσαντες, τὰ δὲ ἐφεξῆς τῇ βασιλείᾳ τηρήσαντες. Vulgo δέ omissum et editur ἐφυλαξάτην τὴν τομὴν αὐτῶν.

Pag. 17. 2. καινὰς ἐπὶ ταῖς εἰωθυίαις δεήσΕCIN εὑρίσκοντος. Ratio et dicendi usus postulant δεήσΕIC, quod scribae de more ad vicinum vocabulum accommodarunt.

Pag. 20. 1. εἰπὼν οὖν αὐτὸς ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν, εἰ παρὰ τῶν ταῦτα ὑπηρετούντων ἕτερόν τι γένοιτο ἔφη καὶ εἴδῃ σου κείσεσθαι. Emenda: εἰ ΔΕ παρὰ τῶν — ἔφη κἂΝ ΥΙΔΗΙ ΟΤΚ ΕΙCΕCΘΑΙ. ἔφη κἂν ἴδῃ οὐκ εἴσεσθαι.

Pag. 30. I. ἐν δὲ τοῖς ὀσοῖς τούτοις ἐνεῖναί φησι καὶ ΤΑξιάρχων καὶ λοχαγῶν. Supple καὶ ΤΑ ταξιάρχων.

Pag. 31. 14. ubi de Iuliani caede scribit: ὁ δὲ προσπεσὼν ἦν καὶ τρώσας ***ός τις ἐντολὴν πληρῶν τῷ σφῶν αὐτῶν ἄρχοντι, manifestum est χριστιανός τις olim scriptum fuisse, quod cur sit obliteratum apparet.

Pag. 43. 5. αὐτὸ δὲ (τοῦτο) — βεβαιοῖ μου τὸν λόγον τὸν ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἐλαύνεσθαι λέγοντα τὴν γῆν, τὰ δὲ τελευταῖα ταῦτα πῶς οὐ σαφῶς κακοδαιμονΟΥντων; Clamat sententia reponendum esse κακοδαιμονΩντων, id est ὑπὸ κακοῦ δαίμονος ἐλαυνομένων. In antiqua Graecitate ex κακοδαίμων formatur κακοδαιμονᾶν tantum, recentiores finxerunt verbum κακοδαιμονεῖν pro ἀτυχεῖν, quod verbo εὐδαιμονεῖν responderet. Vetus forma ex usu populi exemta in causa fuit ut scribae noviciam, quam solam noverant, substituerent sententiae securi.

Sic nulla est dubitatio, quin Demosthenes pag. 93. 24. ubi omnes libri servant: νὴ Δία, κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ, dixerit κακοδαιμονῶσι, quo ipso ex loco Libanium, qui Demosthenem tenebat memoriter, suum κακοδαιμονώντων sumsisse suspicor.

Arctissima cognatio est et formae et significationis inter κακοδαιμονᾶν et simplex δαιμονᾶν, quemadmodum inter χολᾶν et μελαγχολᾶν.

Caeterum notandum est κακοδαιμονεῖν pro κακοδαίμονα εἶναι non esse verbum populi sed philosophorum *de vita beata* disserentium.

Libanius II. pag. 44. 12. φήσουσι τοίνυν με πλάττειν οὐκ ὄντα φόΒον τινές· τῶν γὰρ ἐναντίων ἕνα εἶναι τὸν ἀπεκτονότα. Sententia clamat φόΝον verum esse, quod in Codice repertum temere spreverunt. De eadem re pag. 47. 11. τί λοιπὸν ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις εἶναι τὸν φονέα;

Pag. 48. 4. ἀλλ' ὑμᾶς γε ΧΡΗ καὶ οὕτως ἀνιχνεῦσαι. — εἰ ταῦτα παρ' ὑμῶν ἐγίγνετο πολλοὺς ἂν εἼΔετε τοὺς βοῶντας, τοὺς λέγοντας, τοὺς διδάσκοντας τίς ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ φόνου. Docet quid olim factum oportuisset. Itaque scrib. ἀλλ' ὑμᾶς γ' ἐχρῆν pro χρή. Tum leg. πολλοὺς ἂν εἴχετε pro εἴδετε. Neque enim ἰδεῖν habet in hac re locum, et si haberet sine articulo dictum oportuit εἴδετε βοῶντας, pro τοὺς βοῶντας.

Libanius II. 56. 3. εἰ γὰρ θρήνου μὲν ἄξιος Ἕκτωρ τῷ Διὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν θυσιῶν, ἐγκαλεῖται δὲ ὁ Ζεὺς ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τοῖς Ὀδυσσέως πλάνοις ὡς ἀμελῶν ἀνθρώπου ** τεθυκότος, τίνα εἰκὸς εἰρῆσθαι περὶ τούτου (Iuliani) τοῦ τὰς ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς ΔΕΚΑ ἔτεσι παρελθόντος θυσίας; Amissum est vocabulum sententiae prorsus necessarium ἀνθρώπου ΠΟΛΛΑ τεθυκότος. Praeterea mendosum est ΔΕΚΑ, in quo se mire torquet Reiskius. Verum est ἐν τοῖς ΔΤ' ἔτεσι, nempe ἃ ἦρξεν. Iulianus enim non *ante* Diis sacra facere coeperat quam esset imperio potitus. Deinde *per biennium* nullum intermisit diem quin uni aut pluribus Diis sacrificaret.

De brevi Iuliani imperio Libanius cum Iove sic expostulat Tom. I. 621. 22. ἀλλὰ Λυδῶν μὲν βασιλεῖς, ὦ Ζεῦ, σπέρμα Γύγου (ΤΟΤ add.) τὴν χεῖρα μὴ καθαροῦ ὁ μὲν εἰς ἔτη προῆλθεν ἐννέα καὶ τριάκοντα, ὁ δὲ εἰς ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος ὁ δυσσεβὴς δορυΦόρος εἰς δυοῖν δέοντα τετταράκοντα, τούτῳ δὲ (Iuliano) ΤΡΙΤΟΤ προσάψασθαι μόνον ἐπὶ τοῦ μείζονος θρόνου δέδωκας.

Libanius II. pag. 65. 23. ἡνία τις αὐτῷ παρὰ τῆς σῆς γνώμης

Βέβληται. Natura rei et loquendi usus requirunt ἐΜβέβληται, ut apud Anacreontem nobili loco:

καλῶς μὲν ἄν τοι τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι.

et passim, ut Latine *iniicere* frena.

Pag. 66. 5. ἐπαινοῦσι δὴ τὸν εἰπόντα·

τύχη τὰ θνητῶν πράγματα.

Notus versiculus est:

τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

id est Cicerone interprete in *Tusc. Quaestt.* V. 9:

vitam regit fortuna, non sapientia.

Pag. 66. 24. χρὴ γὰρ οἴεσθαι καὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι ἐν οὐρανῷ θρόνον. Melius Iuvenalis:

Nos te,
nos facimus, Fortuna, deam coeloque locamus.

Pag. 68. 29. ὁ μέν γε (σιγματίας) ἐφέντος τοῦ δεσπότου τεῖχος ὑπὲρ τοῦ μετώπου θριξὶν ἐπικαταβῆναι συγκαλύψας τοὔνειδος γελᾷη ἂν ὡς δὴ οὐκ ἐσιγμένος. Est operae pretium cum his comparare locum Diphili apud Athenaeum pag. 225. A.

ἐνταῦθα γοῦν ἔστιν τις ὑπερηκοντικὼς,
κόμην τρέφων μὲν πρῶτον ἱερὰν τοῦ θεοῦ,
ὥς φησιν· οὐ διὰ τοῦτο γ' ἀλλ' ἐσιγμένος
πρὸ τοῦ μετώπου παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει.

Avari homines inquit, Tom. II. pag. 69. 20. φίλου ἀξιοῦντος εὐπαθεῖν ἀπὸ χρημάτων σκοτοδινιῶσιν. Est aliquid inter εὐπαθεῖν et εὖ παθεῖν, quod loci sententia postulat. Frequens haec confusio est, etiam inter εὐπαθοῦντες et εὖ παθόντες.

Libanius II. 70. 19. γίνεται δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνὴρ ἐρῶν Μεσσηνίων δουλότερος. Proverbia huiusmodi ex Comoediis fere desumta sunt et metro ligata. Menander aut quis alius Comicus dixerat:

γίγνεται δ' ἐρῶν ἀνὴρ | Μεσσηνίων δουλότερος

aut:

ἀνὴρ ἐρῶν γὰρ δουλότερος Μεσσηνίων.

Pag. 71. 3. *τεθναίη θᾶττον ἢ προαπείποι.* Supple *θᾶττον* (ʽΑΝ) *ἢ προαπείποι moreretur* citius.

Quod est nonnullis locis obscurum quid sit *ὑποκορίζεσθαι*, perspicuum fit verbis Libanii II. 74. 2. *καλοῦμεν δὲ τῶν μὲν δούλων ἡμᾶς αὐτοὺς δεσπότας, τοὺς δὲ ἡμῶν αὐτῶν δεσπότας ἄρχοντας ὑποκοριζόμενοι τὴν ἀνάγκην εὐφήμῳ ῥήματι.*

Libanius II. pag. 75. 3. *οἱ μὲν δὴ χειρουργοὶ τέχναι αἵ τε ἄλλαι καὶ οἱ τὸν χαλκὸν ἐλαύνοντες ἄγρυπνοι.* Dittographia locum hunc vitiavit. Leg. *οἱ μὲν δὴ χειροτέχναι* ΟΙ *τε ἄλλΟΙ καὶ οἱ κτέ.* Erat in vetusto libro *χειροτέχναι.* Passim a Libanio *χειροτέχναι* appellantur, ut pag. 80. 18. *οὐ χειροτέχνης, οὐ ςρατιώτης.* et pag. 102. 18. et alibi.

Memorabilis locus est apud Libanium II. 76. 21. de disciplina sacerdotali apud Veteres, ubi ait: *θεῶν ἱερεῖς δόξειαν ἄν τισιν ἐλεύθεροι. ἀλλ' εἰ νόμοι δεσπόται — μείζων ἐν ἱερεῦσιν ἡ δουλεία. πλείους γὰρ οἱ νόμοι, οἱ μὲν ὅσοιπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, οἱ δ' ἐκείνοις διαλεγόμενοι μόνοις βρώσεώς τε πέρι καὶ ποτοῦ καὶ κουρᾶς καὶ ὑποδήσεως* (leg. *ὑποδΕσεως*) *καὶ ἀμπεχόνης καὶ ςρωμνῆς καὶ τῶν ἔτι βραχυτέρων ὡς περὶ τῶν μεγίςων, καὶ δεῖ δὴ ζῆν ἐντὸς τῆς ἀκριβείας ταύτης ἢ οὐκ ἔςαι συγγνώμη.* Praeterea, inquit, *in calamitatibus publicis populus sacerdotibus ob sacra neglecta irascitur et vim infert.*

Sunt in libris nonnumquam miri quidam ac portentosi errores, quia scribae ex Codice perroso aut lacero quod in buccam venit temere scribunt: quale est hoc apud Libanium II. pag. 84. 3. *οἷόν τι πάλαι γενέσθαι φασὶν ἐν τῇ πρὸς Μαντινείᾳ φιλανθρωπίᾳ τοὺς ςρατηγοὺς ὑπὸ τῶν ςρατιωτῶν ἀκοντισθῆναι.* Quid absurdius dici potest quam *ἡ πρὸς Μαντινείᾳ φιλανθρωπία*? Quia de acie ac proelio sermo est, emergit *ἐν τῇ πρὸς Μαντινείᾳ ἱππομαχίᾳ* (Xenoph. *Hellen.* VII. 5. 16. sqq.) in qua Xenophontis filius fortiter pugnans occubuit. Nemo tamen memoriae prodidit in ea pugna duces a militibus suis esse caesos.

Apud Libanium II. 86. 2. locus est ubi eaedem sententiae

bis verbis diversis enuntiatae leguntur. Secunda scriptura pag. 87. 17.—88. 4. genuina est et ab ipso Libanio profecta. Priorem vero pag. 86. 2.—87. 8. ad lacunam Codicis explendam nescio quis olim ex vetere interpretatione Latina neque perite neque eleganter concinnavit. Notum est idem in Simplicii libro *de Coelo* usu venisse.

Libanius II. pag. 88. 1. *καὶ ὁ Ζεὺς ἔφενεν „ὅθ' ἐὸν φίλον υἱὸ ὁρᾶτο" πονοῦντα ἐν τοῖς ἄθλοις, οὓς ὁ Σθενέλου προὔβαλλεν. ἐμὲ δὲ δοκεῖ μηδ' αὐτὸς διαφεύγειν δουλείαν. τὸ γὰρ καταφυγὴν κατασκευάσασθαι τὸν* ΠΙΘΟΝ — *δοῦλον ἐποίει τὸν ἐν τῇ τάξει τοῦ κελεύοντος.* Reiske: „*quod* dolium *significetur*, *sub quo* Iupiter *se abscondiderit haud intelligo.*" Facile credo; sed non de Iove haec dici sed de Eurystheo, Stheneli filio, certum est. Emenda igitur: *ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδ' αὐτὸς* ΟΤΤΟC *διαφεύγειν δουλείαν*, id est *ὁ Σθενέλου Εὐρυσθεύς, ὁ ὢν ἐν τῇ τάξει τοῦ κελεύοντος.* Eurysthei *dolium* commemorat Diodorus Siculus IV. 12. : *ἰδὼν ὁ βασιλεὺς* (*Εὐρυσθεὺς τὸν Ἡρακλέα τὸν κάπρον*) *ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντα φοβηθεὶς ἔκρυψεν ἑαυτὸν εἰς χαλκοῦν πίθο* Idem Apollodorus narrat *Biblioth.* II. 5. *φασὶ δὲ ὅτι δείσας* (*Εὐρυσθεὺς*) *πίθον αὐτῷ χαλκοῦν εἰσκρυβῆναι ὑπὸ γῆς κατεσκεύασεν.* Manifestum est hunc ipsum esse *πίθον*, de quo loquitur Libanius: itaque non ad Iovem, sed ad Eurystheum haec esse referenda.

Libanius II. pag. 88. 25. *καὶ ἀποθνήσκοντί γε* (*δούλῳ*) *φόβος οὐδεὶς ταφῆς. περιταφέα γὰρ αὐτὸν ἔχει τὸν δοκοῦντα μὲν δεσπότην ὄντα δὲ δοῦλον.* Optime Dindorf. ad St. Thes. emendavit *φόβος οὐδεὶς ταφῆς πέρι. ταφέα γὰρ ἔχει κτέ.*

Mirifico errore in libris confunduntur *μΑκρός* et *μΙκρός*, ut II. 90. 12. *γεγόναμεν οὐκ ὀλίγων ἤδη δεσποτῶν ἐν μικρῷ χρόνῳ* Antiochia enim et tota Syria mutavit saepius dominos sed per longam annorum seriem *ἐν μΑκρῷ χρόνῳ.*

Pag. 99. 7. *ἀλλ' ὅπως μοι φυλάξΗΙC διὰ τέλους τὸν νόμον* Omnes et veteres et recentiores constanter eo sensu dicebant *ὅπως* — *φυλάξϵΙC*, sed pari fere constantia librarii coniunctivum etiam cum barbarismo substituunt.

Pag. 103. 2. de saltatorum et mimorum nequitia et avaritia indignabundus scribit: δεῖ γὰρ αὐτοὺς κατέχειν δόσεσι καὶ δεδιέναι δρασμόν. εἶτ' οὐκ εὐχόμεθα τοῦτο γενέσθαι τἀγαθὸν (id est ἀποδρᾶναι αὐτούς) καὶ τὴν νῦν οὐ καθαρὰν γενέσθαι πόλιν. Suadente sententia iterandum est καθαράν, ut sit: τὴν νῦν οὐ καθαρὰν (καθαρὰν) γενέσθαι.

Pag. 103. 11. ὡς κακῶς πράξοντος τοῦ θεάτρου μὴ τούτων προCΤεθέντων τῶν χρημάτων. Alius liber προΤεθέντων: nondum est satis, namque expuncta literula scribendum προϵθέντων τῶν χρημάτων. Paullo ante dixerat: μενοῦσιν εἰ καὶ μηδεὶς τοῦτο διδοίη τἀργύριον. Notum est et frequens προῖεσθαι χρήματα. II. pag. 219. 15. ἃ πρόοιτ' ἄν τις πολλῶν συνειδότων οὐκ ἔχων τοὺς εἰσομένους κρεῖττον ἡγήσατο μὴ δοῦναι.

Plane gemellum mendum olim maculabat locum Isocratis pag. 146. B οὐ γὰρ ἐδέδισαν μὴ — πολλὰ πράγματα σχόντες μέρος τι κομίσαιντο τῶν προCθεν ˇONτων pro προϵΘϵNτων.

Pag. 107. 4. ὥσπερ Ἀπὸ νόμου προστεταγμένον. quis dubitat quin Ὑπὸ νόμου sit unice verum?

Pag. 116 5. ὁ μὲν γὰρ οὐκ εἶχε χάριν τοῦ εἰωθότος τυχϵIN, οἱ δὲ ἠγανάκτουν ὀΦειλομένων ϛερόμενοι. Durissime Reiske τοῦ (TOT) εἰωθότος. Leg. οὐκ εἶχε χάριν τοῦ εἰωθότος τυχΩN. Nunc demum apte et concinne verba composita sunt: ὁ μὲν — τυχών, οἱ δὲ — ϛερόμενοι.

Pag. 121. 19. ἀποδόμενος τοὺς ἀγροὺς καὶ μικροῦ τὴν τιμὴν ἅπασαν αὐτοῦ Φαγών. Leg. ἅπασαν ΚΑΤΑΦαγών, quod est in tali re perpetuum et necessarium. Quid notius quam τὰ πατρῷα κατεδηδοκώς? et sic καταπίνειν τὴν οὐσίαν, κατακυβεύειν, κατοψοΦαγεῖν et multa similia dicebantur.

Libanius II. pag. 127. 4. οὐκοῦν χείρων μὲν ἐντεῦθεν ὁ ἀθλητὴς, χείρων δὲ ὁ ϛρατιώτης Φευγόντων τὴν οὐδὲν πλέον αὐτοῖς Φέρουσαν ταλαιπωρίαν. Reiske temere Φευγόντων tentavit nescius esse Atticam formam *imperativi*, quod si sciolis suboluisset de more Φευγέτωσαν supposuissent, ut multas alias formas Atticas obliterarunt.

Pag. 129. 3. θαυμαστός γε ἡμῖν ἥκεις τοῖς λόγοις ἐπίκουρος, ὃς καὶ τοὺς τὸν ἄλλον ΘΙΔΟΤΑC χρόνον ἐξέμηνας καὶ ζητεῖν ἔχειν ἃ τέως οὐκ ἠξίουν ἐποίησας. Mendosum est εἰδότας. Sententia clamat pro εἰδότας rescribendum esse CΙΓΩΝΤΑC. Qui *tacebant* antehac nunc volebant oratores esse videri. Male supplevit aliquis Codicis lacunam CI***TAC.

Libanius II. pag. 132. 10. μέρος γε ἕν τι — ἀποδίδως. Leg. μέρος ἕν γέ τι. Summa constantia Graeci omnes eo sensu dicebant εἷς γέ τις, ἑνός γέ του, ἑνί γέ τῳ, ἕν γέ τι, ἀμωσγέπως et sim. Recte Reiske I. pag. 114. 4. reposuit: δι' ἑνός γέ του τῶν ὑπὸ τὴν βάσανον ἀγομένων. pro δι' ἑνός γε τούτων.

Pag. 140. 5. ὁ δ' ΘΙΧετο τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὸν ἄργυρον. Non est sanum εἴχετο in tali re. Veram lectionem monstrat locus in vicinia 139. 26. ἑλκύσθη τοῖς σκεύεσι τοῖς ἀργυροῖς, nempe ΘΙΛΚετο τῇ τέχνῃ. *Trahuntur* homines cupiditate et illecebris.

Pag. 167. 5. recipienda est Reiskii coniectura: ὅτου γὰρ ἂν ἱερὸν ἐκκόψωσιν ἀγροῦ οὗτος (vulgo τούτῳ) τετύφλωταί τε καὶ κεῖται καὶ τέθνηκε. ψυχὴ γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὰ ἱερά.

Pag. 172. 9. πῶς δὲ οὐκ ἐν οἷς πράττουCΙ ΚΑΙ τῇ σῇ γνώμῃ πολεμοῦσι; Molesta est copula quae nihil copulat: at tu supple: πράττουσι COI καὶ τῇ σῇ γνώμῃ πολεμοῦσιν;

Libanius II. 173. 2. ταυτὶ δὲ [τὰ] παρὰ τούτων ἐλέγετο μὲν καὶ παρὰ Φλαβιανῷ πολλάκις, ἠλέγχθη δὲ οὐδεπώποτε. Expunge τά. Graeculorum vitio dicitur ΠΑΡΑ τούτων ἐλέγετο pro ὑπὸ τούτων.

Pag. 177. 7. ἐν ταῖς τραγῳδίαις ὁ τὸν τύραννον εἰσιὼν οὐκ ἐστὶ τύραννος. Eodem modo dixit Tom. III. 376. 7. ὁ τὴν Πλαγγόνα εἰσιών. Sumsit hoc loquendi genus a Demosthene pag. 418. 14. ἐν ἅπασι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τοῖς τριταγωνισταῖς τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι.

Pag. 182. 3. τὸν Νεῖλον δὲ ἐστιᾷ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἀρούρας

πείθουσα (sic Reiske: Codd. πείθοντα), ὧν οὐ ποιουμένων ὅτε τε χρὴ καὶ παρ' ὧν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐθελήσειεν. Ostendi alio loco scribendum esse: τὸν Νεῖλον δὲ ΙΘΡΑ ἐςι ΤΑ — πείθοντα. Nunc demum intelligitur: ὧν οὐ ποιουμένων.

Libanius postquam dixit II. 196. 1. principem Theodosium ab improbis hominibus esse deceptum (τοιοῦτον ἐργαςήριον ἠπάτησΘΝ. leg. ἠπάτησέ CΘ.) blandissime addidit: πολλοὺς δὲ καὶ θεοὺς παρὰ τῶν ΘΕΩΝ μαθόντες ἴσμεν ἀπατηθέντας. *Multos deos quoque* (inquit) *scimus esse deceptos edocti a* — a quibus? An ab ipsis Diis? Credebantur stultissime Dii immortales coram praesentes cum Iuliano confabulari, sed non cum Libanio, opinor. Unde igitur Deos quoque esse deceptos sciebat? Nempe ab Homero et Hesiodo. Noti sunt Xenophanis versiculi:

πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε.
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν.

Emenda igitur: παρὰ τῶν ποιητῶν μαθόντες. Compara locum II. 87. 32. ἑπομένοις τῇ παρὰ τῶν ποιητῶν διδασκαλίᾳ δουλεῦσαι λεγούσῃ τὸν Ἡρακλέα.

Pag. 202. 2. ἦν σοι, ὦ βασιλεῦ, κηρῦξαι· „μηδεὶς (ΔΘ) τῶν ὑπ' ἐμοὶ νομιζέτω θεοὺς μηδὲ τιμάτω." Sententia loci respuit additum δέ.

Fanatici monachi templa paganorum vastabant opesque diripiebant. Tom. II. pag. 203. 10. „*quo iure?*" quaerit Libanius. πῶς δὲ τὰ μὲν καταφέρουσι, τὰ δ' ἁράμενοι φέρουσιν; Non est hic verbo καταφέρειν locus. Sententia postulant *vastant*, *delent*, *solo aequant:* itaque τὰ μὲν καταΦΘΕΙρουσιν emendandum. Notum est φθείρειν et φέρειν sexcenties inter se confusa esse. Ostendi saepe alias, ostendi nuper novo exemplo ad Strabonem.

Libanius II. 206. 6. ἀμφοτέρων εὐεργέτης εἰκότως ἂν δοκοίην οἷς τε συμβουλεύω καὶ ΠΕΡΙ ὧν παρελήλυθα. Leg. καὶ Ὑπὲρ ὧν.

Libanius II. pag. 207. 8. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἃ ΔΗ κεῖται τῶν ἐν τοῖς διδασκαλείοις κακῶς. Leg. ἃ ΔΙΑκειται ἐν

τ. δ. κακῶς, ut pag. 218. 7. τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἴσως μὲν αὐτὰ καλῶς διάκειται, et sic omnes loquuntur.

Deplorans Libanius collegarum inopiam et miserias pag. 210 ita dicit: συγκαθήμενοι πρὸς ἀλλήλους τὰ αὐτῶν ὀδύρονται, ὡς δεινοτάτων τῶν αὐτοῦ μνησθεὶς ἀκούει χαλεπωτέρΩΝ. P lat Graecitatis usus χαλεπώτερΑ.

Pag. 215. 5. οἱ γὰρ ἐκ τοῦ παιδεύειν πεπλουτηκότες ἐν ἔμπροσθεν χρόνοις δόξαν πεποιήκασιν ὡς τῆς τέχνης μάλιστα ν χούσης ϵΝεργάσασθαι χρήματα. Vitiose abundat praepos ἐργάζεσθαι χρήματα omnes in ea re dicebant.

Libanius II. pag. 215. 19. πότερ' οὖν ὑμῖν δοκεῖ μέγα δύνα ῥητορικὴ — καὶ τὰς ἀρχὰς ἁπάσας οἱ λέγειν ἐπισάμενοι λα νειν — ἢ τοὐναντίον ἀπερρῖΦθαι καὶ ἀπεληλάσθαι καὶ περιυβρ καὶ τὸ τῶν Μεγαρέων πεπονθέναι [ῥητορικήν τε καὶ ῥήτορες] καὶ λόγου καὶ ἀριθμοῦ κείμενοι; Redeant in marginem ν ῥητορικήν τε καὶ ῥήτορες. Ad τὸ τῶν Μεγαρέων annotat Re „*ut ipsis urbe foroque interdicatur, ut olim Megarenses A exclusi sunt edicto.*" Nihil minus Libanius cogitat, sed o satur illi notissimum oraculum (Phot. v. ὑμεῖς δ', ὦ Μεγα

ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

unde multi sunt multorum ioci. Callimachus in noto grammate:

τῆς δὲ ταλαίνης
νύμΦης ὡς Μεγαρέων οὐ λόγος οὐδ' ἀριθμός.

Theocritus XIV. 48.

ἁμὲς δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι οὐδ' ἀριθμητοί
δύσανοι Μεγαρῆες.

hinc igitur Libanius sumsit suum ἔξω καὶ λόγου καὶ ἀριθ κείμενοι.

Pag. 217. 3. εὑρήσει — κρίνει. aequanda haec sunt et n legendum.

Libanium II. 220. 9. καὶ ὁ θηρίων πλῆθος ὠνούμενος καὶ

πρὸς ταῦτα μαχΟμένους ἰχνεύων. Numquam, credo, reperisset, sed τοὺς μαχΟΤμένους. Perfrequens in libris his error est. Sine mendo pag. 249. 8. θηρία δ' οὐκ ἐβούλοντο τρέφειν οὐδὲ τοὺς ταῦτα ὑπομενοῦντας ἀνθρώπους.

Pag. 220. 16. ἐνθένδε ΠΡΟC ἑτέραν ἀνιςαμένους πόλιν. pessime pro ЄIC ἑτέραν. Praepositionum siglae huiusmodi menda pariunt.

Pag. 228. 3. παροξύνειν — περιςήσειν. Leg. παροξυνεῖν.

Bis molestissimum τι ex sq. Π natum irrepsit pag. 229. 1. οὔτε ἔξω τούτων οὐδὲν ἐπράχθη [τι] Παρ' ἐμοῦ, et post pauca: ὄμνυμι πάντας θεοὺς μήτ' ἀκηκοέναι [τι] Παρὰ Μενεδήμου — μήτε συμβεβλῆσθαι μηδέν.

Pag. 232. 9. ἐν ξένοις, ἐν πολίταις, ἐν τοῖς ἐμΟΙ Φιλτάτοις. Sic Reiske; libri ἐμοῖς, quod unice verum est. τἀμὰ Φίλτατα Graeci dicebant, non τὰ ἐμοί.

Pag. 235. 10. τίς οὐκ οἶδε τὰς — ἐκείνων ἐμβολὰς — ὧν καθ' ἑκάςην Ἡρπάζοντο πόλεις. Urbs *rapi* non potest, sed *diripi*. Scrib. ἑκάςηN ΔΙηρπάζοντο.

Libanius II. 241. 21. ὥςε εἰ τούτῳ σεμνύνεσθαι δώσομεν κἀκείνοις, καὶ πολλῷ γε πλεῖον ἐκείνοις, ὅσῳ τῆς θεραπείας ἧς οὗτος ἀπέλαυεν οὐκ ἦν ἐκείνοις. Reiske: „*scil. ἀπολαύειν. frequens enim, sed saepe nimis durus est Libanius in ellipsibus.*" Est Libanius in iis nonnumquam paullo durior, sed vulgata lectio non est elliptica sed vitiosa. Correxerim: τῆς θεραπείας ἧς οὗτος ἀπΟλαύЄIN οὐκ ἦν ἐκείνοις. Nullo modo enim ἀπολαύειν omitti potuit, in ἧς οὗτος de more ellipsis est. Idem vitium maculat locum Demosthenis pag. 43. 15. εἴ τι πάθοι (Philippus) καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα [καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο] ἴσθ' ὅτι κτέ. Rectissime Dindorfius scioli emblema delevit. Verum esse arbitror: ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν ἐπιμελЄITAI, ἴσθ' ὅτι. Exortus est nescio quis qui non intellecta ellipsi in ἢ ἡμεῖς coniungeret ἢ ἡμεῖς ἐπιμελούμεθα deinde αὐτῶν additum est.

Libanius II. 245. 20. δῆμος δὲ πεισθεὶς ὡς ἄρχοι τοῦ ἄρχοντος καὶ ὑφ' ᾧ τέτακται τῷ νόμῳ τοῦτον ἐξ ὕβρεως ὑφ' ἑαυτῷ πεποίηται, πολλὰ κινῶν τῶν καθεσηκότων ἔρχεται. Reiske: „*aut κινήσων legendum est aut in ἔρχεται est vitium.*" Facillimum est emendare Ἄρχεται. Plurimis locis haec inter se perturbata videbis. cf. pag. 387. 8.

Pag. 247. 16. εἰ μέν τις ἐν ἀγορᾷ μαχόμενος ἢ ἄρχων χειρῶν ἢ καὶ ἀμυνόμενος. Ex certo et constanti Atticorum usu supplendum: ἄρχων χειρῶν (ἀδίκων).

Pag. 269. 23. εἰ οὖν ὑπὸ τῶν πολλοὺς ἀπεκτονότων ἔκεισΘΟΝ πληγέντε. Graecum est ἐκείσθην, et ἔκεισθον barbarum. Sed nesciebant hoc Libanius et Iulianus caeterique οἱ ἀττικῶς (non ἀττικιστί) γράφοντες.

Libanii discipuli in seditione Antiochina clam urbe cesserant, multum indignante magistro. ποίας δ' οὐκ ἀφῆκα φωνάς; (inquit Tom. II. pag. 270. 3.) τίνας δ' οὐκ ἐφθεγξάμην λόγους; θανατώντων εἶναι λέγων καὶ παραπαιόντων τὴν μετάστασιν καὶ τὰ μὲν ΔΕΔοικότων δεινὰ, τὰ δὲ δεινὰ θαρρούντων. Reiske δεδοικότων OT δεῖνα reponens auxit malum. Reperit enim loci sententiam, sed non habet ea verborum compositio Graecum colorem. Corrige τὰ μὲν ΑΔΕΑ ΔΕΔοικότων, τὰ δὲ δεινὰ θαρρούντων. Cur ἀδεᾶ perierit vides.

Libanium II. pag. 271. 5. de studiosa iuventute ita scribit: ἐπιθυμίᾳ μὲν ἀργίας ἦκον ἐκεῖσε, προσποιοῦνται δὲ τῶν ἡδέως ἐργαζομένων εἶναι. Sententia est: „simulant se lubenter studiis operam *daturos fuisse.*" itaque inserta vocula scribendum: τῶν ἡδέως ΑΝ ἐργαζομένων εἶναι. Querimur nonnumquam Professores de discipulis nostris aut impares aut imparatos studiis Academicis esse dictitantes, sed cum Libanii discipulis comparati tales esse videbuntur ut iis contenti esse possimus.

Pag. 275. 14. ἐγὼ δὲ Ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης ἐκλιπών τι τῶν εἰωθότων ἔχω τὸν γραφόμενον Graecum est Ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης.

Libanius II. 277. 8. *καὶ οὐκ αἰσχύνεται πόλεμον αἰρόμενος πρὸς τοὺς οὐκέτι λυπεῖν* OT ΔTN*αμένους*. Manifesto mendosa haec scriptura est. Periit una syllaba. Leg. *οὐκέτι λυπεῖν* OTΔ€N *δυναμένους*.

Idem vitium eximendum pag. 287. 13. *πότερον ἄμεινον — ἰσχύειν ἢ* MH ΔTN*ασθαι*; imo vero: *ἢ μη*Δ€N *δύνασθαι*.

Manifestum tenemus emblema pag. 290. 5. *οἱ τὸν ἱππόδρομον γεωργοῦντες* [*οἷς ἐντεῦθεν ἀργύριον*]. Corrumpit lepidum dictum frigida interpretatio.

Pag. 291. 20. *ἂν μὴ φεύγητε τὰ βιβλία μηδὲ ᾠδίω νομίζητε τούτων ἃ νῦν διῆλθον*. Corrige *νυν*ΔH (id est *ὀλίγον ἔμπροσθεν*). *διῆλθον*. Optime Graece dicendum est *ᾠδίω* - TΩN *ἃ νυνδὴ διῆλθον*.

Libanius II. 295. 25. *τοῦτ' ἐμοὶ τὰς πολλὰς τὰς νῦν ἀθυμίας ἐκβάλ*HI *τῆς ψυχῆς*. Quis non videt *ἐκβαλ*€I esse verum? Solent librarii - €I in - HI convertere, de qua re infra plura dicam.

Pag. 298. 5. *παραδοθήσεσθαι — ὑπομένειν*. imo vero *ὑπομενεῖν*.

Pag. 301. 22. *τὸν πλοῦτον ἐτέρωσε* KA*ταθέμενοι* sensu vacuum est. Leg. M€*ταθέμενοι*. ut pag. 302. 9. *μεταθέντες ἄλλοσε τὰ συνειλεγμένα*.

Pag. 307. 5. CTN*τυγχάνειν ἡμῖν τινὰς οὐκ ὀλίγους εἶναι δοκοῦντας φίλους*. Leg. 'N*τυγχάνειν*, id est *visere, convenire* aliquem de industria domi suae; *συντυγχάνειν τινί* est *casu alicui obviam fieri, fortuito incidere in aliquem*.

Pag. 308. 2. *εἴ* Γ€ *λέγειν βουλομένους ἐπεῖχον*. Leg. *εἰ* KAI *λέγειν βουλομένους*.

Libanius de sua erga discipulos indulgentia et facilitate loquens ita dicit Tom. II. 313. 12. *νέους δὲ παρ' αὐτοῖς ἀκούων* Γ€N€IA *τρέφειν οὐκ ἐποίησα τὸ τῶν ᾠδικημένων*. Quid igitur

deliquit iuvenum caterva? *Barbam alebant γένεια ἔτρεφον*, s erant omnes imberbes, ut opinor: idque *domi suae παρ' αὐτοῖς* at non poterant id facere, credo, apud alios. Peccabant id quod in patria nostra inauditum est et summo iure flagitiosu habetur, sed in Gallia Parisiis pervulgatum est. Quid igitu Non *γένεια*, sed *γύναια ἔτρεφον παρ' ἑαυτοῖς*. Proprium e in ea re verbum *τρέφειν*. Libanius IV. 675. 14. *ὁ δὲ ἑταίρα τρέφει τοῦ πατρὸς καταφρονῶν.*

Libanius II. 321. 12. *ὁ τὸ στρατόπεδον ἐπ' αὐτὸν πολλοῖς κ μεγάλοις ἀδικήμασι κεκινηκὼς καὶ τοῖς Ἰουλιανοῦ διασωθεὶς δάκρ σιν.* Reiske: „[*ἐπ' αὐτόν*] *Iulianum puta.*" Noli putare, qu si Iulianum in se concitasset eique princeps veniam dedisse dici non poterat Iuliani *lacrymis* esse servatus et ex capit periculo ereptus. Una literula correcta restituet rem. Le *ΘΦ' αὐτὸν κεκινηκώς*. Multis et magnis iniuriis homo dicit exercitus iram in se concitavisse, a quo quum ad necem exp sceretur Iulianus multis lacrymis militum iram deprecatus salutem attulit.

Libanius II. 322. 4. Iulianus, inquit, Phoenices praesidet te fecit: *σὲ μὲν γὰρ οὐκ ἡπίστατο, ὑπὸ φίλου δὲ ἐξηπατΑτ* Non *decipiebatur*, sed *deceptus erat* princeps, *ἐξηπάτΗτο*.

Post pauca pag. 323. 7. *εἰ τὴν ὥραν ἔφην ἐκεῖνον ἀποΔΘδόσθα* Natura rei *aoristum* postulat, *ἀποΔόσθαι*. Perfectum est *π πρακέναι*.

Libanius II. pag. 324. 13. *σὺ δὲ ἀνέσης καὶ ΑΝεπήδησα* Si quis *celeriter se proripit* aut *ἐκπηδᾶν* dicitur aut *ἀποπηδᾶ* itaque *ΑΠεπήδησας* scribendum. ut pag. 346. 26. *προσῆλ πρῴην τινὶ τῶν καλῶν καὶ ἐπειρᾶτο πείθειν. ὁ δὲ ἀπεπήδησεν.*

Pag. 348. 7. *ὁ δ' ἐκάθητο περὶ τὴν κλίμακα δακρύειν μὲν ο τολμῶν, — στένων δ' ἀδακρυτί.* Non poterat *circa* scalam sedere itaque emenda *ΠΑΡΑ τὴν κλίμακα*.

Libanius II. 356. 13. *ὁ δὲ ὅσῳ περ εἶχε τάχει διὰ τῶν κλι*

μάχων ἀναβάς. Graecum est ὥσπερ εἶχε τάχους, ut ὡς ποδῶν εἶχεν et sim. cf. IV. 458. 24. φεύξομαι ὡς ἔχω τάχους. et IV. 517. 17. ὡς ἔχουσι τάχους πορεύεσθαι. Postquam ὥσπερ in ὅσῳ περ conversum est *corrector* τάχϵI pro τάχΟΤC substituit.

Pag. 358. 8. δώροις ἐκείνους ἐΦ' ἑαυτῷ ποιούμενος. Quod loci sententia requirit Graece dicitur 'ΤΦ' ἑαυτῷ ποιούμενος.

Apud Libanium II. 366. 12. Alexander nescio quis filium ad artem oratoriam discendam Romam misisse dicitur. Rediit iuvenis Antiochiam mutus et elinguis, οὐδὲν εἰδὼς ὧν εἰδέναι χρῆν — οὐδὲν ὧν ἀνδραπόδου βελτίων. Rhetores Antiochenses igitur gaudio exsultabant: τοιούτου, inquit, ἥκοντος ἡμῖν ἀπὸ Ῥώμης ἑρμέου — καὶ τῶν Ἀττικῶν λόγων ὠΦελουμένων. Reiske putavit ἑρμέου esse nomen proprium et Alexandri filium *Hermeam* appellatum fuisse. Legendum est ἑρμαίου.

Ut apud Atticos sic passim apud Libanium si cui necopinato lucrum aliquod aut emolumentum insperatum evenisset id ἑρμαῖον vocatur. ut pag. 303. 19. ἑρμαῖον αὐτῶν τὴν τῆς πόλεως ἀτυχίαν ἡγησάμενος.

Iuvenes Antiochenses Decurionum filii studiorum causa aut Berytum proficiscebantur Iurisprudentiae daturi operam, aut Romam ad linguam et litteras Latinas cognoscendas. Reversi in patriam decurionatus vacationem impetrabant, ἵν' ἀΦορμὴν εἰς τὸ τὴν βουλὴν ἐκδῦναι τοὺς νόμους μὲν ἔχοιεν οὗτοι, τὴν γλῶτταν δὲ ἐκεῖνοι, teste Libanio II. pag. 538. 1.

Pag. 379. 3. Φρόντιζε τοίνυν τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ βούλϵI τοὺς φίλους ἐπαινέτας μᾶλλον ἢ μεμΦομένους ἔχειν. Pro βούλει scripserat βούλΟΤ.

Pag. 392. 4. γράμματα τῆς σῆς δεξιᾶς λαβὼν ταῦτα εἰς τὴν βουλὴν εἰσέπεμψε τῶν παρ' ἐκείνης τευξόμενΑ, imo vero τευξόμενΟC.

Pag. 396. 14. οὐδ' ἑτέρας πολιὰς αἰδούμενος, sensu vacuum est ἑτέρας: scrib. οὐδϵ ΤΑC πολιάς.

Pag. 397. 8. *καίτοι καὶ εἰ τοῖς ἄλλοις αὐτὴν βελτίω πεποιη κὼς* 'ϵN *τούτῳ μόνῳ λελύμαντο.* Vitiose abundat *ἐν.* Leger dum: 'ϵNI (*ἐνὶ*) *τούτῳ μόνῳ.*

Pervulgato Graeculorum errore scribitur pag. 399. 13. *ἀφ μεν εἰ δοκεῖ τὸν Ἀθηναίων δῆμον καὶ τὴν* ΠNTKA, pro τ Πύκνα. Memorabilis est *περὶ τῆς Πυκνός* locus apud Hesychiun Πνύξ: *τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι ἤγοντο* ΠΑΛΑΙ *μ πᾶσαι,* NTNI *δὲ ἅπαξ ὅταν ϛρατηγὸν χειροτονῶσιν.* Descripe haec nescio quis ad Platonis *Critiam* pag. 112. A. Πνὺξ *τόπ* Ἀθήνησιν *ἐν ᾧ (αἱ) ἐκκλησίαι* 'ϵΓΙΓNONTO *πάλαι μὲν πᾶσα* "TCTϵPON *δὲ ἅπαξ ὅταν* TON *ϛρατηγὸν χειροτονῶσιν.* Hui annotationis auctor vixit quo tempore Athenis comitia praetc creando semel quotannis haberentur, sed qui haec ad Plat nem adscripsit multis saeculis post id fecit quum esset oli de Athenis actum. Itaque pro *νυνὶ δέ* substituit *ὕϛερον δέ*, s negligenter retinuit *ὅτ*AN *τὸν ϛρατηγὸν χειροτον*ΩCIN quum re olim praeterita *ὅτε – ἐχειροτόνουν* dictum oportuisset. Rec autem servavit articulum TON *ϛρατηγόν*, idque veteri grar matico apud Hesychium necessario reddendum, quoniam *ὁπ* tantum *ϛρατηγὸς* tum Athenis creabatur, qui *σεμνῶς πάνυ* a pellabatur *ϛρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων*, sed nihil aliud curab quam annonam et rem frumentariam. Philostratus *de vit. Sophi* pag. 225. *Λολλιανὸς ὁ Ἐφέσιος προῦϛη τοῦ Ἀθηναίων δήμ ϛρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων. ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη* ΠΑΛ *μὲν κατέλεγέ τε καὶ ἐξῆγεν ἐς τὰ πολέμια*, NTNI *δὲ τροΦ ἐπιμελεῖται καὶ σίτου ἀγορᾶς.* Cognovi ex Iuliani oratione *laudem Constantii* pag. 8. C. Constantinum magnum honore hunc Athenis gessisse eaque re valde delectatum esse. *καλ ἴσως* (inquit) *ἐνταῦθα καὶ τῶν ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι, ἐκεῖνος* (Constantinus) *ἔργοις καὶ λόγοις τιμῶν τὸν πάντα χρόν διετέλει. Βασιλεὺς γὰρ ὢν καὶ κύριος πάντων* CTPATHΓC *ἐκείνων ἠξίου καλεῖσθαι καὶ τοιαύτης εἰκόνος τυγχάνων μετ' ἐπ γράμματος ἐγάνυτο πλέον ἢ τῶν μεγίϛων τιμῶν ἀξιωθείς.* Er ei statua *ϛρατηγοῦ* habitu posita est cum inscriptione ΚΑΛΩ CTPATHΓHCANTI idque summis honoribus anteposuit. N est oblitus Constantinus esse boni *ϛρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων* a nonam diligenter curare. Itaque, ut Iulianus pergit dicer

ἀμειβόμενος ἐπ' αὐτῷ τὴν πόλιν πυρῶν μεδίμνους δίδωσι πολλάκις μυρίους καθ' ἕκαστον ἔτος δωρεὰν καρποῦσθαι. Sed haec obiter; ad Libanium revertor.

Libanius II. pag. 400. 9. demonstrans multos esse nunc in curia decuriones obscuro et humili loco natos ita dicit: Τυχαμένης ὁ τῶν ἔργων ἐπισάτης ὁ Κρὴς χαλκοτύπου παῖς ἦν. — τί δαὶ Φίλιππος; τί δαὶ Δατιανός; οὐ τοῦ μὲν ὁ πατὴρ ἐχόΡΔευεν, ὁ δὲ Δατιανοῦ λουμένοις ἀνθρώποις ἐσθῆτας ἐΦύλαττεν; Multa molitur Reiskius ut quid sit ἐχόρδευε doceat. Debebat unam literulam eximere: ὁ πατὴρ ἐχόρευεν, id est χορευτὴς ἦν, *in theatris saltabat*, ut Demosthenes ad Aeschinem *de Cor.* pag. 315. 8. ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν.

Pag. 419. 6. καταΦρονούντων δ' ἦν, οἶμαι, τὸν Ἱπποκλείδην εἰπόντας μηδὲν εἰπεῖν ὧν νῦν ἀκήκοας. Tricatur in his Reiske: τὸν Ἱπποκλείδην εἰπόντας est εἰπόντας τὸ λεγόμενον „οὐ Φροντὶς Ἱπποκλείδῃ." notissimo proverbio ex Herodoto VI. 129.

Pag. 423. 1. οὐ δεδηγμένος ἀπέρχεταί τις τὴν καρδίαν εἰ ὁ χθὲς μαθητὴς τήμερον ἑτέρου γένηται. Soloecum est et contra loci sententiam εἰ Γϵνηται. Duplicata syllaba scribendum Γϵγένηται. In caeteris agnoscis Aristophaneum:

ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Libanius II. 429. 7. γραΦέσθω τὸν ἡμελημότα, — κἂν μὲν ΑΡκῇ ποιῆσαι κτέ. Ut in iudicio Romano de reo damnato pronunciatur *fecisse* VIDERI, sic in Graeco iudicio δοκεῖν usitatum est in ἔδοξεν ἀδικεῖν et sim. Itaque emendandum: κἂν μὲν ΔΟκῇ ποιῆσαι.

Libanius II. pag. 434. 16. ἐπιεικείᾳ κεκόσμηκε τὴν ψυχήν. — Φωνή τε αὐτῷ ΠΑΤΡΙΑ τό τε πρόσωπον ἐν μειδιάματος μέτρῳ. Absurdum est πατρία, at tu repone πραεῖα. ut apud Xenophontem in *Symposio* VIII. 3. οὐχ ὁρᾶτε ὡς σπουδαῖαι μὲν αὐτοῦ αἱ ὀΦρύες — πραεῖα δὲ ἡ Φωνή.

Pag. 442. 4. ἐπεὶ ΚΑΙ ΔϵΟΝ δῆσαι τὸν ἠναγκασμένον ὑπὸ

τοῦ νόμου κἂν ἀδικῆται σιγᾶν. Reiske „*sententia postulat* ἄδεια *aut* ῥᾴδιον *aut* δίκαιον." Ex his unice verum est ΓΡΑΙΔΙΟΝ. Supererat ΕΠΕΙ*ΑΙΔ*ΟΝ et sic nihili corrector καὶ δέον dedit sine sensu.

Libanius II. pag. 456. 19. βούλομαι δέ τί σοι διηγήσασθαι τῆς τούτων περὶ τὰ τοιαῦτα ἀργίας. Excidit nomen unde τῆς ἀργίας pendebat: nempe διηγήσασθαι (σημεῖον) τῆς — ἀργίας. Etiam aliis locis σημεῖον compendio scriptum intercidit.

Libanius II. pag. 460. 6. ἄρχεις δὲ οὔτ' εἰς Φῶς ἄγειν ἀδι— κήματα (leg. Τἀδικήματα) δυνάμενος οὔθ' ὑπηρετοῦσαν τοῖς τοῦ νόμου ΠΡάγμασι τὴν Φωνὴν παρέχειν. Notum est πράττειν et προστάττειν, πράγματα et προστάγματα inter se confundi solere. Habes novum exemplum.

Libanius II. pag. 479. 13. εἶτα τοσαύτῃ λῃσείᾳ καὶ κακοῖς ὑπηρεσίας ὄνομα ΜΕΤέθεντο. Prorsus a loci sententia alienum est μετέθεντο. Ut Tacitus dixit noto loco: *ubi solitudinem fecerunt pacem appellant*, sic Libanius: ὑπηρεσίας ὄνομ' ἔθεντο, ut pag. 503. 11. καὶ τοσούτοις κακοῖς τοὔνομα τοῦτ' ἔθεντο.

Pag. 519. 10. νῦν δὲ 'ΕΜβλέπουσι χρήματα. Reiske: „*malim* βλέπουσι *simplex*." Melius est corrigere: νῦν δὲ "ΕΝ βλέπουσι, χρήματα. ut pag. 544. 24. ἓν τοῦτο ἑώρας, τὴν τέρψιν et alibi saepius.

Pag. 518. 19. de avo suo scribit: τηθίδα δὲ ἐμὴν ἔγημεν ἐπὶ μεγίσῃ προικὶ, ἔδνα δὲ ἦν τὸ κλέος. Fallitur Reiske ἔδνα sic interpretans: „ἔδνα *sunt bona, quae maritus uxori de suis bonis assignat pro futuris alimenta, unde vidua facta alatur*." Imo vero recoxit Libanius ἔδνα Homerica, τὰ παρὰ τῶν μνησήρων διδόμενα illi, cuius nuptias ambiebant. Uxor marito grandem dotem attulisse dicitur, maritus uxori rerum a se gestarum gloriam.

Libanius II. pag. 528. 20. οἷα πολλὰ πεποιηκέναι πολλάκις Γαλάτας τούτους ἀκούομεν, οἳ ἐπειδὴ λέγοντες οὐκ εἶχον πείθειν

Κωνσάντιον πρηνεῖς καταπεσόντες [οὐκ εἶχον πείθειν] ἕλκειν, καὶ ἅμα τῶν τε ποδῶν εἵλκοντο καὶ ἐδέοντο ἕως αὐτοῖς ὑπῆρξεν ὑπὲρ οὗ ταῦτα ἐποίουν. Verba οὐκ εἶχον πείθειν oscitanter ex superioribus repetita veterem lectionem expulerunt. Sententia olim fuit huiuscemodi: πρηνεῖς καταπεσόντες (οὐκ ἂν ἔφασαν ἀναςῆναι καὶ ἐκέλευον) ἕλκειν κτέ.

Libanius II. pag. 530. 13. ἵνα γὰρ ἵππος ὑμῖν ἀνθ' ἵππου καὶ ἡνίοχος ἀνθ' ἡνιόχου γένηται — τί μὲν οὐ λέγετAI; τί δ' οὐκ ἀκούετAI; Mirum non vidisse Reiskium corrigendum esse: λέγετϵ et ἀκούετϵ.

Libanius II. pag. 536. 9. χρὴ νομίζειν τινὰς τῶν ΦυγϵIN βουλευόντων μεμενηκέναι. Male Reiske τῶν Φυγεῖν βουλευσαμένων. Leg. τῶν ΦυγHN βουλευόντων, quod dictum est ut δρασμὸν βουλεύειν. Herod. VIII. 97. Ξέρξης — δρησμὸν ἐβούλευε, et cap. 100. ὑποπτεύων αὐτὸν δρησμὸν βουλεύειν, et saepius, quod et ipsum Libanius interdum usurpavit.

Manifestos tenemus scribas apud Libanium II. pag. 539. 6. καὶ σὲ δεῖ σκοπεῖν ὅπως ἢ ἐμΦράξIIIC τὰς ὁδοὺς ἢ πάλιν ἕξϵIC αὐτοὺς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Nemo negabit ἐμΦράξϵIC verum esse. Sic ubique -ει et -η, -εις et -ης temere confunduntur contra omnium Graece loquentium rationem et usum. Δεῖ σ' ὅπως, σκοπεῖν ὅπως et ellipticum ὅπως, ὅπως μή in iubendo vetandoque *constantissime* cum *futuro* componuntur. Vitiant haec librarii sexcenties *futuri* formam in *coniunctivum* vel cum foedo barbarismo pervertentes.

Ὅπως *quo pacto*, ut ὅςις, cui respondet, non potest in tali re futurum non habere. Pro ὅπως eodem sensu dicebant ἐξ ὅτου τρόπου, ὅτῳ τρόπῳ, ὁντινα τρόπον similiterque haec cum futuro constanter componuntur, ut in Aeschyli *Prometheo:*

αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης.

populus dixisset: ὅπως τῆσδε τῆς συμΦορᾶς ἀπαλλαγήσει.

Libanius II. pag. 546. 15. εἶτα ἡ κύων ἐμιμήσατο τὴν δεσποτϵIαν. Recte Reiske τὴν δέσποιναν. Erat vetus proverbium:

οἵαπερ ἀ δέσποινα τοῖα χἀ κύων.

Hinc Plato *de Rep.* pag. 563. c. ἀτεχνῶς γὰρ αἱ κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἵαιπερ αἱ δέσποιναι γίγνονται. A Platone sumsit Libanius. Similiter dixit I. pag. 566. 18. ὄντων ἐκείνων οὐ Φρυγῶν πολλοὶ ζηλωταὶ καθ' ἕκαστον αἱ κύνες, φασὶ, τὰς δεσποίνας μιμούμεναι. Iterum II. 546. 15. εἶτα ἡ κύων ἐμιμήσατο τὴν δεσποτείαν, ubi Reiske τὴν δέσποιναν restituit.

Pag. 601. 12. δεῖ δή σοι μέλειν, ὦ βασιλεῦ, τοῦ πολλῶν δεξιῶν βασιλεύειν. τοῦτο δ' ἂν ποιοίης εἰ τοὺς διδασκάλους Τ. αὐτῶν ποιεῖν ἀναγκάζοις. Dixerat Libanius TO ἑαυτῶν ποιεῖν, id est *officio suo fungi*, et non rebus ab officio alienis se immiscere. Contra τὰ ἑαυτῶν ποιεῖν est *suas res agere*, non rem *in otio vivere* et nullam reip. partem capessere.

C. G. COBET.

GALENUS.

Scripsit Galenus libellum inscriptum Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ Φωνῇ. Quam fuerint hi homines inepti ostendit Tom. XII. pag. 193. τούτων γὰρ ἔνιοι, inquit, λίθος ἀρρενικῶς οὐκ ἐπιτρέπουσι λέγειν ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς „ἔβαλον TOI λίθον ἐπὶ τὸν κύνα." κεκράγασιν ὡς αὐτοὶ πεπληγμένοι λίθῳ τὴν κεφαλήν. ὥσπερ γε καὶ ἂν TON δρῦν εἴπῃ τις ὡς ξύλῳ πεπληγότες βοῶσιν. Ne sciebant quidem hi homunciones quid inter ὁ λίθος et ἡ λίθος interesset. *Lapis* proprie sic dictus lingua populari constanter ὁ λίθος dicebatur ab omnibus, ut in illo:

τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἀπομάξαι λίθοι,
ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι τέτταρες.

lapides pretiosi, gemmae et sim. αἱ λίθοι appellabantur, ut ἡ Ἡρακλεία λίθος, ἡ Μαγνῆτις λίθος. Itaque risum movet ἔβαλσι THN λίθον ἐπὶ τὸν κύνα.

C. G. C.

AD CHORICII ORATIONEM

RECENS PRIMUM EDITAM

εἰς Ἀράτιον δοῦκα
καὶ
Στέφανον ἄρχοντα.

Renascuntur in Gallia studia veterum litterarum. Renascuntur autem? imo vero renata sunt et laeta florent. Post longam et tristem hyemem ver appetiit;

redeunt iam gramina campis
arboribusque comae.

Argumento et alia multa sunt et liber nuper edi coeptus quarto quoque mense continuandus, cui titulus: *Revue de Philologie de Littérature et d'Histoire ancienne*, quem omnes,

qui Musas colimus severiores,

cum laetitia et plausu excepimus. Inest in eo libro CHORICII oratio ex Codice Matritensi descripta et nunc primum edita et emendata et luculento commentario illustrata a viro cl. CHARLES GRAUX, cui pro magno hoc merito hanc tenuem gratiam referam ut pauculos ex ea oratione locos aut paullo emendatiores proponam aut ex quo antiquo scriptore sumti sint demonstrem.

Offendo in limine. Prima orationis verba haec sunt pag. 63. Ἔδει μὲν ἑτέρους τῶν ἄρχειν ἤδη λαχόντων ὑπόθεσίν μου γενέσθαι

τοῖς λόγοις ἵνα — ἐφάμιλλον οὕτως ὑμῖν ἀκονήσω τὴν γλῶτταν καὶ μή μοι συμβῇ παραπλήσιον κτέ. Aut Choricius Graecae compositionis prorsus ignarus fuit aut scripsit ἵνα — ἠκόνησα pro ἀκονήσω. Praecedente enim ἔδει, ἐχρῆν, ἐβουλόμην ἄν, εἶθε, εἴθ' ὤφελον et sim. ἵνα et ὅπως semper et ubique cum *indicativo* componuntur, ut ipsa cuiusque loci sententia requirit; namque manifesto hoc dicit Choricius: εἰ μὲν ἑτέρους τῶν ἀρχόντων πρότερον ἐπήνεσα, ἠκόνησα ἂν οὕτω τὴν γλῶτταν. Nemo mirari debet componi ἵνα ἠκόνησα et (ἵνα) μή μοι συμβῇ, ut illud ad tempus *praeteritum* referatur, hoc ad *futurum*. Euripides in *Phoenissis* 92:

προὐξερευνήσω σίβον
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,
κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος ὡς δούλῳ ψόγος,
σοὶ δ' ὡς ἀνάσσῃ.

et Choricius ipse pag. 74. μή τις ἐξάπτῃ τὸν δῆμον εἰς ταραχήν, μή που λανθάνουσι κεκρυμμένοι σπινθῆρες.

Pag. 65. οἱ πανταχοῦ γῆς ἡγεμόνες ὅσοις ἐπιμελῶς νέμεται τὸ ὑπήκοον πάντες .... ἐσὶν ὁ βασιλεύς· ἐναργεσάτη δὲ τῆς ἐκείνου διανοίας εἰκὼν ἐν ὑμῖν θεωρεῖται. Lacunam indicavit Editor; suppleverim: πάντες (προθυμοῦνται γενέσθαι τοιοῦτοι οἵός) ἐσιν ὁ βασιλεύς· ἐναργεσάτη δέ κτέ.

Pag. 73. τὰς γὰρ — λεωφόρους, αἷς οὐδὲ σρατιώτης ἀνὴρ ἐχρῆτο θαρρῶν, νυνὶ καὶ παιδίον ἀκινδύνως πορεύεται. In codice est θαρρῶν, γυνὴ καὶ παιδίον. Rectissime vidit doctissimus Tournier νυνί esse necessarium, idque pro γυνή substituit. Recipiam νυνί vel νῦν, sed γυνὴ καὶ παιδίον sanum est. Alexis Athenaei pag. 226. *b*.

κἀνταῦθα καὶ γραῦς καὶ γέρων καὶ παιδίον
πεμφθεὶς ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον.

Choricius pag. 76. γύναια γοῦν καὶ πρεσβῦται καὶ παῖδες — σὺν κενοῖς ἐπανήρχοντο τοῖς ἀγγείοις. Itaque malim: ΝΤΝ γυνὴ καὶ παιδίον.

Sequitur: κἂν ἤδη λιπούσης τῆς ἀκτῖνος ἀνὴρ — που καθεύδῃ.

Pro λιπούσης in Codice est λεγούσης, in quo latet ΛΗγούσης τῆς ἀκτῖνος.

Post pauca scribe: τὸ τῶν ἐπιμιξιῶν ἡδύ pro ἐπιμίξεων, ut in loco vicino: τῶν πόλεων αἱ πρὸς ἀλλήλας ἐπιμιξίαι.

Pag. 77. ἔπαθες τὴν ψυχήν. Usitatum est omnibus in tali re dicere ἔπαθές TI τὴν ψυχήν. Plutarchus in *Symposiac.* IX. 1. Κορίνθιος παῖς ὅτε ἡ πόλις ἀπώλετο καὶ Μόμμιος — ἐκέλευσε γράψαι ϛίχον ἔγραψε·

τρισμάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ' ὄλοντο.

παθεῖν τι τὸν Μόμμιόν φασι καὶ δακρῦσαι.

Pag. 77. ἄλλην (ἐπιδεικνύουσαν) ταραχώδεις Φατρίας πεπαυμένας. Non est Graecum Φατρίας et Φρατρίας a loci sententia abhorret. Lege ταραχώδεις ἑταιρείας, ut pag. 67. τὴν δὲ τῶν ἀνοσίων ἑταιρείαν εὐφραῖνον. et pag. 74. τὰ τῶν ϛάσεων χαλεπά, νόμων ὀλιγωρίαν, ἑταιρείας ἀτόπους, et passim apud alios in turbis civilibus hominum improborum et seditiosorum *sodalicia* ἑταιρεῖαι appellantur.

Pag. 80. τί ἂν ταῦτα μηκύνοιμι λέγων οὐχ ὡς ἅπαντα πρῴην εἰπών; Transpone ὡς οὐχ ἅπαντα.

Pag. 80. πάντας τοὺς ἐν τέλει συνήγαγες πολίτας θ' ἅμα καὶ ἀϛυγείτονας ..... οἷς ἡ Καίσαρος ἐναβρύνεται, ἐϛιῶν δ' αὐτοὺς καὶ φιλοτησίας προτείνων καλὴν ἐνεδείξω πρὸς ἅπαντας δεξιότητα. Lacunam indicavit Editor haud scio an iure, namque equidem nihil desidero, sed rectissime emendavit φιλοτησίας προπίνων pro προτείνων, quod receptum oportuit.

Pag. 81. σὺ δὲ τοῦ μὲν (*Epaminondae*) τὴν ἀκέραιον σεμνότητα καταγνούς, τοῦ δὲ (*Alexandri*) τὸ περιττῶς ἀβροδίαιτον ἀϛειοσύνην τινὰ σεμνότητι συνεκέρασας. Emendandum est τὴν ΨΑΚΑΙΡΟΝ σεμνότητα. Fuerat ΨΑΚΕΡΟΝ et αι superscriptum in alienam sedem aberravit.

Pag. 83. ἀνδρῶν τόδε τὸ φρούριον μυσαρῶν ἐνδιαίτημα γέγονεν,

οὓς πολλῶν ἐλθεῖν τολμησάντων εἷς ἀνὴρ ἠδυνήθη. Intelligerem locum sic scriptum: Ὃ πολλῶν ΈΛεῖν ΠΕΙΡΑσάντων εἷς ἀνὴρ ἠδυνήθη. ἐλθεῖν pro ἐλεῖν non infrequens in libris confusio est.

Pag. 83. φλόγα προσῆγον ταῖς πύλαις πνεῦμα τηρήσαντες ἐπιφέρον εἰς αὐτάς. Legendum ἐπίφορον. Thucydides II. 77. πνεῦμα εἰ ἐπεγένετο αὐτῇ ἐπίφορον — οὐκ ἂν διέφυγον. et III. 74. ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογὶ ἐπίφορος ἐς αὐτήν. et sic passim ἄνεμος ἐπίφορος et πνεῦμα ἐπίφορον legitur.

Pag. 84. ὑμεῖς τοίνυν ἐκείνους ὅσον τοῖς ἔργοις ὑπερεβάλλεσθε τοσοῦτον τῇ πρὸς ἀλλήλους εὐνοίᾳ. Sententia clamat praesens tempus reponi oportere ὑπερβάλλεσθε, ut paullo ante: μόνοι πρὸς τοῦτον ἀμιλλᾶσθε τὸν λόγον.

Choricius multis ex Thucydide, Isocrate, Platone, Demosthene, Homero, Euripide flosculis orationem suam exornare solet. Harum imitationum plerasque doctus et diligens Editor indicavit. Supersunt pauculae, quas paucis ostendam.

Thucydides II. 49. παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μυτιλήνη ἦλθε κινδύνου. Choricius pag. 74. παρὰ τοσοῦτον ἡ μητρόπολις ἦλθε κινδύνου.

Thucydides I. 18. ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Plutarchus Tom. II. pag. 79. *f.* μὴ μόνον, ὡς Θουκυδίδης ἔλεγε, μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Dionysius Halicarnassensis A. R. pag. 65. ἦσαν δὲ τὰ πολέμια ἐκ τοῦ μετὰ κινδύνων πεποιῆσθαι τὰς μελέτας πολλῶν ἀμείνους. Choricius pag. 63. μετὰ τοιούτων ἀγώνων ποιησάμενος τὰς μελέτας.

Choricius pag. 69. τοιοῦτοί σοι — φρέφουσι τὴν ψυχὴν λογισμοί. Plato *de Rep.* pag. 330. *d.* οἱ μῦθοι — φρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

Choricius pag. 72. ὁ θυμὸς — προπηδήσας τοῦ λογισμοῦ. Euripidis est versiculus:

πηδᾶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω.

Choricius pag. 74. οἷον φιλεῖ δῆμος ποιεῖν. Thucydides II. 65. ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν.

Choricius pag. 74. τῶν θορύβων αὐτοῖς λαμπρῶς λελυμένων. Thucydides II. 7. λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν.

Pag. 77. ἴσασιν οἱ πεπειραμένοι. Demosthenes pag. 782. 16. ἴσασι δ' οἱ πεπληγμένοι.

Choricius pag. 78. ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς — ἀνδρῶν οὐδαμῶς οἵων τε ψεύδεσθαι. Demosthenes pag. 23. 3. ἤκουον ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι. Iulianus *Epist.* XXII. παρ' ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι δεδιδαγμένος, ubi Wyttenbach. in *Epist. Crit.* pag. 35. adscripsit locum Aristidis *Orat. Aegypt.* pag. 334. ἔγωγ' οὖν ἤκουσα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Δημοσθένους, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι.

Quod Choricius pag. 81. de Alexandro et Epaminonda narrat, sumtum est ex duobus Plutarchi locis: in vita *Periclis* cap. I. ὁ δὲ Φίλιππος πρὸς τὸν υἱὸν ἐπιτερπῶς ἔν τινι πότῳ ψήλαντα καὶ τεχνικῶς εἶπεν· „Οὐκ αἰσχύνῃ καλῶς οὕτω ψάλλων;" et *ad principem ineruditum* pag. 781. *e.* ὁ δ' Ἐπαμεινώνδας εἰς ἑορτήν τινα καὶ πότον ἀνειμένως τῶν Θηβαίων ῥυέντων μόνος ἐφώδευε τὰ ὅπλα καὶ τὰ τείχη νήφειν λέγων καὶ ἀγρυπνεῖν ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν. Quanto melius et suavius Plutarchus rem narravit quam Choricius, qui Epaminondae dictum per vim ad rem suam accommodans omnia corrupit. Omnino Choricius in decrepita Graecia et in teterrimo flagitiosae adulationis foetore vitam agens ubique aetatis suae vitia resipit. Scribit pag. 64. *olim sibi sterilem et effoetam naturam visam esse*:

terra malos homines nunc educat atque pusillos.

quum ecce Aratius et Stephanus nati sunt et sic natura διὰ μιᾶς ἀνδρῶν ξυνωρίδος ἀπολογεῖται τῷ παρόντι καιρῷ, quos Rhetor ita immodicis laudibus effert in coelum ut legentibus in libertate natis fastidium pariat ac nauseam.

Ad Iustinianum laudandum, ut scribit pag. 65. ἐχρῆν τινα Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἐλθεῖν, Iustinianum, ὦ Μοῦσαι φίλαι!

Alterum turpis assentationis exemplum legitur pag. 64. *Vobis* (inquit) *tanta meritorum copia supereat, ὥς' εἴ τις ἐτέ ἄρχουσιν ἔργων χρηςῶν δεομένοις ἄλλοις ἄλλα διανέμοι τῶν ὑμ ρων ἑκάςῳ διδοὺς τὰ πρὸς εὐφημίαν ἀρκέσοντα παντελῆ περι φθῆναι πράξεις ὑμῖν εἰς ὅλον λόγον ἀρκούσας*, quibuscum aptissi Editor comparavit locum ex *laudatione Marciani: ἔδει κ συνελθόντας ὅσοι τῇδε παιδεύειν ἐπιχειροῦμεν διανείμασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους καὶ λαβόντα τὸ μέρος ἕκαςον ὅλον αὐτὸν εἰς τ κενῶσαι καὶ μόλις ἂν οὕτως ἠρκέσαμεν μίαν σοι πάντες εὐφημ συνθεῖναι.* Quis cum antiquis Graecis vivere solitus talia ae animo legere potest?

Aratius cum militibus pauculis (*οὐδ' εἴκοσιν ἀριθμόν* pag. 7 solo nominis sui terrore Saracenos quosdam expulit, qui i in Palaestina infestabant. Hoc magnum et memorabile f nus vanus Rhetor bellis omnibus, quae umquam gesta su anteponit, *Φερέτω τοίνυν εἰς μέσον*, inquit, *ὃν ἐθέλει τις πό μον — οἰχήσεται τὰ δεύτερα Φέρων.* Comparaverit aliquis bell Troianum, sed Troia non vi sed dolo capta est. Itaque *σεμ τερος ὁ παρὼν* (*πόλεμος* Aratii) *ἤπερ ὃν ἔδοξαν ᾄδειν αἱ Μοῦ*

Λῆροι καὶ Φλήναφοι.

In scriptoribus huiuscemodi non est multum operae et stu collocandum, ut olim in Gallia complures *ἡμὲν νέοι ἠδὲ γέρο* solebant *περὶ οὐδενὸς ἀξίων* (*ξυγγραΦέων*) *ἀναξίαν σπουδὴν π σθαι*, ut Platonis verbis utar in *Euthydemo* pag. 304. *e.*

Multo melius unus omnium populorum elegantissimus f ingenium exercebit in praeclaris illis scriptoribus, quos Ch cius non admodum feliciter imitabatur.

C. G. COBET.

ADVERSARIA CRITICA

IN

VELLEI PATERCULI HISTORIAE RO. LIBROS.

Vellei opus quum olim ad historiae partem, quae in eo narratur, cognoscendam et in scholis enarrandam legissem rebus magis quam verbis intentus, nuper diligentius relegi ex recensione Caroli Halmii, quae Lipsiae typis Teubneri prodiit. Vidi autem, etiam post plurimorum Vv. Dd. labores sordes libri MS., omni vitiorum genere inquinati, ex quo Beatus Rhenanus anno MDXX hos libros protulit, minime omnes esse abstersas, nonnunquam etiam quae recte in eo scripta fuerant aut quae minima mutatione corrigi poterant, praeter necessitatem audacibus pravisque coniecturis esse tentata. Itaque quae aliter quam in illa editione factum est scribenda mihi esse videbantur, in marginibus libelli notavi. Deinde consului Dav. Ruhnkenii et Frid. Kritzii editiones, descripsi emendationes post Kritzii diligentem in iis colligendis operam variis in libris prolatas, quoad potui, diligenter, in iisque plures ab Halmio male vel neglectas vel spretas inveni, postremo exploravi coniecturas Velleianas, quas I. I. Cornelissen Vir. Cl. in primo fasciculo voluminis quinti Mnemosynes proposuit. Ita mihi nata est copia animadversionum, quarum pars fortasse non indigna est quae aliorum oculis et iudicio subiiciatur.

Magna pars complectitur locos, in quibus corrigendis alii viri docti felicius versati videntur quam novissimus editor. Has

omittam, etsi plures firmius munire poteram, quam ipsi auc res fecerunt. Nam aut, si singula persequi vellem, long disputatio suscipienda esset, aut si multa silentio premere verendum esset ne alios adducerem in eam opinionem ea n sana videri.

Reliquas adnotationes in duas classes redegi. Prior conti locos temere suspectos et tentatos, de quibus nondum aut rum ab aliis actum est; altera coniecturas meas et emendatio

I.

I, 1, 4. Tyrrhenus narratur *pervectus in Italiam et loc incolis et mari nobile ac perpetuum a se nomen* dedisse. Ne quid incommodi in coniunctione adi. *nobile* et *perpetuum* de hendens Cornelissen illud in *stabile* mutandum censet. M non maluisse *immobile*, quod multo minus a codicis script recedit. Sed omnino nihil mutandum. Tyrrhenum nomen pius in Aeneide, in libris historicorum, in vulgi sermoni iactatum recte dicitur *nobile*, id est in vulgus notum mini que obscurum.

Non magis eidem concedo in I, 11, 7, ubi Metelli Mace nici gloriosum funus memoratur, in verbis *hoc est nimi magis feliciter de vita migrare quam mori*, adverbium *felic* ineptum glossema esse. Quum *migrare de vita* (Cic. de I I, 62) vel *e vita* (Somn. Scip. 1) nihil aliud sit quam *m* sine illo additamento sententia corruit.

At repudio adverbium, quod excidisse putat in extremo pite 17 libri II. L. Cornelius Sulla consul factus est; *sed honorem undequinquagesimo aetatis suae anno adsecutus est.* (nelissen volebat: *sed eum demum honorem.* Ego si ita script esset in codice, delerem *demum.* Nam eo loco ne defendi c dem potest. Apponitur enim vocabulo, cuius vim inten potueratque Velleius scribere: *sed eum honorem undequinqu simo demum aetatis anno adsecutus est.* Non scripsit autem, c nemo illud desiderabat.

II, 19, 1. Sulla dicitur duodecim cives urbe exturbass lege exsules fecisse, in quibus erant Marius cum filio et P. S

picius. Additur: *Sulpicium etiam adsecuti equites in Laurentinis paludibus iugulavere.* Iam Orellius *etiam* obelo notavit e geminatione praecedentium literarum (nam in cod. *Sulpitium* erat) ortum putans. Halmius, qui id refert, dubitanter *tamen* proponit. At Kritzius, a quo saepius male recessit, quae ille bene et prudenter observarat spernens, apte defendit *etiam*, quod pertinet ad praedicatum *iugulavere.* Sulpicius in exsilium actus *etiam* iugulatus est.

II, 36, 2. legimus circa Ciceronis consulatum *floruisse auctores carminum Varronem ac Lucretium, neque ullo in suspecti operis sui carmine minorem Catullum.* Si hanc codicis scripturam tenemus, Catullus in nullo carmine libri sui laudati dicitur cessisse Varroni et Lucretio, eius ingenium poeticum cum illis comparatur recteque inferius fuisse negatur. Nihil video, quod in his reprehendi possit. Multi tamen vel *ullo* de poeta dictum accipientes, vel *suspectum opus* male interpretati, verba coniecturis tentarunt, alii sane ingeniose, velut Marklandus et Ruhnkenius, alii ne ingeniose quidem. In hoc numero pono Halmium, qui edidit: *neque ullo in suscepto carminis sui opere minorem Catullum.* De Lucretio ferrem, non laudarem, si quis diceret eum suscepisse opus carminis, sed multa carmina, quae efficiunt lepidum libellum, quem Catullus Cornelio dicavit, non possunt *opus carminis sui* appellari.

II, 37, 4. Tigranes ipse *supplex et praesens* se regnumque Pompeii arbitrio permisisse narratur. Praesentia supplicis plures offendit. Acidalius putabat se verbum melioris notae restituere scribendo *quaesens*, Herelius *parens*, Cornelissen *precans.* Sed omnia illa languent post *supplex.* Quaerere sive orare et precari minus sunt quam supplicare, et quando ea iunguntur illa praecedunt. Sed, ut vere observavit Kritzius, *praesens* additur, quia rex et absens per literas vel legatos supplex esse potuerat.

II, 48, 6. felices praedicantur Q. Catulus et alii, *qui, cum sine invidia in re publica floruissent eminuissentque sine periculo, quieta aut certe non praecipitata, fatali ante initium bellorum ci-*

vilium morte functi sunt. Apertum est, opinor, verba *quieta aut certe non praecipitata* ad rem publicam, non ad mortem esse referenda, itaque vel cum Burmanno *in re publica* transponenda esse post *periculo*, vel quod difficultatem in *praecipitata* tollit cum Madvigio scribendum esse *quieta aut certe non praecipiti civitate.* Sed non concedo Peerlkampio ad Hor. Sat. p. 73 *fatali* mutandum esse in *felici*, etsi illa nomina in Codd. nonnunquam permutari monuit Drakenborchius ad Florum II, 6, 38 et ad Livium XXXI, 26, 7. Gratulatione digni sunt viri, qui quum in bellis civilibus tot necati sint, neque bella civilia viderunt et *fatali*, id est naturali, morte exstincti sunt. cf. II, 4, 6 et *fato exstingui* in Cic. Or. pro Caelio c. 32.

II, 49, 3. *Vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret magis, prudens sequeretur Caesaris et illa gloriosa, haec terribiliora duceret.* Male Halmius paruit Cupero legenti *gloriosiora*, nec melius Cornelissen e *gloriosa* fecit *clariora.* Nam optime comparativus respondet positivo, sive praecedit sive sequitur. cf. Liv. I, 25. *eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.* Tac. Ann. I, 68 *quanto inopina, tanto maiora.* XII, 11. *quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret.* Hist. II, 99. *quantum hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior.*

II, 94, 2. Cornelissen coniiciens scribendum esse *qui protinus quantus est spectari potuerat*, quoniam passivum *sperari* non esset usitatum, egregie errat. Non cogitavit Horatii illud: *grata superveniet, quae non sperabitur hora*, nec Quintiliani I. O. II, 4, 4 *Nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest.* Nulla h. l. mutandi necessitas est.

II, 95, 2. Ti. Nero et Drusus *divisis partibus Raetos Vindelicosque aggressi* dicuntur. Quid sit *divisis partibus aggredi* recte docuit Drakenborchius ad Livii epitom. libri CXXXVI, similem locutionem e Livii l. XLIV, 11 adducens. Non debuerat itaque Halmius et quem sequitur Stangerus e cap. 109, 5 arcessere et huc inferre *e diversis partibus.*

II, 110, 1. Egregia Ruhnkenii adnotatio editores retinere

debebat, ne id quod in codice recte scriptum erat, dummodo recte distinguatur: *Rumpit, interdum moratur* cum Heinsio interpolarent, in quibus Halmium esse miror.

II, 117, 4. Quintilius Varus, quum crederet Germanos esse homines et posse iure mulceri *iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine trahebat aestiva.* Scribendo *iurisdictionibus agendoque pro tribunali* Velleius more suo bis idem dicit, eaque cumulatio duarum locutionum eiusdem potestatis neminem offendisse videtur. Sed quod additur *ordine* Ruhnkenio suspectum erat, et ab aliis in *torpore*, nuper in *otiose* mutatum est. Frustra. Nam *ordine* adverbii vim habet inservitque definiendis verbis *agendo pro tribunali*, ut Burmannus vidit, monens non raptim et tumultuarie, sed recte et sollemni ritu ea acta esse.

II, 120, 1. Post Vari cladem Germani *Cimbricam Teutonicamque militiam* Italiae minari videbantur. Hoc immerito culpatur, quasi militia diceretur pro bello, quam vim illud nomen ne in usitato *domi militiaeque* quidem habet. Nihil enim certius est, quam *militiam* indicare h. l. expeditionem militarem, ut II, 5, 1. 40, 1. 116, 3, quos locos Forcellinus in voce iam attulit.

II, 122, 2. *Quis dubitare potest, quin — post cladem sub Varo acceptam, ocius prosperrimo rerum eventu eadem excisa Germania triumphus summi ducis adornari debuerit?* Omnia hic plana, et quae facile carent Halmii additamento, qui ante *ocius* inseruit *expectato.* Nam *ocius*, ut saepe, h. l. indicat celeriter, nec comparativi vis premenda est. Nam, ut observavit Quintilianus I. O. IX, 3, 19, Romani vulgo et comparativis pro absolutis utebantur.

II, 126, 1. *Horum sedecim annorum opera quis, cum inserta sint oculis animisque omnium, partibus eloquatur?* Sic scriptum est in editione Halmii. In quo duo displicent. Primum quod, cum in codice esset *cum insera oculis*, Rhenanum sequi maluit, quam Orellium, qui ingeniose inde fecit *cum inhaereant oculis*,

coll. I, 14, 1 et II, 36, 3; deinde quod *in* delevit, quod
dex praeponebat *partibus*. *In partibus* est per partes, membi
tim. Kritzius utrumque recte scripsit et bene interpretatus e

II.

De Ruhnkenii in emendando Velleio felicitate non tam n
gnifice sentio, quam Wyttenbachius in Bibliothecae criticae Vol
P. IV, p. 45 seqq., qui in laudandis amici coniecturis tam i
modicus est, ut adulatoris magis quam censoris partes egi
dicendus sit. Multa, quae ille felicissime correxisse dicebat
merito ab editoribus spreta sunt, velut in I, 18, de quo l
ipse quinque annis post suam Vellei editionem Ioanni Iac. H
tingero scripsit: „Ex omnibus meis emendationibus nescio
hac sit felicior *Una urbs Attica pluribus sanae eloquentiae, qu
universa Graecia operibus effloruit*", quam coniecturam iam a
in Historia critica oratt. Graec. proposuerat. *Sanae eloquent*
mentionem plures a mente scriptoris alienam existimarunt, q
bus plane adsentior. Sed de annis — in libro scripto erat *p
ribus annis eloquentiae* — hic non potest agi. Facillima corre
one Froehlichius ex *annis* fecit *omnis*, qua recepta Velleius
solos oratores, sed omnes qui ornata oratione sententias decla
bant, historicos, philosophos, poetas cogitavit. Sed *operibus*
indicat aliud nomen praecessisse. Halmius temere pro *an*
scripsit *auctoribus*. Mihi locus sic scribendus videtur: *Una u
Attica pluribus luminibus omnis eloquentiae quam universa Gra
operibusque floruit*. Post *pluribus* quam facile a scriba negligi
luminibus omitti potuerit apparet.

Ut ostenderet omnis eloquentiae principatum penes Atti
fuisse, Velleius deinde addit Argos, Thebas, Lacedaemonem
beralium studiorum fuisse steriles, sed codicis vitium relinq
incertum, quid scripserit. Nam in eo ita scriptum fuit: *q
urbes et initalia talium studiorum fuere steriles*. Ex *lia tal*
Orellius fecit *liberalium*, ex *et inita* alius aliud; nemo q
assensu exceptum est. Ego conieci: *penitus liberalium studio
fuere steriles*. Penitus pro plane, omnino, legitur quoque
27, 1.

II, 1, 5. In codice videtur fuisse: *Mancinum verecundia quippe non recusando perduxit huc, ut — dederetur hostibus.* Scripturam vitiosam critici varie emendare conati sunt. Cf. adnot. Kritzii. Ceteris praefero Madvigii correctionem hanc: *M. verecundia quicquam noxae recusandi perduxit* cet.; sed *quippe* necessario mutandum esse ei non concedo. Velleius frequenter illa voce utitur eamque praeponit verbis a reliqua sententia seiungendis, etiam paucis, velut II, 43, 3 *quippe sequebatur invidia inertiam*, II, 83, 1 *quippe haec semper impugnabat.* Ad eandem normam h. l. scribere potuit: *Mancinum verecundia (quippe non recusat noxam) perduxit* cet.

II, 4, 1. *Aristonicus, qui — occupaverat, is victus a M. Perpenna — capite poenas dedit.* Si Velleius ita scripsit, non accurate scripsit, recteque haec sententia a Kritzio inter festinationis exempla relata est. Sed fortasse ille culpa librarii tenetur, qua facile liberari potest scribendo: — *occupaverat, acie victus* cet. Cf. II, 25, 2. *Norbanus acie victus*, II, 70, 4. *Brutus victus acie.*

II, 6, 3. de C. Graccho legimus: *nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat.* Kritzius haec sic a Velleio scripta esse contorta explicatione ostendere studuit, Halmius post alios *nihil* ante *denique* inseruit. Facilius obtinebis quadripertitam enunciationem ultima mecum scribens: *nihil quietum denique et in eodem statu relinquebat.*

II, 22, 2. Halmius de Nic. Heinsii coniectura edidit: *excelsissimi quoque atque eminentissimi civitatis viri.* Sed quis tandem *cives* appellavit *civitatis viros?* Ego partim cum Haasio scribendum censeo: *excelsissimi quoque atque eminentissimae clàritatis viri*, quum videam excelsissimum saepius Velleio esse personarum praedicatum, ut II, 101, 1 et 114, 4, et quum *eminentissimae ac nobilissimae simplicitatis viri* in cap. 72, 3 ostendant eminentissimae claritatis viros recte appellari posse.

II, 30, 1. *Tum M. Perpenna — Romanis certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit*

facinore. Editores haec silentio praetereunt. Cornelissen re vidit verbo *auctoravit* non esse locum, sed quod pro eo scr vult *comparavit* nimis a codicis vestigiis recedit. Repono *au pavit.* Nihil aptius hoc verbo, quod habet vim captan quaerendi, arcessendi. Usitatior est forma deponens, sed act legitur apud antiquiores Plautum, Ennium, Pacuvium. Id verbum reddam Velleio in c. 108, 2, ubi quod in codice l erat *occupavit principatum* editores nimis patienter tulerunt. *occupavit* autem lenius fit *aucupavit*, quam quod Cornelissen eo loco proposuit *agitavit.*

II, 67, 3. *Ne quid ulli sanctum relinqueretur, ut in dotem vitamentumque sceleris Antonius L. Caesarem avunculum, Lepi Paulum fratrem proscripserant.* Quid sit proscribere aliquem in dotem sceleris nescio, nec didici ex hac Burmanni adnota one: *„Dotem* eleganter dixit, ut Ovidius Epist. VI, 138 *« mine dotata est".* In mentem mihi venit *in cotem*, quod Bot quoque placuisse ex adnot. Kritzii cognovi. Proscripserant propinquos, ut ita se et alios acuerent et invitarent ad necandu

II, 87, 1. *Cleopatra — inlata aspide morsu eius, sane exp muliebris metus, spiritum reddidit.* Sic Halmius. Burerius e cod notavit *aspide in morsu sane eius*, quod potest retineri, si cu Gerardo Vossio distinguas *illata aspide, in morsu sane eius exp m. metus, spiritum reddidit.* Si vero Velleius indicare vol morsum aspidis effecisse mortem reginae, scribere debuit: *Cl patra — illata aspide e morsu sane eius, expers m. metus, spirit reddidit.* Neque enim *in morsu* i. e. dum aspis mordet, *e morsu*, postquam momorderat, exstincta est. Cff. *ex vuln perire* in Liv. XXII, 7, *uxorem amittere ex partu*, Suet. Calig. 1

II, 111, 1. In hoc loco servandum censeo ordinem ab Haa restitutum. Itaque verba *Habiti itaque delectus — dare milit* ponamus post *pollicitati.* Sed neque cum Haasio scribam: *P licitati omnia*, neque cum Halmio: *prompte pollicitati*, sed p ticipium leniter immutatum praecedentibus verbis adiiciam, sit: *Senatorum equitumque Ro. exactae ad id bellum operae pollicitae.* Pollicitum passive dici de eo, quod promissum es satis constat.

II, 116. 4. Locum in codice pluribus vitiis inquinatum, necdum ita purgatum, ut nativus color ei redditus videatur, partim alienis coniecturis usus ita constitui: — *defectus est, et A. Licinius Nerva Silianus, P. Silii filius, quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est, nihil non (quod) optimo civi simile, peritissimo duci par esset praeferens, immatura (morte) et fructu amplissimae principis amicitiae et consummatione evectae in altissimum paternumque fastigium magnitudinis deiectus. Ex horum virorum mentione si quis quaesisse me dicet laudem, fatentem arguet; neque enim iustus sine mendacio candor apud bonos crimini est.* Omitto, quae aliis debentur; mea paucis attingam. Pro *simplicissimo duci perisset* scripsi *simile, peritissimo duci par esset*, primum quia, sive simplicitatem, quam Velleius saepe laudavit, cum Ruhnkenio ad II, 10, 2 candorem et veritatem, sive cum Acidalio ad II, 73, 3 universam virtutem et priscam morum integritatem designare dicas, negari non potest eam in duce non esse magnopere laudandam. Appositorum, quibus belli duces Velleius ornat, aptissimum minimeque a — *plicissimo* recedens erat *peritissimus*. Cf. II, 29, 3 et 110, 4. Deinde *simile*, cuius vestigia in *sim* manserunt, recte iungi cum *pari*, ostendunt Ciceronis loci de N. D. II, 153, de Leg. I, 29. — *Defectus est* quod et praecedentem periodum et hanc claudit priore loco Madvigius delendum putabat. Ego illic teneo, hic scribo *deiectus*. Tum *est* mutato in *ex* retineo quod in codice erat *mentione*, pro quo post Acidalium scripserunt *mentioni*; sed simul debui *locum* in *laudem* convertere.

II, 124, 1. Vulgo scribitur de Ruhnkenii sententia: *id solum voce publica dixisse satis habeo.* Sed *satis* a codice aberat. Facilius est: — *dixisse aveo*, quod saepe *haveo* scriptum in *habeo* nonnunquam abiit.

II, 125, 4. *ancipitia sibi maluit tenere quam exemplo perniciosa.* Debetur hoc Madvigio Adv. crit. II, p. 312, qui *maluit* de suo addidit, *tenere* scripsit pro eo quod Burerius et Amersbachius in codice Murbacensi viderunt *timere*. Halmius coniecit *audere*; ego malim *sumere*.

II, 131, 1. *protegite hunc statum, hanc pacem, hunc princip* scripsit Halmius de Lipsii coniectura *hunc principem* addenti Sed praestat erroris fontem non quaerere in omissione, sed depravatione vv. *hanc pacem*, quae minime necessaria atque ad supervacanea sunt post *hunc statum*. Pro iis repono *hunc duce* ut a Perizonio quoque factum refert Kritzius. Imperatores etia in media pace duces vocantur, ut Augustus in Hor. Carm. I 5, 5 et 37, ubi cf. Peerlkamp, Tiberius in Phaedri fab. I 5, 23.

Scr. Amstelodami initio m. Februarii,
an. MDCCCLXXVII. J. C. G. BOOT.

Anecd. Bekk. pag. 110. 23. Ὄζειν: οὗ φασι δεῖν λέγειν ἀλ ὀδωδέναι. καὶ ὀΔμήν, οὐχὶ ὀCμήν. Photius contra Ὄζει οὐ μόνον ὀδωδέναι λέγουσιν. Utri credendum? Equidem neut credendum censeo priusquam testimonii scriptura fuerit eme data. Bene factum quod satis habemus testium, ad quoru auctoritatem Grammaticorum fides exigi et spectari possit. D cam quid rei sit: ὀδωδέναι NEMO umquam Atticorum dixit; e linguae Homericae forma, qua delectantur poëtae Homerici sc monis imitatores, ut is qui lepidum in Cratinum epigramr panxit apud Athen. pag. 39. c.

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων χρηςὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυτε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος ἀλλὰ παντὸς ΩΔΩΔΕΙ πίθου.

Atticorum vero qui ita dixerit reperi neminem: ὄζειν constan ter omnes dicebant et exemplorum plena sunt omnia. Unu proferam ut emendem. Priscianus ex Pherecrate affert (ap Meinekium Fragm. Com. II. pag 292):

ως τοι κακον οξει τανα μνδυναμα γλυκυ.

in quo latet:

ὥστ' οὐ κακὸν ὄζει τἀμά; ΜΑ ΔΙ' ΑΛΛΑ γλυκύ.

Potuit igitur Antiatticista dixisse Ὄζειν φασὶ δεῖν λέγ ἀλλ' οὐκ ὀδωδέναι, et Aelius Dionysius: Ὄζειν οὐκ ὀδωδ ναι λέγουσιν. C. G. C.

AD SENECAE TRAGOEDIAS.

HERCULES FURENS.

Theseus Herculis res apud inferos gestas Amphitryoni referens descensum in „Ditis invisi domum" depingit his verbis (vs 679 sqq.):

Nec ire labor est. ipsa deducit via.
ut saepe puppes aestus invitas rapit,
sic pronus aër urget atque avidum chaos
gradumque retro flectere haud umquam sinunt
umbrae tenaces. intus immensi sinus [1]).

Horum postremus versus a Seneca abiudicandus est. Ex toto enim loco abunde patet, pronum aërem avidumque chaos gradum retro flectere prohibuisse, minime vero umbras, quae satis inepte tenaces dicuntur. Extrema autem tria verba languida esse et frigida nemo non videt.

Vs. 1125 sqq. *caedant umeros*
robora fortes stipesque potens
duris oneret pectora nodis.

Pro *oneret* nescio an rectius *laceret* scripseris coll. Ovid. Fast. II. 695: *mea crudeli laceravit verbere terga.*

Vs. 1290 sqq.

Ignava cessas fortis in pueros modo
pavidamque matrem? arma nisi dantur mihi,

---

1) Editionem secutus sum, quam recensuerunt R. Peiper et G. Richter, Lipsiae MDCCCLXVII.

aut omne Pindi thracis excidam nemus
Bacchique lucos et Cithaeronis iuga
mecum cremabo.

Horum verborum tenor obstruitur et impeditur vocabulo ‹ quod tamen integrum relinquendum est. Mendum latet praecedentibus, ubi scribas quaeso *arma cito dentur n Dentur* in aliquot libris MS. legitur.

THYESTES.

Tantalus ex inferis a Furia adductus posteris suis diras precatur his verbis (40 sqq.):

Fratrem expavescat frater, et gnatum parens
gnatusque patrem, liberi pereant male,
peius tamen nascantur, immineat viro
infesta coniunx, bella trans pontum vehant.

Legendum videtur *incesta coniunx*, ut non solum Clyts nestrae insidias reduci marito, sed adulterium etiam Aegistho Furia portendat.

Eadem Furia, ut Tantali adspectu omnes arbores ares subsidere aquas indicet, his utitur verbis (110 sqq.):

Pallescit omnis arbor ac nudus stetit
fugiente pomo ramus et qui fluctibus
illinc propinquis Isthmos atque illinc fremit
vicina gracili dividens terra vada,
longe remoto litus exaudit sono.

In primo versu mendum latere videtur, quia et pro per tempore *stetit* in hac descriptione praesens requiritur, et st verbum a loci sententia alienum est. Scribendum exist *riget;* nam rigere ea dicuntur, quae stantia et erecta h rem incutiunt; cf. Ovid. Met. XIII. 690: *sine frondibus a Nuda riget;* A. A. II. 116: *Et riget amissa spina relicta ros* Postremum versum antiquitus scriptum fuisse suspicor hoc m

longe remoto litus extendit salo.

quae lectio simplicitate et perspicuitate nescio an magis se ‹ mendet, quam vulgata, quae intellegi nequit, nisi *litus* valere sumas, quam equidem licentiam Senecae tribui noli

Vs. 381 sqq. Chorus secundum Stoicorum doctrinam eum

lum verum regnum possidere declarat, qui bonam mentem habeat, ad quod ait:

Nil ullis opus est equis
nil armis et inertibus
telis, quae procul ingerit
Parthus, cum simulat fugas;

in quibus corrigendum: *nil actis opus est equis.*

Vs. 552 sq. *Ira cum magnis agitata causis*
gratiam rupit cecinitque bellum.

Corrigas quaeso *genuitque bellum.*

In descriptione arcani luci et horrendi, ubi Atreus fratris filios immolare parat, haec leguntur (675 sq.):

saepe latratu nemus
trino remugit, saepe simulacris domus
attonita magnis.

Potius scripserim *vanis*, quod sollemne epitheton est umbrarum sanguine carentium et corpore, cf. Hercules F. 627; Hor. Od. I. 24 15; III. 27. 59.

Nuncius atrocem Thyestae filiorum caedem enarrans dicit (726 sqq.):

Tunc ille ad aras Plisthenem saevus trahit
adicitque fratri, colla percussa amputat,
cervice caesa truncus in pronum ruit,
querulum cucurrit murmure incerto caput.

Pro inepto et absurdo *cucurrit*, quin *susurrat* reponendum sit, nemini, opinor, dubium erit.

Vs. 760 sqq. de Atreo nefarias epulas apparanti haec leguntur:

ipse divisum secat
in membra corpus: amputat trunco tenus
umeros patentes et lacertorum moras.

In his quid *moras* sibi velit nullo modo intellego. Vera lectio esse videtur *toros;* cf Phaedra vs. 661: *inerant lacertis mollibus fortes tori.*

Thyestes foedas dapes agnoscens his verbis irae et dolori indulget (1010 sqq.):

Agnosco fratrem. sustines tantum nefas
gestare tellus? non ad infernam styga
tenebrasque mergis? rupta et ingenti via

ad chaos inane regna cum rege abripis?

Pro insulso et frigido *ingenti* scribas id quod unice verum est *hiscenti.*

Paullo inferius (1020 sqq.) idem Thyestes:

Noxiae supra caput
animae vagentur nostrum et ardenti freto
phlegeton harenas igneus totas agens
exitia supra nostra violentus fluat.

Pro *totas* languidiore vocabulo reponendum erit *tostas.*

OEDIPI FRAGMENTUM.

Antigona caeco patri dicit (vs. 63 sqq.):

In plana tendis? vado. praerupta appetis?
non obsto, sed praecedo. quovis utere
duce me. duobus omnis eligitur via.

Scribendum videtur *exigitur* i. e. conficitur.

Vs. 252 sq. Oedipus ait:

Illo teste damnavit parens
calidoque teneros transuit ferro pedes.

Legendum est *validoque*, quo adiectivo poetam h. l. usum esse credo ut sequentis *teneros* vim augeret et amplificaret. Calidum ferrum num recte dicatur pro candenti vel maxime dubium videtur, at nusquam locorum me legere memini Oedipi pedes candenti ferro esse transfixos.

PHOENISSARUM FRAGMENTUM.

Vs. 62 sq.:

aut quae per altas aëris rapiet vias
Harpyia saevi regis observans famem.

Emendandum est *obturbans dapem.*

Polynices matri, ut armis positis cum fratre in gratiam redeat, hortanti impie respondet (224 sq.):

Ut profugus errem semper? ut patria arcear
opemque gentis hospes externae sequar?

Opem alicuius sequi quid sibi velit nemo facile explicabit. Mens et ratio suadent ut scribamus *precer.*

PHAEDRA.

Vs. 209 sqq.

Quisquis secundis rebus exultat nimis
fluitque luxu semper insolita appetit.
tunc illa magna dira fortunae comes
subit libido: non placent suetae d a p e s
non t e c t a sani moris aut vilis cibus.

Postremos exhibui versus quemadmodum leguntur in optimis libris tam scriptis quam typis expressis, in quibus mendum aliquod latere inter omnes fere editores constat, quia post suetas dapes etiam vilem cibum commemorari prorsus supervacuum sit. Hanc ob causam quum alii alio modo eos tentaverint, tum novissimi editores pro *cibus* dederunt *sinus*, quo verbo haud dubie voluerunt vestitum significari. Et mihi probabile videtur de vestitus taedio et fastidio h. l. mentionem factam esse, sed alio loco modoque; coniicio enim Senecam scripsisse:

non placent suetae d o m u s
non t e x t a sani moris aut vilis cibus.

Vs. 251 sqq. vetula nutrix Phaedram his verbis orat et obsecrat:

Per has senectae splendidas supplex comas
fessumque curis pectus et r a r a ubera
precor furorem siste teque ipsa adiuva.

Pro *cara* quod antea vulgo legebatur, nunc *rara* scriptum esse video Equidem *v a n a* praetulerim.

Vs. 463 sqq :

Seges illa magnum fenus agricolae dabit
quaecumque laetis tenera luxuriat satis.
arborque celso vertice evincet nemus
quam non maligna c a e d i t aut resecat manus.

Quae in postremo versu inest tautologia tollenda est scribendo *l a e d i t*.

Vs. 659 sq.:

Quis tum ille fulsit. presserant vittae comam
et ora f l a v u s tenera tinguebat pudor.

Satis ridicule, opinor, pudori epitheton *flavus* attribuitur. Redde si placet Senecae, id quod librarii neglegentia periit, *b l a n d u s*.

Vs. 669 sq. Phaedra Hippolyto dicit:

Si cum parente creticum intrasses fretum
tibi fila potius nostra nevisset soror.

Luce clarius est Phaedram dixisse, si cum patre tuo Theseo *creticum intrasses specum* i. e. Labyrinthum.

Nutrix fraudulenta ut Phaedra ab Hippolyto vim illatam esse calumnietur, famulis heram suam monstrans, quae consulto se laceraverat, ut stupro fidem adderet, his eos affatur verbis (739 sq.):

Crinis tractus et lacerae comae
ut sunt remaneant facinoris tanti notae.
Perferte in urbem.

Levissima mutatione legendum est:

Crinis tractus et lacerae comae
ut sunt remaneant. Facinoris tanti notas
perferte in urbem.

Si quem forte offendant comae crinisque uno tenore scripta, is velim inspiciat Colum. X. 165: *Tu cinge comam, tu digere crinem*, et vulgata lectione facile acquiescet.

Vs. 772 sq. *Non sic prata novo vere decentia*
aestatis calidae despoliat vapor.

Praetulerim *recentia* coll. Ovid. Fast. 4, 346: *recens flos*, ibid 5. 123: *recentes herbae;* Verg. Aen. 6. 674: *prata recentia rivis.*

Vs. 839 sqq.:

Ut ora iuveni paria Perithoo gerit,
ni languido pallore canderent genae
staretque recta squalor incultus coma.

Ineptissime genae languore pallentes *candere* dicuntur, quo fere gratus et decorus nitor significari solet. Genuina lectio nimirum est *marcerent*

Vs. 890 sq Theseus reversus ab inferis nutrici, a qua domestici luctus causam sciscitatur, supplicium minatur his verbis:

Silere pergit. verbere ac vinclis anus
altrixque prodet quicquid haec fari abnuit.

Noli quaeso dubitare, quin *altrixque* scribis debeatur, Seneca vero scripserit *astricta* i. e. coacta.

Vs. 1009 sqq.

Ut profugus urbem liquit infesto gradu

celerem citatis passibus cursum explicans:
celso sonipedes ocius subigit iugo.

Nusquam, quantum scio, iugo epitheton celsum tribuitur, at saepius curvus vocatur et alibi et Oedip. vs. 304; quare et h. l. scribendum esse suspicor *curvo*.

In descriptione horrendae beluae a Neptuno in Hippolytum immissae haec leguntur (1050 sq.):

oculi hinc relucent caerula insignes nota
naresque hiulcis haustibus patulae fremunt.

Pro *haustibus*, quod vocabulum nihili esse nemo non facile videt, repone *faucibus*

Theseus Hippolyto misere lacerato iusta persoluturus, postquam discerpta membra, quantum potuit, in ordinem disposuit, exclamat (1270):

quam magna lacrimis pars adhuc nostris abest.

Nullam haec verba tolerabilem sententiam praebent, quia lacrimae numquam intellegunt id quod est lacrimabile. Corrigendum est:

quam magna laceris pars adhuc membris abest.

OEDIPUS.

In cantico, quo Chorus saevam Thebarum luem deplorat, haec leguntur vs. 135 sqq.:

Laniger pingues male carpsit herbas.
incubant agris pecudis relictae,
taurus armento pereunte marcet.

Offendor in hac miseriarum descriptione primum absono verbo *pingues*, deinde perfecto tempore *carpsit*. Veram lectionem esse suspicor:

laniger languens male carpit herbas.

Tiresias per haruspicium Laii interfectorem eruere tentans, Manto mandarat ut hostia mactata signa sibi referret fatidica. Illa postquam quae vidit rettulit, rogat patrem (vs. 332): *Quid sit parens effare.*

Respondet Tiresias: *quid fari queam*
inter tumultus mentis attonitae vagus?
quidnam loquar? sunt dira sed in alto mala.

solet ira certis numinum ostendi notis.
quid istud est quod esse prolatum volunt
iterumque nolunt et truces iras tegunt?
Pudet deos nescio quid. huc propere admove
et sparge salsa colla taurorum mola.

Quicumquo paulo haec accuratius perlegerit. haud credo dubitabit, quin duo illos versus *quid istud — tegunt* non Tiresiae, sed Manto tribui oporteat.

Eadem Manto alia sacrorum lugubria signa referens ait vs. 387:

inmugit aris ignis et trepidant foci.

Nisi omnia fallunt, emendandum erit *crepitant*.

In chori dithyrambo, quo Bacchi gesta et inventa celebrantur, haec leguntur (vs. 440 sqq.):

nunc cadmeas
inter matres impia maenas
comes ogygio venit laccho
nebride sacra praecincta latus.

Legendum est *incita maenas* i. e. deo percita s. percussa ut est in Agamemnone, vs. 683. cf. ibid. 757: *furoris incita stimulis.*

Creon per necromantiam de Laii caede sciscitatus in narratione eorum quae viderat his utitur verbis (595 sqq.):

Subito dehiscit terra et immenso sinu
laxata patuit. ipse torpentes lucus
vidi inter umbras, ipse pallentes deos
noctemque veram.

Haereo in extremo vocabulo, quod nimis h l. iners et languidum videtur. Praetulerim *furvam*, solitum rerum inferarum epitheton.

Vs. 613 sqq.:

Non tot caducas educat frondes Eryx
nec vere flores Hybla tot medio creat
fluctusque non tot frangit ionium mare.

Nisi omnia fallunt, fluctus frangitur a saxo vel in litore, minime vero ipsum mare fluctus frangit. Quare scribas velim *trudit* h. e. impellit.

Vs. 718: *Qui sceptra duro saevus imperio regit*
timet timentis.

Corrige *gerit*. *Sceptrum regere* num praeter h. l. vel semel occurrat, quam maxime dubium est; *sceptrum gerere* legitur Hercul. F. 403; Medea, 252; Hercul. Oet. 878.

Nuncius Oedipi excaecationis consilium narrans dicit (vs. 979 sqq.):

Ardent minaces igne truculento genae
violentus audax vultus iratus ferox
tantum eruentis.

Immo vero *struentis* i. e. molientis et parantis, nam in sequentibus demum eum propositum exsequi legimus, his verbis:

gemuit et dirum fremens
manus in ora torsit.

Chorus Iocastam videns, malis attonitam et a viri aspectu abhorrentem dicit (vs. 1029 sq.):

dubitat adflictum adloqui
caput pavetque.

Pro *cupit*, quod omnes libri tam scripti quam impressi habent novissimi editores *caput* substituerunt. Nescio equidem an rectius fecissent scribendo *stupet*, quod sententiae imprimis aptum et consentaneum est.

TROADES.

Hecuba suam post Troiae excidium calamitatem miserans dicit (57 sq.):

Dominum ecce Priami nuribus et gnatis legens
Sortitur urna. praeda quem vilis sequar?

Haud, opinor, urna sortiebatur, sed Priami nurus gnataeque urna torta sive versata sortiebantur, quem Graecorum sequerentur; quamobrem pro *sortitur* requiro *torquetur* coll. vs. 984:

versata dominos urna captivis dedit.

Agamemnon cum Pyrrho de Polyxena iurgans ait (vs. 259):

Iuvenile vitium est regere non posse impetum.

Respondet Pyrrhus:

aetatis alios fervor hic primus rapit,
Pyrrhum paternus.

Offendor v v. *hic primus*, nam pronomen demonstrativum facit ut non rogare nequeas, quem Pyrrhus fervorem velit, ad quod frustra responsum quaeres. Vide quaeso an non

potius Senecam scripsisse credibile sit *fervor infrenus*.

Andromacha Troadum turbae immodicum fletum et plangorem postquam exprobravit, ita pergit (vs. 421 sqq.):

Ilium vobis modo
mihi cecidit olim, cum ferus curru incito
mea membra raperet et gravi gemeret sono
peliacus axis pondere hectoreo tremens.
Tunc obruta atque eversa quod Cumque accidit
torpens malis rigensque sine sensu fero.

Non satis intellego qui tandem Achillis currus *peliacus* recte dici possit, nisi forte illum ligno in Pelio monte succiso fabricatum esse existimes, quod tamen satis quaesitum esse nemo non videbit. Etsi synizesin in h. l. poetae obtrudere vereor quodammodo, tamen fere non dubito, quin scripserit *peleius*, quod sententiae vel maxime consentaneum est; cf. Sil. It. XIII. 803, ubi Achillis facta *Peleia facta* dicuntur et Statius, qui Achil. II, 211 habet *Peleia virgo*. — Similis synizesis exemplum exstat Phoen. 63: *Harpyia saevi regis obturbans dapem.*

In paenultimo versu *quod nunc accidit* legendum esse haud diffidenter affirmare audeo.

Ulixes Andromachae quodammodo excusat Astyanactis necandi consilium his verbis (556 sqq.):

Veniam dabis quod bella post hiemes decem
totidemque messes iam senex miles timet
aliasque clades rursus ac numquam bene
Troiam iacentem.

Ecquis credet Danaos post decem annorum bellum iam consenuisse? Potius existimaverim eos aegre et moleste tulisse quod tantum temporis in Troia commorari belli diuturnitate cogerentur, quamobrem pro *senex* malim *gemens*.

Ulixes ut Andromacham filium suum expromere cogat, quem illa iam obiisse tumuloque conditum esse mentita erat, iussisse Calchantem fingit Hectori cineribus undas placari (vs. 643 sqq.):

Lustrale quoniam debitum muris puer
sacrum antecessit nec potest vatem sequi
meliore fato raptus: hoc Calchas ait
modo piari posse redituras rates,
si placet undas Hectoris sparsi cinis

ac tumulus imo totus aequetur solo
[nunc ille quoniam debitam effugit necem
erit admovenda sedibus sacris manus.]

Quamquam Astyanax de muris deiiciendus erat, tamen necando eum Danai minime lustrale sacrum facturi erant muris illis debitum. Sacrum illud Achillis iratis manibus debebatur; Astyanactem immolando Danai Achillis tumulo parentare voluerunt. Cf. vs. 199 sqq.; ubi Achillis umbra dicit:

manibus meis debitos
auferte honores. solvite ingratas moras
per nostra ituri maria. non parvo luit
iras Achillis Graecia at magno luet.
Desponsa nostris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur et tumulum riget.

Et vs. 301:

Nullumne Achillis praemium manes ferent?

Quae quum ita sint, legendum esse puto:

Lustrale quoniam debitum tumulo puer.

Verbi *tumulo* priores litteras evanuisse credibile est propter similitudinem praecedentis — *tum; mulo* omnium facillime in *muris* abire potuit.

Duos extremos versus uncis inclusi, quoniam priorum insulsam repetitionem continent.

Andromacha filii morituri vicem suasque spes frustratas conquerens dicit (vs. 787 sqq.):

nec stato lustri die
Solenne referens Troici lusus sacrum
puer citatas nobilis turmas ages,
non inter aras mobili velox pede
revocante flexo concitos cornu modos
barbarica prisco templa saltatu coles.

In postremo versu pro *barbarica* revocandum est *dardania.*

Mox eiusdem haec verba leguntur (vs. 797 sqq.):

Lacrimis Ulixe parva quam petimus mora est.
concede, opacos ut mea condam manu
viventis oculos. — Occidis parvus quidem
sed iam timendus.

V. *opacos* novissimi editores scripserunt pro eo quod antea

vulgo legebatur *parvos*. Ac merito quidem eos offendit *parva parvos parvus* tribus deinceps versibus repetitum, nescio vero an rectius fecissent scribendo *caros*, quod magis h. l. arridet.

Vs. 802. Astyanax matri dicit:

Miserere mater.

Respondet Andromacha:

Quid meos retines sinus
manusque matris? cassa praesidia occupas.

Interrogationis signo transposito lege:

Quid meos retines sinus
manusque? matris cassa praesidia occupas.

MEDEA.

Medea a Iasone deserta superos inferosque deos ultores invocans ait (28 sqq.):

Spectat hoc nostri sator
sol generis et spectatur et curru insidens
per solita puri spatia decurrit poli?

Satis, credo, manifestum est antiquitus scriptum fuisse:

Spectat hoc nostri sator
sol generis et servator.

Creon, qui Medeam in exsilium mittere in animo habet, haec secum loquitur (179 sqq.):

Medea Colchi noxium Aeetae genus
nondum meis exportat e regnis pedem?

quibus Medea conspecta haec addit:

molitur aliquid: nota fraus nota est manus.

Corrigendum est *nota frons nota est manus.*

Idem vs. 196 iussa sua his verbis concipit:

I querere Colchis.

Quo Medea: *Redeo. qui advexit ferat.*

Inepte legitur *querere*, quoniam tantum abest, ut Medea in praecedentibus querelas apud Creontem habuerit, ut summa confidentia et protervitate ei sit oblocuta; quamobrem corrigendum videtur: *I repete Colchos.*

Vs. 249 sqq. Medea Creontis misericordiam se implorare simulans ait:

Terra hac miseriis angulum ac sedem rogo
latebrasque viles. urbe si pelli placet,
detur remotus aliquis in regnis locus.

Lectionem dedi quam probati perhibent codices; in aliis legitur *terram*. Varii virorum doctorum conatus exstiterunt ad vocem sine dubio corruptam emendandam. Gronovius, ut alios taceam, *terrae* scripsit, *te iam* Hennebergerus, quod a novissimis editoribus receptum est. Mihi in mentem venit *Fessa hic miseriis*, quam lectionem hi loci tuentur: Thyest. vs. 301: *malis fessos;* Phoen. vs. 466: *fessus exilio;* Phaedrae vs. 252: *fessum curis.*

Vs. 282 sq. eadem Medea:

Supplex recedens illud extremum precor,
ne culpa natos matris insontes trahat.

Posterior versus paululum distortus et disturbatus in ordinem redigi potest, quum scribitur:

ne culpa matris natos insontes premat.

Propter formae similitudinem *matris* et *natos* locum invicem mutavisse satis credibile est.

Medea certior facta Creusam cum patre regiaque tota pernicioso suo munere conflagrasse, filios quoque interficiendi consilium capit, quod scelus primum reformidaverat, his utens verbis:

vade: perfectum est scelus,
vindicta nondum. perage dum faciunt manus.

In his *faciunt* frigidior vox est et insulsior, quam ut integra possit relinqui. Quid restituendum sit docet Herculis Oetaei vs. 438:

scelus occupandum est. perage dum fervet manus.

Corrigendum igitur est *dum fervent manus* i. e. dum alio scelere recentes sunt.

Scr. Id. Dec. J. J. CORNELISSEN.

VARIA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Aesch. Prom. 291 sq.:

χωρίς τε γένους οὐκ ἔστιν ὅτῳ
μείζονα μοῖραν νείμαιμ' ἢ σοί.

Madvigius coniecit οὐκ ἔσ' ἂν κτἑ. provocans ad notam formulam οὐκ ἂν οἶδ' εἰ (δυναίμην), cuius tamen similitudo non potuit me iudice permovere Aeschylum ut sine necessitate a constanti scribendi norma descisceret. Legendum suspicor: οὐκ ἔσ' ὅτῳ (ἂν) κτἑ.

Prom. 488: γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν
εὐωνύμους τε καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι·
σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονήν,
χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν·

Cadit in oculos voculam τε in ultimo versu copulare substantiva χολή et λοβός, neque igitur simul coniungere hunc versum cum praecedentibus. Quia tamen istiusmodi asyndeton nullo pacto ferri potest, dubium non est quin locus sit depravatus. Conicio corrigendum esse:

καὶ χροιὰν τίνα
ἔχουσ' ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονὴν
χολή, λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν.

Accusativus εὐμορφίαν pendet a διώρισα, ut in praegressis πτῆσιν et λειότητα.

Prom. 663: τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ
[σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη]
ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμέ.

Versus quem sepsi uncinis sapit interpolatorem non ferentem infinitivum ὠθεῖν suspensum a substantivo βάξις. Vide quaeso quam sit iners et languidum verbum μυθεῖσθαι post ἐπισκήπτειν, quamque otiosus totus versus post βάξις ἐναργής.

Prom. 597: θεόσυτόν τε νόσον
ὠνόμασας, ἃ μαραίνει με χρίουσα κέντροισι Φοιταλέοισιν ἕ ἕ.

Recte Dindorfius ex Hermanni coniectura edidit:

κέντροις υ — Φοιταλέοις ἐή.

Sed, quia nulli alii vocabulo locus est, certa coniectura potest suppleri:

κέντροις (ἀεὶ) Φοιταλέοις ἐή.

Prom. 684: μηδέ μ' οἰκτίσας
σύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν·

Verbum compositum συνθάλπειν nusquam alibi repertum est, quare, cum emphaticae orationis proprium sit pronomen, nescio an praestet:

σὺ θάλπε μύθοις ψευδέσιν·

Prom. 885: θολεροὶ δὲ λόγοι πταίουσ' εἰκῇ
συγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

E scholiasta qui πταίουσιν per προσπαίουσιν explicat male correctum est παίουσ'. Vertunt: *confusae vero voces temere illidunt ad fluctus gravis calamitatis*, verba sublimiora quam faciliora ad intellegendum, mihi saltem obscurissima. Dicere debet Io vi et impetu gravissimae calamitatis fieri ut oratio sua confusa titubet atque vacillet. Unde subnascitur mihi suspicio corrigendum esse:

θολεροὶ δὲ λόγοι πταίουσ' εἰκῇ
συγνῆς προσκρούμασιν ἄτης.

nisi forte praetuleris, quia nota metaphora calamitati fluctus tribui solent

συγνῆς προσκλύσμασιν ἄτης.

Septem. 140: καὶ Κύπρις, ἆτ' εἶ γένους προμάτωρ
ἄλευσον· [σέθεν ἐξ αἵματος
γεγόνκμεν·] λιταῖσί σε θεοκλύτοις
ἀπύουσαι πελαζόμεσθα.

Critici non intelligentes vocabula, quae confidenter expungo, esse interpretamentum verborum praecedentium ἆτ' εἶ γένους προμάτωρ, labentes numeros correxerunt ex apographis inserto γάρ post σέθεν.

Pers. 700: δίεμαι μὲν χαρίσασθαι, δίεμαι δ' ἀντία φάσθαι
λέξας δύσλεκτα φίλοισιν.

Imo vero λέξων.

Agam. 104: κύριός εἰμι θροεῖν ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν
ἐντελέων — — —
ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονε ταγώ,
πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν, κτέ.

Mira et obscura locutio ὄδιον κράτος etiam suspectior est, quod statim subsequitur δίθρονον κράτος. Chorus augurium celebraturus mihi videtur cecinisse:

Κύριός εἰμι θροεῖν ὄδιον τέρας αἴσιον ἀνδρῶν κτέ.

Choeph. 795: τίς ἂν σωζόμενον βυθμὸν
τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον
ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα;

Reliqua aliorum curae commendans moneo corrigendum videri: τίς ἂν — τοῦτ' ἴδοι κἀπ πέδον.

Eumen. 192: πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος
μορφῆς. λέοντος κτέ.

Scholiasta: ἀντὶ τοῦ διὰ τῆς μορφῆς ὑμῶν ἡ κακία τῶν τρόπων ὑμῶν διαδείκνυται.

Legit igitur, nisi fallor:

πᾶσ' ὑφηγεῖται τρόποις
μορφή. κτέ.

Sophocl. Aiac. 337:

ἀνὴρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν ἢ τοῖς πάλαι
νοσήμασι ξυνοῦσι λυπεῖσθαι παρών.

Imo μαθών.

Aiac. 1073: οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ' ἄν, ἔνθα μὴ καθεσήκῃ δέος.

Infeliciter Nauckius coniecit κέοιντ' ἄν; siquidem non de *ferendis*, sed de *observandis* legibus sermo est. Longe melius Blaydesius proposuit σέβοιντ' ἄν. Aut hoc verum est aut quod mihi venit in mentem τηροῖντ' ἄν.

Antig. 93 sq.: εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.

Magis magisque mihi probatur coniectura quam proposui in *Studiis Criticis i. p. sc. Gr.* πρὸς δίκης ἔσει. cl. O. R. 1014 et El. 1211.

Antig. 122: τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη
πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλου δυσχείρωμα δράκοντος.

Vocabuli monstrum δυσχείρωμα, quod duce scholiasta frustra viri docti interpretantur, cedat verae lectioni, quam repperisse mihi videor corrigens:

ἀντιπάλου συσπείραμα δράκοντος.

Vocabulum eo aptius, quod verba συσπειρᾶν tactici utuntur *de ordinibus comprimendis et multiplicandis.*

Antig. 603: τεάν, Ζεῦ δύνασιν τις ἀνδρῶν
ὑπερβασία κατάσχῃ;
τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως
οὔτ' ἀκάματοι θεῶν
μῆνες, ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνάστας

κατέχεις 'Ολύμπου
μαρμαρέτσαν αἴγλαν.

Audaci coniectura Dindorfius satis feliciter numeros emendavit scribendo:

οὔτ' ἄκοποι θεῶν νιν
μῆνες κτέ.

hac una in re lapsus, ut mihi videtur, quod ex θεῶν μῆνες elicuit θεῶν νιν μῆνες, cum debuisset:

οὔτ' ἄκοποι θεοί νιν
μῆνες κτέ.

Menses enim non magis deorum sunt quam hominum, sed *dei* a poeta dicuntur propter temporis, cui et ipsi nomen divinum tribui solet, insuperabilem vim et potentiam. Pro παντογήρως recipienda fuerat probabilis Bambergeri coniectura παντοθήρας.

Nunc missis poetis quam potero paucissimis signīficabo quae mihi post egregias Weidneri aliorumque curas corrigenda videantur in AESCHINE oratore. Primum indicabo emblemata nondum, quod sciam, animadversa:

Timarch. § 10 ἐν τοῖς διδασκαλείοις et ἐν ταῖς παλαίστραις, § 13 λέγει, § 20 μηδὲ συκοφαντείτω, et ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων, § 31 extr. συνοίσειν — ἀκούουσι, § 39 τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντά καὶ, et καὶ μειράκιον ὤν, § 41 ὃ προῃρεῖτο ἐκεῖνος μὲν πράττειν οὗτος δὲ πάσχειν. Usum absolutum vocabulorum πράττειν. πρᾶξις. πρᾶγμα in re venerea si quis forte ignorat, abunde ex hac ipsa oratione poterit doceri. Ipsa verecundia Aeschinem plura addere impediebat Cf. § 37 sq. § 42 extr. ter delenda praepositio παρά, (παρ') § 54 bis οἰκέτης (την) τῆς πόλεως et mox § 62. § 77 ἐν τοῖς δήμοις. Cf. 86 et 114. § 81 ὃ οὗτος εἰρήκει, § 82 εἶναι γὰρ αὐτὸν ἔμπειρον, in quibus verbis mire variant codices, et post pauca καὶ ante διελιπών. § 94 corrige δοκεῖ pro δοκεῖν et expunge in sqq. φησι et deinde verba repetita e praegressis εἰ ὁ αὐτὸς — κατεδήδοκεν. § 103 ὁ Τιμάρχου τουτουὶ πατήρ. § 103 ὁ μισθούμενος τὸν Ἀθηναῖον παρὰ τοὺς νόμους et ἀλλὰ καὶ ἄλλην ὕβριν. § 180 ἐν ταῖς ἐκκλησίαις et mox τῶν Λακεδαιμονίων· *De fals. leg.* § 14 dele ὅλην cum libris *egkl* post κατέτριψε τὴν ἡμέραν, cl. Demosth. in Eubulid. § 9 κατέτριψε τὴν ἡμέραν δη-

μηγορῶν. § 23 una litura dele verba ὁ τοὺς Φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, quorum prior pars petita est ex Orat. in Ctesiph. § 257 sq., ubi Demosthenis sycophantae et proditori orator opponit duos viros optime meritos de republica: Solonem τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν (sqq. optime expungit Hamaker. Mnem. VII p. 452) et Aristidem τὸν τοὺς Φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, quae verba illic tam apta sunt quam hic inepta. Alteram scholii partem ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος iterum legitur in Timarchea § 25 et tertium, sed sine participio in Ctesiphontea. Utrobique merito delevit Hamaker, quem hic locus fugisse videtur. § 39 τοῦτο δ' ἄρ' ἦν ἀγχόνη [καὶ λύπη] τούτῳ Dele glossema. Cf. Ar. Ach. 125, Eur. Bacch. 246, Hec. 247. § 42 παλαιότητος [καὶ πλήθους ἐτῶν] — ἐν τοσούτῳ χρόνῳ [καὶ βίῳ]. Redde haec magistellis. § 74 suspecta habeo verba τῆς ἀκροπόλεως et mox πρὸς τὸν Πέρσην et deinde πρὸς τοὺς Πέρσας, quale emblema legitur quoque § 172. § 107 πέρας δὲ [τοῦ πράγματος]. Cf. Timarch. § 61 πέρας πείθουσιν ἀναςῆναι τὸν ἄνθρωπον. § 123 insiticium est κατηγορεῖς; § 155 dele verba φυγῆς καὶ τῆς ante παρούσης ἐμπορίας. Demosthenes secundum Aeschinem auro corrumpere conatus fuerat Aristophanem exulem Olynthium, ut falsum testimonium contra ipsum diceret, sed frustra. Iam nemo facile dixerit quo pacto Aristophanes respondere potuerit ὅτι (Δημοσθένης) τῆς μὲν Φυγῆς καὶ τῆς παρούσης ἀπορίας ἑαυτῷ οὐ κακῶς — cοχάζοιτο. Quippe Demosthenes Aristophanem exulem esse probe noverat neque igitur ulla opus erat coniectura. Sed expuncto emblemate omnia apte decurrunt.

Ctesiph. § 3 dele κληρούμενος, § 4 τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως, § 10 ἐκ τῶν δικαςηρίων, § 15 alterum κελεύει, § 33 τὸν ῥήτορα, quia non solos oratores opinor lex illa spectabat, sed omnes cives de patria bene meritos, qui corona digni iudicati essent. § 36 extr. male repetitum Φήσουσι, § 42 et § 43 vocabula μετὰ ψηφίσματος, § 108 καὶ ταύτην τὴν χώραν μήτ' αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μήτ' ἄλλον ἐᾶν, quae grammatici adnotatio est ad verba ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ petita e sequenti paragrapho, § 111 ἀλλὰ τέρατα, § 114 ἢ πρότερον post ἔτι μᾶλλον, § 157 ἀνθρώπους et γυναῖκας, § 162 ἑτέρων in verbis οὗτός ποτε ὁ νεανίσκος

ἑτέρων τὴν ὄψιν διαφέρων; quia διαφέρων absolute usurpari solet § 171 τότε τῆς πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, § 172 Σκύθης § 192 init. γίγνεται et mox πρᾶγμα, § 199 τὴν γραφὴν τῶ παρανόμων, § 228 διόπερ οὐδ' εὐδοκιμεῖν τὴν τῶν Σειρήνων μουσι κήν. § 230 § 231 init. τραγικῶν, § 230 διὰ τὸ ξενικοῖς στεφάνοι ταύτην ἀποδεδόσθαι τὴν ἡμέραν. Coronabatur olim populus no propter hunc illumve diem coronis illis destinatum, sed propte gloriam et potentiam et gratiam, qua pollebat apud peregrino Absurda adnotatiuncula tanta laborat obscuritate, ut quid aucto voluerit haud facile intelligas. Intelligi saltem potuisset διὰ τ ξενικοῖς στεφάνοις ἀποδεδεῖχθαι τὸ θέατρον. Volueritne diem quem orator significavit supra § 41 an aliud, haud definiam.

Digito postquam commonstravi alienae manus additamenta pauca addam de iis locis qui aliter constituendi mihi videntu quam leguntur in editione Weidmanniana; omissis omnibus iis de quibus iam alii monuerunt.

Timarch. § 20 ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα πράττῃ, γραφὰς ἐται ῥήσεως πεποίηκε καὶ τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπέθηκεν. Legen dum ἐπιτέθεικεν.

§ 25 εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκπεπλεύκατε εἰς Σαλαμῖνα Usus postulat διαπεπλεύκατε.

§ 51 Εἰ μὲν — διέμεινε παρὰ τῷ Μισγόλᾳ καὶ μηκέτι ὡς ἄλλο ἦλθε, μετριώτερ' ἂν διεπέπρακτο, — καὶ ἔγωγ' οὐκ ἂν ὤκνησα αὐτὸν οὐδὲν αἰτιᾶσθαι ἢ ὅπερ ὁ νομοθέτης παρρησιάζεται, ἠταιρηκέ ναι μόνον· ὁ γὰρ πρὸς ἕνα τοῦτο πράττων ἐπὶ μισθῷ δὲ τὴ πρᾶξιν ποιούμενος, αὐτῷ μοι δοκεῖ τούτῳ ἔνοχος εἶναι. ἐὰν δὲ — ἐπιδείξω — μὴ μόνον παρὰ τῷ Μισγόλᾳ μεμισθαρνηκότα αὐτὸν ἐπ τῷ σώματι ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρῳ καὶ πάλιν παρ' ἄλλῳ, οὐκέτ δήπου φαίνεται (l. φανεῖται cum Cobeto) ἠτιρηκώς, ἀλλὰ — καὶ πεπορνευμένος· ὁ γὰρ εἰκῇ τοῦτο καὶ πρὸς πολλοὺς πράττω καὶ μισθοῦ αὐτῷ μοι τούτῳ δοκεῖ ἔνοχος εἶναι. Ut iusta nascatur quae nunc obliterata est, in his verbis oppositio necesse e scribamus: ὁ γὰρ πρὸς ἕνα μέν, (οὐκ) ἐπὶ μισθῷ δὲ, τὴν πρᾶξ ποιούμενος inserta particula negativa et deletis verbis otiosis τοῦ πράττων, quae magistellus male addidit e fine periodi.

§ 65 τίς γὰρ ὑμῶν οὐ πώποτε εἰς τοὔψον ἀφῖκται καὶ τὰ

δαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν; Ita haec scripta leguntur in libris *dfabm*, nisi quod codd. *df* post ὑμῶν habent οὗτος ὃς, et in aliis quibusdam legitur ὃς. Scribendum videtur: τίς γὰρ ὑμῶν πώποτε κτέ.

§ 75 ἢ ὅταν μειράκιον νέον καταλιπὸν τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον, καὶ τελυτελῇ δεῖπνα δειπνῇ ἀσύμβολον καὶ αὐλητρίδας ἔχῃ — ἔτι ταῦτα μαντείας προσδεῖται; κτέ.

Transpone: ἢ ὅταν μειράκιον νέον τὴν ὄψιν [ἑτέρων] διαφέρον ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ, καὶ πολυτελῆ δεῖπνα κτέ.

§ 96 ἀλλὰ τοῦ ἤδη εὑρισκομένου ἀπεδίδοτο. Recipienda fuerat e codice *m* egregia lectio εὑρίσκοντος.

§ 97 δύ' ὀβολούς. Lege δύ' ὀβολώ.

§ 122 ἀλλὰ καταχρήσασθέ μοι. Verba καταχρῆσθαι et διαχρῆσθαι, ubi significant ἀποκτείνειν, Attice iunguntur cum quarto casu, quare requiro καταχρήσασθέ με. Unus codex veram lectionem servavit *de fals. leg.* § 70. Sed corruptis testibus fidem habere maluerunt editores.

§ 140 τοιγάρτοι τοὺς τῆς πόλεως μὲν εὐεργέτας ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερενηνοχότας Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα ὁ σώφρων καὶ ἔννομος εἴτε ἔρωτα εἴτε τρόπον χρὴ προσειπεῖν, τοιούτους ἐπαίδευσεν ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεεστέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἐγκωμίοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Monstrum hic alitur, quandoquidem hominum indoles educatur, non educat ipsos. Quocirca suspicor periisse quaedam et supplendum esse εἴτ' ἔρωτα εἴτε (ὄντινα δὴ) τρόπον χρὴ προσειπεῖν, ut dicat orator „modestus et legitimus sive amor sive alio quocumque nomine, ut Φιλία, πίστις, εὔνοια, appellandus est." Cf. § 132, § 142.

§ 141 περιφρονοῦντες ἰσορρόπῳ τὸν δῆμον. Praestiterit ni fallor, ἐφ' ἰσορρόπῳ.

§ 166 πολὺς μὲν γὰρ ὁ Φίλιππος ἔσται, ἀναμιχθήσεται δὲ καὶ τὸ τοῦ παιδὸς ὄνομα Ἀλεξάνδρου· Verba sic scripta significant: *„nam potens, sive vehemens, erit Philippus,"* quamquam orator voluit *„nam crebra erit Philippi mentio in oratione Demosthenis."* Corrigendum igitur πολὺς μὲν γὰρ ὁ Φίλιππος ἐνέσται. Praepositionem absorpsit terminatio Infinitivi praecedentis.

De fals. leg. § 22 συνετάξαμεν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, ὅταν προσίω-

μεν Φιλίππῳ τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν καὶ τοὺς λοιποὺς καθ' ἡλικίαν. Sana ratio postulare videtur: τὸν πρεσβύτατον πρῶτον λέγειν κτἑ. § 31 pro ἀνοχάς requiro ἀνοκωχάς. § 111 ἐφ' οἷς οἱ συμπρέσβεις ἐνεκαλύψαντο. Se ipsum non excipit orator, quapropter scribam ἐνεκαλυψάμεθα.

§ 128 οὐδ' ἄν φησιν ἐν βασάνοις ἀνδραπόδων γενέσθαι. Formula γίγνεσθαι ἔν τινι significat *in aliqua re versari, occupari*, quod non est huius loci. Negat enim Demosthenes secundum oratorem *causam suam committere* quaestioni servorum, itaque *pendere ab incerto eius rei eventu*. Quapropter corrigo: οὐδ' ἄν φησιν ἐπὶ βασάνοις ἀνδραπόδων γενέσθαι.

§ 136 διηπείλουν τοῖς τῶν Θηβαίων πρέσβεσιν; Duabus literis repetitis scripserim: διηπειλοῦντο τοῖς κτἑ. Cf. Timarch. § 43.

§ 146 post ἐπρέσβευσα excidisse nonnulla suspicor, in quibus orator mentionem fecerit de iis, quae Demosthenes de ipsius educatione dixisset.

§ 170 κἀμοὶ συνδεησόμενοι πάρεισιν ὑμῶν πατὴρ μὲν, οὗ τὰ τοῦ γήρως ἐλπίδας μὴ ἀφέλησθε, ἀδελφοὶ δὲ, οἳ διαζυγέντες ἐμοῦ ζῆν οὐκ ἂν προέλοιντο, κηδεσταὶ δὲ, καὶ ταυτὶ μὲν τὰ μικρὰ παιδία καὶ τοὺς κινδύνους οὔπω συνιέντα, ἐλεινὰ δ', εἴ τ συμβήσεται ἡμῖν παθεῖν. Periodi symmetria, cui tantoperc studere solent oratores antiqui, eo frangitur, quod cum de patre de fratribus et mox de liberis memorentur quaedam ad commendandam eorum supplicationem, nihil eiusmodi additur de leviris. Qua de causa haud scio an aliquid interciderit post vocabula κηδεσταὶ δέ. Sequentibus subveniunt codices *dfk* quorum ope vocula μέν transponenda est post μικρά.

Ctesiph. § 2 init. supple: ἐβουλόμην μὲν (ἂν) οὖν κτἑ.

§ 14 ἔστιν δὲ ὁ Δημοσθένης τειχοποιός. Quo tandem pacto si loqui potuit Aeschines, qui hanc orationem habuit *Alexandro Asiam iam tenente*, ut est apud Ciceronem? Nonne legendum ἦν δ' ὁ Δημοσθένης? Cf. § 24 et 27, ubi recte leguntur Imperfecta, et ita constanter in hac oratione.

§ 44 διαρρήδην ἀπαγορεύει (legislator) μήτ' οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ μήθ' ὑπὸ τῶν Φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενὸς ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα

Miram legem, ex qua pro sonte insons vel saltem minus noxius plectitur et poenam absurde excogitatam in hominum genus ἐπιτιμίας plerumque non particeps! Praeconis enim haud raro fuisse servos publicos notum est. Quapropter suspicor Aeschinem scripsisse ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κηρύξα(ντα), i. e. *eum qui voce praeconis ad eam rem usus fuisset.*

§ 75 συνιδεῖν τοὺς πάλαι μὲν πονηροὺς ἐκ μεταβολῆς δ' ἀξιοῦντας εἶναι χρηστούς. Intelligam δοκεῖν χρηστούς. § 82 supple: τὸν μόνον ἀδωροδόκητον ὀνομάζοντες (ἐν) τῇ πόλει. § 87 νικήσασι μάχην. Usitatius dicitur νικᾶν et κρατεῖν μάχῃ, quod servarunt boni codices *ehkl.*

§ 104 Oritae Gnosidemum misisse narrantur ad Demosthenem quem oraret, ut urbi remitteret debitum sibi talentum; quod si fecisset, Oritas oratori polliceri, se statuam eius posituros esse. Demosthenes vero, si Aeschini fides, ἀπεκρίνατο ὅτι χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο. Quippe *aurum* habere malebat. Inficete interpres nescio quis olim adscripsit ἐλαχίστου, ut significaret aeneam statuam Demostheni videri rem minimi pretii. Inde factum ut hodie legatur: ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο. Corruptelae rationem non assecutus Weidnerus parum probabili mutatione reposuit ὅτι καὶ μάλα χρυσοῦ, χαλκοῦ δ' οὐδὲν δέοιτο.

§ 136 ἐὰν περιελόντες τοῦ ποιητοῦ τὸ μέτρον τὰς γνώμας ἐξετάζητε, οἶμαι ὑμῖν δόξειν οὐ ποιήματα Ἡσιόδου εἶναι ἀλλὰ χρησμὸν εἰς τὴν Δημοσθένους πολιτείαν. Non intelligo quid sit cur Aeschines iubeat auditores metro solvere Hesiodi quos recitavit versus, quo facto fore ut videantur sibi audire non illius poema, sed oraculum de Demosthenis vita publica. Quippe ipsa oracula plerumque eodem metri genere concepta fuisse constat. Quamobrem suspicor Aeschini reddendum esse: ἐὰν περιελόντες τὸ ποιητικώτερον κτἑ., i. e. *si demto poetico verborum ornatu ipsas sententias exploratis.*

§ 164 καὶ κατεσϕθαι Φάσκων εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ. Imo κατεσϕέψεσθαι, *coronatum (et immolatum) iri.*

§ 174 περὶ δ' εὐγνωμοσύνην καὶ λόγου δύναμιν πῶς πέϕυκε; Lege πρὸς pro περὶ, ut est apud Ioannem Damascenum (IV, 166 Mein).

§ 180 θέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν. Ioculari errore

sic scriptum est pro παραθέμενοι. Notus est omnibus versus Homericus

ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες,

§ 208 οὐκ ἄν ποθ' ἡ δημοκρατία κατέσχη. Malim ἀποκατέσχη, *restituta esset.* Praepositio ΑΠΟ facile potuit elabi post δημοκρΑΤΙΑ.

§ 212. μυριάκις κατατέτμηκε (τὴν κεφαλήν). Sollemne est hac in re ἐπιτέμνειν, *incidere cutem ita ut carni et ossibus parcas.* Cf. supra § 51 et *de fals. leg.* § 93, Dem. *in Boeot. de nom.* § 32, alibi. Quare corrigam ἐπιτέτμηκε. Nemo sanus, nisi forte vult mortem sibi consciscere, κατατέμνει τὴν κεφαλήν non magis quam ἀποτέμνει.

§ 229 μεγάλα μὲν τὴν πόλιν κατειργασμένα. Lege: ἀγαθ' εἰργασμένα.

NOMEN VESUVII.

Galenus Tom X. pag. 364. λόφος οὐ μικρὸς, ὃν ἔν τε τοῖς συγγράμμασιν οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν νῦν οἱ ἀκριβέσεροι Βεσούβιον ὀνομάζουσιν. τὸ δ' ἔνδοξόν τε καὶ ΝΘΟΝ ὄνομα τοῦ λόφου Βέσβιον ἅπασιν ἀνθρώποις γνώριμον. Quod *novum* esse dicit nomen sine controversia est antiquissimum, olim Ϝέστιος, deinde Βέσβιος et Οὐέσβιος, denique Romani suo more ut in Alcumena, drachuma, Hercules, Aesculapius semivocalem addiderunt ut esset Vesuvius. Sic Πρόκλος Latine sonat Proculus, non Proclus, ut Λέντλος, Βίβλος, Κάτλος, alia.

C. G. C.

Anecd. Bekkeri pag. 84. 17. Βαιτῶν καὶ Βαιτάς: ἀντὶ τοῦ μωρός ἢ μωρά. Hesychius Βαιτάς: εὐτελὴς γυνή. ἀρχαία δὲ ἡ λέξις. et Βαιτῶνα τὸν εὐτελῆ ἄνδρα. Optime correxerunt ΒΛιτάς et ΒΛΙΤΩΝΑ. Eadem Antiatticistae reddenda. Miror cur ἀρχαία ἡ λέξις dicatur. Βλίτα omnes dicebant, unde Comici ἔπαιξαν suum βλιτῶν et βλιτάς.

C. G. C.

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

LONGI PASTORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Lubens agnovi Erwinii Rohdii rectum iudicium in egregio libro, quem nuper edidit de originibus eroticae poesis apud Graecos. Eruditio varia in eo inest et diffusa, quam etiamsi assequi me posse desperem, admirari tamen possum et suo pretio aestimare. Sed interdum cursum inhibet et quasi velis contractis descendit ad grammaticas quaestiones, de quibus multo mihi est facilius pronunciare quid existimem, quam de aliis paragraphis, in quibus externae fabulae cum Graecis componuntur et comparantur. Spissum volumen semel iterumque perlegi, deinde de manibus deposui; hisce diebus quum post aliquot mensium intervallum ad Longum redirem, denuo inspexi, quid Rohdius de Pastoralibus censeret et pleraque verissime mihi disputata esse videbantur. Cum alia magno opere probo, tum ea quae leguntur p. 516 sqq.: *Es ist schwer begreiflich, wie man sich über diesen sophistischen Character des Hirtenromans des Longus jemals hat täuschen lassen, und eine ächte*

ursprüngliche Naivetät in diesem künstlichstem aller Rhetorenprodukte hat finden können. Bei genauerer Aufmerksamkeit und einiger Bekanntschaft mit den Manieren sophistischer Scribenten wird man den wahren Character dieser Erzählung leicht durchschauen. Deinde quibusdam interpositis, quae minus faciunt ad id quod volo: *Die sophistische Einfachheit prägt sich vorzüglich in grosser Schlichtheit des Satzbaues aus, welcher sich zumeist in kurzen eingliedrigen Perioden bewegt, die einzelnen Phrasen nicht hypotaktisch gruppirt, sondern parataktisch an einander lehnt, feste Verbindung durch Conjunctionen vermeidet, für asyndetische Reihenfolge der Sätze eine bedenkliche Vorliebe zeigt..... Longus bietet ein fast bis zur Carrikatur getriebenes Beispiel dieser Schreibweise. Diese „hirtenmässige Einfachheit" ziert er nun aber durch alle erreichbaren Mittelchen auf, wie eine kokette Schäferin sich mit Bänderchen und Schleifchen putzen mag..... Er verirrt sich aber bei dem Bestreben, seine Rede lieblich ins Ohr fallen zu lassen, häufig in eine unleidlich gezierte Tändelei. Er schwelgt fortwährend in jenen, mässig angewendet, bisweilen ja so wirksamen Mitteln eines spielenden Gleichklanges und Gleichmaasses der Rede, den Parisosen, Parhomoiosen, Homoioteleuta, welche alle hinauslaufen auf eine kokette Wirkung durch Verdoppelung gleichwichtiger, ähnlich lautender, ähnlich auslautender Satzglieder. Wenige selbst der späten Manieristen griechischer Rhetorik haben dieses Spiel mit einem weichlichen Parallelismus der Satzglieder, mit Reimklängen u. s. w. so weit ins Läppische ausgedehnt, wie Longus; allenfalls könnte man ihm noch Achilles Tatius an die Seite stellen, der ihm vielleicht in solchen Manieren nacheifert.*"

Quod postremo loco Rohdius posuit, Achillem Tatium Longi Pastoralia fortasse lectitavisse eumque interdum imitari, hoc quoque mihi videtur vere dictum esse, sed est ea res eiusmodi, ut facilius ab attentis lectoribus sentiri possit, quam argumentis demonstrari. Praeterea Rohdius in margine affert exempla παρισώσεων, παρομοιώσεων et ὁμοιοτελεύτων, quae lectores cum fructu considerabunt, sed quod recenset vocabula quaedam poetica et nimis vetusta, quibus Longus usus est, in ea re ratio eum interdum fugit et sunt quae cupide reprehendat, quum Longi orationem adeo non dedecorent, ut deceant potius. Sed invidiosum est in praeclaro libro minutas maculas exagitare velle

Quod in Achille Tatio nuper ostendi, quam fracto ac puerili sermone utatur, idem nunc in Longo faciam, ut si qui lectores eum nondum fortasse cognoverint, existimare tamen possint, quam absurdum et putidum dicendi genus sequi soleat. Itaque legimus primo libro statim ab initio: *ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα, πεδία πυροφόρα, γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλαττα προσέκλυζεν ἠόνι ἐκτεταμένῃ, ψάμμῳ μαλθακῇ.* Pag. 249. 7: *τροφῆς ἠμέλει, νύκτωρ ἠγρύπνει, τῆς ἀγέλης κατεφρόνει· νῦν ἐγέλα, νῦν ἔκλαεν· εἶτα ἐκάθευδεν, εἶτα ἀνεπήδα· ὠχρία τὸ πρόσωπον, ἐρυθήματι αὖθις ἐφλέγετο.* Ecce tertium exemplum, p. 266. 20: *ἤλγουν τὴν ψυχήν, τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην, το σῶμα ἐψυχόμην· ἐβόων ὡς παιόμενος, ἐσιώπων ὡς νεκρούμενος, εἰς ποταμοὺς ἐνέβαινον ὡς καόμενος.* Alia exempla sunt nec minus luculenta, quae Rohdius attulit.

Leve est indicium in Italia scripsisse Longum, nec Graecos sed Romanos lectores ei obversatos fuisse. Nimirum quod narrat p. 262. 17: *πᾶσα γὰρ ἡ κατὰ τὴν Λέσβον ἄμπελος ταπεινή, οὐ μετέωρος οὐδὲ ἀναδενδράς, ἀλλὰ κάτω τὰ κλήματα ἀποτείνουσα καὶ ὥσπερ κιττὸς νεμομένη*, potuit hoc Romanis notabile videri, nam in Italia uti hodie sic olim quoque sublimes et jugatae vineae erant, quod Varro memoriae prodidit de Re Rustica I, 8, sed in Graecia atque in Asia praesertim terra cubilia praebet uvis, quae saepe vulpibus et hominibus fiunt communes.

Quod Longus describit vineam humilem, apparet eum nosse Graeciam vel Asiam; Lesbum tamen insulam non novit, nam est ea insula multo minor, quam opinatus est. Fundus, in quo Daphnis expositus fuit, ducenta stadia distabat ab urbe Mytilene, p. 242. 6; fines autem Mytilenaeorum etiam latius extendebantur, nam Methymnaei quidam juvenes triginta stadiis antequam ad eum fundum pervenerunt, p. 269. 29, jam narrantur *παραπλεῖν τοὺς Μυτιληναίων ἀγρούς*, p. 269. 1. Contra p. 284. 14 dux Mytilenaeorum centum stadia abest ab urbe Methymna et Methymnaeorum fines tamen jam transgressus est: itaque inter utramque urbem fingitur esse spatium stadiorum certe non minus CCCXXX, cum tamen Strabo scribat, quod verum est, Mytilenen stadia ferme CCLXX a Methymna abesse. Quod legitur p. 295. 16 itidem ostendit, Longum insulam aliquanto maiorem facere, quam revera est.

Nunc vitia quaedam sermonis notabimus, quae in Pastoralium libris occurrunt. Fieri potest ut quaedam ex iis non Longo imputari debeant, sed librariis; verum periculosum est, hoc in singulis definire velle. Veluti quod ἦεσαν legitur p. 241. 7. 278. 18, 282. 21 et 303. 24, ecquis demonstrare poterit Longum scripsisse ἦσαν? Est certe vitium scriptoris ipsius, quod toties εἷς pro τις usurpat, v. c. p. 242. 11 παιδίον ὑπὸ μιᾶ τῶν αἰγῶν τρεφόμενον, p. 256. 12 μίαν ᾤετο τῶν ἐκ τοῦ ἄντρου Νυμφῶν ὁρᾶν, p. 296. 21 μιᾶς τούτων θυγάτηρ Ἠχὼ γίγνεται, p. 297. 20 ἓν δερμα αἰγὸς ἐπεσύραντο, p. 309. 10 κρεμᾷ ἄνθρωπον ἐκ μιᾶς πίτυος. Πρόσεισι futurum est p. 309. 21, sed praesentis temporis significationem habet p. 242. 21, 253. 1 et 321. 11. Eodem modo ἄπειμι recte positum p. 274. 11, perperam p. 287. 10; ἔπειμι recte p. 275. 6, perperam p. 317. 20. Nescio quomodo pro ἵνα usurpavit ὡς ἄν, v. c. p. 243. 9 ὡς δ' ἂν καὶ τοὔνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸ ἔγνωσαν καλεῖν, p. 258. 18 ἔχοντες ἡμιολίαν, ὡς ἂν μὴ δοκοῖεν βάρβαροι, p. 262. 10 ὡς ἂν ὑπὸ Φωτὶ νύκτωρ τὸ γλεῦκος φέροιτο. Δεδοικὼς est p. 294. 13 et 297. 22, δεδοικυῖα p. 244. 20, δεδοικότες p. 269. 20 et 321. 28, ἐδεδοίκει p. 295. 1; semel legitur δεδιότες p. 273. 25. Πότε pro πηνίκα usurpatum videbis p. 245. 14. Perpetuo συρίττειν, numquam συρίζω· inde futurum est συρίσω, non συριῶ. Ἀπελούετο, λουόμενον atque reliquae eius modi formae crebro inveniuntur p. 248. 13, 23, p. 249. 1, 255. 27, 256. 15, 265. 19 et 297. 16. Poeticum est ἰδέσθαι p. 248. 23. Vitiosa est constructio p. 249. 21 εἴθε αὐτοῦ σύριγξ ἐγενόμην, ἵν' ἐμπνέῃ μοι, εἴθε αἴξ, ἵν' ὑπ' ἐκείνου νέμωμαι. P. 251. 24 θερμᾶναι legitur pro θερμῆναι, p. 255. 21 ὁδμή pro ὀσμή p. 255. 24 χαμαί pro χαμᾶζε. Ἀναπιμπλάναι perperam usurpatur p. 256. 5, contra recte ἐμπιμπλάναι p. 251. 30, 275, 25 277. 10 et 286. 18. Saepissime μὴ inveni pro οὐ usurpatum ecce praecipui loci: p. 258. 28 μηκέτι μηδὲν μήτε ἐς τὰς αἶγα μήτε ἐς τοὺς ἄλλους ἀγροὺς περιεργασάμενοι κατῆγον αὐτόν, p. 267. 26 ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν, p. 273. 28 μήτε τὰς αἶγα ἰδὼν μήτε τὰ πρόβατα καταλαβὼν μήτε Χλόην εὑρὼν πρὸς τὸ φηγὸν ἔτρεχεν, p. 287. 14 ἐπεὶ μὴ εἵμαρτο χειμῶνός με ταύτην ἰδεῖν, p. 290. 25 τὰς μήπω τετοκυίας οἱ κριοὶ ἔβαινον, p. 300. Ἱκανόν σοι νῦν μὲν δόξαι μὴ πένητι, p. 303. 16 μηδὲν πιὼν μηδ'

φαγὼν παρὰ τὴν Χλόην κατέδραμε, p. 325. 5 ἐδεήθησαν γὰρ τοῦτο μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄσει διατριβήν. P. 259. 11 et 321. 3 pro τεθνήξω perperam scripsit τεθνήξομαι. Ἀπεδύσατο est p. 260. 11 et ἐνδύσασθαι p. 319. 20. Perpetuo legitur ὀμνύειν et ἀπολλύειν, ὤμνυον, ὀμνύοντος, sed ὀμνύς invenitur p. 313. 16 et διώμνυτο p. 325. 1. Barbara forma est παρήμην p. 265. 12, 266. 17 et 320. 14. P. 271. 12 ὠνήσαιτο Longus dedit; rectius erit πρίαιτο. P. 272. 14 parum proba est forma ἀπονίπτει. Nec feram aoristum p. 283. 16 ὄμοσον μὴ καταλιπεῖν Χλόην. Recte διδάσκειν ponitur p. 293. 22, 26 et 296, 17, sed medium διδάσκεσθαι perperam usurpatur p. 259. 18 et 293. 15. Nota praeterea verbum θέσθαι pro ποιήσασθαι usurpatum p. 273. 10 ἀπόβασιν ὀξεῖαν θέμενοι, p. 277. 17 ὑμᾶς βορὰν ἰχθύων θήσω, p. 280. 30 τὰς αἶγας θήσειν διδυματόκους, p. 298. 11 μεγάλως αὐτοὺς εὐδαίμονας θήσει, p. 310. 27 ἔφη ἐλεύθερον θήσειν, unde apparet Hercherum recte emendavisse p. 311. 31. Futurum ῥεύσεται displicet p. 297. 19, rectius est προσρυείς p. 315. 18 et συνερρυηκότων p. 315. 26. Denique θᾶττον νοήματος p. 303. 16 revocat mihi in memoriam, quod apud Heliodorum et Achillem Tatium vidimus, omnia apud eos mira celeritate perfici.

Nunc Pastoralia ordine percurram et videbo ecquid supersit, quod satis evidenti medicina sanari possit. Scribit Longus in procemio, se Lesbi vidisse in Nympharum nemore εἰκόνα, γραφήν, ἰσορίαν ἔρωτος. Non feram asyndeton illud, cum praesertim infra inter εἰκόνα et γραφήν non distinguatur, sed tabula modo hoc modo illo nomine appelletur. Ex Hirschigii adnotatione non intelligo, in utro Codice εἰκόνος γραφήν legatur, sed agnosco in corruptela veram scripturam εἰκονογραφίαν. Saepe animadverti librarios composita nomina dissecare. Legitur in Demosthenis Oratione pro Phormione § 45: σὺ μὲν χλανίδα φορεῖς καὶ τὴν μὲν λέλυσαι, τὴν δ' ἐκδέδωκας ἑταίραν καὶ ταῦτα γυναῖκ' ἔχων ποιεῖς καὶ τρεῖς παῖδας ἀκολούθους περιάγεις. Primum περιάγεσθαι hoc dicitur et requiro περιάγει· deinde inducendum est verbum ποιεῖς, denique malim compositum χλανιδοφορεῖς. Faciebant hoc delicati adulescentes, sicuti philosophi contra ἐτριβωνοφόρουν. In Platonis Symposio p. 203 B.: ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὑτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι

ἐκ τοῦ Πόρου, quanto rectius erit παιδοποιήσασθαι. Recte παιδοποιεῖσθαι legitur Legg. IX. 868 D. et Rep. V. 449 D., sed iterum ea locutio periit Legg. II. 674 B.: ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι ἀνὴρ ἢ καὶ γυνή, nisi forte existimemus anti sciri posse, sintne gemini nascituri. In Nicolai fragmento quod Stobaeus servavit in Florilegio XIV. 7. pro γαστὴρ ἀργία Ca betus, nisi fallor, γαστριμαργία correxit. Simile vitium est apud Plutarchum de Educat. Pueror. p. 12 B.: ἀμετρία γαστρὸς καὶ κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων· praefero enim γαστριμαργία legere. Eadem via poterit fortasse perveniri ad veram scripturam apud Plutarchum πῶς ἄν τις διάκρ. p. 69 B.: ψέγοντι μὲ συνουσίας καὶ πότους αὐτοῦ, ψέγοντι δὲ ἀργίαν καὶ γυμνασια καὶ λουτρὰ συνεχῆ καὶ πλησμονὰς ἀκαίρους. Ante Wyttenbachium γυμνασίαν edebatur, sed possuntne recte coniungi ἀργία et γυμνάσια? Certe ἀργὸς non est, qui corpus exercet et γυμνάζεται. Itaque hic quoque malim γαστριμαργίαν. Apud Philostratum in Vita Apollonii p. 44: δεῖ δὲ πεφράχθαι τὴν ἄνδρα γιγνώσκειν τε ὡς ἀργίας μὲν ἡττηθεὶς ὁ σοφὸς ἢ χολῆς ἢ ἔρωτος ἢ φιλοποσίας, ἴσως ἂν καὶ ξυγγνώμην φέροιτο. Totus contextus manu ducit ad γαστριμαργίας. Apud Plutarchum συμπ. προβλ. 632 C. τὸν εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαρίεικὸν κίμβικα καὶ κύμινον προσαγορεύων, collato Eustath. p. 1828. 10 malim κυμινοκίμβικα. Apud Euripidem Helen. 810:

οὕτω σιδήρῳ τρωτὸν οὐκ ἔχει δέμας,

sic demum agnoscam poetam:

οὗτος σιδηρότρωτον οὐκ ἔχει δέμας.

Similiter Herodotus I. 25 memoravit ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, quod fuit nisi fallor σιδηροκόλλητον, sicuti legitur IX. 37 ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ. Apud eundem VI. 52 τούτους ἀνδρωθέντας αὐτούς τε ἀδελφεούς ἐόντας λέγουσι διαφόρου εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης ἀλλήλοισι, requiro αὐταδελφεούς τε ἐόντας. Quis Sophoclis non meminit: ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα. Prorsus stultum est quod legitur apud eum VII. 148: ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι, nam verum est τριηκοντοέτεα εἰρήνην. Mox oratio variatur, quod ubique fit apud Herodotum et σπονδαί dicuntur τριηκοντοέτιδες. Sed redeo ad Longum

apud quem nunc satis credi poterit, esse rescribendum εἰκονογραφίαν. Sitne retinendum vocabulum ἱστορίαν, plurimum dubito.

Falsum est quod itidem in prooemio legitur p. 241. 20 οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν ἢ φεύξεται· imo hoc multi fecerunt, sed οὐδεὶς ἔρωτα πέφευγεν. Ea confusio crebro invenitur. Verum diu me exercuit quod legitur p. 243. 19: ἡ ὥα τοῦ ἄντρου τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον. Ἐκ πηγῆς ἀναβλύζον ὕδωρ ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥςε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυρὸς ἐξετέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλθακῆς πόας ὑπὸ τῆς νοτίδος τρεφομένης. Quaeritur quae sit ἡ ὥα τοῦ ἄντρου et quid sit illud quod dicatur esse τῆς μεγάλης πέτρας τὸ μεσαίτατον. Quia Longus perpetuo amat eadem dicere eodem modo, nam summa eius est dicendi penuria, optimum factu erit videre, quomodo alibi loquatur. Jam conferamus p. 305. 32: ΙΝΑ τοῦ παραδείσου ΤΟ ΜΕΣΑΙΤΑΤΟΝ ἐπὶ μῆκος καὶ εὖρος ἦν, νεὼς Διονύσου καὶ βωμὸς ἦν. Sequitur igitur post id quod est μεσαίτατον, plenam distinctionem delendam esse et particulam ἵνα esse inserendam ante τῆς μεγάλης πέτρας. Deinde aquulam illam χεομένην appellat, unde licet suspicari de rupe eam cecidisse atque sic ex rore esse natam τὴν νοτίδα, quae viridem locum et herbosum efficeret. Ecce jam emicat emendata lectio: ἄνωθεν τοῦ ἄντρου ἵνα τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον, ἐκ πηγῆς ἀναβλύζον ὕδωρ ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον. Hoc facile est ad intelligendum et pertinet ad loci amoenitatem demonstrandam. Nunc etiam videmus, quid sit quod legitur p. 248. 12: τῇ πηγῇ ΠΑΡΑΣΤΑΣ τήν τε κόμην καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἀπελούετο. Adstabat enim Daphnis fontis aquae, quae de rupe destillabat. Mutatio non mihi videtur nimis violenta; quantillum enim differunt ΗΩΑ et ΑΝΩ; terminatio θεν potuit per compendium indicari, deinde, ut fit, omissa est. Amat Longus eiusmodi adverbia; p. 255. 29 legitur τὸ ἔνδοθεν καῦμα, p. 306. 3 εἶχε δὲ καὶ ἔνδοθεν ὁ νεὼς γραφάς et p. 243. 14 πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη. Rohdius quoque locum emendare instituit, sed longe simplicissima ratio videtur, quam modo commendavi.

Quod Longus p. 244. 27 mentionem facit Nympharum τῶν ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγή, primum quod ostendimus fons non scaturiebat in antro, sed de rupe destillabat. Itaque qua-

tuor vocabula ἐν ᾧ ἡ πηγή inutiliter adhaerent et relegand sunt in marginem. Idem adjecit, qui itidem interpolav p. 322. 20: ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ τὴν ἐν τῷ ἄντρῳ Quo tempore ea verba adscripta sunt, jam corruptus erat locus quem supra in integrum restituimus. Sunt etiam aliae in Long interpolationes, quas Hercherus notavit.

P. 246. 8 observavi confusionem praepositionum ἀπὸ et κατά τὰς θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν nam Chloe in Daphnidis gratiam eas ἀπήλαυνεν. Rect p. 282. 18 cum advesperascit, uterque dicitur gregem domun ἀπελαύνειν, simul autem συνέθεντο θᾶττον τὰς ἀγέλας τῆς ἐπι ούσης κατελάσαι. Recte quoque p. 263. 12 κατήλαυνον τὰ ἀγέλας ἐς τὸ πεδίον et p. 254. 6 εἰς τὴν πηγήν, sed p. 248. 2 ἀπήλασαν τὰς ἀγέλας οἴκαδε. Ubique discrimen accurate ob servatur.

Obiter p. 246. 14 pro ἠμέλησεν reponemus imperfectun ἠμέλει et venio ad p. 246. 22: Λύκαινα τρέφουσα σκύμνου νέους ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποιμνίων πολλάκις ἥρπαζε πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. Aiebatn lupa σκύμνους νέους? Omnes σκύμνοι necessario semper sun νέοι, uti opinor. Mater autem πολλῆς τροφῆς ἐδεῖτο, non quo σκύμνους νέους pepererat, sed quod συχνούς,

Non feram indicativos modos p. 246. 31: τὸ περιττὸν τοῦ χώματος κατέπασαν τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα, ὥςε, κἂν λαγὼ ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέςερα ὄντα καὶ τότ παρέχει μαθεῖν ὅτι γῆ οὐκ ἦν. Soloeca oratio est, qua Graeca fiet, si reposueris κατακλᾶν et παρέχειν. Ess miror qui talia non sentiant. Mox p. 247. 6 scribe: βιαιοτέρα γενομένης (τῆς) συμβολῆς, nam articulus abesse non debet.

Grave vitium nondum correctum est p. 249. 16: πόσοι βάτο με ἤμυξαν, καὶ cὐκ ἔκλαυσα· πόσαι μέλιτται κέντρον ἐνῆκαν ἀλλὰ ἔφαγον. Qui Longum bene novit, assentietur mih legendum esse: καὶ οὐκ ἔφυγον. Nimium sane ineptum es illud ἔφαγον et prorsus requiro, ut καὶ οὐκ bis ponatur, sicut statim in vicinia legitur: καλὸς ὁ Δάφνις, καὶ γὰρ τὰ ἄνθη καλὸν ἡ σύριγξ αὐτοῦ ΦΘέγγεται, καὶ γὰρ αἱ ἀηδόνες. Aoristu ἔφυγον primum abiit in imperfectum ἔφευγον· ἔφευγον autem pe perit absurdum ἔφαγον. P. 247. 27: τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκ

μετῆλθεν, repone τοῦτον et, quod continuo sequitur, τοῦτον μὲν δὴ τυθησόμενον χαρίζονται σῶσρα τῷ βουκόλῳ, lege τὸν μὲν δή. Eadem p. 247. 21 legitur ἐζήτει, quamquam planissime requiritur praesens ζητεῖ. Denique p. 250. 7 εὐθὺς μὲν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, fere dixeris hoc esse non librariorum vitium, sed typothetarum pro ἀπ' ἐκείνης.

Venio ad p. 251. 11, qui locus minime corruptus est, sed videndum est, num forte Parthenio laboranti succurrere possimus. Verba sunt Daphnidis: ἀρκεῖ δέ μοι τυρὸς καὶ ἄρτος ὀβελίας καὶ οἶνος λευκός, ὅσα ἀγροίκων πλουσίων κτήματα. Confirmatur quod notum est, vile cibi genus esse ὀβελίαν ἄρτον. Panis est ἀκάθαρτος et εὐτελής et ῥυπαρός· postquam furfures a farina excreti sunt, fit αὐτόπυρος et καθαρός. Ad illud genus etiam ὀβελίας ἄρτος referri debet. Romani *sordidum* panem appellant. Unde nomen sit natum, non prorsus constat. Scribit Athenaeus III. p. 111: ὁ δὲ ὀβελίας ἄρτος κέκληται ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται ὡς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὠπτᾶτο. Tum affert Aristophanis et Pherecratis testimonia et ita pergit: Ἐκαλοῦντο δὲ ὀβελιαφόροι οἱ ἐν ταῖς πομπαῖς παραφέροντες αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων. Σωκράτης ἐν ἕκτῳ Ἐπικλήσεων τὸν ὀβελίαν φησὶν ἄρτον Διόνυσον εὑρεῖν ἐν ταῖς στρατείαις. Nempe divites ἄρτους καθαροὺς habebant, sed μᾶζαι erant, quibus plebecula plerumque vescebatur et si forte panis accederet, erat tamen sordidus. Eo pertinet quod Athenaeus scribit quarto libro: Σόλων δὲ τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτουμένοις μᾶζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς προσπαρατιθέναι. Nec negligendum est Pollucis testimonium VI. 75: ὀβελίαι ἄρτοι οὓς εἰς Διονύσου ἔφερον οἱ καλούμενοι ὀβελιαφόροι, ἐκ μεδίμνου ἑνὸς ἢ δυοῖν ἢ τριῶν τὸ μέγεθος, δι' ὀβελίσκων τινῶν εἰργμένους ἀφ' ὧν καὶ τοὔνομα. Corruptum est εἰργμένους; quod in nonnullis libris legitur εἰρημένους, manu ducit ad πειρομένους, quam lectionem Tzetzes ante oculos habuit, uti apparet Chiliad. VII. 770:

Ἐγὼ μὲν ἄρτον ἔλεξα ἐνταῦθα ὀβελίαν
τὸν ῥυπαρὸν καὶ εὐτελῆ, τάχα καὶ πετυρίαν.
Πρὸς Κόμμοδον Ἰούλιος γράφων δὲ Πολυδεύκης
πῇ μὲν τοιοῦτον καὶ αὐτὸς τοῦτον κατονομάζει,
Ὁ καχρυδίας ἄρτος μοι, λέγων, καὶ ὀβελίας.
Πάλιν φησίν που ἀλλαχοῦ· ἄρτοι δὲ ὀβελίαι

οὓς Διονύσῳ ἔφερον οἱ ὀβελιαφόροι,
ὄντας ἀπὸ μεδίμνων τε ἢ δύο ἢ τριῶν δέ,
ἐμπεπαρμένους ὀβελοῖς· ὅθεν τὴν κλῆσιν ἔσχον.

Videmus igitur festis diebus in Bacchi honorem τοὺς ὀβελιαφόρους in pompa panes eiusmodi humeris portavisse mulorum Marianorum instar; facile credam fuisse eos panes insane magnos, sed absurdum est putare fuisse eos interdum ἐκ μεδίμνων τριῶν, quantumvis Tzetzes Pollucis testimonium sua auctoritate confirmet. Scilicet ut medimnum ad nostram rationem exigas, capit *litras* plus quam 52 et panem ἐκ μεδίμνων τριῶν vix quinquaginta robusti homines tribus diebus comedent. Satis apparet medimni vocabulum esse corruptum, sed quod reponam non habeo. Jam legimus apud Parthenium p. 13. 26. imperatorem Erythraeorum qui cum Milesiis Naxum obsideret, prodere voluisse Naxiis locum quem cum exercitu teneret, itaque de ea re in urbem nuncium misisse ἐνθέμενον εἰς ἄρτον μολυβδίνην ἐπιστολήν. Stulte hoc excogitatum fuit, nam ipso pondere epistola argui poterat. Sed festus erat dies et Thargelia apud Milesios agebantur; ipse autem dux Erythraeorum considebat ἐν Δηλίῳ ἱερῷ. Itaque epistolam baculo circumvolvit, quod pani inseruit. Hoc minime suspiciosum fore putavit. Quam epistolam ad obsessos perferendam dedit, eam condiderat εἰς ἄρτον ὀβελίαν, nam sic scribendum est, et ὀβελιαφόρος videbatur qui tabellarius erat. Revera legimus τὸν κομίζοντα τὸν ἄρτον tuto pervenisse in urbem. Addam Platonis locum de consimili argumento. Socrates in Rep. II. 372 B. describit simplicissimum hominum victum in ipsis civitatis quam fingit primordiis: θρέψονται, inquit, ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα, τὰ μὲν πέψαντες τὰ δὲ μάξαντες, μάζας γενναίας καὶ ἄρτους ἐπὶ κάλαμόν τινα παραβαλλόμενοι ἢ φύλλα καθαρά. Apparatus sunt, ut vides, minime Persici, sed sicuti μᾶζαι γενναῖαι dicuntur, sic ἄρτους quoque non simpliciter nominavit, sed adiectivum addidit ῥυπαρούς, quod vides cur exciderit. Elegans inest in eo loco chiasmus, qui neminem fugiet. Vescebantur autem illi prisci mortales pane cum furfuribus, h. e. habebant ἄρτους ῥυπαρούς. Nec rure tantum homines, sed etiam in castris milites ῥυπαρὸν ἄρτον ἐσθίουσι, quod tum ex ipsa rei natura apparet, tum ex Polybii testimonio

XXXVII. 3. 12. Restat, ut quaeramus de Aristophanis fragmento, quod Γεωργῶν octavum est apud Meinekium et ita audit:

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοεικόν,
εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι κἀποκλάσαι τε καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
τῆς τρυγὸς ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι.

Recte, nisi fallor, Herwerdenus rescripsit φαγόντι, sed praeterea displicet quod agricolae illi parvo contenti exoptant sibi ἄρτον λιπαρόν. Dubito quoque possitne panis satis bene λιπαρός dici, sed qui bibit τὴν τρύγα, contentus jam erit, dummodo habeat sordidum panem itaque scribam: ἄρτον ῥυπαρόν.

Admodum facile est emendare quod apud Longum legitur p. 251. 31 in descriptione flavae Chloes: τότε πρῶτον καὶ τὴν κόμην αὐτῆς ἐθαύμασεν ὅτι ξανθή, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὅτι μεγάλοι καθάπερ βοός, καὶ τὸ πρόσωπον ὅτι λευκότερον ἀληθῶς καὶ τοῦ τῶν αἰγῶν γάλακτος. Duo vocabula exciderunt, quae peti possunt ex illa descriptione Amoris p. 264. 12: λευκὸς ὡς γάλα, ξανθὸς ὡς πῦρ. Quanto in honore flava coma fuerit apud veteres, omnibus notum esse arbitror.

Quod eaedem locutiones apud Longum identidem recurrunt, optimum inde petitur emendationis praesidium. Describitur v. c. Daphnis p. 251. 27: σκυθρωπός τις εὐθὺς ἦν καὶ πολλάκις ἐψύχετο καὶ τὴν καρδίαν παλλομένην εἶχε Pariter Philetas p. 266. 21: ἤλγουν τὴν ψυχήν, τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην, τὸ σῶμα ἐψυχόμην. Est hoc quidem multo rectius dictum quam illud, nec tamen reponam ἐπάλλετο pro παλλομένην εἶχε. Ne apud probatos quidem scriptores ea correctione uti ausim. Veluti quod legitur apud Theoprastum in Characteribus c. 5: δεινὸς κτήσασθαι — αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, Cobetus in Variis Lectionibus p. 189. reponit αὐλαίαν Πέρσας ἐνυφασμένην. Verum in Graeca Inscriptione quae apud Boeckhium 155 est et refertur ad archontem Callimachum, h. e. ad Olympiad. 107. 4. recensetur χιτωνίσκος ἀλουργὸς περιποικίλος· οὗτος ἔχει γράμματα ἐνυφασμένα, nec video qui possit dubitari verene Boeckhius paucas literas quae desint suppleverit. Tertius apud Longum locus est p. 252. 18: ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχή. Nonne praestat rescribere πάλλεται?

Recte edebatur olim p. 255. 1: σωθεὶς ἐκ κυνός, Φασὶν, οὐ λύκου σόματος, sed Hercherus vocabulum nescio quare reiecit in marginem. Respicit Longus proverbium, quod vide apud Zenobium 248. Cf. p. 263. 20: τότε δὲ κύνες, Φασίν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες. P. 315. 11: μέλλω βοῦς, Φασίν, ἐν αὐλίῳ καταλείπεσθαι, quod proverbium Diogenianus recenset 270.

Soloecum est quod scribitur p. 256. 2: δεινὰ αἱ μυῖαι λυπῆσαι καὶ δακεῖν εἰ διώκοιντο pro διώκονται, sed est fortasse vitium Longi ipsius. Scripsit certe p. 255. 15: ἠγνόουν ὅ τι θέλουσι, p. 274. 30: ἡμῖν πεφρόντισαι τὸ κατ' ἐκείνην, ὡς μήτε εἰς τὴν Μήθυμναν κομισθεῖσα δουλεύοι μήτε μέρος γένοιτο λείας πολεμικῆς, et alibi fortasse.

Quae leguntur apud Plutarchum in Moralibus p. 503 D: ὥσπερ ὁ πυρὸς εἰς ἀγγεῖον κατακλεισθεὶς τῷ μὲν μέτρῳ πλείων εὑρίσκεται, τῇ δὲ χρείᾳ μοχθηρότερος, admirationem movent, nam de tritico hoc nemo memoriae prodidit, quod inclusum in vas corrumpatur et deterius fiat. Sed fit hoc in caseo, ut inclusus intumescat et incipiat putrescere. Itaque certum mihi videtur, esse reponendum τυρός, sed periculum est, ne quis putet idem vitium latere apud Longum p. 258. 21, ubi praedones rapuisse dicuntur οἶνον ἀνθοσμίαν, πυρὸν ἄφθονον, μέλι ἐν κηρίοις. Hoc rectissime editur; casei frequenter memorantur apud Longum, v. c. p. 250. 16, 253. 1. 16, 266. 32, 272. 16, 293. 29, 307. 18, 310. 9, alibi; sed Dionysophanes habet etiam πεδία πυροφόρα, ut legimus p. 242. 7. Dryantem videmus p. 300. 30 πυρούς τινας ἀλωνοτριβοῦντα et Lamonem p. 301. 23 κριθὰς μετροῦντα. Denique, quo res conficitur, p. 273. 7 dux Mytilenaeorum πολλὰ μὲν ἥρπαζε ποίμνια, πολὺν δὲ σῖτον καὶ οἶνον.

P. 258. 25 malim: ἡ γὰρ Χλόη βραδύτερον ὡς κόρη τὰ πρόβατα ἐξῆγε τὰ Δρύαντος, quam τοῦ Δρύαντος. P. 259. 9 jacet Dorco moribundus αἵματος πολλοῦ χεομένου· videtur ea lectio esse Florentini Codicis, quum in Vaticano legatur Φερομένου. Equidem non possum non suspicari verum esse: αἵματι πολλῷ ῥεόμενος, uti p. 294. 19: αἵματι ῥεύσεται πολλῷ. P. 260. 2: σρέφεται μὲν ἡ ναῦς καὶ τοῦ κλύδωνος συνιόντος ἀπόλλυται· sed navis non perit dum σρέφεται ipseque adeo gubernator οἰακοσροφεῖ, sed in exitio et calamitate locum habet τρέπεται. Milites σρέφονται dum exercentur, sed fu-

gam capessentes τρέπονται. Choreutarum est τροφή, hostium τροπὴ et quis hoc discrimen ignorare potest?

Ridiculum est quod legitur p. 260. 19: νήχεται δ' ἄρα βοῦς, ὅσον οὐδὲ ἄνθρωπος· μόνων λείπεται τῶν ἐνύδρων ὀρνίθων καὶ αὐτῶν ἰχθύων, οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βοῦς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν διάβροχοι γενόμενοι. Itane ΠΕΡΙΠΕΣΟΙΕΝ? Aliquanto melius intelligam ΠΕΡΙΣΑΠΕΙΕΝ, i. e. περισαπεῖεν. Verum undenam stultam fabulam Longus arripuit?

P. 262. 9: λίθου θλῖψαι τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων δυναμένου, malim βοτρυδίων, ut p. 269. 22 et delendum est δυναμένου· recte legitur p. 253. 6: δέρμα ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα atque ibi quoque infinitivus omnino satis est. P. 263. 25 πήραν ἐξηρτημένος καὶ τὴν πήραν παλαιάν, dicendum hoc utique fuerat καὶ ταύτην παλαιάν. Sed paulo gravior corruptela viros doctos hucusque fugit p. 264. 30, ubi Philetae verba sunt: ὄμνυον κατὰ τῶν μύρτων ἀφήσειν. Novi eum usum praepositionis κατά et memini me legere p. 316. 19: κατὰ πάντων ὄμνυε θεῶν, sed mirum jurisjurandi genus est atque incredibile per myrtos. Alibi apud Longum frequentissime per Nymphas jurant, v. c. p. 283. 5, 289. 15, 292. 1, 315. 10. 30, 317. 22 ipseque Philetas p. 272. 1 ὄμνυε Πᾶνα καὶ Νύμφας. Reponam igitur: ὄμνυον κατὰ τῶν Νυμφῶν ἀφήσειν. Τὰς μύρτους Longus supra aliquoties memoraverat, inde librarius vocabulum ἡαυλον habebat. Praeterea T et Φ haud raro confunduntur, cuius rei ὁδοῦ πάρεργον unum exemplum dabo. Fragmentum est Euripidis 470, quod servavit Athenaeus XIV. 640 B:

τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;
πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ
μόσχων τέρειναι σάρκες ἀρνεία τε δαὶς
καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

Donec quis illud κροτητά commode explicaverit, scribam et legam: καὶ πεπτὰ κἀκροφητά.

Πεπτά placentae sunt, πέμματος εἶδος, ut scribit Schol. Arist. Eq. 1181.

P. 264. 1. describitur hortus ὅσα ὥραι φέρουσι, πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ καθ' ὥραν ἑκάστην. Quid sit legendum, ostendet

p. 304. 10: τοῦτο τὸ μῆλον ἔφυσαν Ὧραι καλαὶ καὶ φυ καλὸν ἔθρεψε Τύχη. Illo loco malim φύουσι legere, hoc λόν verum esse videtur. Τὸ μῆλον ἔφυσαν καλόν dictum fui suspicor eodem modo, quo apud Homerum Aristophanes sc sisse dicitur: ἄλλα δέ θ' ὕλη τηλεθόωντα φύει. Recte Na kius p. 48 eam lectionem in Iliade commendare videtur. μῆλον ἔφυ vel ἐγένετο καλόν, consentaneum est idem posse sic τὸ μῆλον ἔφυσαν Ὧραι καλόν, non καλαί. Cete φύειν et φέρειν haud semel confunduntur. Quod legitur a Plutarchum in vita Lycurgi 8: πολλῶν ἀκτημόνων καὶ ἀπ ἐπιφερομένων τῇ πόλει, tu lege ἐπιφυομένων.

Statim sequitur apud Longum p. 264. 2: ῥόδα καὶ κρίνα ὑάκινθος καὶ ἴα ἀμφότερα· malim plurali numero ὑάκινθ Contra p. 265. 29 non τοξάρια Amor habebat, sed τοξάρ uti recte legitur p. 244. 30. P. 266. 11 κρατεῖ δὲ τῶν δμο θεῶν· οὐδὲ ὑμεῖς τοσοῦτον τῶν αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων, loc sic constituam: κρατεῖ δε τοσοῦτον τῶν θεῶν, ὅσον οὐδ' ὑμ τῶν αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων. Absurde p. 269. 21 dicitur ne quis indigere λίθου θλίβοντος τὰ πατηθέντα βοτρύ Modo tractavimus id quod legitur p. 262. 8: (ἔμελέ τινι) λί θλῖψαι τὰ ἔνοινα τῶν βοτρυδίων· itidem p. 269. 21 infinitiv requiro, deinde ne rusticus sero veniat uvis jam conculca praeterea coniiciam: τῶν δή τις ἀγροίκων ἐς ἀνολκὴν λίθου θ βειν τὰ τρυγηθέντα βοτρύδια χρήζων σχοίνου, κτέ.

Pag. 269. 28 Methymnaei μεμψάμενοι τοὺς ξενοδόκους πα πλεον, sed aliquantum progressi, ut est p. 273. 23, ἐγίγνωσκον περαιτέρω πλεῖν. Itaque priore loco Longus dede πέρα ἔπλεον. Παραπλεῖν simpliciter est *litus legere*. P 271. 15 pro τοσαῦτα scribe τοιαῦτα et p. 272. 30 οἰκιῶν malo οἴκων, sed haec minuta sunt.

Venio ad p. 274. 16. Adpellitur navis Methymnaeorum agros Mytilenaeorum: exeunt milites praedatum et Chloe δι μένη καταφεύγει πρὸς τὰς Νύμφας ἱκέτις. Hostes loci san tatem nihil veriti virginem abripiunt et parant reditum. pervenit Daphnis, qui postquam Chloen nusquam invenit, tand Nymphas adit, ἐφ' ἃς ἑλκομένη κατέφυγεν. Participi ἑλκομένη ferri non potest; satis probabiliter potest emen

διωκομένη· sed succurrit medicina haud parum elegantior: λισσομένη. Corruptelae origo in aprico est.

P. 280. 18 particula ὡς periit in his verbis: ἡ δὲ ἦν μικρὰ (ὡς) πρὸς μεγάλην τέχνην. Sed plus proderit correxisse p. 281. 11, ubi Philetae fistula dicitur μέγα ὄργανον καὶ αὐλῶν μεγάλων. Scilicet excidit κρεῖττον et fuit illa fistula αὐλῶν μεγάλων κρειττων. Sic enim Longus amat dicere, v. c. p. 242. 24: τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι, p. 244. 23 κάλλος κρεῖττον ἀγροικίας, p. 258. 27 κρεῖττον τῆς ἐξ ἀγρῶν ἁρπαγῆς, p. 295. 9 κόμην τῶν Ἰων κρείττονα, alibi. Praeterea quod paulo minus certum est, rectius fortasse scribetur: αὐλῶν πλαγίων κρεῖττον, sicuti αὐλοὶ πλάγιοι et σύριγγες coniunguntur p. 243. 24 et 319. 15.

P. 285. 4 περιπεσοῦσα χιὼν ἀπέκλεισε τὰς ὁδούς, Cobetus occupavit emendare ἐπιπεσοῦσα, Mnem. VII. 383, ubi quae inveniuntur Longi emendationes, Rohdium fugerunt, credo quod ea pagina non legitur in Novis Lectionibus. Est etiam satis certa medicina p. 285. 8: λάβροι μὲν οἱ χείμαρροι κατέρρεον, ἐπεπήγει δὲ κρύσταλλος, τὰ δένδρα ἐῴκει κατακλωμένοις. Courierius barbare edidit καταχωμένοις, non multo melius est quod Hercherus reposuit κατεσκελετευμένοις. Rohdius incertus haeret utrum καταυαινομένοις commendare debeat an κατακεκαρμένοις. Nihil horum probari potest et lene remedium salutem afferet. *Ustulare* est ἀποκάειν· sic apud Xenophontem in Anabasi IV. 5. 3. Boreas ἀποκάει πάντα, alibi VII. 4. 3 τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκάοντο καὶ ὦτα. Apud Longum ipsum p. 289. 4 αὔρα βόρειος ἐπέκκε πάντα. Itaque apparet eo loco, a quo initium fecimus, rescribendum esse: τὰ δένδρα ἐῴκει ἀποκαομένοις.

Sine sensu editur quod invenimus p. 287. 23. Canis carnem rapuerat; Dryas baculo sumto ἐδίωκε κατ' ἴχνος ὥσπερ κύων. Nusquam canis ineptius nominari potuit: lege ὥσπερ εἶχεν, quod legitur p. 294. 1. Pro evanido vocabulo librarius reposuit, quod primum ei venit in mentem.

Quae amantes inter se nugantur, ea non ad vivum resecanda esse scio, sed debent tamen cum ratione quadam insanire neque incuriosus in talibus Longus. Hiemis tempore Daphnis Chloen raro invisere potest, dum domi apud parentes sedet ad

focum et grex stabulo continetur. Θάρρει, Δάφνι, Chloe inquit, θερμός ἐστιν ὁ ἥλιος, in quibus rectius fortasse scribetur ἔσται. Εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο, Daphnis respondet p. 289. 19, θερμός, ὡς τὸ κᾶον πῦρ τὴν καρδίαν τὴν ἐμήν. Ut significet se maximo igni ardere, sic dicere debet: μὴ γὰρ οὕτως γένοιτο θερμός. Hoc amantem decet.

Addiscere sensim aliquid possumus, non possumus κατ' ὀλίγον ἀκριβοῦν· quam enim artem nondum perdidicimus, earum nequaquam ἀκριβοῦμεν. Ridiculum est, quod p. 290. 20 de lusciniis legitur, quas Daphnis et Chloe verno tempore fistulis canentes incitabant ad aemulationem: αἱ δ' ὑπεφθέγγοντο ἔαρι ταῖς λόχμαις καὶ τὸν Ἴτυν κατ' ὀλίγον ἠκρίβουν. Tardi discipuli lento gradu procedunt et sensim proficiunt, lusciniae vero, quum praesertim τῆς ᾠδῆς ἐκ μακρᾶς σιωπῆς recordarentur, τὸν Ἴτυν μετ' ὀλίγον ἠκρίβουν, brevi post. Eadem pagina p. 290. 30 lege: κἂν (pro καὶ) γέροντας ὁρῶντας ἐξώρμησεν εἰς ἀφροδίτην τὰ τοιαῦτα θεάματα.

Memorantur p. 291. 2 νέοι καὶ σφριγῶντες καὶ πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες. Quod nuper ad Achillem Tatium ostendi, aliquid maius illi cogitabant, nempe ἔρωτος ἔργα, uti recte p. 292. 2: ἔκλαεν εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἔρωτος ἔργα et p. 293. 15: διδαξαμένην τὰ ἔρωτος ἔργα. Atque Longus perpetuo sic loquitur v. c. p. 250. 6: εἰδὼς ἔρωτος καὶ τὰ ἔργα καὶ τοὔνομα, p. 250. 22: ἔδει Δάφνιν γνῶναι τὰ ἔρωτος ἔργα, p. 252. 28: γευόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων, alibi.

Nondum evidenti medicina emendari potuit, quod sine sensu legitur p. 292. 24. τῆς ἐπιούσης ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα λαβὴν τὴν τίκτουσαν ἀπιοῦσα· etiam Herchero res non successit. Nihil aliud latet nisi δῆθεν.

P. 295. 17 Daphnis et Chloe piscatores conspiciunt festinantes in urbem: ἠπείγοντο νεαλεῖς ἰχθῦς εἰς τὴν πόλιν διασώσασθαι τῶν τινι πλουσίων. Multo verius erit διακομίσασθαι neque praedones eo tempore metuebant. Deinde remigibus cantantibus, Chloe miratur Echus vocem et p 296. 2: ἡ ἐκ τῆς γῆς φωνὴ τοσοῦτον ἐπαύετο βράδιον, ὅσον ἤρξατο. Supple: ὅσον οὐ σιέρον ἤρξατο.

Quod de Echo legitur p. 296. 28: φιλοῦσα τὴν παρθενίαν, id dictum oportuit φυλάττουσα. P. 300. 2: οὐδεὶς προσ-

ἦλθεν ὁδοιπόρος, insere quod prorsus necessarium est οὐδείς τω προσῆλθεν. P. 301. 30 in Codicibus legitur συντέτραπται· qui correxit συντετράφθαι, non attendit infinitivum συντεθράφθαι scribi oportere. P. 302. 14 Hercherus edidit: καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην, εἰ μὴ γέρων τε ὢν ἤδη καὶ χειρὸς εἰς τὰ ἔργα περιττοτέρας δεόμενος ᾤμην καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον φίλον προσλαβεῖν. Quod scripsit ᾤμην, id in Codice est ὡς μή. Equidem eam orationem parum Graecam judico et abiecta coniunctione ὡς, qua nihil opus est, locum sic constituam: καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην ὡμογέρων τε ὢν ἤδη καὶ χειρὸς εἰς τὰ ἔργα περιττοτέρας δεόμενος μὴ καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον φίλον προσλαβών. Nondum consenuerat Lamon, sed erat σκληρὸς γέρων καὶ χεῖρας ἐκ γεωργικῶν ἔργων ἰσχυρὰς ἔχων, ut est p. 270. 26.

P. 304. 2 τῶν πολλῶν τὴν εὐωδίαν ἑνίκα μόνον· non hoc requiro, sed πολύ. Quod inter scribendum omnes saepe faciunt, casu librarius aliud dedit vocabulum quam debebat, nec pendent eiusmodi correctiones ex observatione aliqua palaeographica. Adscribam unum alterumque exemplum. Apud Isaeum de Cironis hereditate § 7 legitur: ἐκείνη μὲν οὖν συνοικήσασα οὐ πολὺν χρόνον τεκοῦσα αὐτῷ τὴν ἐμὴν μητέρα μετὰ ἐνιαυτοὺς τριάκοντα τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Sunt qui omissa negatione scribant συνοικήσασα πολὺν χρόνον· alii malunt μετὰ ἐνιαυτοὺς τρεῖς. Neutrum sufficit et verum esse judico μεθ' ἡμέρας τριάκοντα. Sic in oratione de Dicaeogenis hereditate § 37 confusa videbis δραχμὰς et μνᾶς. Apud Platonem in Lyside p. 213 c. librarii φιλῇ dederunt, quum μισῇ deberent. Apud Strabonem IX. p. 273 Tauchn. Λοκρὶς legitur pro Φωκίς et XV. p. 254 τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος pro τὸ Ἰνδικόν. Denique in scholio ad Odysseam λ. 58: οὐρίᾳ χρησάμενος πολλῇ καὶ μιᾶς ὥρας διαβὰς ὅλον ὠκεανὸν περιτυγχάνει αὐτῷ περὶ τὰς Ἅιδου αὐλάς. Scribe μιᾶς ἡμέρας et τὰς Ἅιδου πύλας. Alia eiusdemmodi conquirere facile est.

Insere articulum p. 309. 27: ἦκε μὲν ὁ Ἀσύλος ἐφ' ἵππου καὶ (ὁ) παράσιτος αὐτοῦ. P. 310. 18 pro κομίσαντα malim προσκομίσαντα, sicuti recte legitur p. 310. 8. P. 310. 31. post παρασχεῖν excidit ἠξίου. Itidem vocabulum incuria periit p. 312. 8: Εἴ ποτε Ἀπόλλων Λαομέδοντι θητεύων (αἶγας) ἐβουκόλησε, τοιόσδε ἦν οἷος τότε ὤφθη Δάφνις. Sed admodum est

ridiculum vitium p. 311. 6: ὁ δὲ μεθύοντα ἄνθρωπον καὶ ἐσῶτ[illegible] μόλις παρωσάμενος. Volebat Daphnidi vim inferre Gnatho il[illegible] et satis intelligimus, eum hoc non fecisse sedentem sed sta[illegible] tem; quid autem attinet addere, quod nihil ad rem faciat Verum Daphnis aegre repulit nebulonem, qui caeca cupiditat[illegible] efferebatur, nempe ἐσυκότα. Notus est senarius:

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐσυκὼς ἀνήρ.

Prorsus idem vitium est in Diogenis Epistola XXXV. p. 24[illegible] Ed. Didot.

Quod dicitur παροίνημα Γνάθωνος, multo melius est quod le[illegible] gitur p. 315. 2 ἐμπαροίνημα. Gravius vitium est p. 316. 5 = εὗρον αὐτῷ καὶ γνωρίσματα συνεκκείμενα ὁμολογῶ δέσποτα κα[illegible] φυλάττω. Hercherus rescripsit ὁμόλογα ὦ δέσποτα, sed diffi[illegible] cile dictu erit, quae sint γνωρίσματα ὁμόλογα. Scribe ΟΜΟ[illegible] ΛΟΓΩ et emicabit ΟΜΟΤΑΕΓΩ: h. e. γνωρίσματα συνεκκείμεν[illegible] ὁμοῦ, ἃ ἐγὼ δέσποτα καὶ φυλάττω. Mox p. 316. 10 ἔ[illegible] Μυτιλήνην αὐτὸν ἄγειν ἐπὶ γυναικῶν ἔργα σπουδάζει. Indi gnatur Lamo cuius illa verba sunt et rem notat suo nomine ἐπὶ κιναίδων ἔργα. P. 318. 6 supple: ἐγένετο γάρ μοι πρῶ[illegible] τος υἱὸς καὶ δευτέρα θυγάτηρ καὶ τρίτος (οὗτος) Ἀσύλος. P. 320. [illegible] οὔτε Δάφνιδος ἔτι γαμήσοντος· negat Cobetus in illis futuri for[illegible] mis erravisse Longum, sed librariorum vitiosas scripturas ubi[illegible] que esse corrigendas, cf. Mnem. VII. 384. Hic certe parat[illegible] medicina est: scripsit Longus γαμησείοντος. Nullus scriptor est, apud quem hoc verbum invenitur, nisi apud Alciphronem, h. e. eum quem Rohdius contendit Longo ante oculos fuisse.

Stultum est quod editur p. 322. 7: ἡσθεὶς ἐπὶ τῷ συνωμοσίῳ κατέκλινεν αὐτούς. Scribe συμποσίῳ. Idem vitium etiam plus mali attulit apud Dionem Cassium LIX. 28: ἵνα γάρ τις τά τε καπηλεῖα τάς τε ὥρνας καὶ τὰ δικαστήρια τούς τε χειροτέχνας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα τά τε ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ ὧν οὐδὲν ὅτι οὐκ ἠργυρίζετο, παραλίπῃ, ἀλλὰ τά γ' οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, ... πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; Monstrum est ὥρνας· ne Dindorfius quidem vidit legendum esse πόρνας; praeterea emenda ἐργαστήρια. Sed in Dione Cassio plurima vitia sunt sananda, de quibus quam primum potero dicam, ut aliquando telam absolvam, quam ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ inchoavi.

Unus locus mihi superest p. 323. 19: ἐδόκει τὰς Νύμφας δεῖσθαι τοῦ Ἔρωτος ἤδη ποτὲ αὐτοῖς καταυεῦσαι τὸν γάμον. Verum est καταυύσαι.

Raptim quaedam addere juvat de Xenophonte Ephesio. Etiam in hoc scriptore aestimando sequar Rohdii judicium atque illud inprimis probo quod scribit, nos habere Ephesiacorum recensionem in brevius contractam. Hinc factum est ut interdum narratio hiare videatur et quae desunt cogitando supplere debeamus, v. c. p. 335. 30, 349. 31, 388. 29 et 387. 7. Est autem sermo quo ille Xenophon utitur, admodum vitiosus. Singula non examinabo, sed duo tantum exempla adscribam. Quod apud Heliodorum videmus, eum *parentes* τοὺς Φύντας appellare, idem error apud Xenophontem occurrit p. 339. 24. Deinde quam vitiosus est usus quarti casus his locis: p. 366. 17: ἔρχεται Εὔδοξος κομίζων Φάρμακον ὑπνωτικόν, ὡς μήτε τι παθεῖν τὴν κόρην καὶ αὐτὸν ἐφοδίων τυχόντα ἀνασωθῆναι et p. 389. 28: ἐδόκει μὲν αὐτὴν εἶναι μεθ' Ἀβροκόμου.

Codex Florentinus, quo Ephesiaca continentur, admodum negligenter scriptus est; multa vocabula perperam sunt addita, multa omissa, multa male lecta. Veluti nomina propria saepe praeter ullam necessitatem inserta sunt atque inutiliter adhaerent; p. 334. 15 Ἀβροκόμην, p. 349. 6 et 350. 24 Ἀψύρτου, p. 350. 21, 352. 24 et 356. 14 Μαντώ, p. 353. 7 Θεμιςώ, p. 358. 16 et 358. 20 Ἀνθείας et p. 358. 20 Περίλαος. Supervacanea sunt ἐξιόντα p. 340. 6, διηγεῖται p. 392. 4 et ἔξειν p. 386. 27, quod ostendet p. 347. 23 et 368. 27. Contra possunt interdum quae desunt, satis certa ratione revocari. Veluti quod legitur p. 332. 28: λαβὼν δὴ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας τὴν ἐσθῆτα· quid requiratur, ostendent loci sequentes: p. 351. 15: σπαράξασα τὰς κόμας καὶ περιρρηξαμένη τὴν ἐσθῆτα, p. 364. 29: σπαράξασα τὰς κόμας; p. 367. 25: τὴν ἐσθῆτα περιρρηξάμενος, p. 370. 28: περιερρήξατο τὸν χιτῶνα et p. 385. 28 activum verbum est: περιρρήγνυσι τὴν ἐσθῆτα. Itaque quum videamus Xenophontem perpetuo τὰ αὐτὰ ὡσαύτως λέγειν, inseremus p. 332. 28: λαβὼν δὴ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας (καὶ περιρρηξάμενος) τὴν ἐσθῆτα. P. 343. 9 lege: πρὸς αὐτῆς (τῆς) θαλάσσης. P. 347. 2: ἵνα ἐμαυτὸν ὑποθῶ λυσῇ ἐρῶντι τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν intelligam: (δι᾽) τὴν (τοῦ

ridiculum vitium p. 311. 6: ὁ δὲ μεθύοντα ἄνθρωπον καὶ ἐςῶτα μόλις παρωσάμενος. Volebat Daphnidi vim inferre Gnatho ille et satis intelligimus, eum hoc non fecisse sedentem sed stantem; quid autem attinet addere, quod nihil ad rem faciat? Verum Daphnis aegre repulit nebulonem, qui caeca cupiditate efferebatur, nempe ἐςυκότα. Notus est senarius:

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐςυκὼς ἀνήρ.

Prorsus idem vitium est in Diogenis Epistola XXXV. p. 249 Ed. Didot.

Quod dicitur παροίνημα Γνάθωνος, multo melius est quod legitur p. 315. 2 ἐμπαροίνημα. Gravius vitium est p. 316. 5: εὗρον αὐτῷ καὶ γνωρίσματα συνεκκείμενα ὁμολογῶ δέσποτα καὶ φυλάττω. Hercherus rescripsit ὁμόλογα ὦ δέσποτα, sed difficile dictu erit, quae sint γνωρίσματα ὁμόλογα. Scribe ΟΜΟΛΟΓΩ et emicabit ΟΜΟΤΑΕΓΩ: h. e. γνωρίσματα συνεκκείμενα ὁμοῦ, ἃ ἐγὼ δέσποτα καὶ φυλάττω. Mox p. 316. 10 ἐν Μυτιλήνην αὐτὸν ἄγειν ἐπὶ γυναικῶν ἔργα σπουδάζει. Indignatur Lamo cuius illa verba sunt et rem notat suo nomine ἐπὶ κιναίδων ἔργα. P. 318. 6 supple: ἐγένετο γάρ μοι πρῶτος υἱὸς καὶ δευτέρα θυγάτηρ καὶ τρίτος (οὗτος) Ἀςύλος. P. 320. 6 οὔτε Δάφνιδος ἔτι γαμήσοντος· negat Cobetus in illis futuri formis erravisse Longum, sed librariorum vitiosas scripturas ubique esse corrigendas, cf. Mnem. VII. 384. Hic certe parata medicina est: scripsit Longus γαμησείοντος. Nullus scriptor est apud quem hoc verbum invenitur, nisi apud Alciphronem, h. e. eum quem Rohdius contendit Longo ante oculos fuisse.

Stultum est quod editur p. 322. 7: ἡσθεὶς ἐπὶ τῷ συνωμοσίῳ κατέκλινεν αὐτούς. Scribe συμποσίῳ. Idem vitium etiam plus mali attulit apud Dionem Cassium LIX. 28: ἵνα γάρ τις τά τε καπηλεῖα τάς τε ὤρνας καὶ τὰ δικαςήρια τούς τε χειροτέχνας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα τά τε ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ ὧν οὐδὲν ὅτι οὐκ ἠργυρίζετο, παραλίπῃ, ἀλλὰ τά γ' οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, ... πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; Monstrum est ὤρνας· ne Dindorfius quidem vidit legendum esse πόρνας; praeterea emenda ἐργαςήρια. Sed in Dione Cassio plurima vitia sunt sananda, de quibus quam primum potero dicam, ut aliquando telam absolvam, quam ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ inchoavi.

Unus locus mihi superest p. 323. 19: ἔδόκει τὰς Νύμφας δεῖσθαι τοῦ Ἔρωτος ἤδη ποτὲ αὐτοῖς καταυεῦσαι τὸν γάμον. Verum est καταυύσαι.

Raptim quaedam addere juvat de Xenophonte Ephesio. Etiam in hoc scriptore aestimando sequar Rohdii judicium atque illud inprimis probo quod scribit, nos habere Ephesiacorum recensionem in brevius contractam. Hinc factum est ut interdum narratio hiare videatur et quae desunt cogitando supplere debeamus, v. c. p. 335. 30, 349. 31, 388. 29 et 387. 7. Est autem sermo quo ille Xenophon utitur, admodum vitiosus. Singula non examinabo, sed duo tantum exempla adscribam. Quod apud Heliodorum videmus, eum *parentes* τοὺς Φύντας appellare, idem error apud Xenophontem occurrit p. 339. 24. Deinde quam vitiosus est usus quarti casus his locis: p. 366. 17: ἔρχεται Εὔδοξος κομίζων Φάρμακον ὑπνωτικόν, ὡς μήτε τι παθεῖν τὴν κόρην καὶ αὐτὸν ἐφοδίων τυχόντα ἀνασωθῆναι et p. 389. 28: ἔδόκει μὲν αὐτὴν εἶναι μεθ' Ἀβροκόμου.

Codex Florentinus, quo Ephesiaca continentur, admodum negligenter scriptus est; multa vocabula perperam sunt addita, multa omissa, multa male lecta. Veluti nomina propria saepe praeter ullam necessitatem inserta sunt atque inutiliter adhaerent; p. 334. 15 Ἀβροκόμην, p. 349. 6 et 350. 24 Ἀψύρτου, p. 350. 21, 352. 24 et 356. 14 Μαντώ, p. 353. 7 Θεμιςώ, p. 358. 16 et 358. 20 Ἀνθείας et p. 358. 20 Περίλαος. Supervacanea sunt ἐξιόντα p. 340. 6, διηγεῖται p. 392. 4 et ἔξειν p. 386. 27, quod ostendet p. 347. 23 et 368. 27. Contra possunt interdum quae desunt, satis certa ratione revocari. Veluti quod legitur p. 332. 28: λαβὼν δὴ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας τὴν ἐσθῆτα· quid requiratur, ostendent loci sequentes: p. 351. 15: σπαράξασα τὰς κόμας καὶ περιρρηξαμένη τὴν ἐσθῆτα, p. 364. 29: σπαράξασα τὰς κόμας; p. 367. 25: τὴν ἐσθῆτα περιρρηξάμενος, p. 370. 28: περιερρήξατο τὸν χιτῶνα et p. 385. 28 activum verbum est: περιρρήγνυσι τὴν ἐσθῆτα. Itaque quum videamus Xenophontem perpetuo τὰ αὐτὰ ὡσαύτως λέγειν, inseremus p. 332. 28: λαβὼν δὴ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας (καὶ περιρρηξάμενος) τὴν ἐσθῆτα. P. 343. 9 lege: πρὸς αὐτῆς (τῇς) θαλάσσης. P. 347. 2: ἵνα ἐμαυτὸν ὑποθῶ λυσῇ ἐρῶντι τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν intelligam: (διὰ) τὴν (τοῦ

ζῆν) αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν. Sic demum recte sequitur: καὶ τίς ἐμοὶ βίος περιλείπεται πόρνῃ μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς γενομένῳ, ubi malim πόρνῳ. P. 351. 3 scribe χρῶ (τῷ μῷ) σώματι, p. 351. 22 τοῖς (σοῖς) οἰκέταις, p. 351. 30 (οὕτως) εἰπών. P. 354. 5 recte viri docti inseruerunt ἄχραντον debueratque hoc adeo Hercherus in textum recipere, sed in Xenophonte quaedam negligentius administravit saepeque etiam in accentibus notandis erravit. Excidisse autem (ἄχραντον) τηρῆσαι, ostendent p. 358. 30 et 376. 14. P. 357. 17 supple (λαβὼν) ἄγει, quod recurrit p 364. 9. P. 357. 24 corrigam: ὁ δὲ (πρὸς) αὐτὸν ὅσις ἦν οὐ λέγει, p. 358. 8: ψόφος (ἐκ) τῆς ὕλης ἠκούετο. p. 359. 11: λέγονται γὰρ οἰκεῖν (ἐκεῖ) ἄνδρες εὐδαίμονες, p. 364. 1: ἐν δὲ τῷ χρόνῳ ὅθ' ἡ Ἄνθεια ληφθεῖσα (ἐσώθη) ἐκ τοῦ λῃστηρίου, nec scribam cum Herchero ἐληφθη. P. 368. 5 insere: ἔκειτο (ἔτι) ἀναισθητοῦσα, p. 368. 11 ἡ Ἄνθεια (ἐν) αὐτῆς γενομένη et p. 373. 6 ἡ δὲ ἐν αὐτῆς γενομένη, sicuti recte apud Hirschigium editur p. 388. 18: ἔδοξεν ἐν αὐτῆς γεγονέναι et p. 396. 29: οἱ δ' ἐν ἑαυτῶν γενόμενοι. Verum hoc iam Cobetus vidit Mnem. VII. p. 319. Impense miror quod apud Sophoclem invenio in Philocteta vs. 950:

ἀλλ' ἀπόδος, ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ.

Negatio periit p. 384. 6: αὐτὴ μὲν (οὐκ) ἔτυχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας. P. 389. 10 supple: περιᾴει (τὴν πόλιν) τὴν Ἄνθειαν ζητῶν, sicuti recte legitur p. 391. 5 et 393. 18. P. 396. 29 malim: οὐ γὰρ ἄν ποτε Ῥόδην (ἰδεῖν) ἤλπισεν, p. 399. 5 ἐπιβάντες (τῆς) νεώς, et sunt etiam alii loci eiusdemmodi.

Venio ad corruptas Codicis lectionis. P. 331. 13 nonnullos legimus credidisse esse Antheam ὑπὸ τῆς θεοῦ περιποιημένην. Parum prodest cum Hemsterhusio scribere περιπεποιημένην· latere videtur πεπεμμένην, quod primum abiit in περιπεμμένην, deinde in περιποιημένην. De forma nominis conferri potest quod scribit Cobetus in Variis Lectionibus p. 253. P. 331. 21 ἔτρεψαν τὰς ὄψεις· corrige ἔστρεψαν.

Improbanda scriptura est p. 338. 7 ἐνθέντες τῇ ἐμῇ κέντρον ψυχῇ, nam requiritur ἐνέντες, nec magis ea verba confundi possunt, quam apud Romanos *imponere* et *immittere*. Scripsi olim in Anabasi VII. 4. 1. ὅπως φόβον ἐνείη καὶ τοῖς ἄλλοις οἷα πείσονται pro ἐνθείη, cf. Mnem, VII. 3. Contra in eius-

dem Xenophontis Memorabilibus II. 1. 3 προσεῖναι pro προσθεῖναι legitur, quod Weiskius correxit. Nescio quomodo Θ interdum perperam sive additur sive omititur. Hinc confunduntur ἐλεῖν et ἐλθεῖν· recte apud Timaeum legitur παρατενεῖς, in Photii Codice idem perperam scribitur παρατενθείς. Apud Plutarchum in vita Solonis c. 4 memoratur tripus, quem Helena olim in mare *demiserat*: ὃν λέγουσιν Ἑλένην πλέουσαν ἐκ Τροίας αὐτόθι καταθεῖναι. Haud parum verius iudico καθεῖναι.

P. 339. 28 pro ἐπισπένδων lege ἀποσπένδων. P. 344. 32: συνεβούλευσε μὴ ἐπὶ πλέον ἐπανιᾶσθαι, nunc locus non est composito verbo et corrigendum ἔτι ἀνιᾶσθαι. P. 356. 8: αὕτη γένοιτ' ἂν εὐδαίμων ἐμοὶ μεθ' Ἀβροκόμου ταφή. Et hoc quidem sensu vacuum, nam Habrocomes eo tempore Tyri erat et Anthea in agro quodam prope urbem Antiochiam. Scribe: μεθ' Ἀβροκόμην, uti est apud Longum μετὰ τοιοῦτον ποιμένα atque omnino saepe sic loquuntur. Utitur Xenophon in precibus optativo modo: itaque p. 356. 20 ἀμείψαισθε malim quam ἀμείψασθε.

Magno opere improbo quod novissimi editores dederunt p. 358: κρεμᾶν τὴν κόρην ἤθελον, neque animadverterunt κρεμᾶν futuri esse temporis. In Codice traditur legi κρεμνᾶν· ducit hoc ad κρεμνάναι, nam sic scribitur interdum in Codicibus pro κρημνάναι. Quam formam analogia commendat, κριμνάναι, ea aetatem tulit in Mediceo Codice apud Aeschylum Sept. 229, uti et apud Euripidem in Electra vs. 1218. Ceterum in Ephesiacis ter legitur ἀποκτιννύειν.

Ad emendandum p. 360. 23 primum recurrendum est ad Plutarchum, cuius illa verba sunt γαμ. παραγγ. p. 138 B: πολλαὶ δὲ καὶ τῶν νεογάμων δυσχεράνασαι διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους. Vix quisquam dubitabit, quin ibi legendum sit διὰ τἀπόρρητα. Jam apud Xenophontem p. 360. 23 legitur: καὶ τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος ὁδοποιεῖ φιλήματα καὶ ψαύσματα. Crebro apud Xenophontem invenitur adverbium τὰ πρῶτα, sed hic tamen malim: τἀπόρρητα τοῦ ἔρωτος. Ipsum vocabulum vide p. 392. 12.

P. 361. 8: ὡς δ' ἀδύνατον ἦν αὐτῷ, πείθει τὸν πατέρα αὐτοῦ, scribe: ἀνόνητον, coll. p. 389. 22 et Charit. p. 68. 13.

P. 362. 15 male ἐτράπην legitur pro ἐτραπόμην. Vera fo usurpatur p. 363. 16 et 373. 24. P. 365. 4: ὦ φιλτάτη πασῶν Ἀβροκόμου ψυχή, lege: μοι. P. 365. 10: ἐπ' οἴκ τι ἠρεμαῖον· lege ἔρημον, coll. Cobeto ad Charit. p. 9. 2 Mnem. VIII. 251. P. 366. 25: ἡ δ' ἄκουσα καὶ δεδακρυ ἐξήει· lege: κλάουσα. Sic solet Xenophon τὰ ἰσοδύναμα iungere: p. 369. 11: θρηνοῦσα καὶ ὀδυρομένη, p. 386. 8: ουσα καὶ ὀδυρομένη, p. 391. 18: ἀνώμωξέ τε καὶ ἀνωδύρ p. 396. 20: ἐδάκρυέ τε καὶ ἀνέςενεν, alibi. P. 368. 3 περιθεὶς requiritur praesens περιτιθείς. Risum movet p. 372. 4 Hercherus ἀναθείη dedit pro ἀναθείη. P. 373 pro ἀπελθόντες verum est προελθόντες. P. 376. 6 ὀδεύσα τὴν ἄνω Αἴγυπτον, scripsit Xenophon διοδεύσαντα, cf 374. 10 et 383. 10. Grave vitium est p. 377. 17: ἔφ λόγῳ λήψεσθαι καὶ παρὰ τοῦ Ἱππεθόου δῶρον αἰτήσειν quidem intelligi non possunt: facilia sunt: ἔφασκε δόλῳ ψεσθαι ἢ π. τ. Ἱ. δῶρον αἰτήσειν. P. 380. 4 ἐνοικίζεται πρεσβύτῃ· quid requiratur aperiet p. 360 2: πλησίον τῶν π εἰσῳκίσαντο et p. 393. 7: πλησίον τοῦ λιμένος εἰσῳκίσ P. 381. 14: γυναῖκα πρεσβῦτιν μὲν ἤδη, καλὴν δὲ γενομέ ἔτι Αἰγιαλεῖ κόρην· scribe: φαινομένην, uti mox recte γὰρ οἵα νῦν ὁρᾶται σοί, τοιαύτη φαίνεται ἐμοί. P. 386 τὴν σωφροσύνην πορνοβοσκὸς ἀναγκάσει με λύειν. Latet μο νειν, quod verbum recte usurpatur p. 354. 9: ὄμνυσιν ἢ φυλάξειν ἀμόλυντον. Non dissimile vitium est p. 388. 22: δὲ οὐδὲν χαλεπὸν εἰπεῖν πρὸς σέ, πάντα ἤδη μεμαθηκότα κατ' ἐμέ. Corrigam: οὐδὲν ἔχω λοιπὸν εἰπεῖν. De p. 39(dixi in Mnemos. XII. p. 168. P. 394. 6: ἐφίςανται εὐ μενοι τῷ θεῷ· scribe: εὐξόμενοι. Denique p. 397. 18. τ γὰρ αὐτοῖς ἐβούλοντο αἱ ψυχαί, aut fallor aut latet verb ἐμαντεύοντο. Supersunt etiam alia apud Xenophontem rupta, sed haec nunc raptim indicare satis habui.

Amstelodami,
d. 2 m. Dec. 1876.

DE NONNULLIS LOCIS

APUD SUIDAM.

Suidae Lexicon ex recognitione Immanuelis Bekkeri Berolini. 1854.

Suid. v. Γαλῆ. — ἔϛι δὲ ὄνομα ἰσόψηφον ΔΙΚΗ καὶ ΓΑΛΗ. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. Qui addidit ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων seu Suidas seu quis alius nesciebat quid diceret. ΔΙΚΗ et ΓΑΛΗ sic sunt ἰσόψηφα:

Δ	. .	4	Γ	. .	3
Ι	. .	10	Α	. .	1
Κ	. .	20	Λ	. .	30
Η	. .	8	Η	. .	8
		42.			42.

cf. Muret. *Var. Lectt.* XIV. 33.

Suidas. v. γόνυ κνήμης ἔγγιον. ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἑτέρων ἀγαπώντων. Hinc lux affulget loco Senecae in ludo de morte Claudii cap. X. 3. *Non vacat deflere publicas clades interenti domestica mala* — ϵNTIKONTONTKHNΔIHC. Satis pellucet ἔγγιον (ϵNΓION scribebant) γόνυ κνήμης.

Suid. v. Γραμματιϛής ex Procopio: οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐϛ γραμματιϛοῦ ϕοιτῶν ἔμαθεν ὅτι μὴ γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι. Procopius ostendit se Aristophanem legisse *Eqq.* vs. 188

ἀλλ' ὦγάθ' οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσαμαι
πλὴν γραμμάτων καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.

Itaque supplendum: καὶ ταῦτα (κακὰ) κακῶς et inutile γράφ[illegible]αι resecandum. Dicebant enim γράμματα μανθάνειν, ἐπίσασθ[illegible]αι, *nescire litteras*, et nemo *scribere* aut γράφειν adiicit.

Suid. v. Γραφή.

γραφή τε καὶ Λευκαῖος οὐ ταὐτόν.

supple:

γραφή τε καὶ Λευκαῖος οὐ ταὐτὸν (λέγει).

incerti Comici versiculus est.

Suid. v. Δειραχθές τὸ τὴν δειρὴν ἀλγῦνον.

δειραχθὲς ἐΰβροχον ἅμμα πετεινῶν.

Non sensit δειρΑΓΧές esse unice verum. cf. v. Δεραγχέ[illegible]ς πάγας τὰς τὴν δέρην ἀγχούσας. et v. Δεραιοπέδη τὸ ἰξευτ[illegible]κὸν λίνον· — λέγεται δὲ καὶ λαιμοπέδη. Nugatur Suidas [illegible]ὸ ἰξευτικὸν λίνον dici opinatus. *Laquei* sunt δειραγχεῖς et δεραιο[illegible]πέδαι, et hinc λαιμοπέδη quoque appellatur, ut λαιμοτόμος.

Suid. v. Δῆθεν affert ex incerto scriptore locum hunc: ὁ δὲ Κῦρος ὡς ἐπὶ Πισίδας δῆθεν ἐπορεύετο [ἐφ' οὓς στρατεύειν προεφασίζετο]. Reseca fatuum additamentum. Non potuit idem scriptor et δῆθεν ponere et illa apponere.

Suid. v. Δημάρατος Προκλέους ἀπόγονος ὑπὸ Κλεομένους τοῦ ΕὐρυσθέΩC ἀπογόνου - ἐκβέβληται. Turpe mendum pro ΕὐρυσθέNOTC. Veteres dixissent ὁ Ἀγιάδης Δημάρατος ὑπὸ τοῦ Εὐρυπωντίδου Κλεομένους.

Suid. v. Διάζωμα τὸ περὶ τὰ αἰδοῖα σκέπασμα. etiam hinc redarguitur emblema in loco Thucydidis I. 6. τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα] οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο.

Suid. v. Διακεχείρικε γενικῇ, ut doceat διαχειρίζειν genitivum regere adscribit (ex Demosthene *de Corona* p. 263.) ὥσθ' ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ ὧν ἢ διακεχείρικα ἢ πεπολίτευμαι

παρ' ὑμῖν. Nihil hi homunciones intelligunt, nihil sentiunt. Nullum verbum est quod non sic cum genitivo componatur.

Suid. v. Διασμώμενος: ἐρευνῶν, vitiose pro Διαμώμενος, quod vide. Est haec Θουκυδίδειος λέξις IV. 26.

Suid. v. Διατορηθῆναι: — κατωτέρω τοῦ χάρακος διατορηθῆναι τὴν γῆν. Διατορηθῆναι nihil est; exemta literula διατρηθῆναι fuerat scribendum.

Ne videar iniuria Aelianum contemnere et fastidire et pro ineptissimo omnium Graece scribentium habere subiiciam oculis iuventu is κακοζηλίας insigne exemplum ex Suida v. Διονυσίων σκωμμάτων: — ὃς λοξὰ βλέπων καὶ δεδορκὼς ἄλλο μὲν ἔκευθε Φρεσὶν ἄλλο δ' ἔφασκεν· οὗ ἀρᾶς καὶ πικρίας καὶ δόλου τὸ ῥόμα ἔγεμεν· ὃν ἐνδίκως ἡ δίκη δικάσασα κατεδίκασεν· ὃς κατὰ τὸν ποιητὴν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης ἐτύγχανεν ὤν. ἀλλ' ἐς κόρακας βέβληται καὶ οἴχετ' ἄϊσος ἄπυσος γιγγλύμου πολυσροφώτερος ἐν τοῖς πρακτέοις ἀποδεικνύμενος. ἐρρέτω, οἰχέσθω μηδ' ἐν περιδείπνῳ ἐπαινεθησόμενος ὁ τρισβδελυρὸς καὶ κυκῶν καὶ φύρδην καὶ μίγδην τοιῶν ἅπαντα, τὸ κυκλώπειον τέρας, ὁ εἰδεχθὴς καὶ ἐμβρόντητος καὶ πλουτίνδην ῥηρμένος βιῶναι, θεοῦ ὅπιν οὐκ ἀλέγων οὐδὲ κατεπτηχὼς Ἀδράστειαν ἄφυκτον, ὁ βωμολοχεύων ἀεὶ καὶ πέρπερα γλισχρευόμενος, ὁ κυνῶν κύντερος καὶ δαιμόνων (δαιμονίων?) ἀργαλεώτερος. Haec ille. ὦ βέλτιστοι νεανίαι, οὕτω μὲν οὐ δεῖ γράφειν. Est enim revera γραῶν ὕθλος.

Suid. v. Δρύοπες. — ἐξήτει αὐτοὺς τροφήν, οἱ δ' οὐκ ἔδωκαν. Emenda: ἐζήτει, nam Graeculi pro αἰτεῖν solebant ζητεῖν dicere. Frequens admodum in libris haec confusio est.

Suid. v. Ἐκκείμεθα: — οὐ γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον οὐδὲ καταβεβλημένον οὐδὲ θατέρᾳ ληπτέον. Clamat sententia ληπτόν emendari oportere, sed in hac proverbiali locutione tralaticium hoc mendum est.

Suid. v. Ἐκπλεύσειν et κατέγραφον ex Aeliano affert: πυθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Συβαρῖται κατέγραφον ἑαυτοῖς εὐδαιμονίαν δι'

αἰῶνος. μὴ γὰρ ἂν ἐκπλεύσειν τῶν Φρενῶν ἐς τοσοῦτον ὡς ἀνθρώπους προτιμῆσαί ποτε θεῶν. Quamquam ἐκπλεύσειν pro ἐκπλεύσεσθαι barbarum est et ἂν ἐκπλεύσειν soloecum, noli tamen scripturam movere. Sic enim Romani Graece scribebant. Imitabatur in his Aelianus Herodotum III. 155. κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν Φρενῶν; et sic mirifice credebat se esse locutum. Itaque iterum ita dixit (apud Suid. v. ἐκπλεύσαντες): οἱ δὲ ἐκπλεύσαντες τῶν Φρενῶν εἶτα ἐνεοὶ ἐγένοντο.

Suid. v. Ἐκτεθνεῶτα οἷον τὸν ἐν ἐσχάτοις ὄντα. Non memini me videre hominem in litteris impudentiorem quam Suidas est. De quibus rebus *nihil prorsus* sciebat eas insigni confidentia ut sibi notissimas interpretatur. Habes exemplum. Inter τεθνάναι et ἐκτεθνάναι quid intersit pauci nesciunt, et si quis forte ignorat colliget ex Platonis loco *de Legg.* pag. 959. a. τὰς προθέσεις (*defunctorum*) μὴ μακρότερον χρόνον γίγνεσθαι τοῦ δηλοῦντος τόν τε ἐκτεθνεῶτα καὶ τὸν ὄντως τεθνηκότα. I nunc et crede τὸν ἐκτεθνεῶτα esse τὸν ἐν ἐσχάτοις ὄντα.

Indicabo alias paucas Suidae interpretationes mirificas et de nihilo fictas. v. Ἐπιπολάς ex Polybio (ut videtur) affert: τοὺς δὲ Ῥωμαίους θαρρεῖν συνέβαινε κρατοῦντας τοῦ περὶ τὰς Ἐπιπολὰς τόπου. Putes τὰς Ἐπιπολάς prope Syracusas satis esse omnibus notas. Suidas docet esse ὤνια.

Quid sit ἐπίσαθμος, ἐπισαθμεύεσθαι, ἀνεπισάθμευτος in vulgus notum esse videatur. Suidas confidenter narrat ἐπισαθμευόμενοι esse κρίνοντες, ὑπονοοῦντες.

In v. Καθιππάζεσθαι narrat significare συντρέχειν et dat exemplum ἀφορμὰς δεδωκὼς τοῖς βουλομένοις καθιππάζεσθαι Φιλοσοφίας.

Post pauca affirmat καθίσατο esse ἐπεμελεῖτο, ἐφρόντιζεν idque demonstrat verbis: ὁ δὲ βασιλεὺς — εὐθὺς καθίσατο ἐς τὸν πόλεμον.

C. G. COBET.

DE NONNULLIS FRAGMENTIS

TRAGICORUM.

Tragicorum Graecorum fragmenta recensuit Augustus Nauck. Lipsiae 1856.

Pag. 4. Nauckii. Aeschylus:

τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;

Graece dicitur ὄνομα τίθεσθαί τινι *nomen imponere* (*indere*) *alicui*, non ἐπί τινι. Quamobrem poëta dixisse videtur:

τί δή ΠΟΤ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;

Perinde bene in tali re dicitur τί δή, τί δῆτα et τί δή ποτε. Sophocles fragm. 103. pag. 121.

τίς δήποτ' ὄλβον ἢ μέγαν θείη βροτῶν
ἢ σμικρὸν ἢ τὸν μηδαμοῦ τιμώμενον;
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει.

sed in his manifestum est ἄν necessarium periisse. Itaque sic corrigendum est:

τίς δήποτ' ὄλβον ἢ ΜΕΓ' ΑΝ θείη βροτῶν
ἢ σμικρὸν ἢ ΤΩΝ μηδαμοῦ τιμωμένΩΝ;

id est ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἢ οὐδενὸς ἄξιον.

Aeschylus fragm. 20.

ποῦ δ' ἐσὶν Ἀργοῦς ἱερόν, αὔδασον, ξύλον;

Mendosum est αὔδασον et forma vitiosum et inepte interpositum. Poëta dixerat:

'Αργοῦς ἱρὸν αὐδΑΕΝ ξύλον;

Apollodorus in *Bibliothk.* I. 9. 16. 6. κατὰ δὲ τὴν πρῷ 'Αργοῦς) ἐνήρμοσεν 'Αθηνᾶ Φωνῆεν Φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ἰ I. 9. 19. τῆς 'Αργοῦς Φθεγξαμένης μὴ δύνασθαι Φέρειν τ βάρος. et I. 9. 24 ἡ ναῦς (ἡ 'Αργώ) Φθέγγεται μὴ λή ὀργὴν τοῦ Διός. Primus locus sumtus est ex Apollon *nauticis* I. 524.

σμερδαλέον δὲ λιμὴν Παγασήιος ἠδὲ καὶ αὐτή
Πηλιὰς ἴαχεν 'Αργὼ ἐπισπέρχουσα νέεσθαι.
ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
σεῖραν 'Αθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε Φηγοῦ.

ubi Scholiasta: πιθανῶς ἐκ τῆς Δωδωνίδος Φησὶ δρυὸς εἶναι ἐν τῇ 'Αργοῖ τὸ Φωνῆεν ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἐΦθέγγετο appellat grammaticus τὸ ξύλον τὸ Φωνῆεν id Aeschylus πάνυ vocavit αὐδᾶεν ξύλον.

Aeschylus fragm. 193. pag. 51.

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σε Ζεὺς οἰκτερεῖ.

nihil prodest quod Meineke pro σ' ὁ Ζεύς reposuit metrum enim in utraque scriptura perinde violatur. scripsisse poëtam, ut ad Strabonem annotavi:

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' οἰκτερεῖ ΠΑΤΗΡ.

adscripsit ad πατήρ nescio quis ὁ Ζεύς et sic vulga nata est.

Aeschyli fragm. 289.

Πᾶσα γὰρ Τροία δέδορκεν Ἕκτορος τύχης διαί.

nulla his verbis subiecta est sententia. Nondum poeni ris coniecturae pro δέδορκεν et τύχης emendari oportere et Ψυχῆς, id est Ἕκτορος Φοβουμένου πᾶσα ἡ Τροία εἰ καθίσταται.

Aeschylus fragm. 374.

ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ.

in his vocabulum unum periit et supervacuum est Restitue sic numeros anapaesticos.

ἐναγώνιε (ΠΑΙ) Μαίας καὶ Διός.

et expunge Ἑρμᾶ.

Sophocles fragm. 14.

τί σοι ὁ Ἀπόλλων τεθρίακεν;

perinfelix est Meinekii coniectura τεθρίακεν pro scriptura librorum κεκιθάρικεν. Interpretatur Suidas: ἀντὶ τοῦ „τί σοι ἐμαντεύσατο;" Nihil horum est Sophocle dignum οὐδ' ἐγγύς. A poëta profectum suspicor:

τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ΕΛΑΚΕΝ;

quod Aristophanes in *Pluti* initio παρῳδεῖ.

Sophocles fragm. 83.

δοκῶ μὲν οὐδείς· ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν
ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα τῶν πέλας κλύειν.

ultima verba sensu plane carent: τῶν πέλας κλύειν est δουλεύειν, quod sententiam loci prorsus absurdam facit. Oppositio affert lucem et ostendit verum esse:

ἢ (τοὺς θεοὺς σέβ)οντα τῶν πέλας κλύειν.

quemadmodum enim contraria sunt τῶν ἐναντίων κρατεῖν et τῶν πέλας κλύειν, sic et participio δυσσεβοῦντας contrarium respondere debet εὐσεβοῦντα, εὐσεβῆ ὄντα, τοὺς θεοὺς σέβοντα. *Vide* (inquit) *an non praestet impium esse et imperare quam deos pie colere et servire.* Affine est illud Euripideum:

εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πέρι
κράτιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.
nam si violandum est ius regnandi gratia
violandum est; reliquis rebus pietatem colas.

Lacuna, quales in Stobaei *Florilegio* permultae sunt, a sciolo temere expleta est.

Simillima sententia legitur in Euripidis fragmento 288.

πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεούς,
αἳ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων.

cf. et fragm. Eurip. 1092.

ἄρχεσθαι χρεὼν
κακοὺς ὑπ' ἐσθλῶν καὶ κλύειν τῶν κρεισσόνων.

Sophocles fragm. 85. si verba inter duos interlocutores divideris scripturam Codicum sanissimam esse intelliges:

ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει;

respondet alter:

ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

Sophocles fragm. 86.

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὔθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος θακοῦσιν AICχίστην ἕδραν.

pro αἰσχίστην in aliis libris est ἀγχίστην et ἡδίστην. Alienum est αἰσχίστην a loci sententia, namque manifesto is qui loquitur demonstrat quantum sit in pecunia boni. „*Pecunia*, inquit, *parit amicos, parit honores.*" itaque addere non potuit „et *turpissimam* dominationem." Pugnant haec inter sese. Equidem ἀγχίστην ἕδραν verum esse arbitror dictum eodem sensu quo apud Euripidem in fragm. 623:

κλύετ' ὦ Μοῖραι, Διὸς αἵ τε παρὰ
θρόνον ἀγχοτάτω θεῶν ἑζόμεναι.

sic dicuntur locupletes, *qui plurimum apud Regem gratia poterant*, τῆς ὑπερτάτης τυραννίδος (quod et ipsum cum admiratione dicitur) θακεῖν ἀγχίστην ἕδραν sive ἀγχοτάτω καθῆσθαι.

Sophocles fragm. 105. pag. 122.

εἶθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
ἐπήβολον καλῶν σε.

in his εὖ φρονήσαντα est nescio cuius interpretatio verborum φρενῶν ἐπήβολον καλῶν et Sophocles dixerat:

εἶθ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν ἐπήβολον
καλῶν σε.

Sophocles fragm. 122. pag. 125.

νόμος γάρ ἐστι βαρβάροις θυηπολεῖν
βρότειον ἀρχῆθεν γένος τῷ Κρόνῳ.

Codex Hesychii τοῖς βαρβάροις. Transpositis verbis scribendum:

νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

Non est aliud vitiorum genus in poëtarum locis frequentius quam ut verba suo loco mota et disiecta sint neque ulla emendandi ratio est certior et evidentior quam transpositio. Insigne huius rei exemplum praebet locus incerti Tragici apud Nauc-

cium pag. 666. fragm. 83. Clemens Alexandrinus haec servavit: *μέλλων ἑαυτὸν ἀποσφάττειν* (*ὁ Αἴας*) *κέκραγεν· „οὐδὲν οὖν ἦν πρᾶγμα ἐλευθέρου ψυχὴν δάκνον οὕτως ὡς ἀνδρὸς ἀτιμία.“* Poëtae manus superest in Chrysippi libello *περὶ ἀποφατικῶν*:

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

Sophocles fragm. 216.

ἕως
ἀπώλεσέν τε καὐτὸς ἐξαπώλετο.

ex his verbis possumus foedam maculam eluere ex Sophoclis *Philocteta* vs. 1369.

μὴ δῆτα, τέκνον· ἀλλά μ' ὃ ξυνήνεσας
πέμψον πρὸς οἴκους· καὐτὸς ἐν Σκύρῳ μένων
ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.

Quis, qui non hebetem et obtusam habet aurem, ferre potest am elumbem et immodulatum versum,

ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.

Sophocle dignos numeros revocabis scribendo:

ἔα κακῶς τούσδ' ἐξαπόλλυσθαι κακούς.

it apud Homerum:

τούσδε δ' ἔα φθινύθειν.

Dictio Tragica ut a populari sermone discrepet etiam hoc abet ut verbis populi usu tritis addat praepositiones, imprimis ξ et *κατά*, nonnumquam et *εἰς*. *Οἶδα* est uniuscuiusque, Dii t heroes *ἔξοιδα* et *κάτοιδα* dicebant et *ἐξεπίσαμαι* et *ἐξειπεῖν* t *εἰσορᾶν* pro *ὁρᾶν* et sic *ἐξαπολέσθαι* pro vulgari *ἀπολέσθαι*.

Nemo autem frequentius quam Sophocles nova verba cum *ἐκ* omposita finxit. Solus omnium dixit *ἐκθεᾶσθαι*, *ἐκλήγειν*, *ἐκπροτιμᾶν*, *ἐκσημαίνειν*, *ἐκσέλλεσθαι* de cultu et vestitu, *ἐκχρῆν* de Apolline oracula edente, *ἐξανάγεσθαι altum petere*, *ἐξατιμάζειν*, *ἐξεφίεσθαι* pro *ἐφίεσθαι*, *προστάττειν*, quae omnia *nihil prorsus* a simplicibus discrepant. Similiter *nihil* apud eum interest inter *ἐκθύειν*, *ἐκλαγχάνειν*, *ἐκμανθάνειν*, *ἐκπείθειν*, *ἐκπυνθάνεσθαι*, *ἐκσώζειν*, *ἐκτιμᾶν*, *ἐκφοβεῖσθαι*, *ἐξαιτεῖν*, *ἐξακούειν*, *ἐξαναγκάζειν*, *ἐξανέχεσθαι*, *ἐξαπαλλάσσεσθαι*, *ἐξαπολλύναι*, *ἐξαποφθείρειν*, *ἐξειπεῖν*, *ἐξελευθεροσομεῖν*, *ἐξεπίσασθαι*, *ἐξικετεύω* et formas simplices, nisi quod simplices formae toti populo sunt in

ore, compositae Diis et heroibus sunt propriae. Sic c splendore differunt *οὐδένα φοβουμένη* et *οὔτιν' ἐκφοβουμ* 276), et *λόγῳ μὲν ἤκουσα, ἑόρακα δ' οὔ* et *λόγῳ μὲν ἰ ὄπωπα δ' οὐ μάλα* (*Phil.* 676), et *ἀνασχοίμην ἀκούων νασχοίμην κλύων* (*Oed.* C. 1174), et *τίς κακῶν ἀπαλλας* et *τίς ἄτης ἐξαπαλλαχθήσεται;* (*El.* 1002). Prorsus i *τἀληθὲς ἐρῶ* et *καί σοι τἀληθὲς ἐξερῶ* (*Oed.* R. 800), sec *πάνυ* sic dicitur et pariter in reliquis.

Sophocles fragm. 222. *πολλαχοῦ τὸ Ἄργος κοῖλόν φ θάπερ —*

τὸ κοῖλον Ἄργος οὐ κατοικήσοντ' ἔτι.

ex hoc loco revocari in lucem potest facetia apud M Athenaei pag 582. *a.*

ἡ δ' εἶπε· μῆτερ, πῶς, ἔφη, μέλλω φιλεῖν
τὸν μηδὲν ὠφέλημα, τὸν ὑπὸ τὰς στέγας
τὸ κοινὸν Ἄργος δωρεὰν θέλοντ' ἔχειν;

imo vero *τὸ κοῖλον Ἄργος* dixerat meretricula eo sen perfacile intelligitur.

Sophocles fragm. 329. pag. 165.

ἄπελθ' ἄπελθε, παῖ· τάδ' οὐκ ἀκούσιμα.

ex *Anecdotis* Bekkeri pag. 373. 6. ubi in Codice est: *τ ἀκουσά.* unde rescribendum:

ἄπελθ' ἄπελθε, παῖ· τάδ' οὐκ ἀκουστά COI.

Sophocles fragm. 364.

οὗτοι ποθ' ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.

Nauck. recepit O. Schneideri coniecturam *ἅψει* pro *ἥ ad summa pervenire* non dicitur *τῶν ἄκρων ἅπτεσθαι* (aut sed *ἐφικέσθαι*. Quamobrem scribendum arbitror:

οὐδέποτ' ἐφίξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.

Sophocles fragm. 372.

ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ KAI *βραχύν*
χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

reponendum est quod eo sensu constanter dici solet:

KAN (*κἂν*) *βραχὺν χρόνον.*

Sophocles fragm. 393. pag. 178.

καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα καὶ κύβων βολάς.

Athenienses non aliter dicebant quam πεντϵγραμμα, et sic apud Pollucem recte scribitur. Pellucet eadem forma in Hesychiana glossa corrupta:

πεσσὰ πέντϵ γράμματα καὶ κύβων βολάς.

Non intellexit scriba ΠϵΝΤϵΓΡΑΜΜΑ esse unum vocabulum: itaque in duo verba dispescuit et dedit πεσσὰ πέντε γράμμαΤΑ.

Apud Suidam v. πεντετάλαντος δίκη editur τὸ ϵ ἄτρεπτον τηρεῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, sed pro τὸ ϵ emendandum est τὸ πέντε.

Neque tantum τὸ πέντε sed etiam τὸ ἕξ, τὸ ὀκτώ, τὸ ἑκατόν apud Atticos ἄτρεπτα τηρεῖται. cf. Photius v. Πεντέπηχυ cum annotatione Naberi.

Sophocles fragm. 395.

κάτω κρέμανται σπίζα τέως ἐν ἕρκεσιν.

Optime Dindorf. σπίζ' Ὅπως. ut Euripides fragm. 961.

διοπετὴς ὅπως ἀϛὴρ ἀπέσβη.

et passim apud Sophoclem et alios.

Sophocles fragm. 427. pag. 185. apud Apollonium *de Pronom.* pag. 70. *b.* scribitur: *ει μεν ωσει θασσονα ειδως ειτεκοι παιδα.* in Scholio ad Iliad. X. 410. ἡ μὲν ὡσεὶ θάσσο. ἡ δὲ ὡσιτέξϵυ παῖδα. ἴσϵν οὖν δφ*l*. Sophocles dederat:

ἡ μὲν ὡς ἴ θάσσονα
ἡ δ' ὡς ἴ ΤϵΤΟΚϵ παῖδα.

Duae matres inter se contendebant *utra velociorem filium peperisset.* Manifesto requiritur perfectum τέτοκε. Quod Nauck pro δφ*é* reponebat διφορούμενον fallitur. Noto compendio sic scribitur pro δίφθογγον. Ambigebant utrum ΩϹϵI an ΩϹI esset apud Homerum scribendum. Reperta vera lectio demonstrat esse breve.

ἡ δ' ὡς ἴ τέτοκε παῖδα.

Compendium, quo δίφθογγος et δίφθογγον scribitur, fraudi fuit Piersono ad Moeridem pag. 182. „εἶκασα Ἑλληνικῶς δφον. *quod quid sit nescio.*"

Sophocles fragm. 429.

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

Felicissima est Herwerdeni emendatio et certissima ἐκΔεΔαρμένος, quam peracute elicuit ex verbis Hesychii in v. Σκυθιστὶ χειρόμακτρον.

Sophocles fragm. 515.

βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχύς,
κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς κεῖται θνητὸς
τὸν ἅπαντα χρόνον.

Suspicantur θνητός significare *mortuus;* quod quum fieri non possit repone

κεῖται ΤΘθνεὼς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Praecedens ΤΑΙ absorbsit ΤΘ sequens et ΘΝΕΩC in θνητός est corruptum.

Sophocles fragm. 519. Apud Hesychium legitur:

Ἀειφόρος: ἀειθαλής. Σοφοκλῆς Τηλέφῳ.
Ἀείφρουρος: ἀεὶ διαμένων, ἀειθαλής.

Rectissime vidit Porson haec ita esse coniungenda et corrigenda:

Ἀείφρουρος: ἀεὶ διαμένων, ἀειθαλής. Σοφοκλῆς Τηλέφῳ.

Ἀείφρουρος significat ἀΐδιος, αἰώνιος *aeternus*, ut in *Antigone* 892.

ὦ κατασκαφὴς οἴκησις ἀείφρουρος.

aut de arboribus vel floribus ἀειθαλής *semper florens*, *semper virens*, ut apud Cratinum Athenaei pag. 685. *c.*

τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι.

Eadem glossa mendose scripta apud Hesychium legitur post Αἰφνιδίως sic:

Αἴφρουρος; αἰθάλη.

Saepe enim in Hesychiana farragine glossa eadem diversis modis corrupta duobus aut tribus locis scripta est, veluti:

Στραβαλοκόμαν: οὐλοκόμην.
Στραβαλοκομᾶν: οὐλοκομᾶν.
Στροβαλοκομᾶς: οὐχ ὁμᾶς.

nihil horum verum est: sed

Στραβαλοκόμαν: οὐλόκομον.

hocles fragm. 251. pag 205.

νῦν δ' οὐδέν εἰμι χωρίς. ἀλλὰ πολλάκις
ἔβλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν Φύσιν
ὡς οὐδέν ἐσμεν.

sensu vacua. Suspicor olim fuisse:

νῦν δ' οὐ ΔΙΕΙΜΙ χωρὶς ἀλλὰ πολλάκις
ἐΜΕΜψάΜΗΝ δὴ τὴν γυναικείαν Φύσιν
ὡς οὐδέν ἐσμεν.

rea a Valckenario accipiendum: αἱ νέαι μὲν 'ΕΝ πατρός
ν -ζῶμεν βίον, pro αἱ νέαι μὲν γὰρ πατρός. cf. fragm.
dis 84.

ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.

hocles fragm. 525.

Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.

ocant mihi haec verba in memoriam simillimum locum
tigone 1055. unde vetus mendum expellere iuvat. Editur:

ΚΡ. τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν Φιλάργυρον γένος.
ΤΕΙΡ. τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκερδίαν Φιλεῖ.

sum est 'ΕΚ τυράννων, et poëta dixerat: τὸ ΔΕ ΓΕ ΤΤ-
ΟΝ, ut constanter loquuntur Veteres, ubi quis *maledicto*
ctum reponit: Φιλάργυρος εἶ. Β. σὺ δέ γ' αἰσχροκερδής. Sed
t aliquis) actum agis, o bone; τὸ δέ γε olim coniecit vir
a Dindorfio laudatus „τὸ δέ γε *Bisschoppius.*" Hinc no-
us Sophoclis editor TOURNIER (Paris 1877) sumsit: „*Bi-*
cité par Dindorf, a proposé τὸ δέ γε τυράννων." Si ex
aeras *quis ille criticus et unde est?* fateretur se nescire.
ex Dindorfio quaesiveris, nihilo magis id dicere posset.
rem expediam. Dindorfius quum ante multos annos
n viseret a studiosa iuventute accepit magnum numerum
m (quas vocant) me praeside ab iis defensarum. Inerant
a multa et locorum corruptorum emendationes, quas pro-
um omnes ipse posueram et singulis per vices defenden-
ederam. Dindorfius si quid ex iis probasset ad Xenophon-
ut ad Poëtas Scenicos nonnumquam eas protulit et nomen
centuli qui defendisset adscripsit. Suaviter ridebunt et

Bisschoppius et v. Deventer [1]) et van Delden et alii quum audi se in Criticorum numero qui Sophoclem emendassent cens Non minus suaviter et ipse risi si quis me ea de causa pl reum ageret. Quod igitur olim conieci τὸ δέ ΓϵΟ etiamn probo ac tueor, sed non est satis. Emendandum est praete

τὸ δέ γε τύραννΟΝ αἰσχροκερδίαν Φιλεῖ.

Satis notum et frequens apud Tragicos est τύραννον pro ραννικόν, ut apud Aeschylum:

πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συλληθήσεται;

et apud Euripidem:

ἦ μὲν τύραννος κεἰς τύραννʼ ἐγημάμην.

et apud ipsum Sophoclem:

καὶ ζῇ τύραννον σχῆμʼ ἔχων.

et:

τύραννος εἶναι μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν.

Sophocles fragm. 527.

ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ Φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

Non est facile perspicere quae sit tandem horum verbor sententia. Quid est Φάρμακον μεῖζον τῆς νόσου? Intelligi sit ΧϵΙΡΟΝ τῆς νόσου, plane ut est in Gallico proverbio:

le remède est pire que le mal.

Deinde qui ita facit non est ἰατρὸς οὐκ ἐπιστήμων κακῶν *rus malorum*, sed *artis imperitus*, οὐκ ἐπιστήμων τέχνης. In te Stobaei passim pessime interpolato non ex apicibus litterar sed ex sententiae fundo sana lectio est eruenda.

---

1) ad *Oedip. Regem.* 845.

οὐ γὰρ γένοιτʼ ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος.

Tournier annotat: „*Deventer retranche ce vers.*" Levis haec est iuvenis suspic memoratu indigna. Multo melius et ipse et Dindorf. recepissent Brunckii corre nem εἷς γέ TIC pro τοῖς, namque εἷς γε Graecum non est et τοῖς πολλοῖς tum, quia eo sensu articulo locus non est, ut in

ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσιν.

et in *Phoenissis:*

κἄτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;

et sic passim.

Sophocles fragm. 528.

θνητὰ Φρονεῖν χρὴ θνητὴν Φύσιν
τοῦτο κατειδότας κτέ.

Meineke coniecit θνητοὺς Φύντας. Erat lacuna:

θνητὰ Φρονεῖν χρὴ ΘΝΗΤ*****

Quid est supplendum? Colliges ex fragm. 523.

ἀλγεινά, Πρόκνη, δῆλον· ἀλλ' ὅμως χρεὼν
τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς Φέρειν.

et sic passim alibi θνητὸς ὤν, θνητοὶ ὄντες legitur. Φύς significat γενόμενος *natus, gnatus;* πέΦυκα est idem quod εἰμί et πεφυκώς quod ὤν.

ἐγὼ πέΦυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις.

significat ἐγὼ ἀγράμματος μέν εἰμι, et sic εἰ σοΦὸς πέΦυκας est εἰ σοΦὸς εἶ, et δυσυχεῖς πεΦυκέναι idem quod δυσυχεῖς εἶναι, δυσυχεῖν. Sed quia Φῦναι non ita usurpatur sed pro γενέσθαι (μὴ Φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, et τὸν Φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, et similia passim), apparet θνητοὺς Φύντας vitiose esse dictum.

In Sophoclis fragm. 543. memorabilis est correctio et diligenter notanda. In unico Codice circumfertur:

καὶ χαρναβῶντος ὅτι τῶν ὅς γε ἄρχει τὰ νῦν.

Acutissime perspexerunt Odfr. Müller et Lobeck ὅς γε esse correctionem voculae ὅτι in margine olim scriptam

καὶ χαρναβῶντοσ ΟΤΙ ΤΩΝ ΟCΓЄ
ἄρχει τὰ νῦν.

et Sophoclem dedisse:

καὶ Χαρναβῶντος ὃς Γ ε τῶν ἄρχει τὰ νῦν.

Elegantissimi vir ingenii et limati iudicii Theophrastus iure vituperavit Sophoclis fragm. 550. apud Demetrium περὶ ἑρμηνείας 114. definiens quid sit in oratione τὸ ψυχρὸν *frigidum* (ineptum, inficetum). ψυχρόν ἐστιν (inquit) τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν, οἷον

ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

ἀντὶ τοῦ „ἀπύθμενος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται." rectissime iudicat *rem tam tenuem tantam verborum pompam non admittere.* τὸ γὰρ πρᾶγμα μικρὸν ὂν οὐ δέχεται ὄγκον τοσοῦτον λέξεως.

Sophoclis ferax et luxurians ingenium in tanta orationis et splendore et grandiloquentia nonnumquam in rebus exi modum excedit et sic dictio fit turgidior καὶ ψυχρά. H hoc Tragici, quod poëta nescio quis apud Epinicum Com (Athen. pag. 432. *b*.) de se praedicat:

παρέδειξα τοῖς πολλοῖς ὅτι
κἂν τὸ τυχὸν ᾖ πραγμάτιον ἢ σφόδρ' εὐτελές,
σεμνὸν δύναται τοῦθ' ἡ δύναμις ἡμὴ ποιεῖν.

etiam foeda et spurca verbis splendidis vestire et ornare bant, ut in Sophoclis fragmento 141.

τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον.

et in fragmento Aeschyli 174.

τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
πλήγεῖσ' ἐναυήγησεν ὀσρακουμένη
χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

est aliquid inter ἡ κάκοσμος οὐράνη et ἡ δυσώδης ἀμίς vel ἀ ἀμίς, et est tamen idem. Vituperanda est eadem pompa borum in re tenuissima in fragm. 285.

ὀξηρὸν ἄγγος οὐ μελισσοῦσθαι πρέπει.

id est μέλιτος πληροῦσθαι. et fragm. 567. ἐλαιοῦται θρίξ i ἐλαίῳ χρίεται. Nonnumquam in verbis novis fingendis r spectatorum movit ut in fragm. 690.

ναῦται δ' ἐμηρύσαντο νηὸς ἰσχάδα.

magnifice se putabat τὴν ἄγκυραν ita appellasse τὴν τὰς ἴσχουσαν sed non cogitavit aliam ἰσχάδα esse toti popul ore. cf. Athenaeum pag 99. *d*.

Fallitur Nauck. in fragm. 640. ex Polluce VII. 193 κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ

βλέφαρα κέκλῃταί γ' ὡς καπηλείου θύραι.

Suspicatur enim verba ὡς καπηλείου θύραι comici poëtae et Sophoclea periisse. In dramate Satyrico et re ludicra p suo iure sic iocatus est. Res Comico nescio cui ridicula est et lusit aut:

τὸ τοῦ Σοφοκλέους ὡς καπηλείου θύρα.

aut aliquo simili modo. Non raro ad Tragicorum locos C

veteres adscripserunt κωμῳδεῖται vel κεκωμῴδηται ὁ τοῖχος. Leve est ex eodem fragmento vitium eximendum. Scribendum enim ὡς καπηλείου θύρᾳ, pro θύραι.

Animadvertere est operae pretium quanta libertate Tragici in procudendis novis vocabulis uterentur. Neque τραπεζοῦσθαι, neque μελισσοῦσθαι, neque ἐλαιοῦσθαι mortalium quisquam umquam dixerat vel audiverat et vix per analogiam latissime patentem licebat his eam notionem addere, quam poëta indidit. Sed acuti auditores δεινοὶ πᾶν τὸ λεγόμενον συνχρπάσαι et facile cuiusque vocabuli sensum assequebantur et τὰ καινοπρεπῶς εἰρημένα καὶ τὰ παρακεκινδυνευμένα impense admirabantur.

Theophrasto in tali observationum genere praeiverat Aristoteles qui ad fragmentum Euripidis 700:

κώπης ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν
ἐτραυματίσθη.

annotavit in *Rhetor.* III. 2. τὸ δὲ — κώπης ἀνάσσει — ἀπρεπές, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν ἢ κατ' ἀξίαν. Nempe nihil aliud est κώπης ἀνάσσει quam κώπην ἐλαύνει sive κωπηλατεῖ.

Sophocles fragm. 574.

Φεῦ Φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις
τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα κἄθ' ὑπὸ στέγῃ
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ Φρενί;

Stobaeus omisso Φεῦ Φεῦ exhibet λάβοις ποτέ. Verum esse videtur:

τί τοῦΔϵ χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτέ;

Refertur enim τοῦδε ad id quod sequitur. Plutarchus eximio loco, quem Nauckius indicavit (in vita Aemilii Pauli cap. I.) ad superiora referens dedit: τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις;

Fieri non potest ut Sophocles scripserit quod in fragm. 583. ex Stobaeo affertur;

ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κὠλίγῳ χρόνῳ.

Quis sanus credit ἐν βραχεῖ καὶ ὀλίγῳ χρόνῳ componi posse? Sed non sunt haec Sophoclis verba sed correctoris supplementa, in quibus emendandis inanis opera luditur. Perinde mendosa sunt reliqua: βίος et βίον repetita et δαίμονος κακοῦ δόσις ὄλβον καθαιρεῖ, quae neque ferri possunt neque in integrum restitui.

Sophocles fragm. 592. ex Aristotele *Rhetor.* II. 23. ἄλλος (τόπος) ἀπὸ τοῦ ὀνόματος οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς·

σαφῶς σιδήρῳ καὶ φοροῦσα τοὔνομα.

Scholiasta ad h. l. addit praecedentem senarium:

αὕτη δὲ μάχιμός ἐστιν ὡς κεχρημένη
σαφῶς σιδήρῳ καὶ φοροῦσα τοὔνομα.

non congruunt haec cum Aristotelis sententia. Emendandum arbitror: ὡς κεΚΛημένη σαφῶς Σιδηρὼ καὶ ΦΡΟΝοῦσα τοὔνομα. Scite dicitur φρονοῦσα τοὔνομα ἡ Σιδηρώ eo sensu quo Homericum:

σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ.

ὄνομα αὐτῇ (inquit) Σιδηρὼ καὶ φρονεῖ ὅμοια τῷ ὀνόματι, id est σκληρὰ καὶ ὠμά.

Perpetuo scribae incogitanter confundunt φορεῖν (φέρειν), φρονεῖν, φόνεῖν, φρουρεῖν, et φόρημα, φρόνημα, et φορά, φθορά, φρουρά et (ut modo vidimus) ἀεἰφρουρος et ἀειφόρος, sed quid sit ubique verum sententia cuiusque loci liquido demonstrat.

Sophocles fragm. 614.

σύγγνωτε κἀνάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
γυναιξὶν αἰσχρὸν εὖ γυναῖκα δεῖ στέγειν.

in Stobaei libris est σὺν γυναικί, Nauck. εὖ γυναῖκα substituit, quod probari non potest, quia et εὖ plane supervacaneum est (omnia sunt in στέγειν *occultare, silentio premere*) et εὖ γυναῖκα δεῖ στέγειν non est Graeca verborum compositio. Simplicissimum est: τὸ γὰρ γυναιξὶν αἰσχρὸν THN γυναῖκA δεῖ στέγειν.

Sophocles fragm. 616.

τὸ δ' εὐτυχοῦν ἅπαν ἀριθμήσας βροτῶν
οὐκ ἔστιν ὄντως ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα.

manifesto mendosa et male sana haec sententia est: *neminem unum esse mortalium qui prospera fortuna utatur.* Non haec est hominum querela, sed *fluxam et instabilem esse hominum fortunam.* Itaque poëtam dixisse suspicor: ΔΙευτυχοῦντα – οὐκ ἔστιν ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα. Διευτυχεῖν est διὰ τέλους εὐτυχεῖν *perpetua felicitate uti*, quod in humanum genus non cadit.

Frequens est apud Tragicos sententia quam revocavimus. Euripides fragm. 46.

οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

et fragm. 275.

οὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.

et fragm. 662.

οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

Reliqua non expedio.

Sophocles fragm. 629. pag. 225.

ἡ πατροκτόνος δίκη
κέκλητ' ἂν αὐτῷ.

Repone optativum ΚΕΚΛΗΙΤ' κεκλῆτ' ἂν αὐτῷ. Notum est ἑκλημαι (ut μέμνημαι, βέβλημαι) habere optativum κεκλήμην, ἐκλῆο, κεκλῆτο. cf. *Philoct.* 119.

σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῆ' ἅμα.

ubi Scholiastes: κεκλῆο ἀντὶ τοῦ κεκλημένος εἶης.

Sophocles fragm. 632. pag. 226. ex Hesychio: ῥακτηρίοις ἔντροισιν — διὰ τὸ ἀράττεσθαι. Imo vero διὰ τὸ Ῥάττεσθαι. Confundi solere ῥάττειν et ἀράττειν ostendimus ad Dionysium Halicarn. pag. 109.

Fragm. Sophoclis 639.

Aristoph. *Plut.* 635.

ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας
Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών,

ubi Scholiasta: — ταῦτα δὲ ἐκ τοῦ Φινέως Σοφοκλέους ἔλαβεν. Nauckius hanc annotationem ad vs. 636. adscriptam esse putat et hunc solum esse Sophoclis, non praecedentem quoque. Sed, ne dicam Scholia in Codd. non ad certum versum adscribi, manifestum est duos hos versiculos coniunctos fuisse, praesertim quia constat fuisse famam veterem, quae τοὺς Φινείδας Aesculapii ope et beneficio visum recuperasse ferebat. Sextus Empiricus *adv. Mathem.* I. 12. Φύλαρχος ἐν τῇ ἑνάτῃ (κεκεραυνῶσθαι τὸν Ἀσκληπιὸν λέγει) διὰ τὸ τοὺς Φινέως υἱοὺς τυφλωθέντας ἀποκαταστῆσαι χαριζόμενον αὐτῶν τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ Ἐρεχθέως. Sophocles igitur quum diceret:

ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας
Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.

manifesto hanc famam secutus est. cf. quae de ea re scripsit van de Sande Bakhuyzen in libro *de Parodia in Comoediis Aristophanis* pag. 185 sqq.

Sophocles fragm. 660. pag. 231.

ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν
καὶ μή ΓΕ πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

ineptissime γε interponitur. Legerim:

καὶ μὴ ΤΙ πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

praeterea Helena, cuius haec oratio est, dixisse videtur:

ἔτι πλείΟΤC τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

mihi, inquit, *optimum est emori et non plura etiam quam haec opprobria audire.* Δυσφημίας ἔχειν dicitur sensu passivo, ut αἰτίαν ἔχειν, ὄνομα, ἔπαινον, ψόγον ἔχειν, et similia his alia complura.

Sophocles fragm. 665. pag. 233. τὸ πρὸς βίαν πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ. Nauckius haec ita constituit:

τὸ πρὸς βίαν
πίνειν ἴσον πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.

expuncto κακόν. quod quum sit prorsus necessarium et διψῆν βίᾳ inepte dicatur emendaverim:

τὸ πρὸς βίαν
πίνειν ἴσον πέφυκε τῷ διψῆν κακόν.

Sophocles fragm. 669.

πῶς ἂν οὐκ ἂν ἐν δίκῃ
θάνοιμ' ἄν;

Sine causa Dindorf. πῶς ἄρ' οὐκ ἄν reponebat. Ter repetitum ἄν non est infrequens. Euripides *Troad.* 1233.

ἀφανεῖς ἂν ὄντες οὐκ ἂν ὑμνηθείμεν ἄν.

Nempe et πῶς et οὐκ et θάνοιμι voculam potentialem attrahunt ad sese suntque, ut ita dicam, τοῦ ἄν ἑλκυστικά: itaque ubi haec concurrunt singulis vocula ἄν apponitur.

Sophocles fragm. 674. pag. 234. ex *Anecdotis* Bekkeri: ἀκόλαστος ὄχλος Εὐριπίδης εἶπεν, ἀκόλαστον δὲ CΩMA Σοφοκλῆς. Legendum ἀκόλαστον δὲ CTOMA. Euripides noto loco:

ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν αἰσχίστην νόσον.

Notum est quam saepe σόμα et σῶμα misceantur et ineptum est *corpus ἀκολασίας* arguere.

Sophocles fragm. 687.

τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.

ut sententia sit integra et cum vitae usu congruens supplendum est:

(κακὸν) τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.

Praeclarus in hanc sententiam locus est Euripidis (fragm. 1064):

οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις·
ὅστις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνήρ ....
μέθῃ ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα.
παρ' αὐτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.

Nauckius post ἀνήρ quaedam excidisse suspicatur, sed nihil deest ubi emendaveris: ὅστις δὲ — μέθῃ ταράσσει — φρένα
παραυτIX' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.
παρ' αὐτά eo sensu non est Euripideae aetatis sed Graeculorum. *Praesens* laetitia a Veteribus appellatur ἡ παραυτίκα ἡδονή. Critias apud Nauckium pag. 600. fragm. 3.

τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
ἐχθρὰν καθίστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.

et in fragmento Theodectis pag. 626.

ῥᾳθυμία δὲ τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
λαβοῦσα λύπας τῷ χρόνῳ τίκτειν φιλεῖ.

Sed excidisse nonnulla videntur post versum primum, quia οὐκ ἔστιν ἄλλο ὡς pro ἄλλο ἤ dici non potest.

Sophocles fragm. 692. pag. 237.

διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ 'ΘΜπιεῖν διδούς.

in his ἐμπιεῖν est Porsoni iuvenis παραδιόρθωσις. Qui sitiunt neque ἐμπιεῖν cupiunt neque ὑποπιεῖν, quae sunt genio indulgentis, sed πιεῖν. Recte Casaubonus ἢ πιεῖν pro scriptura unici Codicis (Athenaei pag. 433 *e.*) μὴ πιεῖν.

Sophocles fragm. 693. pag. 237.

** κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη.

supplendum:

(κακὴ) κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη.

Κακὸς κακῶς cum verbis *pereundi* coniuncta non minus in Tragoediis trita sunt quam in Comoediis et populari sermone. Euripides *Medea* 787.

ἐπεὶ κακὴν κακῶς
θανεῖν σΦ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι Φαρμάκοις.

ubi multa exempla annotavit Elmsleius, et in his *Medeae* vs. 1353.

σὺ δ' ὥσπερ εἰκὸς κατθανεῖ κακὸς κακῶς.

Sophoclea sunt et alia et in *Oedip. Tyr.* vs. 248.

κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον.

et in *Aiace* vs. 1391.

τοιγὰρ σΦ' Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ
μνήμων τ' Ἐρινὺς καὶ τελεσΦόρος Δίκη
κακοὺς κακῶς Φθείρειαν.

Sophocles fragm. 726. pag. 242.

ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὔθ' ὅπως
Φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὔθ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
κτείνας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται,
οὔθ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρῶΤ' ἐδαίσατο
τὸν Ἀςάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών.

his asperrimis maledictis Ulysses Diomedem insectabatur in dramate Satyrico, cui nomen Ἀχαιῶν σύλλογος ἢ Σύνδειπνοι, in quo heroes Homerici temulenti omni genere conviciorum et contumeliae inter sese certabant.

Pro ὠμοβρῶτ' emendatio Brunckii ὠμοβρώC id est ὠμηςής fuerat recipienda.

Praeterea corrigendum:

ἐγὼ δ' ἐρῶ CΘ δεινὸν οὐδέν.

pro ἐρῶ σοι. Populus dicebat οὐδὲν Φλαῦρον ἐρῶ σε, πολλὰ κακὰ λέγειν τινά, Tragici πολλὰ καὶ δεινὰ λέγειν τινά, et ἀκούειν πρός τινος. Euripides fragm. 347.

οὐκ ἀνασχετὸν
σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

hocles fragm. 733. pag. 244.

** σεμνὰ τῆς σῆς παρθένου μυςήρια.

articulus:

(τὰ) σεμνὰ τῆς σῆς παρθένου μυςήρια.

hocles fragm. 739. pag. 245.

συὸς μέγιςον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύΑΙC
ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἐκηβόλος θεά.

um ἐπ' Οἰνέως γύΑC *in Oenei arva immisit.* Nulla potest ubitatio quin haec ad Sophoclis Μελέαγρον sint referenda.

hocles fragm. 742. pag. 245.

ἄμεινόν ἐςι ζημίαν
λαβεῖν [τιν'] ἢ κέρδος κακόν.

libris est: ἄμεινόν ἐςι ζημίαν λαβεῖν ἢ κέρδος κακόν, in tet optimus troichaicus:

ζημίαν λαβεῖν ἄμεινόν ἐςιν ἢ κέρδος κακόν.

hocles fragm. 752. pag. 247.

οὐδὲν κακίων πτωχὸς εἰ καλῶς Φρονοῖ.

ım est Φρονοῖ. Legendum: εἰ καλῶς Φρονεῖ. In re certa icativum habet.

εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν οὐκ εἰσὶν θεοί.

fragmento Euripidis 255.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐςιν εἰ ΦέρΟΙ τινὰ βλάβην.

de causa repone εἰ ΦέρΘΙ τινὰ βλάβην.

hocles fragm. 763. pag. 249.

σὺ δὲ σΦαδάζεις πῶλος ὣς εὐΦορβίᾳ·
γαςήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης.

ndum:

γαςήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης ΆΘΙ.

hocles fragm. 795. pag. 254. Priscianus: „*Sophocles teste o profert quaedam contra legem metrorum, sicut in hoc:*

ἈλΦεσίβοιαν ἦν ὁ γεννήσας πατήρ.

ioque iambus a trochaeo incipit." Quis hoc homini credet?

Nemo hercle. Itaque Nauckius edidit: Ἀλφεσίβοιαν. multo malim
(τὴν) Ἀλφεσίβοιαν ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.

Sophocles fragm. 796.

ἐδοξάτην μοι τὼ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

Comici poëtae hunc versum esse suspicatur Nauck. sed meliora docet forma μολεῖν.

Eodem indicio arguitur error Nauckii, qui in Praefatione pag. XI. senarium:

ἐγὼ δέ, μισεῖ γάρ μ', ἄπειμ' ἐξ ὀμμάτων.

comici poëta esse putat, sed ἐξ ὀμμάτων praeter Tragicos nemo dicebat.

Sophocles fragm. 818. Nauck. edidit:

Ἐνετοῖσιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελεγμένοις
ἥδιον εἰ χωροῖμεν ἢ παντὶ σθένει.

In Codice Veneto B. ad Iliad. Σ. 274. est ἐν τοῖσιν ἵπποις et ἧδιον. Ἐνετοῖσιν est Heckeri coniectura doctior quam verior. Idem recte ἥδιον correxit. Nihil aliud in ΕΝΤΟΙCΙΝ arbitror latere quam ΟΛΙΓΟΙCΙΝ, quamobrem ita legerim:

ὀλίγοισιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελεγμένοις
ἥδιον ΑΝ χωροῖμεν ἢ παντὶ σθένει.

Sophocles fragm. 821.

ἤδη γὰρ ἕδρα Ζεὺς ἐν ἐσχάτῳ θεῶν.

cum Dindorfio probo coniecturam Brunckii ἔχει γὰρ ἕδρΑΝ Ζεύς. Quid facias inepto grammatico, qui ex his verbis collegit ἔσχατος esse idem quod πρῶτος?

Sophocles fragm. 827. pag. 259.

** πάνσοφον κρότημα Λαέρτου γόνος.

male abest articulus:

ΤΟ πάνσοφον κρότημα Λαέρτου γόνος.

Sophocles fragm. 831.

τί μέλλετ' Ἀρτακεῖς τε καὶ Περκώσιοι;

sed Sophocles, ut omnes Athenienses, dicebat Ἀρτακῆς, ut Φωκῆς et similia omnia, quae librarii sedulo ad suam consuetudinem refingebant.

Sophocles fragm. 833.

χρόνος αὖ χρόνος ἅμα κραταιᾷ
τερμοσύνᾳ βίου
πόλλ' ἀνευρίσκει σοφὰ μαιομένοις.

Optime ad sententiam restituit Ellendtius ΧΡΗμοσύνᾳ βίου. Theocritus:

ἀ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

et Eratosthenes ἐν Ἑρμῇ·

χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι;

In versu tertio reposuerim verbum Sophoclem:

πόλλ' ἐξανευρίσκει σοφὰ μαιομένοις.

Sophocles fragm. 845. pag. 262.

κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἁλῷ
σιγᾶν ἀνάγκη κἂν καλὸν φέρῃ σόμα.

Necesse est pro φέρῃ reponere ΦΟρῇ. Non est facile ubique discernere utrum φέρειν an φορεῖν sit scribendum. In libris nihil est auxilii. Miscentur passim φορεῖν et φέρειν etiam ubi non est ambigua optio. Nonnulla tamen sunt certa et stabili omnium usu confirmata. In perpetuo usu aut ex ipsa natura ut *in partibus corporis*, aut ex consuetudine et more ut *in cultu ornatuque* φορεῖν solum habet locum. Herodotus III. 12. ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς, et apud Comicos κομψὸν φορεῖν τὸ σόμα, οὖλα τὰ σκέλη φορεῖν, καλάμινα σκέλη φορεῖν, πτέρυγας φορεῖν, λάγυνην τὸν ὀφθαλμὸν φορεῖν. Sophocles dicit γένειον διηλιφὲς φορεῖν fragm. 140. De vestitu et cultu corporis trita sunt σολήν, σολὰς φορεῖν, ἱμάτιον, τριβώνιον, σκῆπτρον, κρηπῖδας φορεῖν et multa his similia. Apud Sophoclem in *Oed. Col.* 1357. ubi in Laurentiano est: καὶ σολὰς ταύτας φέρειν, optime emendatum est φορεῖν. Itaque κἂν καλὸν φορῇ σόμα verum est, non φέρῃ, et γλῶτταν φορεῖν saepius legitur apud Comicos. Sed duplex machina admovetur ex Aeschylo in *Choëph.* 574.

ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν.

et in *Supplic.* 972.

πᾶς δ' ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυκον φέρει
κακήν.

sed si utrumque locum expenderis intelliges nihil his cum

γλῶσσαν Φορεῖν commune esse: γλῶσσαν εὔΦημον Φέρειν est εὐΦημεῖν, et ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυκον Φέρειν κακήν significat μέτοικον ἑτοίμως (εὐχερῶς) κακῶς λέγειν. Utrobique Φορεῖν absurdum fuisset. Καλὸν Φορεῖν ϛόμα est *eloquentem esse*, *dicendo valere*, ut apud incertum Comicum in Bekkeri *Anecd.* pag. 347. 7.

γλῶττάν τέ σοι δίδωσιν ἐν δήμῳ Φορεῖν
καλῶν λόγων ἀείνων
ἢ πάντα κινήσεις λέγων.

quos versus suspicor a Cratino de Pericle esse scriptos.

Sophocles fragm. 846.

ἦ δεινὸν ἄρ' ἦν ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ συνειδῇ.

sententia absurda haec est quia imperfecta. Quae pars perierit colligas ex nobili loco Euripidis *Hippol.* vs. 424.

δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

Idem Sophoclem suspicor dixisse:

ἦ δεινὸν ἦν ἄρ' ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ συνειδῇ (μητρὸς ἢ πατρὸς κακά). pro ἄρ' ἦν ἡνίκ' ἄν transposui ἦν ἄρ' ἡνίκ' ἄν, quod multo est usitatius.

Sophocles fragm. 850. pag. 262.

μή μοι κρυΦαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος·
κλῇθρον γὰρ οὐδέν· ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης κρυΦαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται.

verba sensu vacua. Suspicor olim fuisse:

κλῇθρον γὰρ οὐδὲν ΓΩΔ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης ΔΙ' ΓΟΤ κρυΦαῖον οὐ διέρχεται.

sed superest mendum in εὐπετές, id est ῥᾴδιον, quia κλῇθρον ῥᾴδιον nihil est. Coniicere possis ὧδ' ἂν εὐΘΡΚὲς λάβοις, aut εὐΠΑΓὲς λάβοις, aut aliud quid in eandem sententiam.

Sophocles fragm. 860. pag. 264.

ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος,
ὡς οὐδέν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ΘΟΙκότες
βάρος περισσὸν γῆς ἀναρωΦώμενοι.

Athenienses veteres *εἰκέναι* dicebant et *προσεικέναι* et *εἰκώς* (unde *εἰκός* remansit apud omnes et *εἰκότως*) non *ἐοικώς*. Itaque corrigendum:

καὶ σκιαῖσιΝ ΘΙκότες.

Summa enim constantia Athenienses omnes semper et ubique *εἰκώς* et *προσεικώς*, *εἰκέναι* et *προσεικέναι* dicebant, et *εἰκότως* et *ἀπεικότως*, sed sequiores scriptores ex Homerico usu *ἐοικώς*, *ἐοικέναι*, *προσεοικέναι*, *ἀπεοικότως* et sim. dicere coeperunt, unde factum est ut in libros Thucydidis, Platonis, Xenophontis et in fabulas Tragicorum et Comicorum irreperent formae, quibus nemo Veterum usus esset umquam. In *Vesp.* 1142. in libris est *ἐοικέναι* pro *προσεικέναι*, et 1413. *ἐοικώς* pro *ἔοικας*. In Sophoclis *Electra* 618. ferebatur *προσεοικότα*, nunc recte *προσεικότα* (Laurentianus *προσηκότα*). In Aristophanis fragmento 72. apud Meineke F. C. II. 1193. iterum legitur *ἐοικέναι* pro *προσεικέναι*, quod aetatem tulit in *Ecclesiaz.* 1161.

μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι.

Thucydidi reddendum VII. 71. *εἰκώς* et VI. 55. *ἀπεικότως*. Multis apud Platonem locis et nonnumquam apud Xenophontem formae veteres sunt ab exilio revocandae, veluti in *Phaedone* pag. 74 *e.* *ᾧ φησὶν αὐτὸ προσΘΙκέναι*, et in *Politico* pag. 261 D. *βουφόρβῳ μᾶλλον προσΘΙκότα.*

Ex *εἰκέναι*, *εἰκώς* natum est futurum *εἴξω* (ut *τεθνηκέναι τεθνήξω*, *ἑστηκέναι ἑστήξω*), quod *unico* tantum loco notissimo legitur:

τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν ΘΕΙΞΕΙΣ καί σε καλοῦσιν βλιτομάμμαν.

Plusquamperfecti *ᾖκη* (ut *ᾔδη*) item *unum* exemplum superest in *Avibus* 1298.

ὄρτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ ΗΙΚΘΙΝ ὀρτυγι.

ubi Ravennas *ἧκεν* exhibet sed veram scripturam servarunt antiquae *λέξεις* cf. *Nov. Lectt.* pag. 451.

Similiter formae Atticae veteres *ἦσμεν*, *ἦστε* et *ἦσαν* sine vestigio intercidissent nisi earum memoriam docti *Ἀττικισταὶ* servassent.

In Euripidis fragm. 167.

ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας ΘΙκέναι.

in omnibus libris praeter unum scriptum est *ἐοικέναι* iugulato metro.

Sophocles fragm. 862. pag. 265.

ςέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτὴν ἀλλὰ μὴ ςένειν τύχην.

hoc quidem est *τοῦ τυχόντος* quod iactum est *θέσθαι*. Em dandum est *κεῦ θέσθαι πρέπει*. Hesychius v. *κυβευτήν* h ipsum locum interpretans scribit: *ἐπιςήμην γάρ τινα ἔδόκουν δεξιῶς χρῆσθαι*. Euripides fragm. 354.

οὐντυγχάνων,
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ πράσσει καλῶς.

Sophocles. fragm. 323.

τοῦτ' ἐςὶν ἄλγις' ἢν παρὸν θέσθαι καλῶς
αὐτός τις αὐτῷ τὴν βλάβην προσθῇ φέρων.

Cratinus apud Photium v. *Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.*
ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμα καλῶς εἰς δύναμιν τιθέσθ

Sophocles fragm. 866.

ὅταν δ' ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγOI μολών.

addita literula legendum *ἐκφύγOIC*.

Sophocles fragm. 879. pag. 268.

Ἄβρωτος ὁ νῆςις παρὰ Σοφοκλεῖ.

multa sunt apud Sophoclem *παρακεκινδυνευμένα*, quorum n nulla ridebantur, ut supra vidimus, sed *ἄβρωτος* usitatum a omnes noto sensu pro *νῆςις* ponere ne Dionysius maior quid unus omnium ineptissimus poëtarum sustinuisset. Fuisse vi tur *ἀβρὼC ὁ νῆςις*, ut *σαρκοβρώς*, *ὠμοβρώς*, *ἀνδροβρώς*, *τρι βρώς*, *σιδηροβρώς*, *χειροβρῶτι δεσμῷ* et similia.

Sophocles fragm. 912. pag. 271. ex Hesychio: *Ἄπα λημα ἀποκάθαρμα* [*ἢ ἀποπάτημα*] *ἢ ἀποπλάνημα. Σοφοκ* Non memini me magis ridiculam dittographiam vidisse umqu

C. G. COBET.

EURIPIDES.

Euripides fragm. 11. pag. 291.

ἔςι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν
ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

et metrum et Graecitatis ratio postulant ut rescribatur:

'ΘΝαποδείξασθαι θανάτῳ.

Euripides fragm. 21.

ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα
τοῖσιν πένησι χρώμενοι ΠΘΙΘώμεθα.

πειθώμεθα ineptum est et perinfelix Nauckii coniectura ΠΘΠώμεθα. Putabat enim vestigiis literarum esse insistendum, sed erat lacuna χρώμενοι * * * ώμεθα. Verum olim vidit Berglerus reponens ΘΗΡώμεθα.

Euripides fragm. 26. pag. 295.

τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεςι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιςα καὶ λυπεῖ βροτούς.
τύχοιμι δ' αὐτῆς ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

tertii versus prava est sententia: nondum poenitet correxisse:

τύχοιμι δ' αὐτῆς ἡνίκ' ΘΙCIN εὐμενΟΤC.

ἡνίκ' εἶσιν *quando veniet.*

Similem versum supra vidimus:

Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.

Sententia est prope eadem in fragmento Euripidis 889.

τὸ δ' ἐρᾶν προλέγω τοῖσι νέοισιν
μήποτε Φεύγειν
χρῆσθαι δ' ὀρθῶς ὅταν ἔλθῃ.

prorsus idem est ὅταν ἔλθῃ et ἡνίκ' εἶσιν.

Euripides fragm. 28.

σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅσις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

melior est verborum dispositio apud Aristophanem *Thesmoph.* 117.

πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους.

Euripides fragm. 29. pag. 296.

σιγᾶν Φρονοῦντα κρεῖσσον εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα· τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἶην φίλος
μήτε ξυνείην ὅσις αὐτάρκη Φρονεῖν
πέποιθε δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

prima verba sensu plane carent. Lacunae veteres temere expletae sunt et quid dixerit poëta non est ex apicibus literarum expiscandum sed ex vitae usu et ingeniis hominum indagandum. Etiam nostra memoria vixerunt magni et praeclari viri, sed paullo arrogantiores, qui quaesitam meritis superbiam, sed nimiam, sumentes se solos in omni re sapere neque ulla amicorum ope aut consilio indigere opinabantur. Ex horum ingeniis colligitur poëtae sententia haec:

σιγᾶν Φρονοῦντα κρεῖσσον ἢ εἰς ΑΤΘΑΔίαν
πεσεῖν. ΤΟΙούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἶην φίλος
μήτε ξυνείην.

in plerisque libris est κρεῖσσον ἢ εἰς, et ἤ post κρεῖσσον abesse omnino non potuit.

Euripides fragm. 36.

γυναῖκα δ' ὅσις παύσεται λέγων κακῶς,
δύσηνος ἆρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

Prava sententia est et poëtae vitio et scribarum. Nugatur qui *sapientem* vult *sine intermissione mulieribus maledicere*, sed sic Euripides solet. Scribae peccarunt in ἆρα (libri ἄρα), cui nihil hic loci est, neque δύσηνος et σοφός bene inter se opponuntur.

Eurip. fragm. 62. pag. 301.

μισῶ σοφὸν ἐν λόγοισιν εἰς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν.

Meineke numeros sic composuit:

μισῶ σοφὸν
(ὄντ') ἐν λόγοισιν εἰς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν.

nemo nisi metro coactus ὄντα his adderet. Equidem non unum vocabulum inseruerim sed duo supervacua expunxerim ut fiat:

μισῶ σοφὸν λόγοισιν, εἰς δ' ὄνησιν οὔ.

Euripides fragm. 68.

ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπεκδραμεῖν,
ψυχὴν γὰρ ἄθλΑ ΤΙΘΕμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Verissime correxit Dobraeus κειμένην pro τιθεμένην. Certamen non indicitur, sed agitur: praemium non ponitur, sed positum est in medio. Praeterea ἄθλΟΝ requiro pro ἄθλα. Utrumque mendum ex lacuna natum: ΑΘΛ*****ΜΕΝΗΝ.

Eurip. fragm. 80. pag. 307.

θεῶν δὲ θνητοὺς κόσμον οὐ πρέπει φέρειν.

inepte turbatus est in his naturalis verborum ordo et φέρειν est a loci sententia alienum. Utrique malo medeberis scribendo:

θεῶν δὲ κόσμον οὐ πρέπει θνητοὺς ΦΟρεῖν.

vel:

θεῶν δὲ κόσμον θνητὸν οὐ πρέπει φορεῖν.

Euripides fragm. 88. pag. 308.

γυναῖκες, ὁρμήθητε μηδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν.

Graeci dicebant ἀθυμία ἔχει με non ἀθυμίαν ἔχω. Itaque a poëta profectum est: μηδ' ἀθυμία σχέθῃ τις ὑμᾶς. In utraque lectione autem manifestum est σχεθεῖν *aoristum* esse, ut ἀμυναθεῖν, διωκαθεῖν, παρεικαθεῖν et sim. namque ni aoristus esset μὴ σχέθῃ soloeca oratio foret.

Euripides fragm. 132. pag. 319.

σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐτυχῶς συνεκπόνει
μοχθοῦσι μόχθους ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ.

In versu primo multo melioribus et suavioribus numeris legitur apud Lucianum πῶς δεῖ τὴν ἱστορίαν συγγράφειν cap. 1.

σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως.

Reliqua duos testes habent, Athenaeum pag. 561 *b*. et Stobaeum *Floril.* 64. 6.

Apud Athenaeum legitur:

ἢ τοῖς ἐρῶσιν ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.

apud Stobaeum:

ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίσασο
μοχθοῦσι μόχθους ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ.

hunc secutus Nauckius et *exitus versuum sedem mutare iussit*, et pro εὐτυχῶς suspicatur εὐμενῶς *fortasse corrigendum*. Non enim animadverterat Stobaei textum quem vocant impudentissime passim esse interpolatum a nescio quo Graeculo, qui multas vetusti libri lacunas ita explevit ut quidquid in buccam venisset de suo substitueret. Plurimis et certis exemplis id luculenter mihi demonstrasse videor, quum de Stobaei *Florilegio* in *Mnemosyne* agerem. Nunc uno et altero exemplo ex Euripidis fragmentis sumto verum id esse ostendam. Est Euripidis locus apud Plutarchum Tom. II. pag. 778 *b*.

οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

eadem Stobaeus affert *Floril.* 63. 3. sic scripta:

οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς διώκουσιν ἄγαν.

Manifestum est quum nihil aliud superesset quam NOCOTCOMOIΩC**** de suo adiecisse Graeculum τοῖς διώκουσιν ἄγαν neque τὸ κακόφωνον neque τὸ κακόμετρον horum verborum animadvertisse.

Addam alterum exemplum ut mendum eximam. Est Euripidis fragmentum (1046. Nauckii pag. 540.) in Stobaei *Floril.* 74. 10.

μοχθοῦμεν ἄλλως θῆλυ φρουροῦντες γένος·
ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκεν ἔνδικος
τί δεῖ φυλάσσειν κἀξαμαρτάνειν πλέον;

δίκαιος (ἔνδικος) et δικαιοσύνη non habent in pudicitia et castimonia locum, et manifestum hoc quidem est dixisse poëtam *„nequidquam custodiri eam quae non sit suopte ingenio pudica."* Ex ἔνδικος (nam reliqua sana sunt et integra) nihil extundas quod laboranti poëtae prosit. Sed lacuna erat,

ΗΤΙCΓΑΡΑΤΤΗΜΗΠΘΦΤΚΘ***

o indocte expleta. At tu eam sic expleas:

ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκε CΩΦΡΟΝΘΙΝ.

ıia perspicua et clara sunt.

ue in Stobaei scripturis quae a caeterorum testimoniis ınt

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν.

lorum enim sunt additamenta et πληρώματα sine ulla itate aut fide, quale est id de quo agimus:

ἢ τοῖς ἐρῶσιν [εὐμενῶς παρίστασο].

ud:

νοσοῦσ' ὁμοίως [τοῖς διώκουσιν ἄγαν].

tilum est fragm. 136. pag. 319. de Aethiopibus:

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν.

num mihi perspexisse videor poëtam ex notissimo loco ɔti III. 30. sumsisse:

ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν ΗΛΙΟΥ.

ipides fragm. 138. pag. 319.

νεότης μ' ἐπῆρε καὶ CΘΘΝΟC τοῦ νοῦ πλέον.

e iterum Crispinus. Quid sibi vult σθένος in huiusmodi o? Nihil prorsus. Vera lectio est apud Lucianum:

καὶ ΘΡΑCOC τοῦ νοῦ πλέον.

ıd Stobaeum lacunam ***OC inepte expletam esse intel- ıs.

ipidis fragm. 139.

ὡς ἄπιστόν ἐς' ἔρως
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν ΫΑΡΧειν φιλεῖ.

ıparatis aliis Tragicorum locis pro ἄρχειν suspicor poëtam ɜ ΝΑΙΘΙΝ. Sophocles fragm. 824.

χῶρος γὰρ αὐτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν,
ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει.
δακρυρροεῖ γὰρ καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.

epi αὐτός de certa Bambergeri coniectura pro οὗτος. Praefortasse praestat pro τέρπον ut τὸ πημαῖνον. Quemadmogitur dicitur in mente hominis eadem esse *sedes* laetitiae

et moeroris, sic et amor ἐν τῷ κακίσῳ τῶν Φρενῶν *habitare* dicetur. Solebant veteres certis animi cupiditatibus et affectibus certam in corpore sedem assignare τὴν ῥῖνα, τὸ ἧπαρ, τὰ σπλάγχνα, unde Euripides dixit in fragm. 407. de *invidia:*

ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα
ἔσθ' ἡμῖν;

in versu primo scribendum puto:

τί ποτε κατοικεῖ σώματος λαχὼν μέρος;

Tam serio haec vera esse credebat Euripides, ut medico iuberet urendo et secando hanc pestem ex hominibus eximere.

ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀΦαιρεῖν ἢ ποτοῖσι Φαρμάκοις
πασῶν μεγίσην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Euripides fragm. 167.

ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰκέναι,
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνα πέρι.

Arena sine calce, verba sine sensu. In loco conclamato deposito etiam paullo audacior coniectura non reprehendetur. Sententia dicti, quantum in caligine dispicere possum, ducit ad

τὰ πόλλ' (ὅμοια μητρὶ) γίγνεται τέκνα.

quod verum esse vitae usus et ingeniorum observatio unusquemque docet.

Eurip. fragm. 186. pag. 330.

πῶς γὰρ σοΦὸν τοῦτ' ἔσιν εἴ τις εὐΦυῆ
λαβοῦσα τέχνη Φῶτ' ἔθηκε χείρονα;

Habebat ἡ παλαιὰ Ἀτθίς formas εὐΦυᾶ, ὑγιᾶ, εὐκλεᾶ et similes omnes. Emendate legitur in fragm. 244, pag. 343.

ἀνὴρ στρατηγῶν εὐκλεᾶ τ' ἔχων Φάτιν.

sed vitiose in fragm. 596. pag. 432.

σὲ τὸν αὐτοΦυῆ τὸν ἐν αἰθερίῳ.

Eurip. fragm. 196. pag. 332.

τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυσυχεῖ,
εὐδαιμονεῖ δὲ καὔθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.

et Graecitatis usus et sententia loci postulant ut infinitivi repo

nantur *εὐτυχεῖν*, *δυσυχεῖν* et bis *εὐδαιμονεῖν*. Non enim *ὁ βίος εὐτυχεῖ* aut *δυσυχεῖ* sed miseri mortales.

Eurip. fragm. 198. pag. 333.

εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Euripides *φιλόκαλος ὤν*, ut cives sui omnes, *τὰ καλά* appellat summorum artificum praeclara opera tabulas, signa, statuas et quae sunt alia *ἀγάλματα πλουσίου οἴκου*. Itaque *πειράσεται* vitiosum est. Teneo veterem sententiam *πεΠάσεται* id est *κεκτήσεται* emendari oportere.

Eurip. fragm. 200. pag. 333.

καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν
ἀσκοῦσι βίοτον, ἢν σΦαλῶσι χρημάτων
κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον
ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς ἐν ταὐτῷ μένειν.

ad haec Nauckius: *„extrema verba graviter affecta sunt."* Equidem nihil difficultatis in iis video. Optime dicitur *εἴθισμαι ἀκόλαστον ἦθος γαστρός* de eo *qui se solet multo et delicato cibo ingurgitare*. Quorum si quis opes amisit (*σΦαλεὶς χρημάτων*) nihilo minus helluo et gulosus est quam fuerat antea, id est *ἐν ταὐτῷ μένει*. Videtur Euripides his versibus athletarum, quos non amabat, *τὴν γαστριμαργίαν* insectari. Eadem est parasitorum ratio, qui quum per luxuriam patrimonium dilapidassent, epularum causa omnia faciebant et patiebantur.

Eurip. fragm. 230. pag. 340.

ἡνίκ' ἂν ταχῇ χιὼν
τέθριππ' ἔχοντος ἡλίου κατὰ χθόνα.

in libris est *τεθριππεύοντος*, quod quum sit manifesto mendosum substitutum est id quod vides. Frustra, ut opinor, quia *ἔχειν τέθριππα* nihil facit ad rem, sed *ἐλαύνειν τέθριππα* solum sententiae convenit. Itaque quia Tragici prisca forma *ἐλᾶν* pro *ἐλαύνειν* uti solent corrigendum esse videtur:

τέθριππ' ἐΛΩντος ἡλίου κατὰ χθόνα.

Eurip. fragm. 234. pag. 341.

ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἔλαμψε.

pro ἔλαμψε in libris est ἓν ἔλαβε vel ἔλαβε, unde Valckenarius ἐνέλαμψε correxit. Nauck. „*praetuli* ἔλαμψε." Non assentior: sua enim cuiusque virtus in vita *splendet* λάμπει, sed parentum virtus in liberis *pellucet* διαλάμπει. Quamobrem διέλαμψε verum esse arbitror. Eodem sensu διασίλβειν dicebant. Aristophanes apud Pollucem

καὶ διασίλβονθ' ὁρῶμεν,
ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ,
πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Eurip. fragm. 240. pag. 342.

οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

turpissima macula duplici Euripidis locus inquinatus est. Ridiculum et absurdum est εἰσκτᾶσθαι pro κτᾶσθαι, et βιοῦν pro ζῆν faex Graeculorum coepit dicere. Est vetus lacuna in verbis OCTIC**** ***ЄKTHCAT. Pars lacunae nullo negotio sic sarcitur:

(εὐδοξίαν) ἐκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Reliqua pars loci idoneam sententiam continebit sic scripta:

οὐκ ἔστιν ὅστις ἥ(συχον ζηλῶν βίον)
εὐδοξίαν ἐκτήσατ'.

Εὐδοξίαν a libris oblatum recipiendum est in fragm. 239, ubi Nauck. edidit:

οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν.

sed quamquam eadem lectio circumfertur in fragm. 1039. sententia clamat *decus* et *gloriam*, τὴν εὐδοξίαν, unice verum esse.

Eurip. Fragm. 284. pag. 350. vs. 22.

οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
σάς. ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
φύλλοις σέφεσθαι.

Plutarchus duobus locis et Galenus omittunt σάς, quo expuncto et recepta Dobraei emendatione:

ἄνδρας μὲν οὖν χρῆν τοὺς σοφούς τε κἀγαθούς
φύλλοις στέφεσθαι.

omnia optime procedunt.

Eurip. fragm. 287. pag. 353. vs. 19.

ἐκεῖνο γὰρ μεμνήμεθ' οἷος ΗΝ ποτέ
κἀγὼ μετ' ἀνδρῶν ἡνίκ' εὐτύχουν βίῳ.

Euripides cum aequalibus forma ἦ pro *eram* utebatur, sed librarii plerisque locis suum ἦν substituunt.

In Euripidis fragmento 288. nescio quis negat esse deos quoniam impiis bene sit et pietatem colentibus male. Deinde ita pergit:

οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
τὰ θεῖα πυργοῦσιν αἱ κακαί τε συμφοραί.

annotavit Nauck. „*vs.* 15 *non expedio.*" Quid mirum? Magna lacuna et praecedentis sententiae exitum absorbsit et sequentis initium. Prioris loci sententia haec fuerat: *opinor fore si quis nil nisi Deos precaretur nec manu victum quaereret, (ut vos eum hominem insanire putetis).*

Euripides fragm. 327.

κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ,
πλὴν ΘΙτις· ὅσις δ' οὗτός ἐστιν οὐχ ὁρῶ.

optime Badham οὐκ ἐρῶ, sed non satis est. Scribendum praeterea πλὴν ΘΙC (εἴς) τις, nam sic demum οὗτος intelligitur, id est ὁ μόνος ἄδωρος sive χρημάτων κρείσσων. Quicumque haec loquitur manifesto se ipsum eum esse dicit.

Euripides fragm. 328.

οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
πένητες ὄντες οὐδὲν 'ΑΛΦΑνουσ' ἔτι,
οἱ δ' οὐδὲν ἦσαν πρόσθεν, ὄλβιοι δὲ νῦν,
δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν.

Duplex in libris scriptura circumfertur ἀλφάνουσ' et ἐμφαίνουσ'. Nauck. ἀλφάνουσ' ἔτι probavit, quod miror; namque ἀλφάνειν (ut εὑρίσκειν) dicitur *de pretio, quo quid venditur, quod ex alicuius rei venditione redactum est,* τιμὴν ἀλφάνειν,

τιμαλφής, ἀλφεσίβοια. cf. *Miscell. Crit.* pag. 246. Itaqu ἀλφάνουσιν est *emtorem non inveniunt*, quod a loci se prorsus abhorret. Est tamen sententia poëtae ex oppo certa et evidens: *„nobiles nunc pauperes* iacent, *humili lo nunc divites* in honore sunt." Ergo verum est οὐδὲν ἐμφ ἔτι, id est οὐδαμοῦ φλίνονται et apud omnes contemnunt

Euripides fragm. 356.

οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε
βέβαιος ἄδικος.

transponenda haec sunt: οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε ἄδικος β

Eurip. fragm. 362. pag. 372. vs. 41.

οὐκ οὖν ἅπαντα τοὔν γ' ἐμοὶ σωθήσεται.

in libris est γοῦν τ' ἐμοί. Quod Nauck. reposuit τοὔν γ nemo Graecorum umquam dixit. Solebant omnes in dicere τοὐπ' ἐμοί, quod Euripidi reddendum.

Eurip. fragm. 364. pag. 374. vs. 24.

ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχὼν, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκαθεῖν.
ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ' ἐφέλκεται,
χρηστῶν πενήτων ἤν τις αἰσχύνῃ τέκνα.

Corruptum est ἐντυχών (alii εὐτυχῶν), namque ἐξουσίας quid sit intelligi potest (*potestatem nactus*), sed ἐντυχεῖν nihil est. Etiam infinitivus διωκαθεῖν suspicionem move tot imperativos. Poëtam dedisse suspicor:

ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντΡΤΦῶν, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθΗΙC.

Post pauca vs. 32.

ἀλλ' ὦ τέκνον μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ.

verbis transpositis legendum:

ἀλλ', ὦ τέκνον, δός μοι χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ.

Eurip. fragm. 377. pag. 377.

οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς 'ΑΘΡήσαντ' εἰδέναι τὸ δρασέον.

Incongrua sunt κανόνι ἀθρεῖν. Emendandum videtur:

ὀρθῶς ΜΘΤρήσαντ' εἰδέναι τὸ δρασέον.

Notandum est in Euripidis fragmento 385. ubi describit pastor litterarum imperitus (γραμμάτων οὐκ ἴδρις) notas et figuras elementorum in nomine ΘΗCΕΤC, quod de litera H dicit:

τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσοις ἄλλη μία.

unde liquido colligimus Euripidis aequales non τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασι χρῆσθαι (Θ pro H et O pro OT et Ω) sed longas vocales fuisse in usu. De prima litera ita refert:

κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος,
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.

ergo ΘH erat non THΘ. Quartae literae formam fuisse non Θ sed E liquido haec demonstrant:

τὸ δ' αὖ τέταρτον ἡ μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεγηριγμέναι.

Idem ludus in eodem nomine et Agathoni placuit et Theodecti Phaselitae, quorum locos descripsit Athenaeus pag. 454 *d*. Literam H Agathon sic describit:

ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο.

et Theodectes:

ἔπειτα δισσοὶ κανόνες ἰσόμετροι πάνυ,
τούτους δὲ πλάγιος διὰ μέσου συνδεῖ κανών.

Ergo τὰ Ἰωνικὰ γράμματα diu ante Euclidem privatis in usu fuisse videmus.

Antiquae scripturae (τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς) exemplum est in fragmento Achaei apud Athenaeum pag. 466 F. (apud Nauckium pag. 585.) in poculo inscripto ΔΙΟΝΤCΟ (Διονύσου).

ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι
τὸ γράμμα Φαῖνον, δέλτ' ἰῶτα καὶ τρίτον
Ω NT τότ' T πάρεσι, κοὐκ ἀπουσίαν
ἐκ τοὐπίκεινα σὰν τό τ' O κηρύσσετον.

sic Nauckius edidit, sed restituendum: καὶ τρίτον OT NT τό τ' ΥT πάρεσι, tum ΣΑΝ τό τ' OT κηρύσσετον. Appellatur enim apud Veteres τὸ O οὖ et τὸ Θ εἶ, et Athenaeus in sqq. sic scripserat: πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ OT (non τῷ O) ἀπεχρῶντο οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει διὰ τοῦ OT (non O) μόνου γράφουσιν.

Eurip. fragm. 388. pag. 380.

κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κόμαις ὁμοῦ
ῥανῶ πέδοι δ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσαγῆ πρησῆρε ῥεύσονται κάτω.

In libris est συγχέω et αἱμοσαγεῖν πρησῆρες. Futurum esse χέω, χεῖς, χέομεν multis alibi ostendimus. χεῶ, χεοῦμεν, χεεῖτε sunt sordes Graeculorum. Revocato igitur συγχέω in vs. 4. scripserim:

αἱμοσαγεῖC πρησῆρες Ϝτσονται κάτω.

ῥεύσομαι pro ῥυήσομαι non minus est vitiosum quam συγχεῶ pro συγχέω.

Eurip. fragm. 389. pag. 380.

Aristophanes *Vesp.* 312.

ΠΑΙC. τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.
ΧΟΡΟC. ἀνόνητον ἄρ' ὦ θυλάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.

Scholion ad vs. 313. πράγματα βόσκειν: ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βάρὰν τῷ Μινωταύρῳ. Mirificum in h. l. errorem in *Var. Lect.* pag. 67. aperui. Flebiliter queruntur pueri:

τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες;

quae sunt Euripidis verba. Tum pater subsannans respondet:

ἵν' ϵMOI πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

quae sunt verba Aristophanis. πράγματα παρέχειν cum infiniti componi ibidem ostendimus. Itaque scholion ad vs. 312. rerendum.

Eurip. fragm. 395. pag. 382.

σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων μάτην
πόνους ἔχοντες οὐδὲν εἰδότες σαφές.

Sunt qui σαφές omittant, quod prorsus supervacuum et et οὐδὲν εἰδότες in tali re dicere solent. Res ipsa docet μάτ in secundo senario locatum fuisse:

μάτην πόνους ἔχοντες οὐδὲν εἰδότες.

Itaque prior senarius sic est redintegrandus:

σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων (κενῶν).

Est operae pretium certae emendationis originem et progressum observare in Euripidis fragm. 402. In libris est:

ἰδοῦσ' ἀδινοῦς συμφορὰν πολὺν χρόνον
νῦν ὅμμ' ἐγείρει.

Acute sensit Valckenarius in his Ἰνοῦς nomen latere deditque:

ἰδοῦσα δ' ΙΝοῦς συμφοράν.

perfecit emendationem Musgravius qui reposuit:

ΘΤδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορΑ πολὺν χρόνον
νῦν ὅμμ' ἐγείρει.

quamquam certa est et evidens correctio tamen iuvat locupletem fideiussorem producere, Plutarchum in vita Antonii cap. 36. Εὖδουσα δ' ἡ δεινὴ συμφορὰ χρόνον πολὺν, ὁ Κλεοπάτρας ἔρως, — αὖθις ἀνέλαμπε καὶ ἀνεθάρρει Συρίᾳ πλησιάζοντος αὐτοῦ.

Eurip. fragm. 440. p. 392.

ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάροιθ' εὐπραξίαν.

ineptum et sensu vacuum est πάροιθ' a sciolo ad lacunam Codicis explendam insertum. Supplendum arbitror ex vitae usu:

τὴν λίαν εὐπραξίαν.

Saepe λίαν apud Tragicos penultimam correptam habet, ut in Euripidis fragm. 465. pag. 399.

ἐπίσαμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν
ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Quemadmodum Euripides dixit τὴν λίαν εὐπραξίαν, sic apud Menandrum est:

ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν
τἀγαθὰ τὰ λίαν ἀγαθά.

Similiter apud Aeschylum est in *Prometheo* vs. 100.

διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν.

Euripides fragm. 459.

εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.

In libris Gellii N. A. VI. 3. est παρὴ δῆθεν vel παρῇ δῆθεν. Ex Vaticano Codice Hertzius παρήλυθεν recepit, quod Nauckius probavit. Nollem factum, primum quia ὡς χρόνος παρήλυθεν nihil

significat, deinde quia Tragici forma ἤλυθον pro ἦλθον in scenariis non utebantur.

Eandem formam Nauckius posuit in Sophoclis *Philoct.* 1231.

ὥς μ' ὑπήλυθεν Φόβος.

ubi in libris est:

ὥς μ' ὑπῆλθέ τις Φόβος.

quod satius erat non tangere. Legitur quidem ἤλυθον in Nephronis fragmento apud Nauckium pag. 565.

καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν
σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὅσσαν, ἣν ἔχρησέ μοι
Φοίβου πρόμαντις συμβαλεῖν ἀμηχανῶ.

sed turpis soloecismus ἤλυθον μαθεῖν ostendit aliud quid latere. Neque id longe quaerendum: scribe

ἤθελον λύσιν μαθεῖν σοῦ.

Euripid. fragm. 494. pag. 409.

ἴσως δ' ἄφρων ὢν ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παρασφέφων·
ᾧ γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα,
οὐ χρὴ γοᾶσθαι πρὸς τὸ θεῖον ἀλλ' ἐᾶν.

in his χρὴ γοᾶσθαι est infelix Nauckii suspicio pro scriptura librorum χρὴ τλεῖσθαι vel χρὴ γλεῖσθαι, quae nauci non est. Quid dixerit poëta ex imo sententiae fundo est colligendum non ex apicibus litterarum investigandum. Negat Euripides ut solet παραδοξολογεῖν et populi opiniones etiam sanas impugnare, *filios adoptari oportere, namque cui Di non dederint ut filii nascerentur eum non oportere* πρὸς τὸ θεῖον *** ἀλλ' ἐᾶν. Sententia manifesto haec est: *eum oportet Deorum voluntati acquiescere neque repugnare.* Itaque supplendum:

οὐ χρὴ μάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον ἀλλ' ἐᾶν.

Deorum voluntati resistere, repugnare Diis, appellatur θεομαχεῖν sive πρὸς τὸ θεῖον μάχεσθαι. Multa exempla attulit et indicavit Wyttenbach. ad Plutarchi *Moral.* pag. 168 c. et in his locum Ciceronis Tusc. Quaestt. III. 25. *necessitas ferendae conditionis humanae quasi cum deo pugnare prohibet admonetque esse hominem.* et Menandri:

μὴ θεομάχει μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι

χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ' ἀναγκαίους φέρε.

quod est illud ipsum quod Euripides dixerat. Iterum sic dixit Euripides in fragm. 724. pag. 462:

σὺ δ' εἶκ' ἀνάγκῃ καὶ θεοῖσι μὴ μάχου.

Eurip. fragm. 507. pag. 412. Tragicus dixerat:

τὰ προσπεσόντα δ' ὅσις εὖ φέρει βροτῶν
ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖ.

ut Plutarchus Tom. II. pag. 116 *f.* testatur. In Stobaei Codice erant lacunae: ΤΑ **** ΟΝΤΑ — ΒΡΟΤΩΝ **** ϹΩΦΡΟΝΕΙΝ. Itaque Graeculus de suo dedit: τὰ (τυγχάν) οντα — βροτῶν (σοφὸν νομίζω) σωφρονεῖν κτέ. quae Nauckius recepit quamquam τὰ τυγχάνοντα nemo in tali re umquam dixit et incondita est compositio verborum σοφὸν νομίζω σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖ.

Eurip. fragm. 530. pag. 417.

τό τοι κράτιστον κἂν γυνὴ κράτιστον ᾖ
τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή· τὸ δ' ὄνομ' οὐχὶ διαφέρει.

Rectissime Nauck. „*dubito num verba poetae restituta sint.*" Vel numeri elumbes arguunt verborum labem. Legendum suspicor:

τὸ δ' ὄνομ' οὐ διαΦΘερεῖ.

ut in fragmento 515.

δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαΦθερεῖ.

Quis nescit *Φθείρει*, *Φθερεῖ* et *Φέρει* in simplici verbo et in compositis sexcenties inter se confundi solere?

Iterum Euripides in fragmento 378.

ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς Φανῇ
οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν Φύσιν διαφθερεῖ.

Euripides fragm. 539.

ὁρᾷς σὺ νῦν δή μ' ὡς ἐπράϋνας τύχη.

Photius v. Νῦν δή descripsit locum ex Boëtho, qui collegerat testimonia Veterum, ubi νυνδὴ (*modo*) μέν et νῦν δέ componebantur, ut apud Euripidem in *Hippolyto* vs. 233.

νυνδὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐξέλλευ, νῦν δὲ ψαμάθοις
ἐν ἀκυμάντοις.

et apud Magnetem Comicum:

εἰπέ μοι νυνδὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι, νῦν δὲ φῄς.

his interponit καὶ ἐν Μελεάγρῳ·

ὁρᾷς σὺ νυνδὴ μ' ὡς ἐπράϋνας τύχη.

vides complura verba excidisse et ulcus esse insanabile.

Eurip. fragm. 549. pag. 421.

πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

abest plane necessarius articulus et rescribendum:

δούλη πέφυκε Τἀνδρός.

servit suo marito.

Eurip. fragm. 550. pag. 421.

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

fieri non potest ut apud Euripidem κακίων paenultimam corripiat. Itaque Nauck. μείων coniecit contra dicendi usum, namque μείων est ἐλάττων, non κακίων, quamobrem nondum [illegible] poenitet veteris coniecturae:

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς χείρων ἄλοχος.

Eurip. fragm. 552. pag. 421.

νοῦν χρὴ θεᾶσθαι· ποῦ τι τῆς εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ;

non recte haec emendata sunt. In libris est θεᾶσθαι οὐδέν τι et ὅταν τις μὴ τάς. Quod Nauckius reposuit ποῦ τι ὄφελος pugnat cum dicendi usu. Perpetuum est enim aut οὐδὲν ὄφελος aut τί ὄφελος; Aliquid vidit Elmsleius qui sic corrigebat:

νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, νοῦν· τί τῆς εὐμορφίας
ὄφελος;

sed inutile νοῦν interposuit πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ. Si verum est, ut videtur, τί τῆς εὐμορφίας ὄφελος; circumspiciendum est melius metri supplementum. *Patris* est, credo, ad filium oratio:

νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, ΠΑΙ. τί τῆς εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν τις μὴ Φρένας καλὰς ἔχῃ;

omitti non potest τις et articulus in τὰς φρένας male additur:

sententia est: *τί ὄφελος σῶμα μὲν καλὸν ἔχειν, φρένας δὲ αλάς;*

mparandum est fragmentum Sophoclis 105.

εἶθ' εἰσίδοιμί πως Φρενῶν ἐπήβολον
καλῶν σε.

rip. fragm. 554. pag. 422.

ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

n hercle iniuria Nauckio *„locus mutilus aut corruptus"* vi-. Non potuit enim Euripides haec *ἀδιανόητα* dicere. Lo-est ex Stobaei Codice pessime interpolato sumtus, ut non ous anxie ductus literarum rimari sed sententia quo ducat are. Itaque emendaverim:

ΤΘΡΠΟΤσα *μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.*

verum esse unumquemque nostrum vitae usus docuit.

rip. fragm. 600. pag. 433.

τρόπος ἐςὶ χρηςὸς ἀσφαλέςερος νόμου·
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαςρέψαι ποτέ
ῥήτωρ δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
λόγος ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

o in vetere sententia *ῥήτωρ* et *λόγος* locum inter se permu-debere: non enim *λόγος* sed Orator legem distorquere et a susque deque habere et conturbare omnia poterat et solebat, ota querela est Oratores callidos et vafros *τοὺς νόμους κλι-ειν* aut *παράγειν* aut *διαςρέφειν.*

rip. fragm. 640. pag. 442.

μάτην γὰρ οἴκῳ σὸν τόδ' ἐκβαίη τέλος.

ır a grammaticis ut appareat *τέλος* esse *δαπάνημα*, *ἀνά-*. Itaque scribendum est:

μάτην ἂν οἴκων σῶν τόδ' ἐκβαίη τέλος.

t *μάτην ἂν τόδε ἀναλώσειας.*

ripid. fragm 643. pag. 443.

οὐ γὰρ παρὰ κρατῆρα καὶ θοίνην μόνον
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει,
ἀλλ' ἐν κακοῖσι δύναμιν οὐ μικρὰν φέρει.

Nauck. *οὐκ ἄρα* coniecit. Simplicius est et melius *οὔτἄρα* restituere, id est *οὔτοι ἄρα*, quae forma loquendi aut raro aut numquam ex librariorum manibus illaesa evasit. Cf. fragm. Euripidis 709. pag. 459.

οὔτἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἰμύλος μόνος.

ubi *οὐ γάρ* et *οὐκ ἄρα* in libris est a Porsono emendatum. et fragm. 1030. pag. 537.

ἤτἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι.

ubi vulgata lectio *ἢ τἄρα* optime a Nauckio in *ἤτἄρα* conversa est.

Praeterea acute vidit Nauck. *ἔχει* et *Φέρει* esse transponenda.

Eurip. fragm. 644. pag. 443.

βαρὺ τὸ Φρόνημ' οἵησις ἀνθρώπου κακοῦ.

pessime mulcatus hic locus est et desipientis haec est oratio. *Φρόνημα* enim magni viri est et *οἵησις* stultorum. Sensit verborum vitium Salmasius, qui *Φόρημ'* emendabat. Sed mendosus est articulus in *τὸ Φόρημα*.

Vera lectio colligitur ex versiculo, qui Aeschylo tribuitur in fragmento 383.

ἢ βαρὺ Φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων.

unde apparet Euripidem aut quem alium (nam vix Tragoedia dignus versus est) ita dixisse:

ἢ βαρὺ Φόρημ' οἵησις ἀνθρώπου κακοῦ.

Euripides fragm. 645.

ὅταν κακός τις ἐν πόλει πράσσῃ καλῶς,
νοσεῖν τίθησι τῶν ἀμεινόνων Φρένας
παράδειγμ' ἔχοντας τῶν κακῶν ἐξουσίαν.

mirificam hanc verborum compositionem peperit duplex in articuli forma commissus error. Legendum existimo:

νοσεῖν τίθησι TAC *ἀμεινόνων Φρένας*
παράδειγμ' ἐχόνΤΩΝ ΤΗΝ κακῶν ἐξουσίαν.

Eurip. fragm. 691. pag. 455. Syleus ad Herculem ita dicit:

σοῦ κατηγορῶ
σιγῶντος ὡς ἂν εἶῆς οὐχ ὑπήκοος,
τἀσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτἀσσεσθαι θέλοις.

uck. transposuit εἴης ἄν, quo nihil proficimus. Locus et lus et corruptus est. Supplendum et legendum est:

(τὸ βλέμμα) σου κατηγόρει
σιγῶντος ὡς εἴης (τις) οὐχ ὑπήκοος.

sq. fragmento scribe:

κλίνηθι καὶ πίωμεν.

κλίθητι. Constanter enim Attici κλινῆναι et κατακλινῆναι ant.

urip. fragm. 704. pag. 458. nulla est dubitatio quin Euri- versiculi coniuncti fuerint hi:

ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

um Nauck. priorem tantum Euripidis esse putabat.

urip. fragm. 708. pag. 459.

.. τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νόσον;
σμίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

ditionibus circumferebatur interpolata lectio:

τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;

n Nauckius recte abiecit; sed quia versus aperte mendosus alia est correctio quaerenda. Suspicor fuisse:

τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ (πρὸς τὴν) νόσον;

nadmodum ad Socratem dixit Strepsiades:

τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;

eliqua pars loci sanissima est σμίκρ' ἂν θέλοιμι – ἔχων
ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

vide mihi quid designaverit temerarius Stobaei corrector, quum in suo libro invenisset:

**** ΟΙΚΘΙΝ μᾶλλον ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

uo supplevit:

(τροφὴν ἐν)οικεῖν μᾶλλον ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

cedebat enim σμικρὰν θέλοιμι vitiose scriptum pro σμίκρ' ἄν. ue homo σμικρὰν τροφήν commentus est et, ut metrum taret, ineptissime ἐνοικεῖν dedit pro οἰκεῖν, et in scripturis natis homines docti desudant.

Euripid. fragm. 775. pag. 473.

αἰτοῦ τί χρήζεις ἔν· πέρα γὰρ οὐ θέμις
λαβεῖν σε. κἂν μὲν τυγχάνῃς ε****
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μὴ ψευδὴς ἐγώ.

supplendum esse arbitror:

κἂν μὲν τυγχάνῃς ΣΑΦ' ΪΣΘ' ΫΤΙ
θεοῦ πέφυκας.

In eodem fragmento vs. 69. editur:

ἀλλὰ ΤΗΛ' ἔϛω λεώϛ.

in celebrandis Phaëthontis nuptiis populus submoveri aut procul amandari non poterat; neque τῆλ' ἔϛω usitatum est dicendi genus. In Codice palimpsesto prima manus scripserat ΤΗΔΕϹΤΩ, manus secunda correctoris pro ΤΗ reposuit ϹΙΓ. Fuerat enim ϹΙΓΑ et dederat poëta:

ἀλλὰ σῖγ' ἔϛω λεώϛ.

Eurip. fragm. 781. vs. 39. pag. 478. servus ad herum ita dicit:

ὦ πᾶτορ, ἔϛρεψ' ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.

Ridiculum est ὦ πᾶτορ in tali re, ut ὦ κτῆτορ. In palimpsesto libro est a prima manu: ΩΠΑΤΕΡ, suprascripsit corrector ΔΕϹΠΟΤΑ, quod verissimum est:

ὦ δέσποτ', ἔϛρεψ' ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.

Euripides fragm. 787.

ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν
καὶ τοὺϛ παρόντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

emendandum est ὀκνΩΝ pro ὀκνῶ. „Etiam *hasce aerumnas* inquit, *ferre non recuso* εὐλαβούμενος διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ τοῖϛ πρόσθε γεγονόσιν εὔκλειαν.

Eurip. fragm. 813. pag. 492.

καίτοι ποτ' εἴ τιν' εἰσίδοιμ' ἀνὰ πτόλιν
τυφλὸν προηγητῆροϛ ἐξηρτημένον
ἀδημονοῦντα συμφορᾶῖϛ ἑλοιδόρουν.

Misere haec corrupta sunt sine illa spe emendationis. Soloecum est εἴ τιν' εἰσίδοιμι ἑλοιδόρουν. Pro ἀδημονοῦντα συμφορᾶῖϛ

ibris est ἃ δαιμόνων ταῖς συμφοραῖς, sed et hoc nihil est et
l. Quis enim mortalium intelligere potest quid sit

ἀδημονοῦντα συμφοραῖς ἑλοιδόρουν,

l de Wyttenbachii coniectura in textum recepit Naukius? io hercle. Ludunt nonnumquam in talibus Critici et um-literarum volitantes nequidquam captant, longeque melius

quod vides perisse perditum ducas.

urip. fragm. 816. pag. 493.

ἦσαν τρεῖς Ἀγήνορος κόροι·
Κίλιξ, ἀΦ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται.

rda est copula καί in καὶ Κιλικία: in aliis est ἀΦ' οὗ ἡ κία. Verum videtur:

ἀΦ' οὗ ΔΗ Κιλικία κικλήσκεται.

para fragmentum Euripidis 907.

χαρὰ ἀΦ' ἧς ΔΗ πάντα γίγνεται κακά.

uod est prorsus simile fragmentum Aeschyli 393.

ἀΦ' οὗ ΔΗ Ῥήγιον κικλήσκεται.

uripides fragm. 824. pag. 495. in Etymologo Vossiano di-e scriptum esse vidi v. Σιρός: — ἡ μὲν τριβὴ τῆς ἀναγνώσεως ίνει αὐτό. εὑρίσκεται δὲ καὶ βραχὺ ὡς εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ·

καὶ μὴν ἀνοῖξαι μὲν σιρεὺς οὐκ ἠξίου.

καὶ μῶν, ut putabat Valckenarius, qui propterea καὶ νῶν ecit frustra.

urip. fragm. 854. pag. 502. est praeclara Euripidis etymo-a: ἐνιαυτὸς — ἐπεὶ ἔχει τὰς πάσας ὥρας ΈΝ ΘΑΤΤΩΙ.

δθούνεκα

(αὐτὸς) ἐν ἑαυτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

leineke αὐτός addidit et ἐν ἑαυτῷ scripsit pro ἐν αὐτῷ. to simplicius et lenius correxeris:

ἐν αὐτὸς αὐτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

rima huius compositionis exempla apposuimus in *Observ.* ad nysium Halic. pag. 153.

Euripides fragm. 868.

τρομὸν δρόμημα γηραιοῦ ποδός.

δρΟμημα vitiosa et barbara forma est pro δρΑμημα. Perfecto δέδρομα respondent formae δρόμος et δρομεύς, sed perfecto δεδράμηκα agnatum est δράμημα et δραμητέον. Cf. *Var. Lectt.* pag. 604.

Eurip. fragm. 882. pag. 507.

λόγων δίκαιον μισθὸν ἂν λόγους φέροις,
ἔργΟΝ δ' ἐκεῖνος ἔργον ὃς παρέσχετο.

clamat sententia et compositio verborum scribendum esse ἔργΟΥ δ' ἐκεῖνος.

Eurip. fragm. 889. pag. 508.

παίδευμα δ' Ἔρως σοφίας ἀρετῆς
πλεῖσον ὑπάρχει.

legendum esse πλεῖσον ΜΘτέχει multis exemplis ostendi in *Nov. Lectt.* pag. 109.

Eurip. fragm. 895. pag. 511.

ἄφρων ἂν εἴην εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας.

bonus Choeroboscus opinatur τρέφοιν κατὰ συγκοπὴν τοῦ Η natum esse ex τρεφοίην. Cras credam et omnino mihi formae optativi in -ΟΙΝ omnes ex locis corruptis in grammaticorum cerebris natae esse videntur. Scriptum fuisse olim arbitror:

ἄφρων ἂν εἴην ΘΚτρέΦΩΝ τὰ τῶν πέλας.

Ne hoc quidem Choeroboscus sciebat τρεφοίην esse barbarum pro τρέφοιμι. Cogitabat ineptus de νοσοίην, φιλοίην et sim.

Perelegans est Euripidis fragmentum 903. pag. 513. sed hic illic vitiatum. Nauckius edidit:

χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ
καὶ τὰ Σειρήνων πτερόεντα πέδιλ' ἁρμόζεται,
βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς
Ζηνὶ προσμίξων.

Sensit Nauck. ἁρμόζεται „*Clementi deberi.*" quam suspicionem vel metrum satis confirmat:

καὶ τὰ Σειρήνων πτερόεντα πέδιλα.

eodem metri indicio patet πολύν esse mendosum. Ergo coniiciunt πολιόν vel πουλύν. Equidem sic emendandum esse arbitror:

βάσομαί τ' εἰς αἰθέρ' ΑΠΘΙΡΟΝ ἀερθείς.

ut in illo:

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα.

Splendidum et magnificum Euripidis fragmentum 905. pag. 514. turpi macula inquinatum est. Nauck. edidit:

ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ,
μετεωρολόγων δ' ἐκὰς ἔρριψε
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

Pronomen ὅς Clementi debetur locum Euripidis ad suam orationem accommodanti, poeta dixerat:

TIC τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ
μετεωρολόγων Θ' ἑκὰς ἔρριψε
σκολιὰς ἀπάτας;

Euripides fragm. 926.

παῖς ὢν Φυλάσσου πραγμάτων αἰσχρῶν ἄπο.

Nauck.: „ἄπο mihi suspectum." Legerim: Φυλάσσου πραγμάτων αἰσχρῶν (ἐρᾶν). Φυλάσσομαι cum infinitivo componitur ut in Sophoclis fragmento 428.

δισσὰ γὰρ Φυλάσσεται
φίλων τε μέμψιν κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν.

Euripides fragm. 958. Εὐριπίδης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην·

εἶης μοι, μέτριΟΝ δέ πως
εἶης μηδ' ἀπολείποις.

μέτριΟC, ut opinor, dixerat.

Euripides fragm. 966.

ἀκόλαστα πάντῃ γίγνεται δούλων τέκνα.

veram lectionem servavit Diogenes Laërtius:

ἀκόλαστ' ὁμιλεῖν γίγνεται δούλων τέκνα.

Euripides fragm. 969.

οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε, μὴ τρέσῃς,
παίσει πρὸς ἥπαρ οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν

τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
ϛείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς ὅταν τύχῃ.

sic recte apud Plutarchum scribitur: apud Stobaeum pro μὴ τρέσῃς legitur πώποτε absurde cum futuro παίσει coniunctum, et pro ὅταν τύχῃ substituitur ἀεὶ βροτῶν intolerabile propter τῶν ἄλλων βροτῶν quod praecedit. Satin' certum est duas lacunas a Graeculo suo more esse expletas?

Euripides fragm. 993.

ἐγὼ δ' ἐμός εἰμι.

suspicor legendum: ἐγὼ δ' ἐμὸς νῦν εἰμι idque ab eo dici qui servitute modo sit liberatus. In versiculo Apollodori, quem Nauckius comparavit ex Donato ad Terentii *Phormionem* IV. 1. 21.

nam ego meorum solus sum meus.
ἐγὼ γάρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός.

rescripserim:

ἐγὼ μόνος γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμός.

Euripides fragm. 1002. Scholiastes ad Euripid. *Troad.* 634.

ἔθος ἐϛὶ τῷ Εὐριπίδῃ τῷ βλέπειν χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν.
τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα, τοῦτο δ' ἀναβλέπει.

Meineke: τοῦτο δ' ἀμβλέπει, quod Nauck. recepit. perperam nam simplici verbo utebantur, τοῦτο δὲ βλέπει. Corrupit aliquis, qui sibi metro consulere videbatur. Βλέπειν pro ζῆν etiam apud Sophoclem et alios legitur. Sophocles in *Aiace* vs. 106:

εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν
πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν.

Euripides fragm. 1014.

θεοῦ γὰρ οὐδεὶς χωρὶς εὐτυχεῖ βροτῶν
οὐδ' εἰς τὸ μεῖζον ἦλθεν.

Si in omnibus libris μεῖζον legeretur μεῖον fuisset emendandum: nunc omnes servant μεῖον et Nauckius infelicem coniectu ram suam substituit. Sententia manifesto haec erat: θεοῦ χωρὶϛ οὐδεὶς οὔτε εὐτυχεῖ οὔτε δυϛυχεῖ.

Ad Euripidis fragm. 1027. Nauck. affert versiculum:

ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον ἵνα [καὶ] μεῖζον πέσῃ.

uripideus sit dubitare se dicit. Expuncta copula non ico indignus senarius, ex quo manasse videtur illud i:

tolluntur in altum Ut lapsu graviore ruant.

ides fragm. 1104.

t. Stat. Theb. 5. 163. p. 171. ed. Lindenbr.: *circumvobra] et hoc poëtice, ut Euripides* SYRSEEN OPERSU. *Virgi*n. 4. 386.) „*omnibus umbra locis adero, dabis improbe* ad haec Nauckius: „*locum corruptum non expedio.*" Solvit Badhamus meus, qui in meo libro adscripsit: „*Eurip.* 68.) ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ." Orestes ibi ad Menelaum ita dicit:

ὦ πατρὸς ὅμαιμε θεῖε, τὸν κατὰ χθονὸς
θανόντ' ἀκούειν τάδε δόκει, ποτωμένην
ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ καὶ λέγειν ἀγὼ λέγω.

acu tetigit, ut vides. Lutatius scripserat: „*ut Euripi*ούειν τάδε δόκει ποτωμένην) ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ."

ides fragm. 1109.

ἔρριΟΝ· εἰς φθοράν. Εὐριπίδης.

n ἔρριον natum est ex

ϜΕΡΡ': ϜΙΘΙ εἰς φθοράν.

Homerum:

ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων.

TRAGICI MINORES.

ragicis minoribus paucos locos addam.

ag. 567.

κακῶν ἀπέστω θάνατος ὡς ἴδῃ κακά.

o: ὡς ϵἰδῇ κακά, *ut sua mala sentiat.* Cf. Suetonium Tiberii cap. 61. 15. *mori volentibus vis adhibita vivendi.*

Iophon pag. 590.

καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν
πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτυμένος.

sic Meineke. In codice est ἐξηρτημένος. Frequens et nota haec confusio est, sed nunc quidem ἐξηρτημένος non est movendum, sed scribi oportet:

πολλῶν σοφιστῶν ὄχλΟΝ ἐξηρτημένος.

Introiisse dicitur nescio quis magna pompa Sophistarum agmine *stipatus*. ἐξηρτημένος ὄχλον dicitur de more pro ὄχλον ἐξηρτημένον ἔχων, ut apud Aristophanem Eccles. 494.

πώγωνας ἐξηρτημέναι.

et apud alios πήραν ἐξηρτημένος, χρυσία ἐξηρτημένος, κολάκων ἀναριθμήτων ἐξηρτημένοι συσήματα et sim., quae collegit Dindorf. ad St. Th.

Theodectes pag. 626.

ὅταν γὰρ ἄλοχον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις.

Nauck.: „*Comico poëtae dubitans locum tribuit Meinekius.*" Miror quo pacto id Meinekio potuerit in mentem venire, quum in primo versu *quatuor* sint certa indicia tragici sermonis: ἄλοχον pro γυναῖκα, εἰς δόμους pro οἴκαδε, ἄγῃ pro ἄγηται et πόσις pro ἀνήρ. In tertio versu bene correxit Iacobsius:

ὁμοῦ δὲ τῇδ' 'ΘΠεισκομίζεται λαβών.

pro τῇδε Τ' εἰσκομίζεται.

Incerti Tragici fragm. 11. pag. 655.

σωτῆρες ΫΘΝΘΑ κἀγαθοὶ παρασάται.

Castor et Pollux dicebantur, ut opinor, σωτῆρες 'ΘCΘΛΟΙ.

Tragici ignoti fragm. 83. pag. 666.

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.
οὕτω πέπονθα καί με συμΦοροῦσα
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀνασρέΦει
λύσσης πικρῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον.

In tertio versu legendum: καί με συμΦΡΟΤροῦσ' 'ΑΘΙ βαθεῖα κηλίς κτέ. συμΦρουροῦσα est συμπαραμένουσα, ἐντετηκυῖα. Vidi-

nus supra quam saepe *Φορά* et *Φρουρά*, *Φορεῖν* et *Φρουρεῖν* inter se misceantur.

Incerti poëtae fragm. 363. pag. 707.

δεῦρ' ἐλθϵ CTN *σοι τἄλλα βούλομαι Φράσαι.*

Comparavit Nauckius Eurip. *Ion.* 1521.

δεῦρ' ἔλθ' ἐς οὕς σοι τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω.

Inde primum emendandum:

δεῦρ' ἔλθ' ϵC OTC σοὶ τἄλλα βούλομαι Φράσαι.

Deinde videndum an non sit versus unus et idem: cuius scriptura in Codd. nostris corrupta apud veterem Aristophanis interpretem (ad *Aves* 1647.) integra servata sit.

Incerti poëtae fragm. 367. pag. 708.

μήποτέ τις ἄνδρα πανόλβιον αὐδήσειε
πρὶν ἴδῃ πῶς κεῖνος ἔχοι ποτὲ πότμον ἀπήμων.

Non Tragici, sed Epici poëtae locus videtur esse sic scribendus:

μήποτέ τις (βροτὸν) ἄνδρα πανόλβιον αὐδήσειε
πρίν (κεν) ἴδῃ πῶς κεῖνος ἔχοι ποτὲ πότμον ἀπήμων.

In sqq. mirari soleo quo pacto Nauckius ingeniosus homo et *Φιλόκαλος*, si quis alius, potuerit verba et sententias de trivio sumtas ex futilissimis scriptoribus Theophylacto Simocatta, Tzetze, vita Aesopi (pag. 726 sqq.) pro Tragicorum fragmentis habere. Simocatta scripserat: *ὅρκοις μὴ πείθου Γαλάτεια· ὅρκων τοῖς ἐρῶσιν οὐδέν ἐσιν εὐχερέσερον.* Quis credat acutum virum hinc expiscari potuisse Tragici fragmentum hoc: *ὅρκων ἐρῶσιν οὐδὲν εὐχερέσερον*? centenos huiuscemodi versiculos et multo elegantiores et verbis splendidiores ipse stans pede in uno pangere posset.

Aliquanto fructuosius est genuina Tragicorum veterum fragmenta sine poëtarum nominibus hic illic latentia in lucem proferre, idque et ipse lubens faciam, ubi quid dabitur otii; nunc aliarum rerum satagens in aliud tempus id differo.

Unum tantum quia ad manum est statim proferam. Apud incertum Sophistam in Orellii *Opuscul. Graec. Sentent.* Tom. II. pag. 216. sine poëtae nomine haec afferuntur:

καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νόμον
ὄψει διαθρῶν οὐδὲν ΑΝ *πάντη καλὸν*

οὐδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας κακά.

in quibus facile est agnoscere Euripidem, cui redde ἔψει οὐδὲν ΟΝ πάντη καλόν et ταὔτ' ἐποίησεν.

C. G. COBET.

AD DEMETRIUM.

περὶ ἑρμηνείας.

Demetr. § 23. ὁ τὴν Ἑλένην παραβαλὼν τῷ Ἡρακλεῖ φησίν· „τῷ μὲν ἐπίπονον καὶ πολυκίνδυνον τὸν βίον ἐποίησεν, τῆς δὲ περιβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν κατέςησεν." Scholiastes ad Platonis *Phaedrum* pag. 267 *c.* μουσεῖα λόγων] τὰ πάρισα, ὡς τό· „καὶ φιλοκίνδυνον τὸν βίον κατέςησεν, τῆς δὲ περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησεν." quae ex illis supplenda. Locus est Isocratis in *laudat. Hel.* pag. 211 *c.* ubi est τὸν βίον ἐποίησεν — τὴν φύσιν κατέςησεν.

Demetrius περὶ ἑρμηνείας § 128. ὅσας ἄξιος ἦν λαβεῖν πληγὰς τοσαύτας εἴληΧε δραχμάς. Leg. εἴληΦε, nam iocus et lepos est in πληγὰς λαβεῖν et λαβεῖν δραχμάς.

Demetr. § 261. προσπαλαίων καλῷ παιδὶ Διογένης διεκινήθη πως τὸ αἰδοῖον. τοῦ δὲ παιδὸς Φοβηθέντος καὶ ἀποκηδήσαντος „θάρρει, ὦ παίδιον" εἶπεν „οὐκ εἰμὶ ταύτῃ ΟΜΟΙΟC." Pro absurdo ὅμοιος lege ΦΟΒΕΡΟC.

Demetr. § 269. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς πρὸς Κράτερον τὸν Μακεδόνα ἐπὶ χρυτῆς κλίνης καθεζόμενον μετέωρον καὶ ἐν τρυΦερᾷ χλαΜΤΔΙ καὶ ὑπερηΦάνως ἀποδεχόμενον τὰς πρεσβείας τῶν Ἑλλήνων σχηματίσας εἶπεν ἀνειδιςικῶς ὅτι „ὑπεδεξάμεθά ποτε πρεσβεύοντας ἡμεῖς τούσδε καὶ Κράτερον τουτΟΝ." ἐν γὰρ τῷ δεικτικῷ τῷ „τουτΟΝ" ἐμΦαίνεται ὑπερηΦανία τοῦ Κρατέρου πᾶσα ἀνειδισμένη ἐν σχήματι. Lege ἐν τρυΦερᾷ χλΑΝΙΔΙ et Κράτερον τουτΟΝΙ — τῷ τουτΟΝΙ.

C. G. COBET.

AD STATII SILVAS.

P. Papinii Statii Silvae, Recensuit Aemilius Baehrens. Lipsiae MDCCCLXXVI.

Proximo feriarum tempore, quum ex variis occupationibus requiem quaererem et relaxationem Statii Silvas in manus sumpsi. Quarum prima lectione non nimis me delectatum esse aperte et candide profiteor. Quum enim argumentorum praestantia fere nusquam se commendarent, tum vero haud leviter offendebant putidus verborum tumor, luxurians elocutionum ubertas, scribendi genus abstrusum saepenumero et obscurum. Accuratior vero notitia iudicii severitatem aliquantum mitigavit. Secundae me curae docuerunt inflatum illud et ampullatum dicendi genus non tam ipsi poetae, quam temporibus tribuendum esse, quibus vixit scripsitque, a subtili elegantia simplicique decore abalienatis. Neque me fugit Silvarum carmina quaesita atque elaborata affectatione multo levius esse contaminata, quam opera poetica illa ampla et taedii plena, in quibus componendis et ipse Statius et aequales eius desudarunt. Thebaidem volo, Achilleïdem, Punica, Argonautica. Quin immo vitia illa quodammodo compensari mihi videbantur concinno et numeroso versuum tenore, quo indicatur Statium, ut non vatibus alte spirantibus adnumerandus sit, summa versuum fundendorum facilitate praeditum fuisse. Non nimis porro poetam vituperandum esse videbam, si quando fluat lutulentus, quum lectoribus semel atque iterum stili agilitatem excuset atque extemporalem carminum audaciam, quae stans pede in

uno composuisset. Neque hoc praetermittendum, multa qua reprehensionis et suspicionis ansam praebeant non Statio imp tanda esse, sed desperatae librorum conditioni, quibus carmin eius memoriae tradita sint. Quod ipsum nemo luculentiu ostendit quam Ieremias Marklandus, qui vix dici potest quant ingenii sollertia et acumine in poeta emendando et repurgand sit versatus. Paucis mortalibus venam criticam benigniorem fuisse apparet quam doctissimo illi Britanno, paucis accurati rem „Dauniae Camenae" notitiam, ita ut Notae eius ad Silv summo semper in honore sint futurae, apud omnes quibus cor est sana literas colendi ratio.

Quum autem Marklando duce et auspice in Statio legend versarer, allata mihi est recens Silvarum editio, quam cu ravit Aemilius Baehrens. Quam ut accepi denuo Statium per lustrare decrevi; neque huius incepti me poenituit. Egregi enim vir ille doctissimus editoris munere perfunctus est. Codi ces M. S. non inconsulte numeravit, sed ponderavit prudenter Neque superiorum emendationes sprevisse eum apparet et d Marklandi in poetam meritis aequius et benignius omnino iudi casse, quam in Germania vulgo fieri soleat. Quid, quod mul tis ipse locis praeclara correctione lucem attulit auream secutu mediocritatem, quo factum est, ut neque nimis exstiterit teme rarius neque nimis anxie codices respexerit.

Etsi non pauca, in quibus ipse quid coniectando consequ possem tentaveram, a Baehrensio meliora edoctus, delenda exis timavi, tamen nonnulla supersunt, quae nondum in spongian incubuerunt, quaeque virorum me doctiorum iudicio permitter decrevi.

Liber I.

Carminis I, quo statuae Domitiani equestris affabre facta laudes celebrantur, haec leguntur vs. 15 sq.:

iuvat ora tueri
mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.

Quid sibi voluerit poeta satis perspicuum est. Domitian statuam bellatoris ducisque habitum vultumque reddere, simu vero placidum eius et mite ingenium exprimere significat. Du

bito autem, num scripserit *ora mixta notis*, quia miscendi verbum a recta loci sententia alienissimum est. Coniicio

iuxta notas belli placidamque gerentia pacem.

Cf. Liv. IX. 13: *iuxta obsidentes obsessosque inopia vexavit;* Sall. Cat. 61: *ita cuncti suae hostiumque vitae iuxta peperceranf;* Tac. Hist. I. 10: *Vix secundis adversisque iuxta famosus* et ipse Statius V. 3. 25: *Concilia heroum iuxta manesque beatos.*

Carminis II, epithalamii in Stellam et Violentillam vs. 36 sq.:

amplexu tandem satiare petito
(Contigit!) et duras pariter reminiscere noctes.

Emendandum videtur *et viduas*, i. e. noctes, quas soli exegistis. Apud poetas enim viduus interdum est solitarius amorisque deliciis carens et tam in caelibes et innuptas, quam in maritos maritasque et viduos viduasque convenit, amoribus suis destitutos. Hinc vs. 167. Venus Violentillam ita alloquitur:

Non ideo tibi tale decus vultusque superbos,
Meque dedi, viduos ut transmittare per annos.

Cf. Ovid. Her. 19. 69; Am. II. 10. 17; Prop. II. 7. 54.

III. 52 sqq. pavimentum tesselatum villae Tiburtinae Manlii Vopisci ita celebratur:

Dum vagor aspectu visusque per omnia duco,
Calcabam necopinus opes. nam splendor ab alto
Defluus et nitidum referentes aera testae
Monstravere solum.

Facile intellego testas operis musivi tam perpolitas et levigatas fuisse, ut tamquam speculum aera referrent, at inepte, ni fallor, eaedem monstrasse solum leguntur. Vera lectio nimirum est *constravere*. Cf. Cic. de Div. I. 32: *Ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constraverat;* Verg. Aen. IV. 444: *alte Consternunt terram concusso stipite frondes.*

Ibid. 99 sqq.:

Hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuvat ipsum
Alciden dictumque lyra maiore Catillum,
Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris
Sive chelyn tollas heroa ad robora sive
Liventem satiram nigra rubigine vibres

Seu tua non alia splendescat epistola cura.

Ultimum versum ita a Statio scriptum esse suspicor:

Seu tua nativa splendescat epistola cura.

Librarius errore captus pro *nativa* videtur scripsisse *ñalia* i. *non alia*; quod omnes deinceps interpretes mirum quantu torsit. Splendescendi verbum saepius de scribendi genere l mato et perpolito usurpatur; cf. Plin. Ep. V. 11: *Perfectu opus absolutumque est, nec iam splendescit lima, sed atteritu* Cic. Parad. praef. *nihil est tam horridum, tam incultum, qu non splendescat oratione et tamquam excolatur*, ubi propter pra cedens *tamquam* malim *expoliatur*.

IV. 11 sqq., *regis urbesque ubicumque locatae*
Quae tuo longinquis implorant iura querelis,
Certent laetitia, vos terque ex ordine, colles,
Confremite, et sileant peioris murmura famae!

Baehrensius edidit *vos terque ex ordine colles confremite* pr eo, quod vetustissimi habent *noseque* vel *nosceque e. o.* *Confremat*. Mihi vero magis arridet: *vos septem ex o. c. Co fremite*. Amat enim Statius septem Romae collium mentione iniicere; exempli gratia cito I. 1. 64: *septem per culmina mont it fragor;* II. 7. 45: *septem iuga Martiumque Tibrim;* IV. 1. 6 *septemgemino iactantior aethera pulset Roma iugo;* IV. 3. 26 *Septem montibus admovere Baias.*

Ibid. vs. 38 sqq. sollicitudo depingitur in quam tota urb Gallici valetudine adducta erat:

Quae tibi sollicitus persolvit praemia morum
Urbis amor? quae tum patrumque equitumque notavi
Lumina et ignarae plebis lugere potentes?

Frigidum et ineptum *lumina* ocius oblinas velim, revoces a tem id, quod sententia flagitat *nubila*, quo adiectivo substa tive usurpato sollicitudo atque tristitia in primis significatur. C Silv. V. 3. 12: *Frigida damnatae produxit nubila menti;* Pli N. H. II. 6. 4: *Sol .... humani nubila animi serenat;* Quin XI. 3: *Oculi .... tristia quoddam nubilum ducunt.*

VI. 39 sqq. poeta, postquam largitiones a Domititiano in th atro Saturnaliis factas celebravit, exclamat:

I nunc saecula compara, Vetustas,
Antiqui Iovis, aureumque tempus:

Non sic libera vina tunc fluebant,
Nec tardum seges occupabat annum.

Rectius, puto, et elegantius scribetur *ubera*. — Obiter h. l. moneo, Madvigium in libro de Grammatica Latina docere, omnia adiectiva tertiae declinationis in nominativo et accusativo plurali neutrius generis exire in — *ia* excepto *vetus*, quod *vetera* habeat. Nisi omnia fallunt, excipere quoque debuerat *uber*, quod *ubera* habere fragmentum Acci docet apud Nonium 9. 6: *Locrorum late viridia et frugum ubera.*

Ibid. vs. 60 sqq. describitur ludicrum certamen inter pumilones in theatro iisdem Saturnalibus commissum, qui pumilones

Edunt munera conserunt dextras
Et mortem sibi (qua manu!) minantur.
Ridet Mars pater et cruenta Virtus,
Casuraeque vagis grues rapinis
Mirantur pumilos ferociores.

In versu antepaenultimo *Virtus*, quod inepte cum insolito apposito *cruenta* copulatur, damnandum existimo. Corrigendum est:

Redit Mars pater et cruenta Virgo.

Etenim uno tenore cum Marte Bellonam nominasse poetam satis credibile est. Hanc autem deam fere semper vel *cruentam* vel *anguineam* dictam esse docent Vergilius (Aen. VIII. 703), Lucanus (VII. 568), Silius (IV. 441; V. 221), Statius (Theb. II. 718).

Ibid. vs. 70 in enumeratione eiusdem festi oblectamentorum:

Hoc plaudunt grege Lydiae tumentes,
Illo cymbala tinnulaeque Gades;
Illic agmina confremunt Syrorum.

Scribendum est *Syrarum*. *Syras* intellegi volo ambubaias, mulieres tibicines ex Syria oriundas, notas ex Hor. Sat. I. 2. 1; Petron. Sat. 74. 10; Iuv. III. 62, quae cum Lydis *turgidis* (ut est apud Iuvenalem II. 141) cumque mulierculis Gaditanis crotalistriis et cymbalistriis (de quibus cf. Iuv. XI. 162) haud inepte h. l. consociantur.

Ibid. vs. 93 sqq.

Quis spectacula, quis iocos licentes,
Quis convivia, quis dapes inemptas,

Largi flumina quis canat Lyaei?
Iam iam deficio tuoque Baccho
In serum trahor ebrius soporem.

Offendor vv. *tuoque Baccho*, quia poeta, qui toto ca neminem adhuc allocutus est, cuius h. l. Bacchum i. e. intellegi velit, prorsus obscurum est. Suspicio mihi Statium, qui fere omnes quos novimus poetas Romanos minusve aperta imitatione expresserit (Cf. Baehrens p. XVIII), scripsisse

Iam iam deficio Thyoniano

ad Catulli exemplum, apud quem legitur in fine Carmin

At vos quo lubet hinc abite, lymphae
Vini pernicies, et ad severos
Migrate: hic merus est Thyonianus.

Eo facilius adducor ut Statium verbo satis ceteroquin lito h. l. usum esse credam, quod Bacchus Thyonianus a sonio quoque vocatur (Idyll. 13. praef.) quem Statium compluribus locis imitatum esse abunde constat.

Liber II.

In Praefatione Atedio Meliori celeritatem excusat poeta in singulis carminibus pangendis se versatum esse af *Glauciae epicedion prosecutus sum;* ita scribit, *adeo festin ut excusandam habuerim affectibus tuis celeritatem.* Idem verbis de trium sequentium carminum compositione prof Deinde his verbis pergit: *Eandem exigebat stili facilit Leo mansuetus, quem in amphitheatro prostratum, frigidu sacratissimo imperatori ni statim traderem.*

Non fuit, opinor, cur Statius Melioris benivolentiam ret, si *facili* stilo usus esset, quem nemo certe erat, qui daret probaretque. At vero, ut in praecedentibus, si quoque celeritatem suam excusatam ei esse voluit, quam pro *facilitatem* scribas velim *agilitatem.*

I. 137 sqq. postquam Atedii Melioris vitam domestica dibus celebravit, quam Glaucias animi corporisque dotibu verat, ita pergit poeta:

Haec fortuna domus. subitas inimica levavit

Parca manus. quo, diva, feros gravis exeris ungues?
Non te forma movet, non te lacrimabilis aetas?

Pro *diva* malim *dira*, quod sententiae sit accommodatius.

Carminis IV, quod in mortem psittaci compositum est, vs. 16 sqq. variae aves invitantur „doctae", quibus „nobile fandi ius natura dedit", ad psittaci funus nenia prosequendum. Invocantur autem corvus, sturnus, pica, luscinia,

Quique refert iungens iterata vocabula perdix.

Ridicule, ni fallor, perdicem in doctum gregem receptum videmus, quippe quem nemo mortalium humanam vocem reddere umquam audivit, neque opinor, audiet. Aves, quae loqui discunt, has enumerat Plinius (N. H. X. 41. 117 sqq): psittacum, picam, sturnum, lusciniam, corvum atque prae ceteris cornicem, notae loquacitatis et garrulitatis volucrem, quam *plurima contexta verba exprimere posse* refert. His ductus fere non dubito, quin scripserit Statius

Quaeque refert iungens iterata vocabula cornix.

C. V. initio his verbis alloquitur poeta leonem mansuetum, in amphitheatro prostratum:

Quid tibi constrata mansuescere profuit ira?
Quid scelus humanaeque animo dediscere caedes
Imperiumque pati et domino parere minori?

Satis confidenter negare posse mihi videor *dediscere aliquid* cum dativo recte coniungi. Vera lectio nimirum est *innataeque animo.*

Carmen VII in Pollae Argentariae, Lucani poetae uxoris, gratiam scriptum est. In quo inde a versu 36 Calliope Lucano infanti recens nato vaticinata esse narratur quibus poesis generibus ingenii vires aliquando esset experturus. In variorum autem Lucani carminum enumeratione temporum ordo et series turbata videntur; quae ut restituere non valeam, tamen quae me offenderunt paucis proferre lubet.

Videamus quaeso quae deinceps opera Calliope enumeret:

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora Thessalosque currus
Et supplex Priami potentis aurum.

Referenda haec sunt ad Iliacon carmen, quod in Lucianorum operum enumeratione commemoratur in Vita poetae,

quam Vaccam, Pharsaliae commentatorem, seculo fere V c[illegible] posuisse credibile est.

Et sedes reserabis inferorum
(Ingratus Nero!) dulcibus theatris
Et noster tibi proferetur Orpheus.

Infra copiosius de his versibus disputaturus nunc hoc tantum indico, ex virorum doctorum sententia primum versum spectare ad Catachthonion carmen, tertium ad opus Orpheus inscriptum, secundo vero obscure alludi ad Neronis ingratum in Lucanum animum, qui poetam, a quo carmine olim laudatus esset, postea interfici iusserit.

Dices culminibus Remi vagantis
Infandos domini nocentis ignes.

Hic quoque Statius cum Vacca quadrat, in cuius catalogo operis mentio facta est, quod inscriptum fuit: de incendio urbis. Quod soluta oratione compositum esse, ut plerisque visum est, cur minime credam infra demonstrare conabor. Nunc hoc tantum moneo, in iis, quae leguntur apud Vaccam *prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo; de incendio urbis*, v. v. *prosa oratione* referenda ad solas orationes illas videri, quas quidem scholasticas disputationes rectius dixeris.

Hinc castae titulum decusque Pollae
Iocunda dabis adlocutione.

Spectant haec sine dubio ad carmen quoddam amatorium, cuius generis duo leguntur in Anthologia Latina (apud Burmannum II. 258 et 259), quorum alterum inscriptum est Adlocutio ad Sponsos, Adlocutio ad Sponsam alterum.

Mox coepta generosior iuventa
Albos ossibus Italis Philippos
Et Pharsalica bella detonabis.

Hos et sex versus sequentes ad libros de Bello Civili referendos esse, pluribus verbis monere supersedeo.

Obiter indico multum abesse, ut Statius omnium Lucani operum mentionem fecerit. Apud Vaccam enim haec leguntur: *Extant eius et alii* [i. e. praeter Pharsaliam, libri] *complures ut Iliacon, Catachthonion, Saturnalia, Silvarum X, Tragoedia Medea imperfecta, Salticae fabulae XIV et Hippamala, prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo; de incendio urbis; Epistolarum ex Campania.*

Iam quid de ordine, quo Lucanus singula deinceps opera iderit, statui possit videndum erit.

Pharsaliam Calliope eum scripturum esse praedicit, quum erit *epta generosior iuventa.* Quae definitio quamvis vaga per se t et incerta, tamen quodammodo illustratur hoc loco Liviano XL. 6) *Perseus iam tricesimum annum agens, Demetrius quinuennio minor: medio iuventae robore ille, hic flore.* Ex quo quum ppareat, hominem annum XXV^mum^ agentem in flore iuventae sse, cuius robur cadat in annum aetatis XXX^mum^, non absurde statues, hominem *coepta iuventa generosum* annum egisse fere vicesimum. Lucanum igitur, qui a. U. 792 natus sit, inde ab a. U. fere 812 Pharsaliis scribendis vacasse haud incredibile est.

Quae si vera esse ponamus, quid quaeso faciamus duobus illis versibus, qui leguntur continuo post illos, quibus de Pharsalia agitur:

Haec primo iuvenis canes sub aevo
Ante annos culicis Maroniani.

Quae verba sive ad omnia Lucani opera, sive ad solam Pharsaliam pertinent, a veritate discrepare videntur. Lucanus enim, quem quominus Pharsaliam suam absolveret morte prohibitum esse constat, obiit a. U. 818, annos XXVI natus. Vergilium vero Culicem composuisse annis fere puerilibus, vulgaris in antiquitate opinio fuit. In Donati Vita Vergiliana 7. 28 haec leguntur: *Catalecton et Priapeia et epigrammata et diras, item Cirim et Culicem cum esset annorum XVI.* Hi versus igitur, si re vera Statii sint, ex loco quodam superiore perverse huc migrasse putandi sunt. Potius vero eos ludimagistro nescio cui imputaverim, qui versibus expresserit ea, quae in Lucani Vita apud Suetonium legisset: [Lucanus] *tantae levitatis et immoderatae linguae fuit, ut in praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio comparans, ausus sit dicere: Et quantum mihi restat ad Culicem?* Equidem haec verba insolentiae plena puero potius in schola declamanti, quam iuveni carmina in theatro recitanti tribuenda censeo.

At in praecedentibus quoque temporum ratio turbata videtur. Si enim Statio fidem habeas, Lucanus Urbis Incendium composuit antequam Pharsaliam suscepit scribendam. Quod quomodo quaeso actum esse potest, quum incendium illud Neronianum in a. U.

817 cadat i. e. in ipsum annum ante eum quo poeta mortuus sit? Suspicionem vix reprimere potes, Statium, qui in hoc carmine nusquam non sedulo temporum rationem habeat, carminis de Incendio mentionem iniecisse non ante sed post illos qui ad Pharsaliam spectent versus.

Aliquanto intricatior res est in iis versibus, qui illos, quibus Incendii mentio facta est, proxime praecedunt:

Et sedes reserabis inferorum
(Ingratus Nero!) dulcibus theatris
Et noster tibi proferetur Orpheus.

Horum secundus vix credibile est quantum interpretes torserit. Marklandus — ut ceteros taceam — illum tamquam stultissimum delendum censet. Quid autem Baehrensius sibi voluerit v. v. *ingratus Nero* uncis includendo non satis capio. Ita locum intellexisse videtur, ut Calliope praedixerit, poetam aliquando tam vividis coloribus inferorum sedes depicturum esse, ut auditores illas tamquam oculis sint aspecturi; deinde vero ex inferis eum Orpheum esse prelaturum. Recte sane; sed non magis video, qui theatra dulcia dici possint, quam quid significet exclamatio illa *ingratus Nero*.

Antehac hi versus ita in editionibus legi solebant, ut uncis remotis singuli commate essent distincti. Calliopen autem dixisse viri docti contendebant: primum sedes reserabis inferorum i. e. Catachthonia scribis; deinde ingratus Nero tibi proferetur dulcibus theatris, i. e. carmen recitabis in laudem Neronis, qui quia postea te interfici iubebit, iure ingratus dici potest; tum vero Orpheus noster tibi proferetur i. e. Orpheum scribes. Hanc opinionem et Duebnerus amplexus est (Ed. Duebn. I. p. 261) et alii, quos silentio praetereo.

Iam proferam, quid mihi probabile videatur. Suetonio auctore Lucanus *prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine, dein civile bellum, quod a Pompeio et Caesare gestum est, recitavit.* Apud Vaccam antem haec leguntur: *Inter amicos Caesaris, quod tam conspicuus fieret profectus in poetica, frequenter offendebatur. Quippe et certamine penteterico acto in Pompeii theatris, laureis recitante Nerone fuerat coronatus; et ex tempore Orphea scriptum in experimentum ingenii ediderat et tres libros* [Pharsaliae] *quales videmus.* Ex quibus duobus testimoniis haec efficio:

I. Lucanum, qui levioribus carminibus quasi intra parietes ngendis adhuc vacasset, prima ingenii experimenta publice ıdisse ludis quinquennalis a. U. 813 (Tacit Ann. XIV. 20) [1]), citando Orpheum suum.

Cui Orpheo eum inseruisse credo laudes Neronis. Etenim ıbula de singulari carmine in honorem Neronis deque Neronis ıgrato animo reiecta multo probabilior coniectura est, poeam in Orpheo Neroni musicis insane dedito blanditum esse.

II. Lucanum certaminis victoriam reportavisse, Neronem vero n eodem certamine luctantem adeo friguisse ad populum, ut ıon coronatus sit.

Ad haec autem Calliopes verba nullo negotio accommodari ɔossunt levissima mutatione verbis ita constitutis:

Tu sedes reserabis inferorum:
Ingratus Nero dulcibus theatris,
Cum noster tibi proferetur Orpheus.

Quae ita explicanda videntur: Tu in Catachthoniis res inferas :anes, in quibus recitandis si Orpheum nobis Musis carum proıuleris, Nero ingratus erit i. e. displicebit auditoribus in ludis llis, quibus impense delectabitur.

Hanc interpretationem ut tuear observatum esse volo: primum me Marklandi opinionem secutum esse, qui Catachthonia :t Orpheum diversa nomina eiusdem poematis esse statuit, in [uo Orphei ad inferos descensum primarium locum obtinuisse atis credibile sit. Neque hoc praetermittendum est quod in Vaccae catalogo Orphei nulla mentio facta est.

Deinde vero monendum est *ingratum esse alicui* pro *animo inrato esse in* vel *adversus aliquem* nonnisi apud Lactantium Augustinumque et ceteros deterioris Latinitatis auctores inveniri, ta ut nihil aliud h. l. significare possit, nisi *invisum esse* vel *displicere.*

Superest, ut paucis absolvam, de iis quae apud Suetonium

---

1) De iisdem ludis cf. Suetonius, Nero c. 12. *Instituit et quinquennale certamen rimus omnium Romae more Graeco triplex, musicum gymnicum equestre, quod apellavit Neronia .... Magistros toti certamini praeposuit consulares sorte, sede raetorum.* — Iam pridem monui legendum esse *consulares octo, sedecim praetorios.* Coniectanea Latina p. 52.

leguntur *et famoso carmine cum ipsum* [Neronem], *tum potentissimos amicorum gravissime proscidit.* Etenim haec non dubito, quin ad Incendium referenda sint, quo carmine Lucanus iam tunc (a. U. 817) Neronis inimicissimus, imperatorem furentem et delirantem acribus conviciis perstrinxerit.

Liber III.

Carmen II. vs. 67 sqq.:

Usque adeone parum lentas transire paludes
Stagnaque et angustos summittere pontibus amnes?

Praetulerim *committere* i. e. iungere. Cf. Florus I. 4. 2 [Ancus] *influentem urbi Tiberinum ponte commisit;* Curt. IV. 2: *Moles, quae urbem continenti committeret.*

V. 11 sqq. poeta uxorem maestam et sollicitam quod Romam relictura et secum in patriam suam esset migratura ita alloquitur:

Dic tamen, unde alta mihi fronte et nubila vultus?
Anne quod Euboicos fessus remeare penates
Auguror et patria senium componere terra?

Pro *alta*, quod quid h. l. intellegat satis obscurum est, legas velim *alba* i. e. pallida. Album pro pallido usurparunt et Martialis (III. 58, 24; VIII. 62, 2) et Persius (III. 115). Res ipsa loquitur *fronte* h. l. ut saepius totam faciem significare.

Deinde ita pergit:

Cur hoc triste tibi? certe lascivia corde
Nulla, nec aut rabidi mulcent te proelia Circi,
Aut intrat sensus damnosi turba theatri;
Sed probitas et opaca quies et sordida numquam
Gaudia.

Stultissime Claudiae laudi datur quod *opaca quies* i. e. somnus nocturnus ei placebat. Corrige sodes *gnava quies* i. e. *domestica vita modesta et industria.* Idem legitur V. 1. 76.

Ut uxori consoletur quod filia" iam matura viro, iam plenis nubilis annis „sola viduo tepeat cubili ita scribit vs. 62:

Sed venient, plenis venient conubia taedis.

Legendum videtur *laetis*, nam *plenas taedas* quales tandem poeta intellegi voluerit non satis capio.

Liber IV.

Carmine II. laudes celebrans domus Caesarianae haec scribit:

Tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis,
Sed quantae superos caelumque Atlante remisso
Sustentare queant. stupet hoc vicina Tonantis
Regia, teque [i. e. Domitianum] *pari laetantur sede locatum*
Numina, ne magnum properes escendere Caelum:
Tanta patet moles effusaeque impetus aulae.

Corrigendum est *ambitus*, quod ad vastum aulae circuitum notandum aptissimum est.

III. (via Domitiana) vs. 20 sqq:

Hic segnis populi vias gravatus
Per campos iter omne detinentes
Longos eximit ambitus novoque
Iniectu solidat putres harenas.

Pro *graves* quod in M. S. ineptissime legitur, Baehrensius recepit Clerici coniecturam *putres*, rectissime sane, si ad sententiam respicias, nam *putres* arenae etiam dicuntur vs. 126.

Verum non satis video, quonam calami vitio ex *putres graves* ieri potuerit. Equidem Statium ad Horatii (Od. I. 28) exemplum scripsisse suspicor *vagas harenas*. Ex *vagas* primum orum est *gavas*. Saepius enim librariorum socordia litterae et syllabae inverso ordine scribebantur. Ita apud Iustinum VII. 5. 14 in M. S. legitur *inter praeeuntem* pro *in praetereuntem;* II. 5. 1 *favissent* pro *afuissent;* VII. 5. 3 *modo* pro *domo;* XII. 4. 12 *modicis* pro *domitis;* apud Senecam Ep. 118. 7 *bona* pro *bova;* qua de re cf. Ieepius in utilissima Praefatione ad Iustinum et Madvigius A. C. I. p. 22. Sic apud Statium IV. 5. 17 in M. S. legitur *balant* pro *lavant;* V. 2. 75 *domos* pro *modos*. Eodem errore ex *vagas* exstitit *gavas*, quod deinde a sequenti librario, qui inanem vocem corrigere sibi videbatur, mutatum est in *graves*.

Ibid. vs. 67 sqq. Vulturnus loquens inducitur:

Et flavum caput humidumque late
Crinem mollibus impeditus ulvis
Vulturnus levat ora maximoque

Pontis Caesarei reclinis arcu
Raucis talia faucibus redundat.

Redundandi verbum cum accusativo coniunctum vix Latinum esse existimo. Vera lectio restituatur scribendo *profundit*.

C. IV. (epistola ad Victorium Marcellum) vs. 46 sqq.:

Felix curarum, cui non Heliconia cordi
Serta nec inbelles Parnasi e vertice laurus,
Sed viget ingenium et magnos accinctus in usus
Fert animus quascumque vices.

Pro inepto *usus* Baehrensius *actus* malit; ego vero *ausus* potius legendum esse crediderim.

Ibid. 87 sqq.

Nunc si forte meis quae sint exordia musis
Scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu.

Nauta vela contrahit non *optato* portu, sed quum portus in conspectum venit sive oculis eius se obtulit; quamobrem corrigas velim *oblato*.

C. V. (Ode lyrica ad Septimium Severum) vs. 53 sqq.

Sed rura cordi saepius et quies,
Nunc in paternis sedibus et solo
Veiente, nunc frondosa supra
Hernica, nunc Curibus vetustis.

Primum versum ita legendum esse suspicor:

Sed rura cordi seposita et quies.

C. VIII, quo Iulio Menecrati tertium filium natum gratulatur Statius, haec leguntur vs. 14 sqq.

Macte, o iuvenis, qui tanta merenti
Lumina das patriae. dulci tremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus. procul atra recedat
Invidia atque alio liventia pectora flectat.

Non uno mendo haec purganda videntur. Ac primum quidem pro *tremit* cum Heinsio *fremit* scribendum censeo; deinde pro *clamata* malim *clarata* i. e. illustris reddita coll. Hor. Od. IV. 3. 3: *Illum non labor Isthmius Clarabit pugilem;* tum vero pro *pectora* substituendum puto *tempora* i. e. vultum, quod ad sententiam longe aptius videtur; cf. Prop. II. 14. 27: *si caeruleo quaedam sua tempora fuco Tinxerit;* II. 18. 33: *Cui non his*

aspergat tempora surdo Aut pudor ingenuus, aut reticen-
amor?

id. vs. 54 sqq.

Hos cum plebe sua patriae servate penates.
Sint qui fessam aevo crebrisque laboribus urbem
Voce opibusque iuvent viridique in nomine servent.

o *nomine* praetulerim *robore*.

IX (hendecasyllabi iocosi ad Plotium Grypum) vs. 46 sqq.

Sed certa velut aequus in statera
Nil mutas, sed idem mihi rependis.
Quid si, cum bene mane semicrudus
Inlatam tibi dixero salutem
Et tu me vicibus domi salutes?

o *inlatam*, quod vocem inanem esse nemo non facile videt *inlaesam* aut *intactam* scribendum videtur.

Liber V.

. I. 146 sqq. *Sic plena maligno*
Afflantur vineta noto, sic alta senescit
Imbre seges nimio, gravidae sic obvia puppi
Invidet et velis adnubilat aura secundis.

Vocem monstrosam *adnubilat*, quae praeter h. l. nusquam id quemquam scriptorem legitur, a scribae nescio cuius legentia originem traxisse puto. Reddendum est Statio

Invidet et velis adversa flat aura secundis.

Cf. Ovid. Pont. II. 3. 26:

Dum flavit velis aura secunda meis,

versus nescio an Statii animo obversatus sit.

bid. 181 sq. poeta Priscillam morientem marito dicentem facit:

Linquo equidem thalamos (salvo tamen ordine) maestos
Quod prior: exegi longa potiora senecta
Tempora.

Nimis quaesita haec videntur, quam ut ferri possint, thala-s ipsos maestos fuisse, quod Priscilla ante maritum de vita ederet. Corrigendum puto

Linquo equidem thalamos; salvo tamen ordine, testor,
Quod prior.

Sciendum est Priscillam natu priorem fuisse Abascantio marito suo. — Liber optimus Sangallensis teste Politiano habuit *mestos*.

In fine eiusdem carminis (vs. 258 sqq.) haec leguntur:

Sic manes Priscilla subit; ibi supplice dextra
Pro te fata rogat, reges ibi tristis Averni
Placat, ut expletis humani finibus aevi
Pacantem terras dominum iuvenemque relinquas
Ipse senex! certae iurant in vota sorores.

Pro *certae* malim *ternae;* sorores enim quin Parcas intellegi voluerit poeta minime dubium est. Cf. Hor. Od. II. 3. 15: *Dum res et aetas et sororum Fila trium patiuntur atra;* Prop. II. 10. 44: *Iussisset quaevis de tribus una soror.*

C. II (laudes Crispini Vectii Bolani filii) vs. 8 sqq.

Quid? si militiae iam te, puer inclite, primae
Clara rudimenta et castorum dulce vocaret
Auspicium, quanto manarent gaudia fletu
Quosve darem amplexus!

Inepte, ni fallor, pueri tironis militiae rudimenta *clara* vocantur. Potius *blanda* illa dicta esse crediderim, quippe quod epitheton optime conveniat cum seqq. *dulce castrorum auspicium.*

Ibid. vs. 53 sqq.

Aliis Decii reducesque Camilli
Monstrentur: tu disce patrem, quantusque nigrantem
Lucibus occiduis fessoque Hyperione Thulen
Intrarit mandata gerens.

Pro *fluctibus*, quod vetustissimi libri habent, Baehrens *lucibus* dedit. Equidem praetulerim *nubibus assiduis.* Thulen significare Britanniam patet ex vs. 142 sqq. Cf. IV. 4. 62: *nigra litora Thules.*

Ibid. vs. 71 sqq.

At tibi Pieriae tenero sub pectore curae
Et pudor et docti legem sibi scribere mores.

Quia aliquantum offendor praepositione *sub*, satis insolite scripta, propono *generoso pectore.*

C. III (epicedion in patrem) vs. 7 sqq.:

Fugere meos Parnasia crines
Vellera, funestamque hederis irrepere taxum

Extimui tepidamque (nefas!) arescere laurum.

In his *vellera* corrupta vox esse videtur. Si viris doctis fidem bes *vellera* h. l. sunt filamenta lanea et vittae, quibus poetae ronantur, quam tamen metaphoram, tamquam nimis auda- m et plane insolitam poetae attribuere nolim. Corrigendum :to *vincula*, quo vocabulo interdum coronae significantur; Prop. IV. 5. 70; Sen. Thyest. 544, Med. 70 et 752.

Ibid. vs. 109 sqq. Neapolim, ex qua urbe pater oriundus it, ita alloquitur poeta:

Si tu stirpe vacans famaeque obscura iaceres
Nil gentile tenens, illo te cive probabas
Graiam atque Euboico maiorum sanguine duci.

Pro *vetas*, quod editio princeps habet, Baehrens dedit *vacans;* ihi vero magis arridet *recens*.

C. V (epicedion in puerum suum) vs. 29 sqq.

En taxea marcet
Silva comis, hilaresque hederas plorata cupressus
Excludit ramis; nec eburno pollice chordas
Pulso, sed immeritam digitis errantibus amens
Scindo chelyn.

Voc. *eburno* quid h. l. intellegat non satis capere me confi- or. Etiamsi *eburnum* candidum valere contendas, istud epi- eton satis hercle absurdum et ineptum est. Scribendum esse spicor *neque firmo;* quae suspicio quodammodo confirmatur :tione Editionis Principis *ignavo*, quod nescio an olim in argine ab interprete adscriptum, deinceps in contextum re- ptum sit. Accedit quod *firmus pollex* aptissime opponitur *itis errantibus*.

Ibid. vs. 40 sqq.

Ille ego lugentum mitis solator, acerbis
Auditus tumulis et descendentibus umbris,
Deficio medicasque manus fomentaque quaero
Vulneribus sed summa meis.

Annotat ad hos versus Marklandus „cuiusnam autem usus at istae voces *sed summa?* Ego quidem nescio. Corruptas e scio, sed non possum in praesens mederi." Nemo erit pro- to, quin de corruptela facile summo viro assentiatur. Nisi tem omnia me fallunt, locus sanari potest scribendo *vulneri-*

bus consumtus eheu! *Consumtus* dictum esse puta pro confectus et debilitatus; cf. Cic. Fam. 16. 10: *Inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es;* Liv. 40. 54: *Philippus senio et moerore consumptus decessit.*

Deinde ita pergit poeta vs. 43 sqq.

Nunc tempus, amici,
Quorum ego manantes oculos et saucia tersi
Pectora, reddite opem, saevas et solvite grates.

Ipse contextus docet nimirum scribendum esse:

reddite opes aequas et solvite grates;

nam *saevae grates* quales tandem sint, non facile, opinor, quis quam explicabit.

Scr. Kal. Mart. J. J. CORNELISSEN.

Vitiosa Graeculorum *συνήθεια*.

Vivo Galeno plerique omnes indocti vitioso et corrupto sermone utebantur. Itaque XVII. 2. pag. 148. de medici officio scribit: *προσήκει δὲ καὶ τὸ μέγεθος τῆς φωνῆς καὶ τὸν τόνον — ἀνάλογον εἶναι τῇ διανοίᾳ τῶν λόγων. εἰ δὲ καὶ πεπαιδευμένῳ διαλέγοιτό τις ἀνδρὶ καὶ μετὰ τοῦ μὴ σολοικίζειν τε καὶ βαρβαρίζειν. καὶ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων εὐκαταφρόνητοι τοῖς κάμνουσιν οἱ ἰατροὶ φαίνονται.*

C. G. C.

Anecd. Bekkeri pag. 78. 26. *Ἀνθρωπινώτερον Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου.* Emenda *Ἀνθρώπιον.* pag. 307. 23. *τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος τἀνθρώπιόν ἐστιν.*

C. G. C.

SPICILEGIUM EMENDATIONUM IN MURENIANA.

Ex quo Bootius in prioris Mnemosynes vol. V. (1856) p. 346 sqq. de Murениana exposuit, adiumenta rei criticae in hac oratione factitandae prodierunt non pauca nec spernenda. Apparatus Lagomarsinianus plenius opera A. W. Zumptii innotuit (1859); de nonnullis locis sententiam suam exposuit Bakius Mnem. VIII. p. 225 sqq. (1860), Pluygersius X. p. 97—100 (1861), J. F. C. Campe N. Jahrb. 93. p. 179 sqq. Halmius in Actis Acad. Monacensis (*Sitzungsberichte der Bayerischen Akad.* 1861 *Bd.* 1 *p.* 427 *sqq.*) contra Zumptium auctoritatem codicis Lagomarsiniani docta et subtili disputatione impugnavit; idem in editione a. 1872 (*Cic. ausg. Reden erklärt, 7es Bändchen, 2e Auflage*) multa rectius constituit; Wrampelmeyerus plenam collationem Helmstadiensis a. 1874 publici iuris fecit (*Codex Wolfenbuttelanus N°. 205, olim Helmstadiensis N°. 304, primum ad complures, quas continet, Ciceronis orationes collatus. Pars II orationem pro Murena habitam spectans*). Kayserus in editione, quam cum Baitero paravit, plus aliquanto Lagomarsiniano 9 tribuens quam Halmius, quaedam feliciter emendavit, ab ipso commemorata Praef. p. IX.

Mureniana cum diu latuisset, Poggii diligentia in lucem protracta, multis deinde per saeculum XV sed mendosis apographis per Italiam propagata est, quorum collationem Lagomarsinius confecit; eius copiae ad Niebuhrium, dein ad Zumptios pervenerunt et ab A. W. Zumpt in ed. laud. evulgatae sunt p.

152 sqq. In iis principatum tenet LAG. 9 (Bibl. Laurent. plutei XLVIII. 9); cum quo saepe consentit M: MONACENSIS, olim SALISBURGENSIS, quem contulit Halmius. Et in Lagomarsinianis quidem tanta est inter se similitudo, ut appareat eos ex uno fonte, i. e. ex POGGII apographo vel codice, fluxisse. Ab his reliqui: HELMSTADIENSIS, nunc GUELFERBYTANUS, quem nos cum Halmio G., alii W. aut *Helmst.* nuncupant, codex ST. VICTORIS, quem habuit LAMBINUS, *Oxonienses* plerique ita differunt, ut cum in gravioribus consentiant corruptelis et lacunis, tamen multas habeant lectiones communes ab Italicis diversas. Et optimus ex his libris G. scriptus est in Gallia. Itaque is codex, quem Poggius invenit, non ab eo in Italiam absportatus sed in Gallia descriptus ibique relictus per plura deinceps exemplaria propagatus est; nisi quis credere malit praeter Poggianum librum alium in Gallia latuisse, huic satis similem, qui saepius eodem quo ille saeculo (XV) descriptus sit [1]). Quidquid est, duae distinguendae sunt quasi familiae codicum, *Italici* et *Gallici;* in quibus principatum tenent prioris *Lagomarsinianus* 9 (cum quo consentit M.), alterius *Guelferbytanus.*

Lag. 9, scriptus ab homine Italo imperito, scatet mendis ex mala condicione archetypi aut librarii neglegentia repetendis; saepius singula omittit vocabula, nec correctionibus plane vacat; sed correctiones sunt sine ulla arte factae: quae hic liber privas habet, non debentur librarii ingenio, quod non habuit, nec suut ab illo sollerter inventa, sed facile agnoscuntur et quam vis inepta, nituntur pleraque in ductibus litterarum male intellectis. Hic librarius

οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξειε τὰ ψευδῆ καλὰ
ἐς τὸν πολὺν σοφοῖσι καρποῦσθαι χρόνον.

Non sunt speciosa illa, quae consulto mutavit; nec produnt doctum aliquem Italum, quales sunt, qui poetas Latinos correxerunt, non habent fucatam elegantiam. Ineptias hominis ostendant § 74: „horribilis oratio, sed eam usus, vita, mores civitas ipsa *resp. fuit*" pro *respuit.* § 87: „atque ita vos L.

1) Ita sua fides constaret GUARINO VERONENSI, qui refert de exemplari Rosciana et Murenianae „quod vir doctissimus POGGIUS ex Gallis ad nos (Italos) *reportaverat.*" Vid. Mommsen apud Halm. ed. Cic. II. 1. p. 66.

lurena iudices, orat atque obsecrat, ut si *in veste* neminem esit—sit apud vos modestiae locus", ridicule pro *iniuste*, quod ocabulum in archetypo vix legi potuit, unde G. P. in lacuna lud omiserunt. § 76: „odit populus Romanus privatam luxu-am, publicam magnificentiam diligit: — distinguit rationem ficiorum *acceptorum*, vicissitudinem laboris ac voluptatis" o *ac temporum*. § 51: „itaque postridie frequenti senatu atilinam excitavi atque *iuxi* de iis rebus, si quid vellet, quae l me *allata* essent, dicere. Atque ille, ut semper fuit aper-simus, non se purgavit, sed indicavit atque *indixit*", pro si (sic § 8 *inuxisset* pro *inussisset*), *allatae*, *induit*. Paulo st: „erupit senatu triumphans gaudio, *quoniam* omnino *vivo* ilone exire non *potuerat*" pro: *quem* (scriptum erat *quom̄*), um *illinc* (*vivomillinc*), *oportuerat*. § 17 invenerat: „*supe-vi amen* dignitate Catilinam gratia Galbam", inde procudit *peravi A. Mallium*, quasi scriptum esset *a. mal;* post cum evanidis paene litteris etiam *t* agnovisset correxit supra ipta *t: superavit*". § 25: „inventus est scriba quidam, Cn. avius, qui *comicum* oculos confixerit", hoc sane comicum pro nicum. Sed satis ineptiarum: vides tamen hominem litterarum ductus, quos invenisset, saepe male legisse, sed tamen antum posset imitatum esse. Manifestas correctiones animadrti hasce § 8 *sic existimo* pro *sic et si;* 26 *tam loquaci tam igioso* pro *tam loquaciter litigioso*, ib. *iure* pro *iureque* i. e. iure iritium, ubi, ut apparet, omisit quod non intellegebat librarius, sic 32 scriptum erat *ipse conatuque*, depravatum ex *spe ratuque*, sua ratione emendavit *ipse conatu*, 30 *horridus miles atur* non probavit, sed dedit *h. m. armatur*, 45 *aut testam* rexit *aut certam* (vid. infra), 49 *ipsi-obscurior ei videri solet*, dit *i. obscuriores videri solent* (vid. infra), 51 *quia timebantque upit* in G. et aliis i. e. *timebant atque* vel *itaque* (Mommsen, ot), ille suo Marte omisit *que;* 62 *esse paria* pro *sunt p.* equitur *dixisti*), 67 *tributus* pro reliquorum *tributum* ex *tributim* pravato, 70 *non sectantur* pro *aut sectentur*, quod interpre-batur *haud sectentur* (debebat *adsectentur*), 74 *neque enim* pro que *tamen*, 85 *impedituri sunt* pro *impedituri sint*... (lacunae otam omisit), 86 *deinde ego fidem vestram* pro *deinde ego fide i vos* (*d. ego idem vos*).

Addit his Halmius alia, in quibus equidem casum et ne gentiam potius quam corrigendi studium valuisse puto § 3 *ancipiti sunt-mancipi sunt*, 4 *faciamus-faveamus*, 7 *exposti dum-postulandum*, 8 *superata sit-sup. est*, quo loco, si Ha credis (p. 445) subtilem grammaticum se praestat libra 12 *si habetis suspicionem-si habet Asia s.*, 13 *nobilitate-novi* 28 *nullo modo-n. pacto*, *profiteor-profitebor*, 30 *bellicos* (] cessit *novus* s. *novos*)-*bellicum*, *repellitur-pellitur*, 32 *be inventum-b. invectum*, sed ea fortasse correctio est, 45 *et-et* 50 *vel-velle*, *consumpta repleta erepta-cons. replere er.*, 55 *d tat-amittat* (similis ratio scribendi est 17 *obmictamus*, 33 *n* 56, 69 *obmictam*, 90 *promictam*), 58 *unius-nimis*, 62 *q iam-quippiam*, quod manifesto non finxit, scripsisset *qui* 78 *cogitatio-contagio*. Etiam haec 65 *cum quodam-animi dam*, 79 *videntur-dicuntur*, 86 *nimio-tum*, 88 *crimen-omen* s diae et festinationi adscribo, quoniam correctionis ratio perspicitur. At sint haec dubia, reliqua omnia sunt eius ; ris, quod in deterioribus codicibus (nec ullus Murenianae l est) perpetuo invenitur. Id Halmius hoc loco non agno sed ubique correctiones odoratur, dum Zumptii perversit castigat. At si alter nimis confidit peritia et religione lil sui, aletr eum nimis finxit astutum.

Atque hoc potissimum tenendum videtur, Lag. 9 saepe bula omittere, sed vix aut ne vix quidem a se inventa ins Huiusmodi est § 4 „is potissimum *tali* honore", et add *non* § 71 et 80. Alia non suppetunt, nam quod § 90 habet, tenendum est reliquos praebere *habet*. Sed omiss vocabulorum aut syllabarum praeter iam allata insignia e pla praebent § 25: *vero* [*a caedam*] egregie a Niebuhrio e datum: *verba quaedam*, et 32 *pugna* [*exeta*] *certe*, i. idem vidit, *pugnax et acer et*.

Apparet igitur codicem librarii additamentis fere va esse, scriptum ab homine bardo et stupido nec satis dilig Sed consulto quae immutavit non ita multa sunt: ut spe fingeret, non habuit hic librarius satis peritiae et callidi Quae Lag. 9 solus aut cum paucis habet, saepe sunt vera. ut demonstrem, primum in quibusdam non dubiis locis ad mium ipsum et alios editores provocabo.

§ 1. „eadem precor ab *hisdem* (i. e. eisdem) diis immortalibus" G. et alii *ab hiis.*

8. „neque enim, si tibi tum, cum peteres consulatum, adfui, nunc, cum Murenam ipsum *petis*, adiutor eodem pacto esse debeo". *Petis* solus Lag. 9, ad meum sensum rectissime. Idem iudicant Baiter-Kayser. Halmius cum aliis *petas.* De reliquis post videro.

25. „etiam si quid apud maiores nostros fuit in *isto studio admirationis*". Soli Lag. 9 et M. sic recte habere a Zumptio dicuntur; quid vero reliqui Lagomarsiniani habeant, non traditur; sed alterius familiae boni codd. mirifice locum turbant: *in istos duo*, *in istrosduo*, *ministros duos; amiserationis*, *admiserationis.*

26. „isdem ineptiis *fucata* sunt illa omnia". Solus Lag. 9; reliqui *fugata.*

49. „quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines *perculsi* Sullani temporis calamitate". Codd. plerique, in quibus optimi, *percussi.* Sed *perculsus* de perpetua condicione dicitur, de eo qui iacet postratus; *percussus* de uno ictu intellegendum est. Sic a Cicerone iunguntur *perculsus et abiectus*, *perc. et afflictus*, *perc. et prostratus.* Multi de hoc discrimine egerunt, quos recenset Ellendt. ad Or. II. 70, p. 312.

56. „ut eius opes atque ingenium praesidio multis etiam *alienis*, *exitio* vix cuiquam *inimico* esse deberent". Sic cum M P pro *alienissimis* [*exitio*] aut (G) *alienis ex mo....*, *inimicus;* et Lag. 9 praeterea (non G M P) habet *deberet.* Halmius non negat vera esse *exitio inimico*, sed tamen non putat propterea aliquam auctoritatem esse Lag. 9 adscribendam; esse enim eas correctiones librarii, idque apparere ex *deberet*, quod quadret tantum in lectionem *inimicus;* reliqua emendantem hoc credit eum neglegentia reliquisse. In quo mihi vir acutissimus ingenio suo abuti videtur. Vitium *deberet* natum inde, quod aut *Cato* aut *ingenium* subiectum crederent. Prorsus fieri non potest, ut Lag. 9 reliqua sic emendarit.

59. „Quid? Servium Galbam (nam traditum memoriae *est*) nonne proavo tuo"... *Est* soli Lag. 9 et M.

61. „huius sententiae sunt et praecepta *huius* modi: sapientem", rell. Cum aliquot Lagg. et G.; reliqui: *eius.*

66. „quem non poenitebat-habere eruditissimum hominem

Panaetium domi". Solus sic habet; reliqui *et paene*, *et pene*; Lag. 24 interpolavit: *et paene divinum* (pro *P. d.*)

73. „minime sed vulgo [*passim*]" solus recte.

80. „atque haec cives, *cives* inquam" cum M. et Quinct. IX. 2. 18. — G.: *atque hec que sine inquam*, alii: *quae si cives*, *quae cives*, simm. Antiqua est interpolatio; scilicet hanc sententiam „atque haec cives-cogitarunt" cum proxima: „horum ego consiliis occurro" iungentes desiderabant pro demonstrativo relativum: „quae cives cogitarunt".

Ab his, quae sunt paene confessa omnia, ad dubia proficiscor.

§ 8. „neque enim si tibi tum cum peteres *consulatum adfui*, *nunc*, cum Murenam ipsum petis, adiutor eodem pacto esse debeo". Vocabula subducta omittunt omnes praeter H (Oxoniensem), M, Lag. 9; scilicet propter similitudinem syllabae *con* (in *consulatum*) et *cum* (ante *Murenam*) librarii in errorem inducti sunt. Lag. 9 verba dedit, quae invenerat, male ordine mutato: *consulatum peteres* pro *p. c.* Sed M. habet *abfui*, L. *favi*, ut *adfui* sit in uno Ox. *Favi* (*faui*) unde *afui* et *abfui*, denique ex correctione *adfui* facile existere potuit, ut lectius, sic etiam aptius est consulis personae, qui non sectando nec prensando, sed auctoritate adiuvat.

17. Postquam Murenam, novum hominem, non esse inferiorem Servio Sulpicio, cuius genus per aliquot aetates nullo honore fuisset conspicuum, demonstravit, orator haec addit: „quamquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore esse perfectum" i. e. quamquam putabam iam hac mea defensione opus non fore, cum ego, novus homo, adeo excelluissem, ut contemptus generis absurdus et in perpetuum prohibitus videretur, (s. defendi Murenam quod pater fuit praetor et avus, sed ea defensione non opus esse debebat). Pergit: „qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortissimis viris, [novis hominibus] sed his recentibus Mariis et Didiis et Caeliis commemorandis *iacebant*". Interpretantur vulgo editores: qui obscuri erant, *etsi* commemorarent claros proavos; et afferunt ut hunc mirum usum gerundivi defendant Off. I. 2, 5: „quis est enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere?" Quod tamen non omni ex parte simile est; nam adver-

tiva vis adiecta negatione facilius gerundivo conciliatur, tum nitur etiam *audendi* verbo; an quis non intellegit multo du- us futurum fuisse e. g.: „praeceptis tradendis philosophum se gat?" pro eo quod est: etsi praecepta tradat, tamen se negat ilosophum? Lag. 9 omittit *iacebant*, notata lacuna, unde ficio in archetypo ductus litterarum obscuros fuisse. Aliquod rbum latet contrariae significationis. Ego, inquit, nullis ma- ribus ad summos adscendi honores; quanto magis qui claros mmemorare poterant maiores meque superiores erant, nunc er me hoc opprobrio exemti, per me nobilitati sunt! Senten- ae satisfacit: *me anteibant*. Frequente permutatione litterа- um *c* et *t* in reliquis libris ex *āteibant* factum est (*i*)*acebant*, t omissae aliquot litterae, simili genere corruptionis, quo § 30 x „vi *ge*ritur" factum est „videtur". Vocabula *novis hominі- us* iure secludit Boot, nihil attinebat dixisse illos homines ovos; illa verba dum alienam suggerunt sententiam, locum npediunt et obscurant. Ceterum illi loci, ubi gerundivum in blativo non instrumentum significat, sed id quod simul fit, ri sunt apud Ciceronem nec cum hoc comparandi. Cf. intpp. l Att. IV. 1. 6: „quo senatus consulto recitato cum continuo, ore hoc insulso et novo, (*populus* addit Boot) plausum meo mine recitando dedisset, habui contionem"; in quo loco non cte se habet *recitando*, nam populus non dabat plausum cum iceronis nomen in Sc. adscriptum recitaretur, sed post (*Sc. citato*, *continuo*); audito Sc. populus evocabat Ciceronem, ut ntionem haberet; fort. *me nomine citando*. Or. 22, 74: „cum nmolanda Iphigenia tristis Calchas esset" propter emendationis cilitatem *in*, quod ante *immolanda* additur ex cod. Vit., pro- ari potest, sed non magnopere diversa sunt haec ex eod. l. 8, 228: „ut enim athletas, nec multo secus gladiatores vide- us nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in uo non motus hic habeat palaestram quandam". Sic defen- endum videtur infra § 25: „inventus est scriba quidam, qui ingulis diebus *ediscendis* fastos populo proposuerit", pro quo akius malebat *edendis*. Locus de Legg. III. 15, 33 a Mad- igio emendatus est. Apud Livium haec laxior iunctura ge- ndivi frequentior est. Cf. Weissenborn ad II. 32. 4. Id. II. 6. 2. „iam haud dissimulando superbiam — ad Idus Maias

rem perduxere". XXV. 30. 6: „partibus dividendis ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad magnum portum" (cf. Weiss.). XXVI. 48, init., al.

28. „Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod *aliquamdiu* fuit, LICET CONSULERE iam perdidistis". Praefero cum Bait.-Kays. *aliquando*, quod cum E. et cod. Francii habet Lag. 9. Contemptum quendam habet, si res dicitur obsolevisse, non si aliquamdiu valuisse.

60. „Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium vituperare non possum, nonnulla forsitan *in re* confirmare et leviter emendare possim". *In re* addunt etiam Par. 9, M. (ille: *nonnulla in re forsitan*); reliqui omittunt; nam quod E et duo Lagg. „conferam *re*" habent, fortuitum videtur. Receperunt Bait.-Kays. Halmii iudicium de lectione Lag. 9 notabile est propter eius de librario isto sententiam. Diese schlechtere Lesart (*confirmare*) lag dem Schreiber in Lag 9 vor, und da ihm *nonnulla confirmare* mit Recht nicht behagte, falschte er die Lesart in: nonnulla forsitan in re confirmare. Talis religio non cadit in hominem, qui *comicum* oculos configit et homines *in veste* laedit. At parum placet: consilium tuum accusandi Murenam nonnulla in re conconformare possum. Desidero aliud obiectum; satisfacit quod Lamb. dedit: *in te*. *Leviter* et h. l. et paulo post (*leviter inflectendus*) habent omnes libri boni; utrumque, *leniter* et *leviter*, recte dicitur, sed hoc est *paulum*, illud *nullo cum tuo dolore*, o: *aspere;* mihi *leniter* magis placet, sed cum anceps iudicium sit, praestabit codices sequi. De verbis *vituperare non possum* rursus accipe Halmii iudicium: im Cod. Pogg. fehlte hier *non possum*, wofür in Lag. 24 *non audeo* ergänzt ist, zum deutlichen Beweise dass auch *non possum* in Lag. 9 und M. eine Ergänzung aus Conjectur ist. Sed cum Lag. 9 solus aut cum paucis saepius veram praebeat lectionem (cf. supra), praestat statuere verba *non possum* in omnium archetypo vix legi potuisse et propterea a multis librariis esse omissa, cum praesertim rectissime dicta sint; *non possum* (= non a me impetro, animus me vetat iubet) melius me iudice est quam *nolo* (Boot). Cf. § 42: „non possum id in te reprehendere, quod in me ipso et praetore et consule probavi". Lectio *non valeo*

›plementum est librarii, qui defectum in suo codice animad-
:terat.
In proximis: „Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro
ıior magister; sed si peccas, te regere possum" cum bonis
nibus et Bait.-Kays. recte omittit *si;* versus talis erat:
⏑ – non multa péccas, sed peccás, te regere póssum.
In quo non offendit *peccás;* repetito enim vocabulo accentum
ısulto saepe variant scenici poetae.
65. „Nihil omnino gratiae"; reliqui: „immo gratiae", quod
ınifesto ex „omnino gratiae" exstitit, ut *nihil* unus Lag. 9
:te habent. Et in proxima sententia „immo insistito" reli-
i addunt *gratiae,* quod quidquid legitur, interpretationis
›ciem habet. Tum illud *insistito* multo maiorem habet veri
›ciem quam vulgare illud *resistito* reliquorum. Prius voca-
lum si verum est, in superioribus verbum motus requiritur,
e satisfacere potest *feceris.* Fortasse *cesseris* ab initio scrip-
m fuit, quod in *concesseris* correctum in Lag. 9 exstat, in
liquis in *c̄feceris* abierit, ut legendum sit: „„Nihil omnino
atiae cesseris". Immo insistito, cum officium et fides postu-
›it", i. e. ne siveris te moveri et propter gratiam de gradu
iici, ne latum quidem unguem cedas. Immo tum demun
miter haereas in statu cum, rell. *Cedere* et *insistere* recte
›ponuntur; notum est ex Cicerone *in vestigiis insistere. Ce-
re* et *concedere* translata significatione, ut tamen propria fa-
le appareat, Tulliana sunt, ut in hac oratione § 57: „digni-
ti eorum concessit", 47: „concessit senatus postulationi tuae"
sic „cedere precibus" et quis non novit inculcatum illud
›edant arma togae, *concedat* laurea linguae"? Fam. IV. 3. 4
› me sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini".
66 „Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, commodio-
m, *communiorem*, moderatiorem fuisse ad omnem rationem
ımanitatis"? *Comiorem* cum uno Lag. (26). Frequenter haec
›rmutantur ut ap. Terent. Haut. V. 1. 39: „quemquamne
m comi animo esse aut leni putas"? ubi omnes libri, etiam
›mbinus, *communi* habent, quod falsum esse metrum demon-
:at. Fin. II. 25, 80: „quis, quaeso, illum negat et bonum
rum et comem et humanum fuisse"? similiter variatur; ad
m locum Madvigius: „Ac vereor ne etiam in Cat. 59, ubi

nunc editur ex optimis sane codicibus: *communem* ERGA *Lu drum et humanum*, librarii quod plenum esset (*comem*) pro co pendio frequentioris vocis acceperint. Nam alia st *communita* quae in Laelio 65 (*simplicem praeterea et communem et cons tientem, id est qui rebus isdem moveatur, eligi par est*) post latur, tum quae apud Suetonium in inperantibus, quom ceteris aequant, laudatur". Optime qua sententia illud vocab lum acceptum velit Cicero apparet e Fam. IV. 9. 2: „is (C sar) utitur consilio ne suorum quidem sed suo. Quod n multo secus fieret, si is (Pompeius) rem publicam tenen quem secuti sumus. An qui in bello, cum omnium nostr coniunctum esset periculum, suo et certorum hominum mini prudentium consilio uteretur, eum magis communem censem in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset"? *Co munis* est qui libenter cum aliis consilia sua communicat, nc κοινωφελής. Quae virtus in imperatore laudatur, cum se demit ad privatorum fastigium. Suet. Claud. 21, Vesp. 22. Cato i maior, de quo Cicero, tam si *comis* quam si *communis* erat, versus erat a Stoicis, qui et asperi erant et minime loquac Tamen *comiorem* praefero primum quod paulo post de Cato *comitate* et *facilitate* sermo est; praeterea comparativum *comm nior* namquam videtur Cicero usurpasse; contra in loco Fa laudato „magis communem" posuit, ut *communiorem* viti videatur.

84. „Di faxint ut — ego togatus, vobis bonisque omnib adiutoribus, hoc, quod conceptum res publica [periculum] p turit, consilio discutiam et comprimam". Quod Bootius i vidit, secludendum esse *periculum*, confirmat Lag. 9.

85. „illa pestis immanis, importuna Catilinae prorumpet, q *poterit etiam* minatur in agros suburbanos repente advolabi Reliqui fere *qua po . . . . minatur* (pauci: *po. ro. minatur*) pr ter M, qui rectius: *qua poterit et iam minatur*, probatum K sero, qui sic scribit: „illa pestis immanis, importuna [Catilin prorumpet, qua poterit, et iam minatur; in agros suburba repente advolabit". Recte, opinor, modo teneatur prima ince esse propter lacunam, quae est in superioribus; dubium enim utrum rectius Halm. „illa pestis immanis, *manus* in Catilinae" suppleverit, an Kayser *Catilinae* eiecerit. Sed

reliquis *qua poterit et iam minatur* nihil est quod reprehendas; *qua poterit* nim. in viciniam urbis, quod unus consul qui futurus esset, „non in administrando bello occupatus" non *extra* urbem, sed ad sufficiendum collegam *in* urbe moraturus esset; *et iam minatur* cum quadam exaggeratione dictum.

Ex dictis apparet Lag. 9 testem esse non contemnendum, sed cum cautione adhibendum; de G. quid sit iudicandum nunc post WRAMPELMEYERI curam melius perspicitur. Nam cum codex ille a FLECKEISENO in usum Halmii sic esset collatus, ut notaret quaecunque ad lectionem constituendam aliquod momentum haberent, omisit illa, quae magis ad codicem cognoscendum quam ad verba scriptoris emendanda pertinerent. Itaque non tam clare perspici potuit, illum librum non minus quam Lag. 9 omni genere mendorum refertum esse. Sic § 18 „negotiosam et molestam" *negotiosam o & lestam* (si recte intellego Wr.) i. e. *negotiosam molestam* cum particula *et* male inserta; 20 *coicandi* habere dicitur, puto *iocandi*, mala correctio ad „licentiam *fingendi*" adscripta; 25 „in isto studio admirationis" — „ministros duos ad miserationis" belle! 30 „proeliis promulgatis *pellitur* e medio non solum ista vestra verbosa simulatio", non intellegere potuit librarius *pellitur*, quod recte in M et Lag. 9 (*repellitur*) exstat, itaque substituit *bellatur*, interpungens post hoc vocabulum, ut videtur. Scilicet hic codex secundum Wr. p. LXII *unicus est fons omnium codicum notorum et collatorum!* 24 „*Gravis* etiam illa-facultas" —*ravis* m. 1. „superscripsit eadem, ut videtur, manus: *maius*" 30. „forum castris *otium*" -castri socium", sed talia paene in omnibus codd. inveniuntur, sed 31 *vos vestris* pro *nos nostris* manifesta correctio est et „*recte* per se" pro „*rege Perse*" et *minimi* pro *Mummi*. Quam graviter depravati sint codices nostri apparet ex „*aequiparata* cum Publio fratre gloria" quod Madvigius egregie divinavit, pro quo codd.: „si qua pacta", G. correxit de Parthis, opinor, cogitans: „si qua partha" (aut *pertha*, nam compendium ambiguum est), 32 „*atque* fortissimo" dedit pro et; *ipse conatu* non melius quam Lag. 9 pro „ipse conatu*que*", quod alii libri conservarunt ex vera lectione „spe conatuque". 33 huic correctioni simile est „ut opes regis nomen auxerunt" pro „et opes regis et n."; ib. *expulsis* pro *expulsus* potest ne-

14. „*in vita* om." inquit Wr.; sed collocat post *eius*.

25. „a quibus etiam dies tanquam a Chaldaeis *petebantur*". Lag. 9, rell. quorum lectio nota est, *petebatur*, quod non spernendum: quotiescumque aliquid agendum erat, petebatur dies, i. e. interrogabantur ICC. utrum dies fastus an nefastus esset. Nihil hic probat Plinii locus XXXIII. 6. (1 § 17) nec ad Att. VI. 1. 8: „ut dies agendi peterentur a paucis"; negandum non est pluralem usurpari posse; sed singularis numerus aptius vulgarem, qua litigans quispiam utebatur formulam exprimit (*diem peto*).

Ib., „quod sunt veriti, ne dierum ratione *pervulgata* et cognita sine sua opera lege agi posset". G. *promulgata*. *Promulgare* de fastis diebus cum populo communicatis Plinius l.l.; Cicero paulo ante *proponere;* de actionibus *exponere* Or. I. 41, 186; sed eodem loco: „*pervulgari* artem suam noluerunt". Liv. IX. 46 de Flavio: „ius-*evulgavit*". Quae promulgantur pervulgantur, sed non contra. Promulgantur leges; de diebus fastis, qui non constituebantur, sed tantummodo in populi notitiam perveniebant ἀκύρως illud vocabulum usurparetur. Accedit quod iungitur *cognita*. Quod Plinius utitur promulgandi verbo de expositis fastis *antequam* Flavius aedilitatem adeptus est (nam sic recte tradere videtur cum Macro Licinio, a quo dissentit Livius l.l.) non probat a Cicerone id hoc loco potuisse usurpari; nam ille alibi quoque minus proprie vocabulo utitur. Si, ut admodum probabile est, post evulgatos demum fastos a populo magistratu ornatus est, admodum improprie privatus *promulgasse* diceretur. Eandem varietatem habes § 26.

27. *quia* recte cum paucissimis; reliqui *caia*, *cuia*, *cura* cf. permutata *caedam* et *quaedam* § 25.

28. „triduo me *esse iuris consultum* profitebor". Solus hoc ordine; reliqui: *me IC. esse* aut *IC. esse me*. Instabilis sedes vocabuli *esse* satis arguit, vere iudicasse Ernestium, cum *esse* deleret. Cum Cicero dicat: „iuris cons. artem exercebo, de iure respondebo", me iudice praestat „me IC. profitebor"; „triduo „me IC. esse profitebor" mire et ambigue diceret, poterat uno temporis momento se esse IC. dicere. Locus ex Verrinis III. § 217 non est similis. — Ceterum „*iure* consultus" § 27 est in omnibus libris, alibi, velut 25, 26, 28 „iuris c." Charisius p. 82: „iurisconsultus dici debet, non iureconsultus, licet

Cicero pro Murena ita dixerit". Quem vera praecipere puto: *iureconsultus* exstitisse videtur ex *iuri' consultus*, et est antiquum vitium ex plebeia pronuntiatione.

30. „Duae sunt artes quae *possunt*" pauci *possint*, quod rectum; *duae artes* cum dicitur, nondum definitae sunt, nota quaedam „qualitativa" additur, unde intellegatur quae sint tum demum nomine significantur. Eadem paragrapho in „de studiis ad honorem *d'positis*", i. e. dispositis, pro quo Lamb. recte *adpositis* (Bake, quod miror, del.), et in *respuitur* pro *res spernitur* (rell. *respernitur* aut *r. p. spernitur*) non erat quod G. laudaretur. Sed „manum consertum" pro „manu cons." verum iudico h. l. et semper. De [regem] 32 supra dictum.

35. „agitationes*que* fluctuum" pro *quos*, *quantos* aut [*que*], de quo vere iudicavit Halm. p. 450 et in ed., restituens adhibito Quinctiliano VIII. 6. 49 „agitationes *commutationes*que fluctuum"; nec me movet Bakius Mnem. IX. p. 232 hoc improbans, quasi commutationes fluctuum dici tantum possit ub. fluctus *commutantur inter se;* fluctus mutantur prout mare tumidum est aut pacatum.

ib. „Saepe etiam sine ulla aperta causa fit aliud atque *existimaris*". Sic etiam G. habere videtur, etsi p. XIII *existimares* legitur; sed cf. p. XX et Halm. ad h. l. At si quid video, male. „Aliud fit atque existimaveris" est: falsa species te ludit; aliud fit quam animadvertere te putes. Requiritur *existimaras* (*-res* soloecum est); obliqua constructione omissa haec sic se haberent: „fit aliud, non existimaveram" (non putaram hoc futurum esse). Cf. Off. I. 23, 81 „non putaram". Lig. 10, 30: „non putavit" non potest ad vulgatam h. l. defendendam adhiberi.

38. „Voluntas militum? quae cum per se valet multitudine *cum* apud suos gratia, tum vero in consule declarando multum etiam apud universum pop. Rom. auctoritatis habet suffragatio militaris". Equidem crediderim „*tum* apud" quod M cum duobus Lagg. habet, solum recte se habere. Geminati *cum* exempla pro Rab. perd. 1, 2, pro Balbo 12, 29 (Stuerenb. ad Arch. p. 174) diversa sunt; neque enim anaphora est h. l. sed *per* s. et *apud suos*, *multitudine* et *gratia* sic opposita sunt ut *cum-tum apud* sint aptissima, et quae his subiiciuntur laxius cum

his cohaerere efficitur e repetitione subiecti: *suffragatio militaris*; illud alterum *tum vero* continuandae inservit orationi. *Cum-tum-tum* habes Fam. IX. 13. 3 et alibi, quamquam ne exemplis quidem opus est.

41. „*offensionem* vitat aequabilitate decernendi" solus recte, rell. *offensione*.

42. *et pres consule* pro eo quod restituit Steinmetz „et praetore et consule". Proxime hic cum aliis G. a vero abest, nam *pres c.* exstitit et *pre & consule*.

47. „[haec] quis tulit"? male, et sententiam suam revocavit Halm. in ed. min. Sed *vicinitatibus* solus cum St. Vict. pro *civitatibus*.

48. „occurro vestrae *satietati*" solus recte (*sacietati*), reliqui *sapientiae* (aut simile quid). Mirere hoc defensorem invenisse.

51. „partim quia *timebantque* erupit". Proxime a vero abest, quod vidit Mommsenus: *timebant*, *atque* (vid. supra); sed praestat: *timebant; itaque*. Sic Bootius.

56. „quae cum *sint* gravia, tum-" leve est, sed recte *sint*, plerique *sunt*.

57. *dispositum criminibus* pro „de Postumi criminibus", ut alii recte; illud cur laudetur nescio.

58. „Venio nunc ad M. Catonem, quod est *fundamentum* ac robur totius accusationis" pro *firmamentum* paene solus; vereor ut recte; spretus S. Sulpicius, non Cato, erat fundamentum totius accusationis.

ib. „primum *illud* deprecabor ne quid L. Murenae dignitas illius (Catonis) — noceat". *Illud* solus G. omittit, cum quo h. l. contra Halmium (in ed. min.) faciendum videtur. *Ne* iungendum est cum *deprecabor* (i. e. precibus petam), non cum *illud*, quare hoc supervacaneum esse videtur; dubito omnino, an sententia expletiva post pronomen dem. *ne* aspernetur.

66. „ad te magis, *quam* ab illo ortus es-pervenire potuit" Placet sane quod Halm. olim dedit *quoniam* (ut *quam*, quod solus G. habet, exstiterit ex *quōm*), sed necesse non est, satisfacit quod H. nunc cum reliquis MSS. dat: *qui*. Itaque *quam* interpolatio est ex praec. comparativo nata. De § 65 *cum feceris* supra dictum.

71. „Si nihil erit praeter *eorum* suffragium, tenue est: si

ut suffragantur, nihil valent gratia". Hodie fere spantur *eorum* pro eo, quod reliqui praebent, *ipsorum;* quasi sententia sit: ipsi tantum suffragia sua nobis dare possunt, non aliorum conciliare. Iudicium de eo, quid probandum sit (*eorum* an *ipsorum*) pendebit a proximis. Sermo est de eo, quod praeter suffragium suum dare possunt: de opera et assiduitate deducendi. *Non* possunt aliorum suffragia conciliare; nec opponuntur: ipsi et alii, qui suffragia dent, sed suffragia et opera. Ergo me iudice aliquanto tolerabilius est *eorum* quam *ipsorum*. Bootius in postremis *suffragentur*, minima distinctione post *tenue est* posita, ut iungatur: si nihil valent gratia ut suffragentur; assensum non tulit Bakii, qui ipse proponit: „sine ut suffragentur, si nihil valent gratia ipsi". At id foret stultum consilium, suadere ut quis, quoniam gratia non valeat, conetur aliorum suffragia colligere. „Sine ut suffragentur, quoniam ipsi suffragium non habent", recte dictum esset, non alterum illud, si quid video. Halmius in ed. min. „si tantum suffragentur", simul Manutii sententiam commemorans, *si-gratia* secludentis. Vide an in *ut* lateat *vel*, quae saepe confusa esse constat (*ut ul*) et exciderit *maxime;* lacunae sunt in hac oratione frequentes; ita haec exsistit sententia: „si vel *maxime* suffragantur, nihil valent gratia". Si vel maxime nos adiuvant suffragiis conciliandis, apud alios nihil possunt, parum proficiunt. *Ipsi* in proximis cum *solent* iungendum. Confusa *ut* et *vel* in memoriam reducunt § 22: *ille tenet et scit*, ubi G. habet *ut scit*, i. e. *vel scit*, insulsa interpretatio, quae interpolationem peperit; confirmatur eo suspicio Bootii: „tenet [et scit]".

73. Male rursus vocabulum omittit G: *quo animo* [*iam*] *est.*

75. Cur in his: „quare noli, Cato, maiorum instituta, quae *res ipsa*, qnae diuturnitas imperii comprobat, nimium severa oratione reprehendere" lectio *res ipsa*, quae in omnibus est, in peculiaribus G. virtutibus commemoretur, nescio. Est exile illud *res ipsa*, quasi valde comprobetur aliquid eo quod reapse fiat; ed. Veneta (v) habet *res p. ipsa*, quod verum videtur.

78. „*Non* usque eo L. Catilina rem publicam despexit". Hic solus recte; reliqui: [*non*] aut *nusquam.*

83. „contra *summum* furorum." Solus G. sic; reliqui *suum*, quod praestat, ut nunc Halmius quoque iudicat.

85. „illa pestis immanis" om. G., cuius in eo genere nulla est auctoritas.

Reliqnis locis, quos omisi, alii codices cum eo consentiunt.

Si G. esset fons nostrorum librorum, iis locis ubi verba sonus omittit, reliqui essent interpolati. Quod secus est; nam partem omissionum falsam esse demonstravimus. Non magis Lag. 9 et M. librario codicis G. pro exemplo fuerunt; nam saepe hic solus veram continet lectionem. Quocirca inutile est quaerere, uter sit praestantior G. an Lag. 9 (M.); diversos habent fontes: codicem, quem Poggius invenit et apographon, quod confecit, aut, quod potius crediderim, librum Poggianum et alium quendam librum Gallicum. Sed hi fontes ita similes fuerunt, ut in apertis vitiis saepe conspirarent easdemque saepe haberent lacunas; nec ulla facile est Tulliana oratio, quae hoc genere depravationis magis corrupta sit.

Sequar nunc ordinem paragraphorum et de nonnullis locis exponam.

§ 3. „etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum [consul] qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit."

Ut in venditione *auctor* dicitur is, qui vendit (Verr. V. 22: „a malo auctore emere", pro Caec. 10, 27: „P. Cosconius auctor fundi") sic Cicero fuerat auctor beneficii populi Romani tum, cum consulem declarans Murenam in hunc consulatum proximi anni, tanquam rem mancipi, conferebat; nunc, cum dicit, defensor est; ut olim auctor, nunc defensor. Rectius aberit *que*.

8. „Nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini, sic et si ceperis eos, cum adeptus sis, deponere esset hominis et astuti et ingrati".

Locus lacunosus. Pro *ceperis exceperis* in nonnullis est, *et si ceperis* cum lacunae signo omittunt Ox. χ, Lagg. aliquot; *sic existimo si ceperis ea* Lag. 9. Quae lectio vera esse non potest; *deponere* enim sic caret obiecto; *ea* correctio est. — Lacuna est ante *ceperis*, nata, ut opinor, ex eiusdem vocabuli repetione; *et* depravatum videtur ex *haec; hec, ec, et* saepius confunduntur. Coniicio sic fere supplendum esse: sic haec si *ceperis*, *quos propterea labores* susceperis, eos, cum

adeptus sis deponere". Plura etiam exciderunt, quae tamen nunc fustra quaeruntur.

9. „Sin autem fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eius modi, quam nec industrius, *quam* nec misericors nec officiosus deserere possit".

Sic codd., in quibus *quam* male repetitum est; legendum videtur: „quam *nemo* nec industrius, nec misericors", rell. Vulgo legunt „nec industrius *quisquam*", quod Latinum esse negat Bakius Mnem. IX. p. 226, ipse proponens „industrius homo".

In 11 et 16 parvae fortasse lacunae sunt; in illa: „an cum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit"? aequabilitatis causa requiro „donis militaribus *ornato* (ut recte *praetextati* et *donis militaribus ornatus* inter se opponantur); defectum Boot quoque sensit; in hac (16): „eiusdem animi atque ingenii est, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis tradere, et, ut Scaurus", rell. aegre careo pron. demonstrativo: *id quod P. fecit.* Solet enim Cicero, cum relativum pronomen ad verbum aliquod (*tradere*) refertur, demonstrativum addere. Exempla peti possunt ex Ellendtii notis ad Or. L. 14, 62 (ann. crit.) et 31, 137. Sic Livius quoque saepius. Cf. infra 52.

15. „ut neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit".

Egregie Campius post *dignit*ATE interposuit *a te;* emendationem perficies scribendo *superare.*

26. SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRAESENTIBUS ISTAM VIAM DICO: ITE VIAM.

Non me tam offendit illud *suis*, pro quo Bootius desiderabat *reis*, quam accusativus iunctus cum *dico*, ut, si veterum grammaticorum auctoritas sineret, coniicerem „istam viam *ire* dico: ite viam" (Codd.: *inite viam*, quod ex proximis *inire viam doceret* interpolatum). Sed cum Priscianus bis habeat „hanc viam dico: ite viam" temerarium fuerit sic corrigere. Itaque breviloquentia est quaedam et ablativus rationem *viae* describit. *Dico* est indico, *δείκνυμι*. Non. 287, 29: *dicare*, indicare, nuntiare. Lucilius lib. XXX: sicubi ad auris Fama tuam pugnam clarans alata dicassit". (Paul. Diac. p. 75. 15: „dicassit, dixe-

rit?" demonstrat recte emendatum esse *dicassit*, libri *dicasset;* cf. Coni. ad Luc. dec. sec. et tert. p. 48.). — *Praesentibus* Halmius cum Lamb. glossam esse suspicatur. Sed locus Festi p. 305. M. contrarium probat: *superstites* testes, praesentes [hoc addidit ad etymologiam attendens, quasi: super aliqua re, in iure, adstantes] significat. Cuius rei testimonium est, quod *superstitibus praesentibus* ii, inter quos controversia est, vindicias sumere iubentur. Plautus in Artemona: nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest superstes". Si licet *adest superstes* dicere, recte quoque se habet: praesente superstite. Servius ad Verg. Aen. III. 339: superstes praesentem significat, ut Cicero in Mureniana: suis utrisque superstitibus, id est praesentibus" non me movet; Servius locum non apud ipsum Ciceronem legerat, sed sequebatur grammatici alicuius auctoritatem, qui similiter ac Festus loco supra laudato Ciceronis verba attulerat, in quo cum scriptum invenisset *superstitibus praesentibus*, alterum illud explicationis causa adiectum putabat; itaque addidit *id est*. Ad locos vulgo laudatos accedat Plaut. Truc. II. 4. 34: „tu nunc superstes solus sermoni meo's". Sed pro *utrisque* legendum *utrique* i. e. petitori et ei, unde petitur. Fraudi fuit librariis vicinia pluralium reliquorum.

27. „ut quia in alicuius libris exempli causa id nomen invenerant, putarunt", rell.

Post *alicuius* excidisse videtur IC. („in ali*cuius iuris c.*")

28. „gratiae vero multo etiam inanior est (scientia iuris): quod enim aeque omnibus patet et aeque promptum est mihi et adversario meo id esse *gratum* nullo pacto potest".

Immo *gratiosum.*

30. „Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur simul atque aliqui motus novus bellicum canere *coepit*".

Quod motus novus bellicum canit, portenti simile est; senserunt Campe et Halm., ex coni. scribentes *aliquo motu novo.* Tu potius muta unam litteram: *coegit.* In *novos*, quod in omnibus paene libris est, vestigium est priscae orthographiae, quo inductus Lag. 9 *bellicos.*

32. „quem L. Sulla, maximo et fortissimo exercitu, pugnax et acer et non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, *cum bel-*

lum invectum totam in Asiam cum pace dimisit". (Sermo es de Mithridate).

Ita libri praeter aliquot Lagg, qui habent *tota — Asia* aut *i* omittunt, corrupte. Lag. 9 *inventum*, quod librarii inventun credo, G. *invet cum*. Iure offensus vulgata tum lectione: „eum bellum invectum totam in Asiam" NIEBUHRIUS coniecit: „cun bellum inv*exisset* tot*um* in Asiam" ut haec de Sulla dicantur at de eo, qui Mithridatis copias ex Europa in Asiam reiecit aliud exspectarem verbum, veluti *traducere* aut *converter* Halmius ex parte Niebuhrii satis audacem coniecturam proba tenuit illud, in quo, et iure quidem, potissimum haeserat N. *totam*, nam *tota Asia* cum non possit intellegi de provinci Asia, Mithridates dicetur in eam regionem, in qua ipse esset bellum invexisse, aut Sulla transtulisse bellum in totam cont nentem orientis, quasi antea in eius parte bellasset. *Bellu* proximis vocabulis in *um* desinentibus corruptum esse videt ex *bello;* manifesto opposita sunt *cum bello* et *cum pace;* M thridates quod dicitur invectus esse *cum bello*, satis defendit similibus, ut pro Caec. 9, 25: „ut in Caecinam cum ferro i vaderet" et potissimum aequalitate membrorum, quae eade postulabat, ut paulum mutata constructione (Verr. IV. 58, 13(„cum tam multa bella in Pontum invecta sint") idem diceret transvexisse qui dimissus esset. Breve ut faciam, sic scribe dum videtur: „quem, — — cum bello invectum *in Euro*pam in Asia cum pace dimisit". In *totam* residuae sunt duae syll bae eius quod restitui *Europam.*

34. „Itaque Pompeius regno (sc. Mithridatis) possesso, e omnibus oris atque notis sedibus hoste pulso, tamen [non e hoc *tamen* excludendum] tantum in unius (sc. Mithridati anima posuit, ut, rell.

Oris nec per se intellegi posse, nec convenire cum *not sedibus* ait Koch.; cui ex parte assentior, sed quod propon pro *oris: apertis* parum probabile est. Fort. „ex omnibus or ac *remotis* sedibus" i. e. tractu littorali et ex mediterraneis.

45. „Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur, studi deponunt; aut *testam* rem abiciunt aut suam operam et gratia iudicio et accusationi reservant".

(Serpebat rumor candidatum sibi ipsum desperare et comp

titoris accusationem meditari). Acute initio Jeep.: *eiusmodi de candidato rumore* et deinceps Wrampelmeier (hoc quidem loco vere) *animi intimorum.* Pro *testam* G.: *testem*, Lag. 9. M.: *certam*, utrumque manifesto ex correctione; Lambinus: *totam*, quod non minus tentamen est utcumque substituendi vocabulum Latinum pro tradita lectione. Reputanti, quot sint in hac oratione lacunae, vix dubium esse potest, quin in *testam* lateat *molestam;* praeterea fortasse post *abiciunt*, ante *aut* excidit *totam*, ut lectum olim fuerit: „aut molestam rem abiciunt totam, aut suam operam et gratiam iudicio reservant". Aliorum emendationes hae sunt: Halmii „ut desertam rem abiciunt", quod, si candidatus dici potest *deserere* suam ipsius causam, recte se habet, sin in hoc nexu sententiarum paene necessario amici candidatum deserere cogitandi sunt, non recte dictum est; nam non *desertam* iam rem abiiciunt sed eo demum quod abiiciunt, res deseritur; Koch. abiecit *deponunt*, scribens: „amicorum intimorum debilitantur studia aut totam rem abiciunt" cuius mutationis necessitatem non perspicio; Kayser.: „molestiam omnem abiciunt", sed dubito an is tantummodo molestiam omnem abiicere dici possit, qui omnem curam et aegritudinem deponit. *Totam* adiiciendum putaui, quoniam sic demum *aut-aut* recte usurpantur.

49. „observationes, testificationes, seductiones testium, secessiones subscriptorum animadvertebant, quibus rebus *certe ipsi candidatorum obscurior ei videri solet*".

Obscuriores videri solent Lag. 9, M. cum paucis aliis. Olim legebatur: „ipsi candidatorum *vultus*", sed nemo adhuc diserte testatus est hoc vocabulum in ullo codice inveniri. Halmius tentavit: „quibus rebus certe ipsi candidato rationem suffragiorum obscuriorem videri liquet", post in ed. min. recepit Tischeri coniecturam: „certe spes candidatorum obscuriores videri solent". Idem Koch., scribens tamen *indicari* pro *videri.* Klotzius „quibus rebus esse ipsi candidato obscurior spes videri solet", Zumpt.: „q. r. certe ipsi candidati animo abiectiore videri solent". Wrampelmeier: „quibus rebus certe ipsa causa candidatorum obscurior esse videri solet". Bakius Mnem. IX. 235: „quibus rebus certe ipsa candidatorum voluntas obscurior [ei] videri solet" sed a falsa lectione (*vultus*) profectus est. Boot: „quibus

πρὸ τὰ πτερύγια τοῦ θώρακος, ὥστε γενέσθαι καὶ τὴν πληγὴν ὑ καιριωτάτην. Homo petiturus ventrem in genua procumbit dacturus ensem per πτερύγια. Descriptionem talis loricae habes in utilissimo lexico Antiquitatum Romanarum ab A. Rich confecto p. 363 sq. ed. Germ. In forma vocabuli *alatus* ab Ovidio (fortasse etiam a Lucilio) usurpati nihil est quod reprehendas, etsi Cicero alibi eo usus non est.

56. „accusat M. Cato, qui quamquam a Murena nulla re unquam alienus fuit, tamen ea condicione *nobilis erat in hac civitate natus*, ut eius opes atque ingenium praesidio multis etiam alienis, exitio vix cuiquam inimico esse deberent."

Pro *quamquam-tamen* probantibus omnibus Kayserus *cum-tum;* corruptela repetenda esse videtur ex male intellecto *tum* quod pro compendio vocis *tamen* habitum sit. In sequentibus pro *nobilis* una editio Veneta *nobis.* Inde unus ex familiaribus meis emendat „ea cond. *bonis* erat in hac civitate *gratus*", ex quibus vocabulis postremum natum putat ex *gnatus.* At „sub condicione gratum esse" non probo. *Nobilis* proscripsit Mommsenus; at perverse, certe ambigue, dicitur Cato sub condicione quadam in civitate Romana natus, quasi vero alibi quoque nasci potuisset; quae sententia si negatur in verbis sic scriptis necessario inesse, fatendum tamen erit illa *in hac civitate* esse supervacanea. Quod duri inest in ea lectione mitigavit Campius proponens: *nobis videbatur in hac civ. nat.,* Wramp.: „nobis omnibus erat". Sed festinantius illud *nobilis* reiectum puto. Nimirum Cato non quod Romae natus erat, sed quod proavum habebat Censorium, qui nimiae severitatis memoriam in civitate reliquerat, ab accusando abstinere debebat. In hac civitate, quae cognoverat Censorium, hac condicione nobilis erat, sic eius nobilitas agnoscebatur, ut deberet ab accusando abstinere. Itaque *natus* secludendum est. Nolo praeterea premere suspicionem *alienus* locum suum cedere debere vocabulo *lacessitus,* quod cum *nulla re* recte iungitur; *alienum esse re* pro *in re* vix latinum puto.

58. „Saepe hoc maiores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam vim plurimum L. Cottae profuisse".

(Agitur de P. Africano Cottam accusante.) Novi quid sit *vis verborum, herbarum, veneni, conscientiae,* non item *vis accusa-*

toris, nisi in universum significetur (in abstracto, ut s illud quod accusator possit, quo modo de oratoris vi aliqu sermo est in libris de oratore veluti I. 15, 64 „si qui ur sam et propriam oratoris vim definire complectique vult", quam vim, quem ambitum habeat eloquentia; sed genet hominis non adsciscit *vis*. Aliud esse *vim deorum* i. e. lat tentem et per omnem rerum naturam fusam divini nu potestatem, quisque sentit. Itaque cum plerique habeant *dignitatem*, Lag. 9 et M. (man. pr.) [*vim*] *dignitatem*, re endum esse videtur *dignitatem* etiam contra auctoritatem rum, quae *vim* commendare videtur. Paulo post (59): accusator in iudicium potentiam adferat, non vim mai aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam grati *vis maior* alia ratione dicitur quam vulgo, veluti pro I 42, 101: „sin aut vitam mihi fors ademisset aut vis s maior reditum peremisset", qualis vis non est in accus potestate. Praeferrem: „nolo accusator in iudicium pote adferat, non vim, non maiorem aliquam auctoritatem, nimiam gratiam".

67. Nimiam in Murena ambiendi diligentiam metuentes adversarii suaserant ut senatus consultum fieret, quo lex purnia de ambitu confirmaretur, et quae contra illam com viderentur notarentur. Tela in se immissa obtuderant Mu eiusque amici, decretum commendantes et nihilo minus adversarii ab ambitu alienos se fingentes. Neque candidat liqui repugnare poterant, si suspicione se purgatos ve Itaque omnibus postulantibus candidatis decretum est, dam („si mercede obviam issent", rell.) contra legem Ca niam facta videri. Id decretum non erat contra Murenan minatim factum. Tamen Cato in accusatione demons conatus erat, id praeiudicium fuisse in Murenam. Contr cero demonstrat Senatum non pronuntiasse ambitum fa esse, tantum *si* vera essent de quibus conquererentur com tores, contra legem Calpurniam ea facta esse; tulisse i Senatum quod nihil opus esset (quoniam quae lege illa nerentur non iterum inculcanda essent) tantum ut gratifica candidatis. Quae si vera sunt, recte se habent verba: „ ita senatus si iudicat, contra legem facta haec videri si

sint, decernit quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit". Verba „si facta sint" arcte cohaerent cum superioribus et partem efficiunt SC. „Nam factum sit necne vehementer quaeritur. Sin factum sit, quin contra legem sit, dubitare nemo potest". — „Atque id decernitur omnibus postulantibus candidatis, ut ex SC. neque cuius intersit, neque contra quem sit, intellegi possit", i. e. ut appareat id non magis in Murenam quam in reliquos scriptum esse. Hanc explicationem iam commendavit Teuffel; sed Halmio persuasisse non videtur scribenti: „dum candidatus morem gerit". At animadversum iam fuerat vix recte eum, qui legibus obediat, dici *morem gerere*. Praeterea sententia sic existit satis futilis; nullae leges enim usum praestant (*opus sunt*) quamdiu omnes recte faciunt. Campius *quod nihil-gerit* eiicit, tum pro *nam* scribit *nunc*. Maiorem commendationem habet Bootii sententia spuria existimantis illa *Atque id-possit*, non quo illa verba Cicerone indigna sint (nam mihi quidem plane Tulliana videntur), sed quia nexus sententiarum abruptus est. Interposita enim iis quae supra scripsi (post *nemo potest*) haec sunt: „est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum; quod nemini dubium potest esse, id indicare". Haec verba si collocentur post *intellegi possit* omnis tollitur offensio. Tamen num ea tanta esse debeat, ut ad hoc remedium sit confugiendum dubito. Simile quid vide § 74, ubi interposita sententia (*horribilis oratio*—) per *neque tamen* superiora continuantur. Ceterum pro *indicare* libri habent *iudicare*, Bakius *vindicare*. Sed sententia, nisi fallor, requirit, in ore habere, iterum iterumque memorare; id est *venditare*. Porro illo *incertum* optime possumus carere.

73. „Haec omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt.

Madvigius Adv. I. p. 61 hoc loco utitur pro exemplo, ut demonstret varia subinde errorum genera coniungi, non dubitans, quin certa sit emendatio, quam proponit, haec: „crimina multitudine invita tua nimia diligentia, Servi, conlecta sunt". Male geminatum *a* (*crimina a*), distractum *inuita* ut nasceretur, simul permutato ordine litterarum, *in tua*, tum *l* et *i* confusa (*coniecta*, *conlecta*), denique correctum esse (propter

coniecta in) *tuam nimiam diligentiam*, statuit. Quae etsi fieri potuerunt, tamen emendatio nec ita elegans est nec ita aperta ut ab omni alio conatu absterrere debeat. Lenior certe medicina haec est: crimina a multitudine in *te* tua nimia diligentia Servi, coniecta sunt". His criminibus non Murenae sed ipsi tibi nocuisti; a multitudine, quae te propter nimiam parcimoniam oderat, haec crimina a Murenae capite conversa in te redundarunt. *Te* ante *tua* omisso, reliqua („tuam nimiam diligentiam") sponte secuta sunt.

Scrib. mense Februario ineunte. C. M. FRANCKEN.

Anecd. Bekk. p. 53. 23. *οὐκ ἔστι τοσούτΟΥ ὤνιος ἐλλέβορος ὥστε τινὰ ἰᾶσθαι*. non de pretio, sed de copia in tali re sermo est, ut in:

O tribus Anticyris caput insanabile.

itaque scribe *τοσοῦτΟC*.

Anecd. Bekkeri pag. 79. 9. *Ἁμαρτεῖν καὶ ἀδικῆσαι Διαφόρως τάττουσιν*, imo vero *Ἀδιαφόρως*.

In Bekk. Anecd. pag. 345. 1. in Phrynichi loco scribe:

ζῶ δὲ Τίμωνος βίον
ἄγαμον, ἄΔΟΤΛον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον,

pro *ἄζυγον*. Propter hoc ipsum vocabulum Comici testimonio usus est.

Ibid. pag. 345. 17. *τῶν ἐΝ ΤΟΙC τριῶν μνῶν περιουσίαν κεκτημένων*. Leg. *τῶν ἐντὸς τριῶν μνῶν*.

C. G. C.

AD ANTHOLOGIAE PALATINAE
PARTEM PRIOREM (CAPP. V, VI, VII)
CONIECTANEA.

Νοῦν ὑπεκεῖσθαι δεῖ τοῖς γράμμασι, καὶ φράσιν αὐτῶν
εἶναι κοινοτέραν, ὥστε νοεῖν ἃ λέγεις.
Cerealis, A. P. XI, 144.

Nobilem Codicem Palatinum, qui unus ad nostram memoriam propagavit Anthologiam Graecam, quam, — ὦ μεγάλης εἰψανα πυρκαϊῆς, — ex antiquioribus Meleagri Gadareni, Philippi Thessalonicensis et longo temporis intervallo Agathiae Myrinaei collectionibus excerptam collegit Constantinus Cephalas, saeculo, ut videtur, p. Chr. n. decimo, a vetustate et eo quod unicus superest, commendari, ab integritatis autem et sinceritatis laude quam longissime abesse, nemo harum rerum peritus facile negabit. Etenim vocabula male scripta, additis quae abesse, omissis quae adesse debebant; verba modo male conglutinata, modo male dirempta: ductus literarum similes confusi; versiculi suo loco moti; lacunae et lacunarum vestigia solide suppleta cum sententiae et metri detrimento: haec igitur omnia vitia et multa minora in illo Codice, „cuius *bonitatem* atque vetustatem," — utor verbis Hasii, V. Cl. — „eruditi perplures innumerabilibus scriptis celebrarunt," sexcenties et quavis fere pagina occurrunt. Nec tamen huius rei culpa in unam librariorum nationem conferenda est. Homo quidam non indoctus, pro saeculi sui captu scilicet, sive idem fuit qui

Codicem nostrum descripsit, sive corrector nescio quis, fecit quod potuit. Lemmata et scholia addidit, — falsa quidem illa pleraque, — et quod inprimis laudandum, cum exemplaris sui scriptura contulit apographum Domini Michaëlis τοῦ χαρτοφύλακος, ex ipsius Cephalae autographo descriptum. Id docemur nota marginali ad VII, 432: ἕως ὧδε τὰ τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ μακαρίτου περιεῖχον ἐπιγράμματα, ἅτινα ἰδιοχείρως αὐτὸς ἔγραψεν ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ Κεφαλᾶ. Sed erat liber mendosus uterque. Adscriptum est ad VII, 428: ἕως ὧδε ἀντεβλήθη (Codex Palatinus ipse?) [1]) πρὸς τὸ ἀντιβόλιν τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ καὶ διωρθώθη τινά, πλὴν ὅτι κἀκεῖνο σφάλματα εἶχεν. In tali re, ubi saepissime ipse sive scriba sive corrector suum ζτ. i. e. ζήτει appinxit, vel λείπει ἡ ἔννοια τοῦ ἐπιγράμματος vel simile quid, (cf. V, 62; 169; 205; 309; VII, 2* et passim) Codicis scripturam sensu vacuam esse significans, necessario ad coniecturas confugiendum erat. Nam neque in Suida, neque in Planudea Anthologia quidquam est auxilii, quorum hic pleniore libro usus esse potest, quam est Palatinus noster, sed, ubi gravius vulnus subest, nihil emendatiore. Et coniecturas proposuerunt doctissimi quique: ex antiquioribus Salmasius, Ruhnkenius, Heringa, Toupius, Brunckius; ex recentioribus Jacobsius, Anthologiae instaurator, Meinekius, Graefius, Boissonadius, Alph. Heckerus, Dubnerus, Piccolos, Herwerdenius, quos omnes honoris causa nomino, et praeterea alii bene multi. Sed fortasse non immodestum sit affirmare, post ingentem locorum numerum, egregiorum criticorum ingenio et opera in integrum restitutorum, plures etiamnunc afflictos et supra quam dici potest depravatos superesse. Quorum nonnullos et ipse, superiorum vestigiis insistens, coniectando sanare conabor, ubi prius de peculiari quodam Codicis Palatini vitio pauca admonuero.

---

1) Omnino quae de Codice celebratissimo traduntur, obscura sunt et confusa nec inter se cohaerentia. V. c. Jacobsius Codicem Pal. 710 pagg. constare dicit (Proll. p. LXIII), Hasius (Ed. Dubn. p. XII) 614 pagg. numeratis quatuorque foliis membranaceis praefixis. Hasius „quae sequuntur, sunt in numeratis foliis *manu antiqua saec. circiter noni per totum Codicem ad finem usque continuata.*" Atqui Cephalae X° saec. vixisse perhibetur! Jacobsius varias manus commemorat, quarum antiquissimam saec. XI esse putat. Haec sufficiant.

Exemplar, unde Palatinus ductus est, et ipsum vitiis omne genus inquinatum fuisse, quorum bona pars iam ex Cephalae autographo manaverit, iam supra significavi. Ac de pervulgatis mendis, in quovis Graeco codice obviis, singillatim dicere nihil attinet. Uno defungar exemplo. Est carmen Meleagri (V, 195) in amicam Zenophilam, multifariam corruptum, in cuius fine eam ita compellat, si codicis scripturam sequimur:

τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ κύπριδος ὥπλισεν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Prior versiculus flagitiose corruptus est, eumque critici infelicibus coniecturis etiam magis corruperunt. Salmasius proposuit, Brunckio teste: τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας ὕπο Κύπρις ἀπώλεσεν εὐνάν, ipse Brunckius: τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ ἁ Κύπρις ὥπλισεν εὐνάν, quae quam contorta sint et male sana, pluribus demonstrare nihil est opus. Verum reperit Jacobsius:

τρισσάκις εὐδαίμων, ἅς καὶ Κύπρις ὥπλισεν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως,

quo reperto etiam hoc patet, scribam nostrum, ubi vocabula male dispescuit, ut metro violato consuleret scilicet, pro Κύπρις de suo intulisse Κύπριδος. Sed satis de his; aliud est, quod volo. Nempe videor mihi videre, Codicem nostrum, vel fortasse iam eius archetypum, non ex corrupto tantum, sed etiam *ex lacero et perroso exemplari* fluxisse, quod item in Stobaei codicibus usu venire demonstravit Cobetus V. Cl. Itaque librarius noster, sive correctorem dicere malumus, quoties ad locum pervenit, quem aut situ aut madore aut quavis de causa evanidum dignoscere non potuit, nunc quaedam omisit, nunc ductus literarum utcunque expressit, saepiuscule quae interierant suo Marte supplevit, inepte plerumque. Rem nondum, quod sciam, animadversam aut certe liquido demonstratam liceat pluribus argumentis firmare, ut quam certissime id quod posui ita esse intelligatur. Lacunae igitur illae rarissime in mediis versibus comparent, paulo frequentius in initio, saepissime in fine, ubi tota hemistichia aut obliterata aut pessumdata inveniuntur.

Est in Sepulcralibus Damageti epigramma (VII, 497) de patre filio cenotaphium ponente:

Καί ποτε Θυμώδης, τὰ παρ' ἐλπίδα κήδεα κλαίων,
παιδὶ Λύκῳ κενεὸν τοῦτον ἔχευε τάφον·
οὐδὲ γὰρ ὀθνείην ἔλαχεν κόνιν, ἀλλά τις ἀκτὴ
*νιάς, ἢ νήσων Ποντιάδων τις ἔχει.

Ita Codex, nisi quod supra *νιάς litera η scripta est. Verissime Ungerus, Strabonis (XII, 3) indicio usus, ἀκτὴ (Θυ)νιάς poëtae restituit. Praeterea pro priore τις legere malim = μιν, nam et ἀκτὴ Θυνιάς certus est et definitus locus, cui τις addi nequit, et γαῖα, τύμβος ἔχει τινά sollennis est in his quasi formula. Cfr. ex. gr. in vicinia L. VII, 569: Κάτθανε σὴ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος. Bis scriptum τις, quum semel oportuit, veram vocem extrusit, vitio in Codice nostro satis frequenti, de quo postea erit dicendi locus.

Candaulae monumento haec incisa esse fingit Agathias (VII, 567) =

Κανδαύλου τόδε σῆμα· Δίκη δ' ἐμὸν οἶτον ἰδοῦσα
οὐδὲν ἀλιτραίνειν τὴν παράκοιτιν ἔφη·
ἤθελε γὰρ δισσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσι μηδὲ φανῆναι,
ἀλλ' ἢ τὸν πρὶν ἔχειν ἢ τὸν ἐπιστάμενον.
ἦν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν· οὐ γὰρ ἂν ἔτλη
δεῖξαι τὴν ἰδίην ὄμμασιν ἀλλοτρίοις.

Notissimam de Candaule et Gyge narrationem ex Herodoto (L. I. 8 seqq.) imitando expressit Agathias. Ex hac igitur imitatione confirmatur Obsopoei et Salmasii coniectura, quam inde a Brunckio omnes editores in textum receperunt: (χρ)ῆν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν, quae Herodoti verba: χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς non ineleganter referunt. Sed ne illud quidem μηδὲ φανῆναι satis sanum videtur, quamquam quid melius reponam in praesentia non habeo.

Ex eodem Herodoto restituendum est epigramma dedicatorium (VI, 341) subscriptum imagini pictae clarissimi illius pontis, quo Mandrocles Samius, jubente Dario, Bosporum junxerat:

Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε
Μανδροκλέης Ἥρῃ, μνημόσυνον σχεδίας,
τῷ μὲν δὴ στέφανον περιθείς, Σαμίοισι δὲ κῦδος,
[Δαρείου βασιλέως ἐκτελέσας κατὰ νοῦν.]

Ut vidi, ut rescripsi: οἳ μὲν δή, immemor Herodoti, apud quem (L. IV, c. 88) rectissime est: (αὐ)τῷ μὲν στέφανον περι-

θείς. Erroris origo in promptu est. Prima syllaba in αὐτῷ a scriba omissa est, ad metrum resarciendum illato δή. Reponatur igitur in Anthologia ex Herodoto αὐτῷ μὲν κτλ., quemadmodum ex eodem Μανδροκλέης repositum est pro Μανδοκρέων, quam scripturam Palatinus exhibet. Qui Codicis lectionem: τῷ μὲν δή κτλ. mordicus retinet, Boissonadius, V. Cl., hanc ita defendit: „lectio Codicis intelligenda erit de *Dario mox nominando* et cuius imago in tabula — conspiciebatur." Εὖ νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὅ τι λέγεις δ' οὐ μανθάνω.

Peius etiam, quam in exemplis modo allatis, turbatum est in epigrammate Callimachi (VII, 525) in patris defuncti honorem:

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.
εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μέν κοτε πατρίδος ὅπλων
ἦρξεν· ὁ δ' ἤεισεν κρέσσονα βασκανίης.
οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
ἀχριβίου, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Reposueram, sed dubitanter, μὴ λοξῷ, sententia duce, pro male sano ἀχριβίου (Plan. ἄχρι βίου). Quî autem, literarum elementis plane diversis, alterum ex altero factum est? Nescio; Jacobsius suspicatur, factum esse ex nomine Ἀρχιβίου, veteris Callimacheorum carminum enarratoris, temere a margine in textum translato; equidem lacunam stupide expletam putaverim. Hoc postea comperi, id quod coniectura assecutus eram, iam extare in editione Dubneriana, et niti auctoritate scholiorum in Hesiodi Theogoniam vs. 82, versum nostrum ita afferentium.

Haec omnia considerantibus fortasse minus, quam adhuc factum esse video, dubii erit, in epigrammate ἀδεσπότῳ (VII, 363), ubi est:

Τετμενάνης ὅδε τύμβος ἐϋγλύπτοιο μετάλλου
ἥρωος μεγάλου, νέκυος κατὰ σῶμα καλύπτει || Ζηνοδότου κτλ.

restituendum esse Τηλεφανὴς ὅδε τύμβος. Nempe quum nihil discerni potuerit nisi TI**E*ANHC, inde vox nihili efficta est, cuius „non explicationem sed correctionem quaerendam esse," ne Boissonadius quidem negavit. Et Τετμενάνης istud iam correctorem nostri Codicis male habuit, qui ζήτει versui addidit, cum hac nimirum explicatione: ὅτι τὸ Τετμενάνης τόπον σημαίνει, οὐχὶ δὲ τὴν μητέρα τοῦ κειμένου, ὡς δηλοῖ ἡ τοῦ ἐπι-

γράμματος ἔννοια. Quam aptum sit τηλεφανὴς, praesertim in sepulcro ἐϋγλύπτοιο μετάλλου, pluribus exponere non est opus, et laetus vidi, iam ante me Graefium in idem incidisse.

Haec ad lacunas in versuum initiis probandas sufficiant. Ex ingenti exemplorum numero, unde in extremis versibus multo saepius plane idem usu venisse demonstrari possit, pauca tantum insigniora seligere licebat. Notissimum est epigramma Alcaei Messenii in Philippum regem et Macedones apud Cynoscephalas caesos, ut copiose narrat Plutarchus in Vita Flaminini c. IX, ubi et ipsum carmen disticho auctius apponitur. In Anthologia autem primus versus ita editur (VII, 247):

Ἀκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ *τύμβῳ
Θεσσαλίας τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες.

Idem legebatur olim et in Plutarcho, donec Sintenisius ex melioribus Codd. τῷδ' ἐπὶ νώτῳ || Θεσσαλίας edidit, quod vel Philippi parodia confirmatur, quam Plutarchus statim subiungit:

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἡλίβατος.

Apparet igitur, in archetypo ΤΩΙΔΕΠΙ*** tantum discerni potuisse; additum est τύμβῳ, in Epigrammatis Sepulcralibus saepissime obvium, hic autem duplicem ob causam ineptum. Nam si vel maxime Jacobsio dari posset, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ recte habere de iis, qui Livio teste diutissime insepulti iacuerunt, tamen ἐνὶ vel ὑπὸ τύμβῳ dictum oportuisse facile vincam. Rectissime quidem usurpatur ἐπὶ in locis, qualis hic est: (VII, 279).

παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
αἰὲν ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ,

estque talium maximus numerus, sed ratione a nostro loco toto coelo diversa.

Ita etiam in exitu notissimi carminis, quo Simonides, — addubitante Bergkio, — res a Cimone bello (ad Eurymedontem?) gestas persecutus esse dicitur:

οἵδε γὰρ ἐν Κύπρῳ (γαίῃ Bergk. ex Aristid.) Μήδων πολλοὺς [ὀλέσαντες,
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλαν ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις (?) χερσὶ κράτει πολέμου,

in huius penultimo igitur versu Palatinus (VII, 296) deficit in: μέγα δ' ἔστεν****; accesserunt reliqua ex Aristide eiusque Scholiis, ex Arsenio, ex Diodoro Siculo, in cuius optimis libris haec ita scripta exhibentur: μέγα δεσγενέασις ὑπ' αὐτῶι, quae sollertissime emendavit Stephanus.

At nullus neque Codex neque alius scriptor opem fert Leonidae Tarentino, ita canenti (VII, 448):

Πραταλίδα τὸ μνᾶμα Λυκαστίω, ἄκρον ἐρώτων
εἰδότος, ἄκρα μάχας, ἄκρα λινοστασίας,
ἄκρα χοροιτυπίας, χθόνιοι*********
τοῦτον Κρηταιεῖ Κρῆτα παρωχίσατε,

quae Jacobsius ita supplevit: χθόνιοι, (Μίνωϊ τὸν ἄνδρα) || τοῦτον, κτλ., et eodem fere modo Brunckius χθονίῳ (Μίνωϊ πάρεδρον) κτλ., paulo aliter Meinekius; non male quidem omnia ad sensum, etsi verba praestare ipsa hoc loco fieri nequit.

Certiora dari possunt in Meleagri epigrammate (V, 160):

Δημὼ λευκοπάρειε, σὲ μέν τις ἔχων ὑπὸ* χρῶτα,
τέρπεται· ἃ δ' ἐν ἐμοὶ νῦν στενάχει κραδία, κτλ.

Quid sit: Στέρνα περὶ στέρνοις, μαστῷ δ' ἔπι [1]) μαστὸν ἐρείσας — — — καὶ χρῶτα λαβὼν πρὸς χρῶτα, κτλ. (V, 128), haec quidem probe intelligo; quid sit amicam ἔχειν ὑπὸ χρῶτα, difficile dictu est. Legendum esse: σὲ μέν τις ἔχων ὑπὸ χλαίνᾳ, — quod et Graefium coniecisse video, — hi loci ex ingenti copia satis demonstrabunt:

εἴ τις ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας
θάλπεται, ὑπναπάτῃ χρωτὶ χλιαινόμενος,
κοιμάσθω μὲν λύχνος, κτλ. (V, 165)

et praesertim: (V, 173).

Ὄρθρε, τί νῦν, δυσέραστε, βραδὺς περὶ κόσμον ἐλίσσει,
ἄλλος ἐπεὶ Δημοῦς θάλπεθ' ὑπὸ χλανίδι;

qui duo loci et ipsi eiusdem Meleagri sunt. Quid igitur? Cum superesset ΤΠΟΧ****, prave additum est, quod nunc in extremo versu legitur.

Minus itaque nunc eruditi dubitabunt in loco vexatissimo eiusdem Meleagri (V, 195):

---

1) Editor ἐπὶ scripsit cum ἐρείσας coniungendum. Utrumque rectum est. Cfr. Anth. Plan. ep. 187: τοῦ δ' ὕπο χρυσός, ibid. ep. 201 caet.

Αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα* συνεύναι
*Ζηνοφίλαν, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας κτλ.,

recipere unice veram Jacobsii emendationem: τρισσὸν στεφ νωμ' ἀπένειμαν || Ζηνοφίλᾳ, quae lectio quomodo in v gatam corrupta sit, in aprico est [1]). Jacobsius postea certi mum suum inventum sprevit, prolata coniectura parum probab ἐνένευσαν, aliis alia suadentibus, quoniam nemo corruptelae c sam et originem perspiciebat.

Est epigramma ἀδέσποτον, (VII, 695) in Cassiae cuiusd defunctae honorem:

Ὁρᾷς πρόσωπον Κασσίας τῆς σώφρονος.
εἰ καὶ τέθνηκε, ταῖς ἀρεταῖς γνωρίζεται
ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον ἢ *τοῦ προσώπου.

Ita Jacobsius et Codex. Luce clarius est, emendandum e ψυχῆς τὸ κάλλος μεῖζον ἢ τοῦ σώματος, oppositione dec tata. Et σώματος iam Planudes habet, ex coniectura procul bio, sed praeterea pro μᾶλλον requiro μεῖζον. Ridicule enim d tur: „etiamsi obiit, virtutibus eius animi pulchritudo *magis* qu corporis cognoscitur," quasi quaedam *corporis* pulchritudo virt bus cognoscatur. Sed sensus aperte hic est: „virtutibus cogno tur, pulchritudinem animi eius *etiam maiorem fuisse* quam poris." In: τὸ κάλλος μεῖζον γνωρίζεται pro μεῖζον ὄν, participi omittitur pervulgato usu, ut, v. c. in epigrammate Dio Tarsensis de Themistocle: (VII, 235)

τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὁλκάσι τὸν Φιλόπατριν,
γνώσει δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης,

i. e. αὐτὸν μείζονα ὄντα. Vitii origo etiam hic ex lacuna r est. Nempe supererat in archetypo ψυχῆς τὸ κάλλος M**** ex πρόσωπον in primo versu etiam in tertio μᾶλλον ἢ τοῦ π σώπου scriba elicuit. Viri docti, literarum apices riman varia commenti sunt. Jacobsius proposuit: ἢ προσωπάτων, thius, — melius ad sensum, — ἢ προσωπάτῳ. Postea in n mss. Jacobsius, distinctione maiore post γνωρίζεται posita, malel ψυχῆς δὲ κάλλος τοῦ προσώπου κάλλιον, omnia frustra, si quid vi

1) Eodem modo Meleager (V, 140) Ζηνοφίλα, σοὶ σκῆπτρα Πόθων ἀπένειμαν,

(Continuabitur). H. J. POLAK.

OTIUM HARLEMENSE.

AD CAESAREM ET SALUSTIUM.

Notum est Asinii Pollionis de Caesaris commentariis iudicium: *putat* nempe, ut Suetonii verbis utar in Divi Iulii vita c. 56, *eos parum diligenter parumque integra veritate compositos, cum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta temere crediderit, et quae per se consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit; existimatque rescripturum et correcturum fuisse.* Quatenus haec vera sint a viris doctis diu et acriter disputatum est, plerumque inutiliter, quoniam temporis iniuria scripta interciderunt, ex quorum comparatione Caesaris diligentia et veritatis amor aestimari potuissent. Ii autem qui Pollioni assentiuntur Caesarem quaedam consulto perperam et parum integra veritate edidisse, uno maxime loco nituntur quo eum mendacii coarguant. Editur nempe in Comm. de Bello civili Lib. I. c. 23: *Quibus rebus* (Caesaris victoriis et adventu) *Romam nuntiatis tantus repente terror invasit, ut cum Lentulus Consul ad aperiendum aerarium venisset ad pecuniam Pompeio ex Senatus consulto proferendam, protinus aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret. Caesar enim adventare iamiamque et adesse eius equites falso nuntiabantur.* Obiiciunt igitur Caesari, quod falso tradiderit Lentulum *aperto sanctiore aerario* ex urbe profugisse, constare enim et aliunde et e Plutarchi vita Caesaris c. 35, aerarium clausum fuisse quum compilaretur ab eo, eumque nil curantem Metellum tribunum plebis κωλύοντα αὐτὸν ἐκ τῶν

ἀποθέτων χρημάτων λαμβάνειν, βαδίζειν πρὸς τὰς θύρας τοῦ ταμιείου· μὴ φαινομένων δὲ τῶν κλειδῶν χαλκεῖς μεταπεμψάμενον ἐκκόπτειν κελεύειν. Invidiose addunt, Caesarem hoc finxisse, ut refutaret eos qui perhiberent, se aerarium sanctius violasse, quod hoc apertum offendisset. Aut ego fallor, aut hi magno viro insignem iniuriam faciunt, quem non facile adducar ut credam ad tam futile mendacium confugisse, praesertim in re palam in ipsa Roma perpetrata, de qua ei neganti nemo fidem habiturus fuisset. At fecit metu invidiae posteritatis, quasi non nisi in hac re ius violavisset, cui, teste Cicerone, semper in ore erant notissimi versus e Phoenissis,

„Nam si violandum est ius, regnandi gratia
„violandum est, aliis rebus pietatem colas."

Praeterea non omittendum eum non in eo maxime ius violasse, quod vi usus est in sanctiore aerario *aperiendo*, sed quod aerarium *compilavit*, qua re vel apud ipsam plebem, quae ceteroquin ei favebat, offendit teste Cicerone ad Att. X, 4, 3. Illud igitur negando non tantum futile, sed etiam inutile mendacium commisisset; nam etiamsi verum esset eum aerarium apertum offendisse, alterum idque multo gravius crimen expilati aerarii maneret. Cum igitur vix credibile sit Caesarem tam inepte crimen excusare conatum esse, nihilominus auctoritate codicum Commentariorum de bello Civili tantum tribuemus, ut statuamus eum scripsisse quod vulgo legitur? Non faciemus, opinor, praesertim si cogitaverimus qua conditione hi libri ad nos pervenerint, quos tam depravatos esse auctor est Madvigius in Opusc. Academ. II, p. 222, ut nullum Historici Latini, quod quidem exstet, opus tam malam habuerit fortunam, quod multos in testimoniis rerum grammaticarum colligendis, aut ignorare, aut non curare queritur. Suspicor adeo corruptissimos codices nostro quoque loco labem contraxisse et laborare parva lacuna, quam expleverim inserendo *non* post *protinus;* forsitan compendium terminationis huius vocabuli *-nus*, in codicibus non dissimile compendii adverbii *non*, in causa fuit cur hoc a librario omitteretur. Relege locum negatione addita et senties opinor quanto melius oratio procedat. Caesar depingere volens, quantum terroris falsus sui adventus nuntius Pompejanis incusserit, non sine inimicorum irrisione nostris

culis subiicit consulem, missum ad sanctius aerarium aperiendum, nuncio audito rem sibi mandatam omittentem et statim non aperto aerario urbe profugientem. Contra in vulgata lectione desidero aliquid, neque Caesar, si quam maxime cum mendacio *non* omisisset, haec sic nude scripsisset, sed in hanc fere sententiam: *ut consul ... protinus aperto sanctiore aerario nec pecuniis inde sublatis ex urbe profugeret.*

Quam frequenter autem lacunis maioribus et minoribus laborent codices Commentariorum de Bello Civili tum alii demonstrarunt, tum ego novo exemplo ex libro primo confirmabo, ut simul resarciam, et ut Caesarem, a quo modo impudentis mendacii crimen depellere conatus sum, iam immani soloecismo liberem. Ubi nempe narravit omnes qui Corfinii obsiderentur paratos esse sibi portas aperire, sic pergit cap. 23: *Caesar, ubi luxit, omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum, equitesque Romanos ad se produci iubet .... Hos omnes productos a contumeliis militum conviciisque prohibet; pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis; dimittit omnes incolumes.* Si igitur fidem habemus codicibus, Caesar, omnium consensu elegantia et puro incorruptoque sermone inter aequales conspicuus, scripsit: *pauca loquitur, quod gratia sibi relata non sit.* Credat Iudaeus Apella; non ego; namque librarios didici securum agere aevum et modo annotatiunculis in textum recipiendis scriptoris orationem languidam et elumbem reddere, modo semel dare quae bis exaranda essent, quod ultimum nostro loco accidit: nam aut magnopere fallor, aut Caesar scripserat: *pauca apud eos loquitur,* QUERITUR *quod sibi a parte eorum gratia relata non sit.* Sed non licuit per librarios, qui, cum in codice esset *loquitur qu'itur* cum compendii signo supra *u*, alterum *quitur* cum magno sententiae damno omiserunt.

Vix integriores Salustii codices ad nos pervenerunt, qui cum alio vitiorum genere sunt inquinati, tum maxime lacunis, ex pessima Archetypi conditione ortis, deformes sunt, quarum iam unam et alteram indicare libet.

Legimus in Iugurtha c. 3: *Verum ex eis magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempestate cupiunda videntur, quoniam neque virtuti honos datur,*

neque illi, quibus per fraudem IIS *fuit, tuti aut eo magis honesti sunt.* In his *iis*, vel, ut in aliis codicibus est, *is*, *vis*, *ius*, quod multas molestias editoribus et interpretibus peperit, qui frustra omnem doctrinae copiam deprompserunt, ut aut *is* aut *ius* commendarent, nihil aliud existimo esse nisi terminationem participii in *-tus*, cuius prior pars perierit. Quid Sallustius scripserit quis pro certo affirmet, sed fortasse eius manus haec est: *neque illi quibus per fraudem* PARtus *fuit.*

Paullo inferius in cap. 4 locum notissimum sic legerim: *Nam saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem,* MULTOS *praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi,* suppleto *multos* ante *praeterea*, quod necessarium esse tum sententia evincit, tum fidem faciet comparatio loci, qui legitur in Catilina c. 47: *P. Autronium, Ser. Sullam, multos praeterea in ea coniuratione esse*, quocum confer Catil. c. 22 et c. 40. Si quis autem pro *multos* malit *alios*, non multum adversabor propter Iugurth. c. 60 et 84, ubi similiter *alia praeterea* usurpatum video.

Tertia lacuna quam indicabo est in Iugurthae c. 68, ubi haec legimus de Mario: *deinde ab eo magistratu*, nempe tribunatu militum, *alium post alium sibi peperit semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir, — nam postea ambitione praeceps datus est — adpetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat.* Dedi haec ex fide optimi codicis Parisiaci, in qua lectione cum *appetebat* sanam interpretationem non admitteret, maior pars editorum recepit deteriorum codicum lectionem *consulatum petere non audebat.* Nihil quidem me iudice certius esse potest quam *petere* legendum esse et ante hoc verbum aliquid excidisse, cuius exigua vestigia supersint in praepositione *ad* codicis Parisiaci; sed quum lectio *consulatum petere* debeatur codicibus interpolatis, i. e. coniecturae nescio cuius lectoris non indocti, et quum in ea displiceat vocabulum *consulatum* non sane eleganter paucis verbis interiectis bis repetitum, praestare non ausim hanc esse manum Sallustianam. Multo saltem elegantius lacuna, cuius prima litera propter illud *ad* debuit esse *a*,

xpleatur, si legatur: *tamen is ad id locorum talis vir — am-*LISSIMUM HONOREM *petere non audebat;* quod propter praecedens *mpliore* huic loco accommodatissimum esse facile mihi con-ɔdetur.

Similiter locus vexatissimus, qui legitur in eodem libello ap. 80, lacuna parva illa quidem, sed haud minus molesta, ıborare videtur: *Bocchus*, ait Salustius, *initio huiusce belli lega-ɔs Romam miserat foedus et amicitiam petiturus, quam rem pportunissimam incepto belli pauci impediverant caeci avaritia.* Sic enim habet Parisiacus, non *bello*, quod ex prava correctione ıatum vel ideo huic loco non aptum est, quod societas alicuius regis vel populi non tantum incepto bello utilis est. Equidem, praepositione *ad* e fuga retracta, hanc coniicio Salustii manum fuisse: *rem opportunissimam* AD *incerta belli*, coll. Liv. XXX, 2: „duas legiones scripserunt ad incerta belli."

Archetypi codicis evanida scriptura librariorum oculos fefellisse videtur in cap. 85, ubi in notissima Marii oratione ex fide Parisiaci codicis haec leguntur: *Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abunde illis facundam et compositam orationem fore, sed in vostro maximo beneficio cum omnibus locis me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere, nequis modestiam in conscientiam duceret. Nam me quidem ex animi mei sententia nulla oratio laedere potest, quippe vera necesse est bene praedicent falsa vita moresque mei superant.* Haec verba Iordanus in editione Berolinensi anni 1866 ne verbo quidem mutato repetiit, cum in deterioribus codicibus e nescio cuius facili et eleganti coniectura reperiatur multo melior lectio ıaecce: *quippe vera* (nempe oratio) *necesse est bene praedicet, falsam vita moresque mei superant*, quam omnino Salustio reddendam censeo, dummodo pro *superant*, quod non est huius loci, substituas *respuunt*, collatis verbis Ciceronis in Mureniana 74: Horribilis oratio, sed eam usus, vita, mores, civitas ipsa respuit."

AD CATULLUM.

Suavissimum carmen LV, in quo Catullus amicum, quem e frustra quaesiisse fingit, obsecrat, ut sibi committat apud uam puellam delitescat, sic exorditur:

Oramus, si forte non molestumst,
demonstres, ubi sint tuae tenebrae.

Nescimus utrum Catulli amico molestum fuerit edere ubi lateret, necne; *tenebras* vero suas indicare certe ei molestum debuit esse, quum quid Catullus ea voce vellet non facile assecutus esset. Sed Catullus culpa vacat: culpandi librarii qui *tenebrae* scripserunt pro *latebrae*, quod h. l. reponendum: in qua re consentientem habeo Palladium, quem ex editione Aemilii Baehrens, recens ad me allata, video iam olim in eandem coniecturam delatum esse.

Pergit poeta sic:

Te campo quaesivimus minore,
te in circo, te in omnibus libellis,
te in templo summi Iovis sacrato,
In Magni simul ambulatione
femellas omnes, amice, prendi,
a vel te sic ipse flagitabam;
„Camerium mihi, pessimae puellae."

In his pro *a vel*, quod nihil significat, suspicor poetam dedisse *a queis*. Pessima archetypi codicis conditio librariis fraudi fuit, qui quum *q* et *s* legi non possent e reliquis literis A.UEI. effecerunt duo verba bene Latina, sed nulla subiecta sententia, quae iam pro Catullianis venditantur.

Poeta, visitaturus claras Asiae urbes, sodalibus qui remansuri erant Nicaeae in cohorte sordidi illius Praetoris Memmi, his verbis valedicit in carmine XLVI:

O dulces comitum valete coetus,
longe quos simul a domo profectos
diversae variae viae reportant.

Recte haec atque ordine dicta sunt, dummodo, una literula in ultimo verbo mutata, legas *reportent*, optativum pro indicativo; ut in fine carminis dedicatorii:

Quare habe tibi quidquid hoc libelli,
qualecumque, quod, o patrona virgo,
plus uno maneat perenne saeclo.

In Carmine XLII poeta convocat Hendecasyllabos, ut sibi adsint et moecham quamdam turpem reposcant codicillos, quos illa reddere nollet.

Circumsistite, inquit, *eam et reflagitate:*
„Moecha putida, redde codicillos,
„redde, putida moecha, codicillos.“

Illam autem his conviciis nihil moveri fingit, quamobrem iratus exclamat, si membranis credimus:

„Non assis facis? o lutum, lupanar caet.

Poeta vero, si quid video, dederat in tertia persona:

Non assis facit?

per totum enim carmen fingit non se ipsum ad eam verba facere, sed hendecasyllabis quasi internuntiis uti, apud quos, renuntiantes, quid illa responderit, atra bile concitus, virus acerbitatis sic evomit:

Non assis facit? o lutum, lupanar.

Similiter, ubi iterum hendecasyllabos iussit altiore voce illos versus repetere, continuo sequitur,

sed nil proficimus, nihil movetur,

non *moveris.*

Minus recte Lucianus Muellerus Lachmannum secutus in carmine XXV scripsit:

idemque Thalle turbida rapacior procella,
cum diva munerarios ostendit oscitantes,

haec enim coniectura cum alias ob causas improbanda est, tum idcirco ferri nequit, quod auctore Quinctiliano in Instit. Orat. VIII, 3, 34, vocabulum *munerarius*, quod h. l. Catullo obtruditur, a nullo ante Augustum usurpatum est. Quid loco foedissime corrupto, in quo emendando viri docti oleum et operam perdiderunt, a poeta scriptum fuerit, alii videant: mihi locum tentanti res non successit.

AD VERGILIUM.

Legimus initio libri VI:

Obvertunt pelago proras; tum dente tenaci
ancora fundabat navis et littora curuae
praetexunt puppes.

In his Peerlkampium iure offendit imperfectum *fundabat* inter tot verba praesentis temporis, neque tamen ideo hos versus et tres sequentes Vergilio abiudicandos esse censeo.

Emendatione opus est, cuius viam monstrat locus Claudiani, ab ipso Peerlkampio laudatus, de consulatu Malli Theodori, vs. 113:

iam tibi compositam fundaverat ancora puppim,

quae verba quum sine dubio nostro loco sublecta sint, audacter hunc sic lege:

IAM *dente tenaci*
ancora fundaRat navis.

Scribebam Harlemi
Id. Maiis anni p. C. N. MDCCCLXXVII. T. J. HALBERTSMA.

(Continuabitur).

Anecd. Bekkeri pag. 79. 31. Ἀθετεῖν φασὶν οὐ δεῖν λέγειν ἀλλ' ἀναίρειν (leg. ἀναιρεῖν). ΙΑCIN οὖν ὁ γραμματικὸς μέμφεται ἐπὶ τῇ λέξει Ἀρίσταρχον. Quis est ille Aristarchi reprehensor? Suspicor: Ἰξίων ὁ γραμματικός.

Anecd. Bekk. pag. 388. 20. Ἀμφήριστον: ἄνισον, ἀμφίβολον, imo contrarium Ἴσον.

Magistri dicendi vitiis librorum decepti passim te nisi caveris ludificabuntur. In Bekkeri Anecdotis est pag. 390. 20. Ἀναίδην: ἀθρόως, σφοδρῶς ἢ ἀπηρυθριαμένως. Satis nunc constat inter omnes ἀναίδην nihil esse proque eo ubique ἀνέδην restitui oportere. Similiter pag. 398. 25. Ἀνθσίμου: ἀνήλισκε. dederunt pro notissimo ἈνΑΙσίμου.

C. G. C.

OBSERVATIONES

CRITICAE ET PALAEOGRAPHICAE

AD

IAMBLICHI

VITAM PYTHAGORAE.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS ex Coele-Syria *de vita Pythagorica* liber — illustratus a LUDOLPHO KUSTERO. Amstelodami 1707.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS ex Coele-Syria *de vita Pythagorica* — recognovit M. THEOPHILUS KIESSLING. Lipsiae 1815.

Multis locis et in Annotationibus ad Orationem *de arte interpretandi*, et in *Variis Lectionibus* et alibi commemoravi praestantissimum Codicem Bibliothecae Mediceae, in quo Iamblichi scripta continentur, cuius primum librum *περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου* quum Florentiae essem qua potui summa cura et diligentia in pulvisculo excussi. Facile intellexi reliquos omnes Codices huius unius Archetypi apographa esse.

„*Adhibiti adhuc sunt* (ut scripsi in Annott. ad Orationem *de* . I. pag. 110.) *tres Codices a tribus Editoribus, Franequeranus* *Arcerio, qui primam fecit Iamblichi* (*de* V. P.) *editionem, Parisinus a Kustero, qui secundam, Cizensis a Kiesslingio, qui tertiam. Est autem Codex Arcerii futilissimus et pessimus liber lacunis mendisque scatens, aliquanto melior Parisinus, quem longe*

superat bonitate Cizensis, qui ipse adeo multo deterior est Florentino, unde cum reliquis omnibus est propagatus.

Nulla igitur supererit in illo scriptore lectionis varietas, postquam de lectionibus Laurentiani libri constabit."

Itaque quum cepissem consilium observationes quasdam Criticas ad hunc Iamblichi librum conscribendi, necessarium esse visum est Laurentiani Codicis scripturas ordine omnes in lucem proferre, unde omnis huius libri emendatio proficisci deberet abiectis quisquiliis quibus tres Editores textum Iamblichi onerassent. Indicavi igitur omnem scripturae discrepantiam ubi in Florentino Codice aliter (et fere semper melius) scriptum est quam in Kusteriana Editione, in qua re ita versatus sum ut minuta lectionis menda et tralaticia raro attingerem, minutissima et pervulgata praeterirem et silentio damnarem [1]). Observationes palaeographicas ubi res ferebat et quantum per typos licebat addidi, sed sunt quaedam de genere hoc, quae verbis describi non possunt. Editur e. g. Ἡρακλέα pro ἡρακλέους, Ἄμειρος et Ἄδικος pro Εὔμοιρος et Εὔδικος, quae scribuntur forma tam simili ut nisi diligenter hoc agas fugiat te discrimen, quemadmodum omnes apographorum descriptores fugit. In hisce igitur mihi credi velim donec quis alius aut arte photographica aut alia qua ratione Codicis scripturas fidelibus oculis subiicere potuerit.

Expromam igitur ordine lectiones omnes novas et memorabiles, quas in Codice Florentino repperi, addam eas quoque, quibus Criticorum coniecturae Codicis Archetypi auctoritate confirmantur et omnino eas omnes, de qua aliqua dubitatio aut controversia Criticis subnasci possit, in qua re malui paucula fortasse non omnino necessaria adiicere quam omittere quippiam quod Editori novo esset usui. Enotavi autem ex Codice plurima quia tanta erat illo tempore Florentiae librorum Graecorum penuria, ut Arceriana editione pessima et vitiosissima contentus esse deberem.

---

1) Quid prodest scire in § 9. *σὐμορφώτατος* esse in F. scriptum et § 58. *κνοῦ* pro *καινοῦ* et § 65. *περικαλεςάτην* et § 67. *λεύσεσκε*. In antiquissimis libris saepe legitur *οὐδέν μοι μέλλει* et *τί σοι μέλλει*, et contra *μέλω λέγειν* et *μέλω ποιῆσαι*. Stultum est haec ubique sedulo annotare.

mblichus V. P. I. 1. Kusteri: *ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας* IC *θεὸν* ΔΗ*που παρακαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν, ἐπὶ* τῇ *τοῦ θείου* Πυθαγόρου *δικαίως ἐπωνύμῳ — πολὺ δήπου μᾶλ-ἁρμόττει τοῦτο ποιεῖν.* Florentinus recte *ὁρμῇ*. Praeterea bendum *θεὸν* 'AΘΙ *που παρακαλεῖν* ex Platonis loco (quem sling. indicavit) in *Timaeo* pag. 27. *a. πάντες ὅσοι καὶ κατὰ χὺ σωφροσύνης μετέχουσιν ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ ἄλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν.* Notanda confusio : — ΔΗ. Non potuit *δήπου* illo loco poni propter *δήπου* d sequitur.

a 9. 1. *πρὸς γὰρ τοῦτΟ καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος* ιαίρει *τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν ὥστε ἐξαίφνης αὐτὴν* [*μὴ*] *κατι-*. Kuster. *πρὸς γὰρ τούτΩΙ*, quod Flor. confirmat, sed per-m idem *μή* inseruit: namque sententia est: *ἀδύνατόν ἐστιν ὥπῳ ἐξαίφνης αὐτὴν κατιδεῖν.* Pro *ἀδύνατόν ἐστιν ἀνθρώπῳ* iisitius dixit *ὑπεραίρει τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν*, sed significat sus idem.

a sq. veram lectionem solus Flor. servavit hanc: *ἀλλὰ μό-ἄν τίς του τῶν θεῶν εὐμενοῦς ἐξηγουμένου.* Vulgo *του* omisso ɔitur *εὐμενῶς ἐξηγουμένων.*

a Codice de more scriptum est: *ἄν τῖς τοῦ τῶν θεῶν* pro *τίς του*, et *εὐμενοῦς* („ *ους* compendio) et *κατὰ βραχύ.*

a § 2. *παρακαλέσαντες τοὺς θεοὺς ἡγεμόνας — ἐπώμεθα ᾗ ἂν* ΓΤ*ωσιν.* Flor. paullo melius *ἄΤΤωσιν.* Vera lectio est: *ἐπώ-ε ᾗ ἂν ἄΓωσιν*, ut in Platonis *Phaedro* pag. 237. *d. δύο τινέ* ἰδέα —, *οἷν ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγωσιν.*

a sqq. *ἄλλαις τε πολλαῖς τοιαύταις δυσκολίαις* ΠΑΡΑ*ποδίζε-*. Melior forma et usitatior est ΠΑΡΕΜ*ποδίζεσθαι*, et saepe *παπεσεῖν — παρεμπεσεῖν* et sim. inter se confunduntur.

a § 3. pro *κατοικήσαντα τὴν Σάμον* recte Fl. *κατοικήσαντα ην*, ut post pauca *ἀντὶ τῆς σάμης* pro *Σαμίης.* In oraculo . scribe

Ἀγκαῖ' εἰναλίΗΝ νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σε
οἰκίζειν κέλομαι.

pro *εἰναλίαν.*

In § 4. *αἱ τῶν θεῶν τιμαὶ καὶ θυσίαι — μετΗΓμέναι τυγχάνουσιν ἐκ τῶν τόπων ὅθεν τὰ πλήθη τῶν ἀνδρῶν συνῆλθεν.* Quia in tali re *μεταφέρειν* usu tritum est, non *μετάγειν*, verum esse arbitror *μετΘΝΗΝΘΓμέναι.* Notum est saepissime ΗΝΕΧΘΗΝ et ΗΧΘΗΝ permisceri in simplici verbo et in compositis.

In § 4. *ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενειῶν καὶ τῶν μετ' ἀλλήλων συνόδων.* Excidit aliquid ad sententiae integritatem necessarium, veluti *ἀλλὰ καὶ (δῆλόν ἐστιν ἐκ) τῶν συγγενειῶν κτἑ.*

In fine § Flor. *τοῦ τὴν ἀποικίαν στείλαντος.* Vulgo *τήν* omittitur.

In § 5. melioribus numeris scribendum: *Πυθαγόρην δν Θτιπε* pro *Πυθαγόραν τ' ὂν τίκτε.*

In § 7. (*Mnesarchus*) *τὸν γενόμενον υἱὸν* Πυθαγόραν *προσηγόρευσεν ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ* Πυθίου *προηγορεύθη αὐτῷ.* Aristippus contra apud Diogenem Laërt. VIII. 21. auctor est *Πυθαγόραν αὐτὸν ὀνομασθῆναι ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ* Πυθίου. Utra opinio est potior? Ambae sunt perinde absurdae nec fundum ullum habent. Ludere hoc est non serio aliquid veri docere. Quid facias enim nominibus *Διαγόρας*, *Ἑρμαγόρας*, *Εὐαγόρας*, *Ἀριστοκράτης*, *Ἀναξαγόρας* caeterisque? Non sunt autem hae, ut appellantur, *ἐτυμολογίαι*, sed merae *ψευδολογίαι* tam futiles quam inutiles.

In § 7. *μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω.* Soli Athenienses in iureiurando dicebant *νὴ τὸν Ἀπόλλω* et *νὴ τὸν Ποσειδῶ*, in caeteris constanter omnes *τὸν Ἀπόλλωνα* appellant. Causa erroris ex Flor. intelligitur, in quo *τοῦ ἀπόλλ̃*, *τῷ ἀπόλλ̃*, *τὸν ἀπόλλ̃* scriptum est pro *Ἀπόλλωνος*, *Ἀπόλλωνι*, *Ἀπόλλωνα*. Passim eadem de causa apud alios mendose scribitur *τὸν Ἀπόλλω* pro *τὸν Ἀπόλλωνα.*

Legitur in Codice *τὸν ἀπόλλ̃* § 7. 52. 53. 91. 135. 140.

2. 177. τοῦ ἀπόλλ scriptum est in § 136. in quo errari non terat.

Praeterea ex Fl. lege καὶ κύουσαν αὐτὴν ἐκ μὴ οὕτως ἐχούς κατασῆσαι, pro κυούσης. Agnoscimus in his Iamblichi versitatem, qui prorsus supervacaneum ἐκ μὴ οὕτως ἐχούσης adiecit.

In § 8. (*Pythagoras*) ὑποφυομένης τῆς Πολυκράτους τυραννίδος — κτωρ λαθὼν πάντας μετὰ τοῦ Ἑρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, ιεωφύλου δὲ ἐπικαλουμένου (ὃς ἐλέγετο Κρεωφύλου ἀπόγονος εἶναι ὁμήρου ξένου τοῦ ποιητοῦ γενέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος τῶν τάντων), μετὰ τούτου πρὸς τὸν Φερεκύδην διεπόρθμευσεν. Perdicuum est quaedam excidisse. Frustra igitur nonnulla leviter ntantur, quum lacunae sit quaerendum supplementum. Huiusmodi quid Iamblichus dixerat: ὃς ἐλέγετο Κρεωφύλου ἀπόγονος ναι Ὁμήρου ξένου τοῦ ποιητοῦ (καὶ δοκεῖ τότε τῷ Πυθαγόρᾳ) νέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος τῶν ἁπάντων. Deinde post longiom παρένθεσιν orationis filum resumens de more dixerat: μετὰ ΥΤΟΥ ΟΥΝ πρὸς τὸν Φερεκύδην διεπόρθμευσεν.

Pythagoram iuvenem senis Hermodamantis auditorem fuisse emoriae prodidit Diogenes Laërt. VIII. 2. οὗτος (*Pythagoras*) ουσε μὲν Φερεκύδου τοῦ Συρίου, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν εν εἰς Σάμον καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεωφύυ ἤδη πρεσβυτέρου. Sed adversis frontibus inter se pugnant mblichus et Diogenes, quorum alter Pythagoram cum Hermodamante ad Pherecydem profectum memorat, alter post ιerecydis mortem rediisse Samum et Hermodamantem iam ιiorem audivisse. Numquam te ex his molestiis expedies oniam multi scriptores leves et futiles ἐκ τῶν τυχόντων πακουσμάτων sua componere solebant temporum, rerum, homim perinde ignari. Negligentiores etiam et ab iudicio infrιiores quam caeteri sunt Diogenes et Iamblichus.

In § 9. ἱερὸν ἐδείματο τῷ Ἀπόλλωνι ΠΥΘΙΩΙ ἐπιγράψας. Recte . ΠΥΘΙΟΥ, ut in tali re semper dici solet.

In § 11. ἔτι ἐφήβου ὄντος πολλὴ δόξα εἴς τε Μίλητον πρὸς κλῆν καὶ εἰς Πριήνην πρὸ Βίαντα διεκομίσθη τοὺς σοφοὺς καὶ

τὰς ἀσυγείτονας πόλεις ἐξεφοίτησεν. Desideratur praepositio καὶ ЄIC τὰς ἀσυγείτονας πόλεις.

In § 13. ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδόνα φύσει τε αὐτοῦ πατρίδα πεπЄIσμένος εἶναι καὶ ΚΑλῶς οἰόμενος ἐκεῖθεν αὐτῷ ῥφονα τὴν εἰς Αἴγυπτον ἔσεσθαι διάβασιν. Pro πεπεισμένος mirum neminem vidisse scribendum esse πεπυσμένος, quod solus F. servavit.

Ineptum est etiam καὶ καλῶς οἰόμενος, sed tu repone καὶ ΑΛλως οἰόμενος.

In sqq. scribitur: ἐνταῦθα ΔЄ συμβαλὼν τοῖς τε Μώχου τοῦ φυσιολόγου προφήτAIC ἀπογόνοις καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ Φοινικοῖς ἱεροφάνταις. Legitur in F. ἐνταῦθα ΔH et φυσιολόγου προφ̄ῆ id est προφήτOT (et in margine: μῶχος ὁ φυσιολόγος προφ̄ῆ). deinde καὶ τοῖς ἄλλοις φοινικοῖς, leg. ΦοινιΚIκοῖς.

In § 14. καὶ εὐλαβείᾳ τοῦ μή τι αὐτὸν τῶν ἀξιομαθήτων διαλάθHI — φυλαττόμενA. Necessarium φυλαττόμενON F. obtulit. Praeterea lege τοῦ μή τι αὐτὸν — διαλαθЄIN. Compendium syllabae ειν et η vix oculis discernuntur et passim haec inter sese confundi videbis.

Diserte in F. scriptum est εὐλαβείᾳ τοῦ μή τι. Kuster de suo substituit ἵνα μή τι.

Sequitur: προμαθὼν ὅτι — ἀπόγονα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν τὰ αὐτόθι ὑπάρχЄI. Alii ὑπάρχοντας. Nempe in F. scriptum est ὑπ̄ά̄ρ.

In § 14. nautae ex Aegypto Pythagoram· ἄσμενοι ἐδέξαντο τήν τε ὥρὰν αὐτοῦ κερδῆσαι καὶ εἰ ἀποδοῖντο τὴν πολυτιμίαν προЄIΔόμενοι. ἐπεὶ μέντοι κτέ. Emenda: ἀπόδοιντο et προЄΛόμενοι, et ἔπειΤA μέντοι.

In § 15. κατὰ τὸν πλοῦν ἐγκρατῶς αὐτοῦ καὶ σεμνῶς — διαΤάΤΤοντος ἄμεινον περὶ αὐτOT διατεθέντες. Verum vidit Kuster. διάγοντος reponens. Deinde lege περὶ αὐτON διατεθέντες, ut fert omnium dicendi consuetudo.

In § 15. excidit copula et verba male divisa sententiam loci

perverterunt. Editur: — *ἐνέβη καὶ σιωπῇ ἐκάθισεν, ἔνθα μάλιστα οὐκ ἔμελλεν αὐτοῖς ἐμπόδιος ἔσεσθαι ναυτιλλομένοις παρ' ὅλον τὸν πλοῦν, ἐφ' ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος διέμεινεν*, quae sic constituenda sunt: — *ἐκάθισεν ἔνθα μάλιστα — ναυτιλλομένοις* (ΚΑΙ) *παρ' ὅλον τὸν πλοῦν ἐφ' ἑνὸς — σχήματος διέμεινεν.*

In § 16. *τὸν πρόσλοιπον εὐφημότατΟΝ πλοῦν διεξήνυσαν.* Optime F. *εὐφημότατΑ.* Non erat enim *ὁ πλοῦς εὔφημος*, sed *οἱ πλέοντες.*

Saepissime in talibus Codices ultimas literas omittunt, ut in § 22 *φιλοτιμότατα καὶ σπουδαίως* in F. legitur *φιλοτιμοῖ*, et sic passim. Itaque nostrum est ubique constituere sitne adiectivum an adverbium an nomen, quoniam *βεβαιότατος* et *βεβαιότατα* et *βεβαιότητα eodem* modo scribuntur.

In § 17. *μέχρι τῆς εὐτυχεστάτης συμβάσης αὐτοῖς καὶ ἀκυμάντου ΠΑΡΟΔΟΝ εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ᾐόνα τοῦ σκάφους προσοχῆς.* Pro *παρόδου* Florentinus *πάροδον* habet. Utraque lectio mendosa est. Reponendum esse arbitror: *καὶ ἀκυμάντου παρ' ὅλον (τὸν πλοῦν) εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ᾐόνα*, ut supra § 13. *παρ' ὅλον τὸν πλοῦν ἐφ' ἑνὸς σχήματος διέμεινεν.*

In § 17. Pythagoras expositus in littore Aegypti refectis cibo viribus *εἰς τὰς ἐγγὺς διέσωσε συνοικίας.* Manifesto mendosum est *διέσωσε.* Coniiciunt *διεσώΘΗ*, sed *διασωθῆναι* frequenti omnium usu de iis dicitur qui ex praesenti periculo elapsi in patriam, aut ad suos, aut in tutum denique *salvi et incolumes pervenerunt*, quod non cadit in Pythagoram, qui sine ullo discrimine ex ora maris in proxima habitacula se recepit; sed nihil quod probabile esset ex *διέσωσεν* extundere potui.

In § 17. *ἐπιΚΙνήσαντές τε ὅσον εἶχον ἀκροδρύων.* Kusteri emendationem *ἐπινήσαντες* F. confirmavit. Deinde scrib. *ὅπΟΙπερ καὶ προέκειτο αὐτοῖς ὁ πλοῦς* pro *ὅπΟΤπερ.*

In § 18. *οὐ παραλείπων οὔτε ἀκούσΑΣΘΑΙ — οὔτε ἄνδρα — οὔτε τελετήν.* Foedissimum mendum est *ἀκούσασθαι.* Etiam nunc Fl. lucem et salutem attulit, in quo est *οὔτε ἄκουσΜΑ.* Idem

in sqq. *οὔτε τελετὴν τῶν ὁπΩCδήποτε τιμωμένων* solus servavit Iamblichi manum *ὁπΟΤδήποτε*.

In § 19. *ὑπὸ τῶν τοῦ Καμβύσου αἰχμαλωτισθείς*. Optime F. et usitato more *ὑπὸ τῶν σὺν καμβύσῃ*.

Post pauca legitur: *θεῶν θρησκείαν ἐντελεςάτην ἐκμαθών*, nullam opem fert F. sed etiam sine libris satis constat *ἐντελέςατΑ* verum esse.

Ibid. *τοῖς μάγοις ἀσμένοις συνδιατρίψας*, quod Kuster. coniecit *ἀσμένοις ἄσμενος* diserte in F. scriptum est.

In sqq. *ἄλλα τε δώδεκα* CTN*διατρίψας ἔτη*. Vera lectio est in F. *δώδεκα* ΠΡΟC*διατρίψας*.

Nulla fide dignum est quod Iamblichus narrat Pythagoram per XXII annos in Aegypto et XII annos Babylone cum Magis una fuisse, sed de Pythagorae aetate et Iamblichi in notandis temporibus negligentia alio loco commodius dicetur.

In § 21. *μηδενὸς οὖν αὐτῷ προσΤΡέχοντος μηδὲ γνησίως ὀρεγομένου τῶν μαθημάτων*. Paene risum movet *προστρέχοντος*, quod diserte in F. scriptum est. Reperta est olim vera lectio ab Heraldo et Reinesio et a Kustero probata *μηδενὸς οὖν αὐτῷ προσϵχοντος*.

In § 21. Pythagoras *γεῦσαι πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας*. Nesciebat Iamblichus quam inepte loqueretur. Nempe *πατριῶται οἱ δοῦλοί εἰσιν ἀλλήλων*, ut Photius scribit, et *πατριῶται* de hominibus dictum (non de equis) et *ὦ πατριῶτα* constanter de servis et a servis inter se confabulantibus usurpantur, qui communem *patriam* habebant, sed *civitatem* non habebant. Comicus apud Athen. pag. 487. *c*.

καὶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνω, φησὶ, σοὶ,
πατριῶτα.

Pherecrates apud Schol Aristoph. *Av.* 1294.

οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύσειν εἰς τὴν Αἴγυπτον (add. *ἰόντα*)
* * * * *ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.*

demonstrat hoc vocabulo Lycurgum esse *ξένον καὶ βάρβαρον*.

In vicinia: *γεῦσαι μὲν πάντως — εἰ καὶ μὴ ἐκόντας ἀλλ' οὖν ἐπινοίᾳ καὶ μεθόδῳ.* Periit necessaria vocula *ἀλλ' οὖν ἐπινοίᾳ* Γϵ *καὶ μεθόδῳ.*

In § 21. *παρατηρήσας εὐφυῶς τινὰ — σφαιρίζοντα τῶν φιλογυμνασούντων μὲν καὶ σωμασκούντων, πενήτΩΝ δ' ἄλλως καὶ ἀπορωτέρΩν.* Corrigendum: *πένητΑ δ' ἄλλως καὶ ἀπορώτερΟΝ.* Vitii origo manifesta. Compara Dionysium Halic. A. R. pag. 1763. *τῶν ἐπαινουμένων τις δι' ἀρετὴν καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος.* et pag. 1052. *ἄνδρα τῶν ἠμελημένων μὲν διὰ πενίαν, τὰ δὲ πολέμια γενναῖον.*

In § 21. *λογισάμενος ὅτι εὐπειθῆ ἕξει εἰ τὰ ἐπιτήδεια ἔκπλεα [τις] αὐτῷ ἀμεριμνοῦντι παρέχοι.* Scribe *τἀπιτήδεια* et expunge absurde additum *τις*, quasi de ullo alio quam de Pythagora ipso haec dici possent.

In § 22. *ὑποσχομένου δὲ τοῦ νεανίου — τὴν δι' ἀριθμῶν μάθησιν καὶ γεωμετρίας ἐνάγειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο ἐπ' ἄβακος τὰς ἑκάσου ἀποδείξεις ποιούμενος.* Recte adscripsit Kuster. *„haec utique sana esse non possunt. Quis enim sic Graece loquatur."* Sed quod ipse coniecit et Kiessling. probavit nullam habet veri speciem. Diu me hic locus torsit: tandem aliqua lux affulgere coepit. Legendum esse existimo: *Ἄγειν αὐτόν* pro *ἐνάγειν*, et *μάθησιν* delendum. Dixerat Iamblichus: THN *δι' ἀριθμῶν καὶ γεωμετρίας ἄγειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο*, ubi tralaticio more *ὁδόν* cogitatione supplendum.

Fugiebat hoc sciolum, qui nomen deesse opinatus de suo inseruit *τὴν δι' ἀριθμῶν [μάθησιν]* et sic corrupit omnia. Quam recte dicatur *ἄγειν τινὰ ὁδόν τινα*, et *ἄγειν τινὰ τὴν δι' ἀριθμῶν καὶ γεωμετρίας* non opus est multis exemplis ostendere. Satis est duos locos adscribere ex Xenophontis *Memorabilibus* II. 1. 29. *ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν (ὁδὸν* del.) *ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε.* et IV. 6. 15. *διὰ τῶν μάλιστα ὁμολογουμένων ἐπορεύετο*, et post pauca: *ὡς ἱκανὸν αὐτὸν ὄντα διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις ἄγειν τοὺς λόγους.*

In § 22. *παντὸς σχήματος [ὅ ἐστι διαγράμματος* sic F.] *μισθὸν*

παρεῖχε τῷ νεανίᾳ τριώβολον. Kiessling sensit ὅ ἐςι διαγράμματος alienae manus esse additamentum. Σχῆμα est nomen antiquum et obsoletum, διάγραμμα vulgare.

In § 23. συνιδὼν τὸ γενόμενον ὁ σοφός — πενίαν ὑπετιμήσατο. Recte F. τὸ γινόμενον, quod loci sententia requirit. Ὑποτιμᾶσθαι pro προφασίζεσθαι frequens est sed apud seriores et deteriores, et locus in quo versamur ab ipso Iamblicho scriptus est ut vitiosa et loquax oratio arguit, veluti οὐκ ἂν ἐκὼν ἀποςαίη οὐδὲ ἀπόσχοιτο, πενίαν καὶ ἀπορίαν τῶν τριωβόλων, εἰς ποριςμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς, ἀνονήτοις ματαιοπονήμασιν et sim.

In § 24. ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων οἷός Τ' εἰμὶ μανθάνειν. Lege οἷός εἰμι, id est προθυμοῦμαι.

In § 24. κατὰ γὰρ ἕκαςον σχῆμα τριώβολον καὐτός σοι ἀντιπαρέξω. dele molestam copulam et lege τριώβολον αὐτός.

In § 25. λέγεται — θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον προσελθόντα [αὐτὸν del.] πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον καὶ τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμὸν καὶ τοῦτον θεραπεύσαντα. Et res et oratio laborat. Emendandum esse arbitror: πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον [καὶ del.] τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμὸν καὶ τοῦτον MONON θεραπεύσαντα. cf. § 35. ὅτε εἰς Δῆλον κατέπλευσεν. ἐκεῖ τε γὰρ πρὸς μόνον τὸν βωμὸν τὸν τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος προσευξάμενος, ὃς μόνος ἀναίμακτός ἐςιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ.

Diogenes Laërt. VIII. 13. narrat Pythagoram βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Γενέτορος — διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ (τὰ del.) πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδέν.

Haec omnia ex uno et eodem fonte manarunt. Ex iis autem quae Diogenes continuo addidit: ὥς φησιν Ἀριςοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ facile colligas illius rei notitiam Aristoteli deberi. Quod autem dixit: τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Γενέτορος, ὅς ἐςιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, oculatum testem arguit.

Est etiam alius eiusdem rei testis et auctor Timaeus apud

ɜnsorinum *de* D. N. cap. 2. *Deli ad Apollinis Genitoris aram, Timaeus auctor est, nemo hostiam caedit.* Timaeus in libro IX iɜtoriarum plurima de Pythagora et Pythagoreis scripserat, ıorum pars aliqua sine auctoris nomine et alibi et potissimum . Diodori Siculi Excerptis ex libro X superest.

In § 26. *νομίζοντες περὶ τῶν καλῶν — ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ποιῆσθαι τὴν ζήτησιν, ἐν ᾧ κατεσκεύασεν ὁ πάντων τούτων ποιησάμενος τὴν ἐπιμέλειαν.* Optime F. *νομίζοντες δεῖν περὶ τῶν καλῶν.* In fine pro *ἐν ᾧ κατεσκεύασεν* corrige *ΤΟΝ κατεσκεύασεν.*

In § 27. *τοσοῦτον διήνεγκεν ὕστερον τῶν τοῖς ἐκείνου μαθήμασι χρησαμένων.* Transpone *διήνεγκε τῶν ὕστερον.* Praeterea offendo in *τοῖς ἐκείνου μαθήμασι.* Optime intelligerem *τοῖς ἐκείνου ΘΤΡήμασι.* cf. perelegantem Dicaearchi locum in § 43. *τὴν παιδείαν ἐπιδεικνύων κοινὴν οὖσαν εὐφυΐαν τῶν ἐν ἑκάστῳ τῷ γένει πεπρωτευκότων· τὰ γὰρ ἐκείνων εὑρήματα ταῦτα τοῖς ἄλλοις γεγονέναι παιδείαν.*

In § 27. *Πυθαγόρας δὲ συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην καὶ ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτῆς ὅλαις ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς γεωμετρικαῖς διέλαCΘN.* Corrupta sunt ultima sed in uno verbo Florentinus verum servavit. Scriptum in eo est *διέλ̄*, id est *διέλαBΘN*, ut alibi *κατέλ̄* et *παρέλ̄*, et est hoc compendii genus a *λαβεῖν, λαβών* et sim. frequentissimum. *Διέλασεν* pro *διήλασεν* aperte absurdum est. *Διαλαβεῖν* noto usu est *exponere, explicare, explanare*, et pro *αὐτῆς* reponendum *αὐτήν.* Restat scrupulus in *ὅλαις* et in articulorum usu, de quo alii viderint. Legitur § 33. *κατέλ̄* pro *κατέλαβεν*, et § 147. *παρέλ̄* pro *παρέλαβεν.*

In § 28. — *βουλομένων κοινωνεῖν τῆς παρ' ἐκείνΟΥ παιδείας.* Corrigendum *παρ' ἐκείνΩΙ.* Etiam alibi sic peccatum. Cf. § 92. Recte dicitur *παιδευθῆναι παρά τινι*, non *παρά τινος*, neque comparanda sunt *ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, ἡ παρ' ἐμοῦ εὔνοια, τὸ παρ' ἐμοῦ δῶρον* et sim. quorum diversa est ratio.

In § 28. *συνιδὼν ὅτι τοῖς τῆς πατρίδος νόμοις πειθομένHN*

χαλεπὸν αὐτοῦ μένοντOC φιλοσοφεῖν. Rem acu tetigit Kusterus πειθόμενον et μένοντα reponens et hinc dicit „*patere, quam male liber hic Iamblichi a librariis acceptus sit.*"

In F. diserte scriptum est πειθόμενον et μένοντα, sed sic ut palaeographiae imperitus aliquis facile in terminatione errare possit, ut apographorum scriptores erraverunt.

In § 28. φεύγων — τὴν περὶ παιδείAC ὀλιγωρίαν. quod solum Graecum est περὶ παιδείAN F. obtulit. Quemadmodum enim dicitur σπουδάζειν περί τι, sic contrario sensu ὀλιγωρεῖν περί τε dicebant.

Est in vicinia § 28. locus qui Crotone sanior in omnibus Codicibus fertur sed Criticorum erroribus multifariam vexatus et ultro vitiatus est. In F. et in apographis sic legitur: ἐπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν πατρίδα ἡγησάμενος τὴν πλειόNΩN εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν οἰκικῶς ἔχουσαν χώραν. Reliquas infelices correctiunculas silentio praetereo; pro πλειόνων in textum receptum est πλείονας et sic omnis sana interpretatio periit. Sequiorum consuetudo fert ut οἰκικῶς ἔχειν sit φέρειν δύνασθαι, et sic quae regio *virorum ingeniosorum ferax* est dicitur ἀνδρῶν εὐφυῶν οἰκικῶς ἔχειν. Pro εὐφυῶν Iamblichus dixit εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν et Pythagoras Italiam, *quae complurium acutorum virorum ferax esset*, pro patria habuisse narratur, id est τὴν πλειόνΩN εὖ ἐχόντΩN πρὸς τὸ μανθάνειν οἰκικῶς ἔχουσαν, plane ut in Codicibus scriptum est. Οἰκικῶς ἔχειν idem est quod οἰκικὸν εἶναι ex perpetua Graecorum consuetudine, ut dicitur ἀναγκαίως ἔχειν, ὀλιγώρως ἔχειν, εὖ, καλῶς, ὀρθῶς ἔχειν et alia innumerabilia.

In § 29. (*Pythagoras*) πολλοὺς ἔσχε ζηλωτὰς ὥστε ἱστορεῖται ϵΞακοσίους αὐτὸν ἀνθρώπους ἐσχηκέναι οὐ μόνον ὑπ' αὐτοῦ κεκινημένους εἰς τὴν φιλοσοφίαν ἧς μετεδίδου, ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον κοινοβίους — γενομένους. Consentiens vox testium omnium est non *sexcentos* sed *trecentos* fuisse in Pythagorae sodalitio τοὺς κοινοβίους. Itaque TPIακοσίους verum est. Facile haec confundebantur, quia τρ uno ductu sic scribitur ut ξ esse videatur. Diogenes Laërt. VIII. 3. (*Pythagoras*) ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς,

οἱ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικὰ ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν, ubi plura Menagius attulit. Multo plures habuit Pythagoras *auditores*, qui ἀκουσματικοί appellabantur neque fortunas suas omnes in commune contulerant, de quibus dixit Diogenes Laërt. VIII. 15. τῶν ἑξακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ τὴν νυκτερινὴν ἀκρόασιν ἀπήντων αὐτοῦ. Iamblichus § 30. καὶ οὗτοι μὲν (οἱ τριακόσιοι) ἦσαν οἱ Φιλοσοφοῦντες, οἱ δὲ πολλοὶ ἀκροαταὶ, οὓς ἀκουσματικοὺς καλοῦσιν. Sunt haec cum superioribus arcte coniungenda. In sqq. lacuna est sic explenda: (οὕτω δὲ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἐπέστρεψεν ὥστε) ἐν μιᾷ μόνον ἀκροάσει κτέ. ex Porphyrii *vita Pythag.* § 20.

De numero *trecentorum* luculentum testimonium est apud ipsum Iamblichum § 260. ubi Pythagorae accusator *turpe esse* ait τοὺς τριάκοντα μυριάδων περὶ τὸν Τράεντα ποταμὸν περιγενομένους ὑπὸ τοῦ ΧΙΛΙΟΣΤΟΥ μέρους ἐκείνων ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φανῆναι κατεσασιασμένους.

In § 30. πλείονες ἢ δισχίλιοι τοῖς λόγοις ἐνεστχέθΗCAN ἀλλ' ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶ κτέ. Huic quoque loco salutem attulit solus F. in quo ita scriptum est: — ἐνεστχέθΗCAN, αἱρεθέντες αὐτοὶ κατὰ κράτος οὕτως ὥστε οὐκέτι οἴκαδε ἀπέστΗCAN ἀλλὰ ὁμοῦ. Repetitum in vicinia HCAN lacunam peperit. Restat vitium in οἴκαδε ἀπέστησαν. sed quia sententia manifesto haec est: *non amplius domum* REDIERUNT, in promtu est ἀπεΝΟστησαν.

Idem mendum est in Porphyrii *vita Pythagorae* § 20. μιᾷ μόνου ἀκροάσει, ὥς φησι Νικόμαχος, ἣν ἐπιβὰς τῆς Ἰταλίας πεποίηται πλέον ἢ δισχιλίους ἐλεῖν τοῖς λόγοις, ὡς μηκέτι οἴκαδε ἀποστῆναι ἀλλ' ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν κτέ. Vides unde Iamblichus sua sumserit, sed pro ἀποστῆναι necessario ἀποΝΟCΤΗCΑΙ est restituendum.

Simul ex utriusque loci comparatione hoc discimus Iamblichum ubi eadem narrat quae Porphyrius non ea ex Porphyrio describere sed ex communi fonte sumere, ut h. l. ex Nicomacho. Conficimus hoc ex eo quod de re eadem non ambo iisdem verbis neque eadem sententiae conformatione utuntur, ut h. l. factum videmus. Iamblichus enim Nicomachum pressius sequitur quam Porphyrius.

Ibid. ὁμακόειον παμμέγεθες ἱδρυσάμενοι. F. ὁμακόειόν τι παμμέγεθες, ut est etiam apud Porphyrium. Saepius legitur vitiosa forma ὁμακόϊον, sed certa analogia postulat ὁμακοεῖον ut διδασκαλεῖον, στρατηγεῖον, ἰατρεῖον, alia sexcenta. Ὁμάκοος et ὁμακεῖον vocabula sunt in Graecia maiore nata.

In § 30. Pythagorae auditores et admiratores eum dicebant ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σωτήριον ἔναυσμα χαρίσηται τῇ θνητῇ φύσει, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτε ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ δωρηθὲν ἐκ θεῶν [διὰ τοῦτο τοῦ Πυθαγόρου]. Absurdum et puerile emblema expungi oportere facile intelligitur. Quae praecedunt decantata sunt verba Platonis in *Timaeo* pag. 47 *b*. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

In § 30. in fine: ἔτι καὶ νῦν ἡ παροιμία τὸν ἐκ Σάμου κομήτην ἐπὶ τΩΙ σεμνοτάτΩΙ διακηρύττει. Legendum ἐπὶ τῶν σεμνοτάτων, ut postulat dicendi usus. Nihil hac forma in proverbiorum explicatione tritius, ut apud Zenob. V. 27. ξαίνεις εἰς πῦρ: λέγεται ἡ παροιμία αὕτη ἐπὶ τῶν μάτην κακοπαθούντων, et sic μυριάκις in caeteris.

Quid sit apud Iamblichum ἔτι καὶ νῦν ambiguum est, quia bona pars eorum quae scribit ex antiquioribus et nonnullis pervetustis auctoribus descripta sunt. Veluti in § 26. (*Pythagoras*) διατριβὴν ἐν τῇ πόλει κατεσκευάσατο Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν (sic F.) ἡμικύκλιον, ἐν ᾧ ΝΤΝ Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν βουλεύονται, ubi νῦν non est ad Iamblichi aetatem referendum, sed ad Aristotelis aut Aristoxeni.

In § 31. περὶ θεῶν μὲν καὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων, perturbatus est in his ordo, quem Pythagoreorum opinio postulat, qui τοὺς θεούς primo loco, secundo τοὺς δαίμονας, tertio τοὺς ἥρωας sive τοὺς ἡμιθέους ponebant. vid. § 37. καὶ καθόλου (μᾶλλον τιμωμένους) τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους δὲ τῶν ἡμιθέων, τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ubi vides promiscue eosdem et ἡμιθέους et ἥρωας nominari.

Ex eodem fonte unde haec Iamblichus sumsit manavit id

quod Diogenes Laërt. scribit VIII. 22. *καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων πρεσβυτέρους, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα γονέας.* Itaque transposuerim *καὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων*. Similiter (Pseudo)-Zaleucus in *Legum prooemio* apud Stob. *Anthol.* XLIV. 20. *μετὰ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ ἥρωας γονεῖς — σύνεγγύς εἰσι ταῖς τιμαῖς παρ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσιν.*

In § 31. *ὅσα περιομματοποιὰ τῆς ψυχῆς*. F. *ὅσα περὶ ὀμματοποιά*. Dudum recte correxit Reinesius *ὅσα ΠΕΡ ὀμματοποιά*. Saepissime Atticum *περ* in *ὅσπερ, ὅ, τι περ, οἱόσπερ, ὅσοσπερ* et sim. aut in *περί* aut in *παρ* depravatur.

In § 32. *ταῦτα πάντα τοῖς ΦΙΛΟμαθοῦσιν ἀξιέραστα καὶ ΦΙΛΟσπούδαστα δι' αὐτὸν ἐφάνη*. Formam *φιλοσπούδαστος* et analogia respuit et usus. Reponendum est quod omnes in ea re dicebant *ΠΕΡΙσπούδαστα*. Cernis in vicinia id quod peperit errorem.

In fine § 32. *ὃ δὴ νῦν ἔλεγον*. F. *ὃ νῦν δή*. Scribendum *ὃ νυνδὴ ἔλεγον*, id est *ἀρτίως, modo*, ut sexcenties apud Platonem.

In § 33. *ἃς κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν τὰς δὲ νεωστὶ — ἐλευθέρας ἐποίησεν*. Verbotenus eadem leguntur apud Porphyrium § 21. tamen duo vitia insunt, primum in *ὑπ' ἀλλήλων*, quod aperte pugnat cum rei natura et emendandum est *ὑπ' ἄλλων*. Praeterea in *πολλῶν ἐτῶν* desideratur praepositio *ἘΚ πολλῶν ἐτῶν*.

Ἄλλων, ἄλλοις, ἄλλους et *ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους* inter se confunduntur ubique locorum, sed utra sit ubique lectio potior et vera *ἐκ τῶν συμφραζομένων* facile colligitur.

Manifestum imprimis emblema deprensum est in § 34. *πυκνὸν γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ἅπαντας παντα χῇ πολλοὺς καὶ ὀλίγους ἀπόφθεγμα — τὸ τοιοῦτον* [*ἀπόφθεγμα*]. Rectissime ultimum vocabulum a Kiesslingio deletum est. Scribebantur talia in margine: *ἀπόφθεγμα, γνώμη* vel *γνωμικόν, δημηγορία* et sim. sexcenta, quae facile irrepunt in textum, quoniam saepissime omissa in textu supplentur in margine. Nonnumquam additur *κείμενον* vel *στίχος* aut *στίχοι*, sed saepius ea omittuntur.

nihil quum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam unico libro colligavit. Intelligimus igitur Atticum in *Annali* in notandis temporibus *Olympiadum ordinem* esse secutum, et ad Olympiadis LXII annum *primum* retulisse regni Tarquinii initium; ad *quartum* Pythagorae in Italiam adventum, in cuius testimonio quod de Pythagorae aetate traditur certam et explo-ratam fidem habere existimo, idque ex Aristoxeno Atticum in suos annales retulisse.

In § 36. ἔτι τῆς σαγήνης κατὰ βυθοῦ ἑρωμένης. in F. scriptum est ἐπιCTPωμένης, in quo latet ἐπιCTPOμένης, quod apud Porphyrium servatum est. Σύρειν cum compositis proprie ponitur *de piscatorum retibus et everriculis*, ut *trahi* apud Romanos.

In sqq. οὐδεὶς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως τοῦ χρόνου ἐκ τοῦ βάτος μεινάντων ἀπέπνευσεν ἑαυτός γε αὐτοῦ. Recte F. ἐκτὸς βάτος et ἐΦεαυτός γε αὐτοῦ. Praeterea ex Porphyrio recipe ἐν τοσούτῳ — χρόνῳ pro τοῦ χρόνου.

Memoriae proditum est (in § 37) *Pythagoram adolescentibus in palaestra* λόγους τινὰς διαλεχθῆναι, ἐξ ὧν εἰς τὴν σπουδὴν παρεκάλει τὴν περὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀποφαίνων ἔν τε τῷ κόσμῳ καὶ τῷ βίῳ καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ Φύσει μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγούμενον ἢ τὸ τῷ χρόνῳ ἑπόμενον, οἷον τὴν ἀνατολὴν τῆς δύσεως, τὴν ἕω τῆς ἑσπέρας, τὴν ἀρχὴν τῆς τελευτῆς, τὴν γένεσιν τῆς Φθορᾶς. — καὶ καθόλου τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους δὲ τῶν ἡμιθέων, τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τούτων δὲ τοὺς ἰδίους τῆς γενέσεως τοῖς νεωτέροις. Compara mihi cum his Diogenem Laërtium VIII. 22. τοὺς πρεσβυτέρους τιμᾶν δεῖν τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους, ὡς ἐν κόσμῳ μὲν ἀνατολὴν δύσεως, ἐν βίῳ δὲ ἀρχὴν τελευτῆς, ἐν ζωῇ δὲ γένεσιν Φθορᾶς· καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα γονέας. Perspicuum est utrumque locum ex eodem antiquo scriptore esse descriptum, quem equidem TIMAEUM esse arbitror, qui in libro IX et X τῶν Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν multa de Pythagora et Pythagoreis scripserat, quae Diogenes in Pythagorae vita concinnanda in rem suam convertit saepius mutato Timaeo, nonnumquam sine nomine.

In § 34. ἐπιτομή τις ὥσπερεὶ καὶ ἀνακεφαλαίωσις [τις] τῶν αὐτῷ δοκούντων. Alterum τις vitiose repetitum delendum est.

In § 35. κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα τὴν δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα καθ' ἣν Ἐρυξίδας ὁ Χαλκιδεὺς στάδιον ἐνίκησεν. Verum nomen servat ἡ Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή ad Olympiadem LXII. apud Rutgersium pag. 23. Ἐρυξίας Χαλκιδεὺς στάδιον. In Italiam igitur venisse dicitur anno 532. quod minime congruit cum narratione eorum qui Pythagoram in Aegypto a Cambyse captum (anno 525) per duodecim deinceps annos in Asia vixisse auctores sunt in § 19. Sed in exquirendis temporibus nemo est Iamblicho indiligentior, qui modo hunc modo alium auctorem secutus temere miscet omnia. Quod autem diserte ponit Olympiadem LXII videtur bonum auctorem habere, ut colligo ex Ciceronis loco *de Rep.* II. 15. „*quartum iam annum regnante Lucio Tarquinio Superbo Sybarin et Crotonem et in eas Italiae partes Pythagoras venisse reperitur. Olympias enim secunda et sexagesima eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum. Ex quo intelligi potest anno fere centesimo et quadragesimo post mortem Numae primum Italiam Pythagoram attigisse neque hoc inter eos qui diligentissime persecuti sunt temporum annales ulla est umquam in dubitatione versatum.*" Congruunt inter sese haec omnia. Tarquinius regnare coepisse narratur Olymp. LXII. 1 (anno 532), Pythagoras eiusdem Olympiadis anno quarto (*quartum iam annum regnante Tarquinio*) in Italiam venit, Numa circa annum 673 e vita excessisse credebatur. In his quae de Numae et Tarquinii aetate narrantur fidem nullam habent, sed faciunt ad Pythagorae aetatem definiendam nonnihil, si sic ab ARISTOXENO ipso est memoriae proditum, de qua re alio loco videbimus.

Non est dubium quin Cicero tam confidenter haec affirmans constare *inter eos qui diligentissime persecuti sunt temporum annales* Pomponii Attici *Annales* sit secutus, de quo libro et Cornelius Nepos in vita Attici cap. 18 diligenter retulit et Cicero passim, ut in *Oratore* § 120. *Cognoscat Orator rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed et imperiosorum populorum et regum illustrium, quem laborem nobis* Attici *nostri levavit labor, qui observatis notatisque temporibus,*

*lil quum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memo-
m unico libro colligavit.* Intelligimus igitur Atticum in *An-
li* in notandis temporibus *Olympiadum ordinem* esse secutum,
ad Olympiadis LXII annum *primum* retulisse regni Tarquinii
tium; ad *quartum* Pythagorae in Italiam adventum, in cuius
timonio quod de Pythagorae aetate traditur certam et explo-
am fidem habere existimo, idque ex Aristoxeno Atticum in
os annales retulisse.

In § 36. ἔτι τῆς σαγήνης κατὰ βυθοῦ ἑρωμένης. in F. scrip-
m est ἐπιCTPωμένης, in quo latet ἐπιCTPOμένης, quod apud
orphyrium servatum est. Σύρειν cum compositis proprie po-
itur *de piscatorum retibus et everriculis*, ut *trahi* apud Romanos.

In sqq. οὐδεὶς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως τοῦ χρόνου ἐκ τοῦ
ατος μεινάντων ἀπέπνευσεν ἑαυτός γε αὐτοῦ. Recte F. ἐκτὸς
ατος et ἐφεαυτός γε αὐτοῦ. Praeterea ex Porphyrio recipe ἐν
τούτῳ — χρόνῳ pro τοῦ χρόνου.

Memoriae proditum est (in § 37) *Pythagoram adolescentibus in
alaestra* λόγους τινὰς διαλεχθῆναι, ἐξ ὧν εἰς τὴν σπουδὴν παρε-
άλει τὴν περὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀποφαίνων ἔν τε τῷ κόσμῳ καὶ
ῷ βίῳ καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ Φύσει μᾶλλον τιμώμενον τὸ προη-
ούμενον ἢ τὸ τῷ χρόνῳ ἑπόμενον, οἷον τὴν ἀνατολὴν τῆς δύσεως,
ὴν ἕω τῆς ἑσπέρας, τὴν ἀρχὴν τῆς τελευτῆς, τὴν γένεσιν τῆς
θορᾶς. — καὶ καθόλου τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους δὲ
ὧν ἡμιθέων, τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τούτων δὲ τοὺς
ἑτέρους τῆς γενέσεως τοῖς νεωτέροις. Compara mihi cum his
iogenem Laërtium VIII. 22. τοὺς πρεσβυτέρους τιμᾶν δεῖν τὸ
ροηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους, ὡς ἐν κόσμῳ μὲν
ατολὴν δύσεως, ἐν βίῳ δὲ ἀρχὴν τελευτῆς, ἐν ζωῇ δὲ γένεσιν
θορᾶς· καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων,
θρώπων δὲ μάλιστα γονέας. Perspicuum est utrumque locum ex
dem antiquo scriptore esse descriptum, quem equidem TIMAEUM
se arbitror, qui in libro IX et X τῶν Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν
ulta de Pythagora et Pythagoreis scripserat, quae Diogenes
Pythagorae vita concinnanda in rem suam convertit saepius
idato Timaeo, nonnumquam sine nomine.

Multa ex hac parte *Historiarum* Timaei Diodorus Siculus r cepit in librum X, cuius nunc nil nisi exilia quaedam excerp supersunt.

Ex Iamblicho supplendus est Diogenes sic: *θεοὺς μὲν δαιμόν προτιμᾶν, (δαίμονας δὲ ἡρώων), ἥρωας δὲ ἀνθρώπων.*

In § 38. Pythagoras dicebat liberos parentibus suis *τηλικα την ὀφείλειν χάριν ἡλίκην ἂν ὁ τετελευτηκὼς ἀποδοίη τῷ δυνηθέν πάλιν αὐτὸν εἰς τὸ φῶς ἀΓαγεῖν.* Legendum *εἰς τὸ φῶς ἀΝάγει* Quemadmodum enim constanter dicitur *κατάγειν εἰς Ἅιδα* eodem modo *ἐξ Ἅιδου* sive *εἰς τὸ φῶς ἀνάγειν* usitatum e dicere. Plato *de Rep.* pag. 521 c. *πῶς τις ἀνάξει αὐτοὺς ε φῶς, ὥσπερ ἐξ ᾅδου λέγονται δή τινες εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν;*

In § 38. Pythagoras dicebat *πάντων κατορθούντων ὑπὸ τί ἐγγόνων αἰτίους εἶναι τοὺς προγόνους.* Recte F. *πάντων τῶν κ τορθ.* Deinde recipienda est Kiesslingii emendatio *κατορθΩΘΕ των.* cf. § 215. *πολλὰ μὲν οὖν τούτων ἔχοι τις ἂν λέγειν τεκμήρ καὶ πολλάκις αὐτῶν κατορθωθέντων.*

In sqq. *ἐν οἷς οὐδενὸς ἔλαττον ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν ἀποδεικνύντ εἰς οὓς οὐχ οἷόν τε ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν.* Perspicuum est lacuna multa verba absorpsisse, ut locus neque intelligi possit neq emendari.

In § 39. Pythagoras dicit *πολλοὺς — παραδεδωκέναι τοὺ βασιλεύοντας τῶν θεῶν τὴν μεριζομένην φιλοσοργίαν παρὰ τ τέκνων πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν συζυγίαν τῶν γονέων καθ' ἑαυτο ποιήσασθαι πεΦιλοΤΕτιμημένους.* Barbarum hoc quidem est p *πεφιλοτιμημένους.* Pro *ποιήσασθαι* optime F. *περιποιήσασθαι* s vavit. Oi *βασιλεύοντες τῶν θεῶν* sunt Iupiter et Iuno: n sequitur *τὸν μὲν τὴν Ἀθηνᾶν, τὴν δὲ τὸν Ἥφαιστον γεννῆσ* Saepe *Rex et Regina* appellantur *οἱ βασιλεῖς* aut *οἱ βασιλεύοντ*

In § 40. *ἀποδείξειν τοῖς Κροτωνιάταις.* Infinitivus suspen est nec habet quo referatur. Legendum esse arbitror *ἀπΕδειξΕ*

Post pauca: *ἀπεφαίνετο δὲ καὶ ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλί*

οὕτως ἂν χρωμένους ἐπιτυγχάνειν ὡς μέλλουσι τοῖς μὲν φίλοις μηδέποτε ἐχθροὶ κατασῆναι, τοῖς δ' ἐχθροῖς ὡς τάχιστα φίλοι γίγνεσθαι. Brevius sed ex eodem fonte Diogenes VIII. 23. ἀλλήλοις τε ὁμιλεῖν ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς δ' ἐχθροὺς φίλους ἐργάσασθαι.

In § 40. μελετᾶν ἐν μὲν τῇ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους εὐκοσμίᾳ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας εὔνοιαν, ἐν δὲ τῇ πρὸς ἌΛΛους φιλανθρωπίᾳ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς κοινωνίαν. Quis praesertim admonitus dubitabit pro ἄλλους restituere ἀλλΗΛευς? Cum adolescentibus in palaestra sic Pythagoras agebat: *maiores natu ut parentes revereri oportere, aequales ut fratres amare.*

In § 41. εἶτα προετρέπετο θεωρεῖν [ἄξιον] ὅτι μόνης τῶν ἀρετῶν ταύτης (τῆς σωΦροσύνης) καὶ παιδὶ καὶ παρθένῳ καὶ γυναικὶ — ἀντιποιεῖσθαι προσήκει. Miror quo pacto Kiessling. ἄξιον a Kustero damnatum retinere potuerit. Solebant lectores in libri margine adscribere ὡραῖον, χρήσιμον, ἄξιον τὸ διανόημα, aut simpliciter ἄξιον, ut ostendimus in *Miscell. Crit.* pag. 162. Addam novum exemplum ex Musonio apud Stobaeum (*Anthol.* I. 84.): οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθῆσι — κατασκέπειν τὸ σῶμα — οὔθ' ὅλως εἶναι ἀγεύστους [καλὸν] ψύχους τε καὶ θάλπους.

In § 41. ἔτι δὲ μόνην ταύτην (τὴν σωΦροσύνην) ἀποΦαίνων περιειληΦΘΕΝΑΙ καὶ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς. Soloeca haec oratio est, namque ἀποΦαίνειν ex ipsa rei natura participium postulat, ut § 37. ἀποΦαίνων μᾶλλον τιμώμενον. et § 51. θεοΦιλεςάτους αὐτοὺς ὄντας ἀποΦῆναι, et passim apud veteres; quamobrem περιειληΦΤΙΑΝ veram lectionem esse existimo. Graeculi in his quoque turbant, ut futilis scriptor in § 63. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμΦιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέΦαινεν ΕὐΦορβον γεγονΘΝΑΙ.

In § 42. Φανερὸν δὲ εἶναι καὶ διὰ τῆς ἀντικειμένης 'ΑΝΤΙθέσεως. Sensu vacua haec oratio est. Rescribe τῆς ἀντικειμένης ΔΙΑθέσεως. Dixerat περὶ τῆς σωΦροσύνης et (ut apparet ex sqq.) ἡ ἀντικειμένη διάθεσις est ἡ ἀκρασία. Archytas Pythagoreus apud Stobaeum *Anthol.* I. 69. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τᾶν

ἀλλᾶν ΔΙΑθέσεων τᾶν ἀντικειμένων, et sic saepius ἡ ἀντικειμένη διάθεσις in Pythagoreorum fragmentis legitur.

In § 42. dicit Pythagoras Troianos et Graecos δι' ἐνδς ἀκρασίαν ταῖς δεινοτάταις περιπεσεῖν συμφοραῖς τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δὲ κατὰ τὸν 'Ανάπλουν. Quia certum est de navium *reditu in patriam* haec dici legendum est κατὰ τὸν 'Απόπλουν. 'Ανάπλους et ἀναπλεῖν dicebantur de iis qui ex Graecia Troiam versus vela dabant. Aristarchus ad Iliad. Λ. 22. (ἡ διπλῆ) ὅτι ἀνάπλουν τὸν ἐκ Πελοποννήσου εἰς Τροίαν πλοῦν λέγει.

In § 42. Pythagoras παρεκάλει τοὺς νεανίσκους καὶ πρὸς τὴν παιδείαν ἐνθυμεῖσθαι κελεύων ὡς ἄτοπον [ἂν] εἴη πάντων μὲν σπουδαιότατον κρίνειν τὴν διάνοιαν —, εἰς δὲ τὴν ἄσκησιν τὴν ταύτης μηδένα χρόνον μηδὲ πόνον ἀνηλωκέναι. Vitiose abundat ἄν. Pythagoras in recta oratione dixerat: ἄτοπόν ἐστιν, itaque in obliqua dicendum ὡς ἄτοπον εἴη.

Continuo sequitur: καὶ ταῦτα τῆς μὲν τῶν σωμάτων ἐπιμελείας τοῖς φαύλοις τῶν φίλων ὁμοιουμένης καὶ ταχέως ἀπολειπούσης, τῆς δὲ παιδείας καθάπερ οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν μέχρι θανάτου παραμενούσης. Neminem vidisse inepte haec et stulte dici! Cur quaeso *diligentia in curando corpore* dicitur malis amicis esse similis et cito aliquem deserere? Curare corpus est, credo, in nostra potestate et cuivis aetati proprium.

Manifestum est ea dici de re quae cito nolentes et invitos destituat et retineri non possit, ut flos et robur florentis aetatis. Quid multa? pro ἐπιμελείας restituendum est εὐεξίας.' Sic omnia clara et perspicua sunt, namque ἡ εὐεξία temporaria et brevis est, sive eam intemperantia absumserit (ut recte Pythagoras admonet in § 210. ἀκρασίαν ἅμα καὶ εὐεξίαν οὐ πάνυ γίγνεσθαι περὶ τὸν αὐτόν) sive eam ingravescens aetas abstulerit. Propterea malis amicis similis esse dicitur et cito aliquem deserere.

In § 43. τὴν δὲ (παιδείαν) δυνατὸν εἶναι καὶ παρ' ἑτέρου ΠΑΡΑλαβεῖν καὶ τὸν δόντα μηδὲν ἧττον αὐτὸν ἔχειν. Vera scriptura in F. servata est: παρ' ἑτέρου ΜΕΤΑλαβεῖν, namque doctrinam qui habet μεταδίδωσι, qui accipit μεταλαμβάνει.

Quae leguntur § 37—58. merito admiratur Meinersius apud Kiesslingium vir acutus et perspicax, si quis alius, et (quod in philosophis perrarum est) optime Graece sciens, qui DICAEARCHI haec esse collegit ex Porphyrio § 18. „*oratio enim* (inquit) *tam elegans est et quae hic tamquam a Pythagora et dicta et cogitata traduntur tam sunt praeclara, tam vel huius philosophi vel illius aetatis ingenio convenientia ut vel mediocriter doctus sentiat se hic antiquum et magnum auctorem audire, neque aliquem eorum, qui post Christum Pythagorae vitam exposuerunt, illa dicere aut cogitare potuisse.*" Verissima haec omnia sunt, et est incredibile dictu quantopere et haec et quae ex ARISTOXENO sumta sint differant a futili loquacitate et anili superstitione Iamblichi et caeterorum, qui Pythagoram τὸν θαυματουργόν Christo opponebant.

Videamus igitur an praeclarum Dicaearchi locum maculis quibusdam liberare possimus.

Docet Pythagoras iuvenes in § 37. ἔν τε τῷ κόσμῳ καὶ τῷ βίῳ καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ φύσει μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγούμενον ἢ ΤΩΙ χρόνῳ ἑπόμενον. Recte in F. ἢ ΤΟ τῷ χρόνῳ ἑπόμενον. articulus abesse non potest.

Post pauca scribe: ὁμοίως δ' αὖ τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις pro δ' αὐτῶν τῶν ἐν κτὲ. et ex F. recipe εὐηργετηκότας pro εὐεργετηκότας.

Complura video in § 38 sqq. misere corrupta et mutilata, quibus nullam opem ferre possum, veluti ἐν οἷς — ἐξαμαρτάνειν et § 4. ἁπάντων δὲ τῶν ὄντων — οἰκεῖον ὑπάρχειν, in quibus sanae sententiae ne umbra quidem cernitur. Tenebo autem vetus institutum atque omnes locos huiuscemodi silentio transmittam obtemperans Comico poëtae qui dicit:

ἢ λέγων φαίνου τί μοι
σαφὲς παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν ἢ μὴ κόπτε με.

nisi quod pro σαφές Hegesippus (apud Athen. pag. 290 *b.*) dixit καινόν, quod mihi quidem non est satis.

In § 44. σχεδὸν γὰρ ταῖς ἀγωγαῖς διαφέρειν τοὺς μὲν ἀνθρώπους τῶν θηρίων, — τοὺς δὲ φιλοσόφους τῶν τυχόντων. Ex iis quae continuo adduntur coniicias σοφούς pro φιλοσόφους Py-

thagoram dixisse. Lepidissime enim ita disserit: *τοὺς μὲν θᾶττον τρέχοντας τῶν ἄλλων ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς ἐκείνων ἑπτὰ κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν εὑρεθῆναι, τοὺς δὲ τῇ* COΦIAI *προέχοντας ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ἑπτὰ συναριθμηθῆναι.* et nunc demum se ipsum commemorat *Φιλόσοφον* ita: *ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς χρόνοις — ἕνα* ΦIΛΟ*σοφίᾳ προέχειν τῶν πάντων. unum esse ex omnibus philosophum.*

Pythagoras enim veteres commemorans *σοφούς* appellat, ut omnes *τοὺς ἑπτὰ σοφούς* habebant in ore, de sua aetate loquens *σοφὸν εἶναι* dicit neminem, sed unum esse ex omnibus *φιλόσοφον.*

Pythagoras in § 44. narrat adolescentibus Crotoniatarum in palaestra *τοὺς θᾶττον τρέχοντας τῶν ἄλλων ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς ἐκείνων ἑπτὰ κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν εὑρεθῆναι.* Eiusdem rei memoria servata est apud Strabonem, cuius locum indicavit Heraldus, pag. 262. Casaub. *δοκεῖ δ' ἡ πόλις* (*Croton*) *τά τε πολέμια ἀσκῆσαι καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται.* Potest ex ea re confirmari id quod memoriae proditum est de tempore quo Pythagoras in Italiam venerit. In fastis *τῶν Ὀλυμπιονικῶν* ad Olympiadem LIV. (a. Chr. 564—) legitur:

Ἱππόστρατος Κροτωνιάτης στάδιον.

ad Olymp. LV. (a. Chr. 560.):

Ἱππόστρατος ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον.

ad Olymp. LVIII. (a. Chr. 548.):

Διάγνητος Κροτωνιάτης στάδιον.

et post annos quadraginta ad Olymp. LXVIII. (a. Chr. 508.)

Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης στάδιον.

Quoniam omnia suadent ut Aristoxeno credamus Pythagoram circa Olympiadem LXII. (a. Chr. 532.) in Italiam venisse, necesse est hanc laudem Olympiae reportasse Crotoniatas aut anno 564 aut 560 aut 548. annis circiter 34 aut 30 aut 18 ante Pythagorae adventum, ita ut illius rei memoria aut recens aut non admodum vetus in Crotoniatarum animis haereret, quo scitius et lepidius id philosophus ad rem praesentem accommodavit.

5. Pythagoras in Curiam (*εἰς τὸ τῶν Χιλίων συνέδριον*) rudenti consilio Principes monuisse narratur, qui sum- praeessent. *ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς ἔφη δεῖν κοινὴν παρα- ἔχειν τὴν πατρίδα παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν· δεῖν διοικεῖν οὕτως ὡς μέλλουCI τὴν πίστιν παραδόσιμον τοῖς ποιεῖν.* Praeclari consilii sententiam scribarum stupor . In Codice Fl. est *ὡς μέλλ τὴν πίστιν*, quod quid itur ex verbis quae praecedunt *τὴν ὑπάρχ ὁμόνοιαν* id *ουσαν*. Itaque verum est: *δεῖν οὖν ταύτην διοικεῖν οὕ- ἑλλουCAN τὴν πίστιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν.* d est *τοῖς ἐξ αὐτῶν* quam *filiis eorum*, ut in § 47. *πρὸς τῶν γενομένους διακεῖσθαι γνησίως.* Itaque *ἡ πόλις μέλ- ίστιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν* est: *quam civitas habuit eandem ad eorum filios transmittet. Multitudo* quit, *remp. tamquam depositum vestrae fidei commisit. ir ita gerite ut vestra potestas ad filios vestros transeat.* ita pergit dicere: *ἔσεσθαι δὲ τοῦτο βεβαίως ἐὰν ἅπασιν ολίταις ὅσοι καὶ μηδενὶ μᾶλλον ἢ τῷ δικαίῳ* ΠΡΟέχωσιν. est una literula ut fiat ΠΡΟCέχωσιν. nullius rei magis itiae *rationem habere* eos ait oportere, nihil magis quam ab iis *spectari* debere. Quod interpres dedit: *iustitia* raece dicitur *τῇ δικαιοσύνῃ προέχειν*, non *τῷ δικαίῳ*. uca revoca ex F. *πάντα τὸν κόσμον ἀδικῶν* pro *συναδι-* tim post in § 47. emenda *προσήκειν δὲ τοῖς συνέΔΡΟΙC ίοις.*

. *προσήκειν δὲ τοῖς συνέδροις μηδενὶ καταχρήσασθαι τῶν ικον ἀλλὰ τοιούτους προχειρίζεσθαι λόγους ὥστε καὶ χωρὶς πιστούς.* Praeclaram sententiam ex eodem fonte sum- ius rettulit Diogenes VIII. 22. *μηδὲ ὀμνύναι θεούς· αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν.*

7. *ὡς* [*καὶ*] *τῶν ἄλλων ζώων μόνους ταύτης τῆς ἐννοίας ληφότας.* Molestum et absurdum *καί* delendum. equitur: *καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν τοῦ βίου μετέχουσαν , ὡς τῶν μὲν πρὸς τοὺς ἄλλους συνθηκῶν τιθεμένων ἐν ἵοις καὶ σήλαις, τῶν δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς*

τέκνοις. Manca et mutila sententia est. Exciderunt verba quaedam post τοῦ βίου μετέχουσαν.

In § 48. σπουδάζειν δὲ καὶ τοῦτο ὅπως αὐτοί τε μόνας ἐκείνας εἰδήσΩσιν αἵ τε γυναῖκες μὴ νοθεύσΩσι τὸ γένος ὀλιγωρίᾳ καὶ κακίᾳ τῶν συνοικούντων. Potestne esse foedior barbarismus quam εἰδήσωσιν? In Codicibus omnibus optimis pessimis perfrequens est hoc barbarismi genus, ubi ὅπως praecedit, quod veteres cum indicativi futuro componebant, Graeculi cum aoristo coniunctivi. Itaque sedulo ЄIC et Є1 in ῇς et ῇ mutabant ἐρῇς et ἐρῇ scribentes et O vel ου in ω et Є in η, ut coniunctivi essent. Exempla quia sunt ubique obvia et quia de eo errore saepius copiose et diligenter egimus satis erit nunc indicare locos Iamblichi ea labe affectos. Editur in § 108. ὅπως μηδὲ ἄλλοι ἀναιρήσΩσι τὰ ὁμοφυῆ πρὸς ἡμᾶς ζῷα. et in § 206. ὅπως ἐπιθυμήσΩσι μὲν ὧν δεῖ, φεύξΩνται δὲ τῶν ματαίων τε καὶ περιέργων ἐπιθυμιῶν. Nihil mali Editores in his suspicantur. Sine mora reponendum εἰδήσΟΤσιν, νοθεύσΟΤσι, ἀναιρήσΟΤσι, ἐπιθυμήσΟΤσι. Pro φεύξωνται Kontos vir cl. φεύξονται reponebat, sed dabit mihi ΑΦЄξΟνται unice huic loco convenire, ἀφέξονται τῶν ματαίων ἐπιθυμιῶν.

In § 48. ἔτι δὲ τὴν γυναῖκα νομίζειν ἀπὸ τῆς ἑσίας εἰλΗΦότAC μετὰ σπονδῶν καθάπερ ἱκέτιν ἐναντίον τῶν θεῶν εἰσῆχθαι πρὸς αὐτHN. Male sit stultis apographorum descriptoribus, qui duplici turpi mendo haec difformarunt. In archetypo est εἰλΗΦότA et εἰσῆχθαι πρὸς αὐτON, et sic optime habent omnia. ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα ἀπὸ τῆς ἑσίας εἰλΗΦὼς μετὰ σπονδῶν νομιζέτω αὐτὴν καθάπερ ἱκέτιν ἐναντίον τῶν θεῶν πρὸς αὐτὸν εἰσῆχθαι. Maritus dicitur τὴν γυναῖκα εἰσάγεσθαι πρὸς αὐτόν, ut vulgo dicebatur τὴν γυναῖκα οἴκαδ' ἄγεσθαι.

In § 49. εἶναι γὰρ οὐχ ἕτερόν τι ἀγαθὸν ἢ τὸν ἐν ἑκάσῃ πράξει καιρόν. Non est haec sententia sana neque integra. Intelligerem si scriptum esset: οὐχ ἕτερόν τι (μεῖζον) ἀγαθόν. *non esse aliud maius bonum* id est *optimum esse.*

Post pauca sequitur: νομίζειν δὲ — χείριστον (εἶναι) τὸν ἀναμένοντα διὰ τοῦ κακῶς παθεῖν αἰσθέσθαι τὸ βέλτιCTON. Rectis-

sime F. τὸ βέλτιΟΝ, nam sic boni scriptores in ea re loqui solent. Plato in *Gorgia* pag. 468 *b*. τἀγαθὸν ἄρα διώκοντες καὶ βαδίζομεν ὅταν βαδίζωμεν οἰόμενοι βέλτιον εἶναι καὶ τοὐναντίον ἕξαμεν ὅταν ἐςῶμεν, et saepius alibi, ut τὸ βέλτιον sit plane idem atque τὸ συμφέρον.

In § 50. ἐπὶ πᾶσιν εἶπεν ὅτι τὴν πόλιν αὐτῶν οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν ἩρακλέΑ ὅτε τὰς βοῦς διὰ τῆς Ἰταλίας ἤλαυνεν ὑπὸ Λακινίου μὲν ἀδικηθΕΝΤΟC, Κρότωνα δὲ βοηθοῦντα τῆς νυκτὸς πεpὰ τὴν ἄγνοιαν ὡς ὄντα τῶν πολεμίων διαΦθείρΑΝΤΟC καὶ μετὰ ταῦτα ἐπαγγειλαμένΟΤ περὶ τὸ μνῆμα συνώνυμον ἐκείνῳ κατοιΚΙσεσθαι πόλιν ἄνπερ αὐτὸς μετάσχῃ τῆς ἀθανασίας. Palaeographiae ignoratio hunc locum pessime corrupit. Scriptum est in F. οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν ὡς λέγουσιν ἡρακλέΟΤC non ἡρακλέα, sed compendiolum syllabae ους nisi hoc agas literae α persimile est et legentem in fraudem inducit. Nunc omnia recte decurrunt: ᾠκίσθαι (nam sic optime emendavit Kuster. pro οἰκεῖσθαι) συμβέβηκεν ὡς λέγουσιν Ἡρακλέους — ἀδικηθέντος — διαφθείραντος — ἐπαγγειλαμένου. Deinde pro κατοικίσεσθαι, quod barbarum est, vera scriptura in F. servata est κατοικιCΘΗσεσθαι.

Praeterea emendaverim: ὡς ΕΝΑ τῶν πολεμίων, pro ὡς ΟΝΤΑ, et verum videtur quod Holstenius ad Stephanum v. Λακίνιον coniecit Λακίνου pro Λακινίου. Ex Λακῖνος enim appellatur Λακίνιον ὄρος et Λακίνιον ἀκρωτήριον et Ἥρα Λακινία.

Ex eodem fonte manarunt quae scribit Diodorus Siculus IV. 24. 7. ὁ δ' Ἡρακλῆς μετὰ τῶν βοῶν περαιωθεὶς εἰς τὴν Ἰταλίαν προῆγε διὰ τῆς παραλίας καὶ Λακίνιον (L. Λακῖνον) μὲν κλέπτοντα τῶν βοῶν ἀνεῖλε, Κρότωνα δὲ ἀκουσίως ἀποκτείνας ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς καὶ τάφον αὐτοῦ κατεσκεύασε. προεῖπε δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ὅτι καὶ κατὰ τοὺς ὕςερον χρόνους ἔσαι πόλις ἐπίσημος ὁμώνυμος τῷ τετελευτηκότι.

Iterum in iis quae continuo sequuntur palaeographiae imperitia gravissimum errorem peperit. Editur: ὥςε τὴν χάριν τῆς ἀποδόCΕΩC εὐεργεσίας προσήκειν αὐτοὺς ἔΦη δικαίως οἰκονομεῖν. Arena sine calce. In F. est χάριν τῆς ἀποδὸ εὐεργεσίας. Quid est ἀποδό? Nihil aliud quam ἀποδοθΕΙCHC, neque est haec

compendii forma mira aut infrequens. Si quis hoc agit nulla est compendiosa scriptura ambigua: ἀποδό esse participium constat. Ergo medium inter τῆς et εὐεργεσίας positum necessario est ἀποδοθείσης. et nulla superest in loco difficultas.

Eadem est omnium compendiorum, quibus οἱ εἰς τάχος γράφοντες utebantur, ratio et usus, ut ipsum per se ambiguum esse videatur, sed ἐκ τῶν συμφραζομένων nulla dubitatio aut ambiguitas superesse possit, ut in h. l. τὴν χάριν τῆς ἀποδό εὐεργεσίας.

In § 51. τὸν δὲ πεισθέντα λέγουσιν Ἡγήσασθαι τοῖς παισὶ τοιάδε· ὥστε μήτε ἄρχειν λοιδορίας μηδὲ ἀμύνεσθαι τοὺς λοιδορουμένους. Optime F. λέγουσιν ΘΙCηγήσασθαι. hoc enim est *praecipere*, *praecepta dare*, non ἡγεῖσθαι. Deinde lacuna est post τοιάδε. Verborum amissorum sententia pellucet, veluti: —τοιάδε· (πρῶτον μὲν διὰ παντὸς εὐφημεῖν) ὥστε μήτε ἄρχειν λοιδορίας μήΤΘ ἀμύνεσθαι τοὺς λοιδορουμένους.

Similiter in § 55. Pythagoras narratur Crotoniatarum matronis παραγγεῖλαι κατὰ πάντα τὸν βίον εὐφημεῖν.

In § 51. Pythagoras pueros admonens ait eos esse θεοφιλεςάτους καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοὺς αὐχμοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων ἀποςέλλεσθαι παρὰ τῶν θεῶν ὕδωρ αἰτησομένους ὡς μάλιστΑ ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου. Notae sunt in hac re puerorum preces apud Marcum Antoninum V. 7. ὗσον, ὗσον, ὦ Φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. Leve vitium est in ultimis, ubi legendum; ὡς μάλις' ΑΝ ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου. Non potest enim ἄν abesse et natus est error ex vetere scriptura ΜΑΛΙCΤΑ.

Est ea candida Graecorum opinio τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς μᾶλλον ὑπακούειν. Menander in *Adelphis* apud Terent. IV. 5. 70.

abi, pater,
Tu potius Deos comprecare: nam tibi eos certo scio
quo vir melior multo es quam ego obtemperaturos magis.

Graece dixeris: εὖ γὰρ οἶδα τοὺς θεοὺς σοὶ μᾶλλον ἂν ὑπακούσαντας. Pythagoras in § 54. matronas admonet: καθάπερ ἑτέρου μέλλοντος ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς εὐχὰς βούλοιντ' ἂν ἐκεῖνον

εἶναι καλὸν κἀγαθὸν ὡς τῶν θεῶν τούτοις προσεχόντων, οὕτως αὐτὰς περὶ πλείσου ποιεῖσθαι τὴν ἐπιείκειαν ἵν' ἑτοίμως ἔχωσιν αὐτοὺς ταῖς εὐχαῖς ὑπακουσομένους. Itaque nostro loco scribendum ὡς μάλις' ΑΝ ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου, quod plane idem est atque ὡς μάλις' ἐκείνοις ὑπακουσομένου τοῦ δαιμονίου, sed nisi ἄν addideris neque sententiae neque Graecitatis ratio constabit.

Quam multo distent Romanorum sensus in eadem re a candore et mansuetudine et humanitate amabilium Atheniensium ostendit Donati ad locum Terentii annotatio: *„Tibi obtemperaturos magis:* MIRA *sententia Deos obsequi bonis*, QUASI BONIS HOMINIBUS MULTUM DEBEANT."

ὡς χαρίεν ἐσθ' ἄνθρωπος ὅταν ἄνθρωπος ᾖ.

ut ipse Menander dixit.

In § 52. χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κατοικισθῆναι τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν ἐπαγγείλασθαι τὸν Ἀπόλλωνα τῷ ἡγεμόνι τοῦ οἰκισμοῦ ΔΩCΕΙΝ ΓΕΝΕΑΝ. Qui haec scripsit Dicaearchus antiqua oracula et alia et quae ad conditores urbium pertinebant probe habebat cognita. Oraculum hoc ipsum servavit Diodorus Siculus VIII. 17.

Μύσκελλε βραχύνωτε, φιλεῖ σ' ἑκάεργος Ἀπόλλων
καὶ γενεὰν δώσει· τόδε δὲ πρότερόν σε κελεύει
οἰκῆσαί σε Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

ubi σε inepte repetitum est et οἰκῆσαι vitiosum. Scribendum esse existimo: τόδε δὲ προΠΑΡΟΙΘΕ κελεύει οἰκΙCσαί σε Κρότωνα. Perspicuum est ea omnia in Graecia maiore aut nata esse aut saltem memoriae prodita. Antiquissimus omnium testis Ἴππυς ὁ Ῥηγῖνος, qui Κτίσιν Ἰταλίας scripserat (teste Suida in v.), et primus vetusta oracula collegerat, ut apparet ex Zenobio III. 42. Δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις ἐπαίνει: αὕτη κόμμα ἐς τὸ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπὶ καθ' ὃν δὴ χρόνον Κρότωνα οὐκ ἐβούλετο οἰκίζειν. — ὡς φησιν Ἴππυς ἐν τῷ περὶ χρόνων. Φησὶ δὲ οὕτως ἔχειν τὸν χρησμόν·

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
κλαύματα θηρεύεις, δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις ἐπαίνει.

Hinc veterum oraculorum notitia ad Antiochum Syracusanum, ad Ephorum, ad Timaeum et reliquos historicos et antiquarios

pervenit, unde sumserunt Diodorus, Strabo, alii. Nihil horum doctos Peripateticos fugiebat.

In § 53 pueris praecipit Pythagoras ἣν μέλλουσιν εἰς τὸ γῆρας βαδίζειν ταύτην εὐθὺς ἐξορμῶντας τοῖς Ἑλληνιστὶ ἑπακολουθεῖν. Sensu caret simplex ἑλληνιστὶ et addita praepositione scribendum τοῖς ΠΡΟελληνιστὶ ἑπακολουθεῖν. Socrates ad Cephalum in Platonis *Rep.* pag. 328. *d.* ita dicit: χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν πυνθάνεσθαι ὥσπερ τινὰ ὁδὸν ΠΡΟεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τις ἐστίν. Ipsa natura verbi ἑπακολουθεῖν manu ducit ad προεληλυθέναι.

Continuo pergit sic: καὶ τοῖς πρεσβυτέροις μηδὲν ἀντιλέγειν. οὕτω γὰρ εἰκότως ὕστερον ἀξιώσειν μηδὲ αὐτοὺς τοὺς νεωτέρους ἀντΑδικεῖν. Sic Kiessling. Kusterus μηδὲ αὐτοὺς τοὺς νεωτέρους ἀδικεῖν. quorum illud absurdum est, hoc a sententia loci abhorret. Non enim possumus ἀνταδικεῖν nisi eum qui nobis *iniuriam fecit prior*; et qui numquam senioribus oblocutus est iure postulat ut sibi seni iuniores *non contradicant*, non ut sibi *iniurias non faciant*. Legitur in F. (et in apographis) μηδὲ αὐτοῖς τοῖς νεωτέροις ΑΝΤΙδικεῖν, et dixerat Dicaearchus: μηδὲ αὐτΟΙC ΤΟΤC νεωτέρΟΤC ΑΝΤΙδικεῖν. Nihil interest inter ἀντιλέγειν et ἀντιδικεῖν, et quia ἀντιλέγειν praecessit necesse erat alio verbo eiusdem potestatis uti. Hoc demum iustum et aequum est: *qui iuvenis senibus numquam oblocutus erat* εἰκότως ἀξιοῖ μηδὲ ἑαυτῷ τοὺς νεωτέρους ἀντιλέγειν. Scriba alias res agens pro αὐτοῖς τοὺς νεωτέρους substituit αὐτοῖς τοῖς νεωτέροις vicina vicinis de more accommodans sententiae securus.

Ἀντιδικεῖν solere ἀττικιστὶ figurate dici pro ἀντιλέγειν ostendi Lysiae locus κατ' Ἀνδοκίδου pag. 104. 15. (Ἀνδοκίδης ἔφασκε τὸν Ἀριστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον, ὁ δὲ — ἠντεδίκει ἢ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι. — ὅμως μέντοι ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου πράγματ' ἔχοι δοὺς ἀργύριον ἀπηλλάγη.

In § 54. Pythagoras matronas admonet: ἔπειτΑ τοῖς θεοῖς προσφέρειν ἃ μέλλουσι ταῖς χερσὶν αὐτὰς ποιεῖν. Confusus est in

iis naturae ordo. Rescribendum: *ἔπειθ' Ἃ τοῖς θεοῖς προσφέρειν μέλλουσιν.* Vides unde verborum perturbatio nata sit.

Post pauca recte Kiessling. *ἢ μηδϵN ἐναντιοῦσθαι πρὸς τοὺς ἄνδρας* pro *μηδέ.*

In § 55. *παραγγεῖλαι δὲ καὶ* (Pythagoram matronis) *κατὰ πάντα τὸν βίον αὐτάς τε εὐφημεῖν καὶ τοὺς ἄλλους ὁρᾶν ὁπόσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι καὶ τὴν δόξαν τὴν παραδεδομένην μὴ καταλύσωσι μηδὲ τοὺς μυθογράφους ἐξελέγξωσιν κτἑ.* Certa emendatione Kuster. pro *ὁρᾶν* restituit *δρᾶν*, quae saepius inter sese commutari et Kusterus ad Suidam v. *Ὀργεῶνας* ostendit et nos in *Miscell. Crit.* pag. 430. Praeterea requiro: — *εὐφημήσουσIN ἵNA καὶ τὴν δόξαν μὴ καταλύσωσιν κτἑ.*

Statim sequitur: — *μηδὲ τοὺς μυθογράφους ἐξελέγξωσιν οἳ θεωροῦντες τὴν τῶν γυναικῶν δικαιοσύνην ἐκ τοῦ* ΠΡΟ*ίεσθαι μὲν ἀμάρτυρον τὸν ἱματισμὸν καὶ τὸν κόσμον ὅταν τινὶ ἄλλῳ δέῃ χρῆσαι, μὴ γίνεσθαι δὲ ἐκ τῆς πίστεως δίκας μηδὲ ἀντιλογίας ἐμυθοποίησαν τρεῖς γυναῖκας ἐνὶ κοινῷ πάσας ὀφθαλμῷ χρωμένας διὰ τὴν εὐχερῆ κοινωνίαν.* Certam Kusteri emendationem ΠΡΟῖεσθαι olim receptam oportuit nec negligendum quod *τινὶ ἄλλHI* pro *ἄλλῳ* Kieslingius restituit.

Dicaearchus lepidissimi vir ingenii et in poëtis Comicis multum versatus huius observationis partem non sumsit ex veteribus mythographis sed ex Aristophanis *Ecclesiazusis* vs. 446. ubi de mulieribus dicitur:

ἔπειτα συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη
ἱμάτια, χρυσί', ἀργύριον, ἐκπώματα,
μόνας μόναις οὐ μαρτύρων ἐναντίον,
καὶ ταῦτ' ἀποφέρειν πάντα κοὐκ ἀποστερεῖν,
ἡμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς ἔφασκε τοῦτο δρᾶν.
Β. *νὴ τὸν Ποσειδῶ μαρτύρων γ' ἐναντίον.*

Eodem spectat quod continuo sequitur: *ὅπερ ἐπὶ τοὺς ἄρρενας ἐτατεθὲν ὡς ὁ προλαβὼν ἀπέδωκεν εὐκόλως καὶ ἑτοίμως τῶν ἑαυτοῦ μεταδιδοὺς οὐδένα ἂν προσδέξασθαι λεγόμενον ὡς μὴ οἰκεῖον ὄντον τῇ φύσει.* Sic in F. legitur, sed emendandum *ὡς μὴ οἰκεῖον* ΤΟΝ *αὐτΩN* (*τῶν ἀνδρῶν*) *τῇ φύσει.* Significat autem

οὐδένα ἂν παραδέξασθαι idem quod *οὐδένα ἂν πιϛεῦσαι. Si de viris idem diceretur* (inquit) *nemo crederet, quoniam id cum illorum ingenio non congruit.*

Est ea ironica observatio Aristophane quam Pythagora dignior.

In § 56. *ἔτι δὲ τὸν σοφώτατον τῶν ἁπάντων ΛΕΓόμενον καὶ συντάξαντα τὴν φωνὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ σύνολον εὑρετὴν καταϛάντα τῶν ὀνομάτων κτέ.* Legendum *τὸν σοφώτατον τῶν ἁπάντων ΓΕΝόμενον*, nam Pythagoras quoque impense admirabatur eum

primus qui nomina rebus Imposuit.

et omnino Pythagoras dicendi usum et vocabulorum rationem et proprietatem diligenter animadvertere solet et ex eo fonte peracutas quasdam observationes et probationes haurire. Pueros iubet § 51. *περὶ τὴν παιδείαν τὴν ἐπώνυμον τῆϛ ἐκείνων ἡλικίας σπουδάζειν*, et h. l. demonstrat mulierum erga Deos pietatem ex eo quod qui primus imposuit nomina rebus *ἑκάϛην τὴν ἡλικίαν αὐτῶν συνώνυμον ἐποιήσατο θεῷ*, nempe *κόρην, νύμφην, μητέρα, μαῖαν.* Μαῖαν pro *avia* Doricum esse monet: *τὴν δὲ παῖδα ἐκ παίδων* (melius *παῖδAC ἐκ παίδων*) *ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν Δωρικὴν διάλεκτον μαῖαν*, quod indicio est in Graecia maiore haec olim esse cogitata et dicta et omnes veritatis numeros habere, ut et reliqua a Dicaearcho de his rebus scripta.

Crotoniatarum matronas (§ 56) ita movit Pythagorae admonitio, ut ultro pretiosas vestes deponerent: *ὥϛτε τὰ πολυτελῆ τῶν ἱματίων μηδεμίαν ἐνδύεσθαι τολμᾶν ἀλλὰ Θεῖναι πάσας εἰϛ τὸ τῆϛ Ἥρας ἱερὸν πολλὰϛ μυριάδας ἱματίων.* Dicaearchum scripsisse suspicor: *ἀλλ' ΑΝΑθεῖναι πάσας.* Venerant matronae ad Iunonis Laciniae templum, de quo Livius XXIV. 3. *sex millia aberat ab urbe nobili* (Crotone) *templum ipsa urbe nobilius Laciniae Iunonis sanctum omnibus circa populis.* Errore legitur apud Strabonem pag. 262 Casaub. *πρώτη δ' ἐϛὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ϛαδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου*, ubi fortasse *ἑκατὸν καί* expungendum. Venerant igitur matronae ad Iunonis Laciniae templum non tantum ut Pythagoram audirent sed simul ut festum Iunonis diem celebrarent. Itaque auratas vestes et reliqua ornamenta ad pompam secum attulerant, sed postquam

Pythagorae verba audiverunt *οὐδεμία τὰ πολυτελῆ τῶν ἱματίων ἐνδύεσθαι ἐτόλμησεν*, neque ea domum retulerunt, sed *εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν* non *ἔθηκαν*, sed *ἀνέθηκαν*, ut solebant pretiosa vestimenta et alibi et in Iunonis Laciniae templo dedicari.

Haec quoque, ut vides, omnes veritatis numeros habent, unde et suspicari licet factum id esse *ἐν τῇ ἐπὶ Λακινίῳ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται*, ut scribit Aristoteles *ἐν τοῖς θαυμασίοις* cap. 96. Westerm. quem locum descripsit Athenaeus pag. 541. *a*.

Omnino cum toto hoc loco comparandum est id quod ex Theopompo descripsit Iustinus XX. 4. (Pythagoras matronas Crotoniatarum) *docebat pudicitiam et obsequia in viros. — consecutusque disputationum assiduitate erat ut matronae auratas vestes caeteraque dignitatis suae ornamenta veluti instrumenta luxuriae deponerent eaque omnia delata in Iunonis aedem ipsi deae* CONSECRARENT.

Sequitur: *λέγεται δὲ καὶ τοιοῦτόν τι διελθεῖν, ὅτι περὶ τὴν χώραν τῶν Κροτωνιατῶν ἀνδρὸς μὲν ἀρετὴ πρὸς γυναῖκα διαβεβόηται Ὀδυσσέως οὐ δεξαμένου παρὰ τῆς Καλυψοῦς ἀθανασίαν ἐπὶ τῷ τὴν Πηνελόπην καταλιπεῖν, ὑπολείποιτο δὲ ταῖς γυναιξὶν εἰς τοὺς ἄνδρας ἀποδείξασθαι τὴν καλοκἀγαθίαν ὅπως εἰς ἴσον καταςήσωσι τὴν εὐλογίαν.* Haec quoque in Graecia maiore cogitata et dicta esse apparet. In Italia enim nata fama est insulam Calypsus haud ita procul a Crotone et promontorio Lacinio sitam fuisse. Scylax in *Periplo* cap. 13. *ἀπὸ Ῥηγίου — Κρότων, Λακίνιον ἱερὸν Ἥρας καὶ νῆσος Καλυψοῦς, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ.* Plin. H. N. III. 15. *promontorium Lacinium, cuius ante oram insula* X *millibus passuum a terra Dioscoron, altera Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur.* Qua fama late per Italiam sparsa Pythagoras dicere poterat: *περὶ τὴν χώραν τῶν Κροτωνιατῶν ἀνδρὸς ἀρετὴ πρὸς γυναῖκα διαβεβόηται* et scitissime fabulam veterem in rem suam convertit.

Insulam Calypsus exadversus Lacinium sitam nemo umquam mortalium viderat, namque omnino nullae sunt in illo mari insulae nec maiores nec minores. Hoc curant scilicet *οἱ μυθολογοῦντες*. Per multa saecula eadem fama in Italia inferiore volitabat per ora virorum. Memorabilem locum Procopii *de*

bello Gothico IV. 22. pag. 575. Dindorf. commode attulit Car. Müllerus ad Scylacis locum l. Procopius, qui hos tractus optime noverat, ita scribit: *νῆσον οὐδεμίαν ἐν τῷδε τῷ διάπλῳ (a fretо Siculo usque Corcyram) οἰκουμένην ξυμβαίνει εἶναι ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Χάρυβδιν πορθμοῦ μέχρι ἐς τὴν Κέρκυραν ὥστε πολλάκις ἐγὼ ἐνταῦθα γενόμενος διηπορούμην ὅπῃ ποτὲ ἄρα τῆς Καλυψοῦς ἡ νῆσος εἴη. ταύτης γὰρ τῆς θαλάσσης οὐδαμῇ νῆσον τεθέαμαι.* Sed ut est natura hominum ficti pravique tenax suspicari se dicit Calypsus insulam circa Corcyram sitam fuisse: *καὶ φαίη ἄν τις τὴν Καλυψὼ ἐνταῦθα γενέσθαι καὶ ἀπ' αὐτῆς τὸν Ὀδυσσέα γῆς τῆς Φαιακίδος (Corcyrae) ὄντα οὐ πολλῷ ἄποθεν ἢ σχεδίᾳ, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ νηός τινος χωρὶς ἐνθένδε διαπορθμεύσασθαι.*

Non magna igitur spes est fore ut insula Calypsus reperiatur, nisi forte ab eo, qui Ulyssis regiam et villam Laërtae nuper reperisse narratur.

Reliquum est mendum in verbis: *ὑπολείποιτο δὲ ταῖς γυναιξὶν εἰς τοὺς ἄνδρας ἀποδείξασθαι* THN *καλοκἀγαθίαν, ὅπως εἰς ἴσην κατασήτασι τὴν εὐλογίαν.* Sententia est manca et imperfecta, quia intercidit vocabulum necessarium. Supplendum existimo: *ἀποδείξασθαι τὴν* ΤΙCHN *καλοκἀγαθίαν.* Praeterea scribe *εἰς ἴσον* (*Ἴσον* Ionicum est) et *κατασήσΟΤσιν.*

In fine loci legitur § 57. *ἁπλῶς δὲ μνημονεύεται διὰ τὰς εἰρημένας ἐντεύξεις περὶ* Πυθαγόραν *οὐ μετρίαν τιμὴν καὶ σπουδὴν καὶ κατὰ τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν γενέσθαι καὶ διὰ τὴν πόλιν περὶ τὴν Ἰταλίαν.* Huc usque pertinet locus ex praeclaro scriptore antiquo excerptus, quem DICAEARCHUM esse Meinersio prorsus assentior. Optime id collegit vir acutus et perspicax ex Porphyrii *vita Pythagorae* § 18. 19. *ἐπεὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ* ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΣ, *ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου (τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν χάριν τε πλείστην καὶ κόσμον ἐπί τε τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἤθους καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχειν) οὕτως διατεθῆναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν ὥστε ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχεῖον ἐψυχαγώγησε πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθείς, τοῖς νέοις πάλιν ἡβητικὰς*

ἐποιήσατο παραινέσεις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθείς. μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν· εἶτα ταῖς γυναιξὶ καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη. Γενομένων δὲ τούτων μεγάλη περὶ αὐτὸν ηὐξήθη δόξα. Vides haec omnia examussim respondere iis, quae in eximio fragmento apud Iamblichum § 36—57 leguntur, nisi quod verba nonnumquam in brevius contracta sunt et aliter conformata oratio est manente eadem sententia. In una tantum re tenui et exigua dissentiunt. Apud Porphyrium narratur Pythagoras primum τὸ τῶν γερόντων ἀρχεῖον (vitiose editur ἀρχαῖον) ψυχαγωγῆσαι, deinde magistratuum iussu ἡβητικὰς ποιήσασθαι παραινέσεις. Apud Iamblichum primum omnium εἰσῆλθεν εἰς τὸ γυμνάσιον et facunda oratione adolescentes admonuit § 37—44, deinde § 45. ἀπαγγελθέντων ὑπὸ τῶν νεανίσκων πρὸς τοὺς πατέρας τῶν εἰρημένων ἐκάλεσαν οἱ Χίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον καὶ προεπαινέσαντες (sic F. pro ἐπαινέσαντες) ἐπὶ τοῖς πρὸς τοὺς υἱοὺς ῥηθεῖσιν ἐκέλευσαν εἴ τι συμφέρον ἔχει λέγειν τοῖς Κροτωνιάταις ἀποφήνασθαι πρὸς τοὺς τῆς πολιτείας προκαθημένους. Sed hoc leve et minutum est et sic saepe fit ubi complura memoriter referuntur. Notavimus iam antea nonnulla Dicaearchi a Timaeo esse in suas historias recepta. Addam unum luculentum exemplum. Dicaearchus induxerat § 56. Pythagoram dicentem: τὸν συντάξαντα τὴν φωνὴν τῶν ἀνθρώπων — συνιδόντα ὅτι τῆς εὐσεβείας οἰκειότατόν ἐςι τὸ γένος τῶν γυναικῶν ἐκάςην τὴν ἡλικίαν αὐτῶν συνώνυμον ποιήσασθαι θεῷ καὶ καλέσαι τὴν μὲν ἄγαμον ΚΟΡΗΝ, τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα δεδομένην ΝΥΜΦΗΝ, τὴν δὲ τέκνα γεννησαμένην ΜΗΤΕΡΑ, τὴν δὲ παῖδας ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν Δωρικὴν διάλεκτον ΜΑΙΑΝ. Audi nunc Timaeum apud Diog. Laërt. VIII. 11. Τίμαιός φησιν ἐν δεκάτῃ ἱςοριῶν λέγειν αὐτὸν τὰς συνοικούσας ἀνδράσι θεῶν ἔχειν ὀνόματα ΚΟΡΑC, ΝΥΜΦΑC, εἶτα ΜΗΤΕΡΑC καλουμένας. Nonne manifesto haec ex illis?

Dicaearchus Messenae in Sicilia natus vicinam Graeciam maiorem et res Italicas optime noverat. Eximius eius locus est de Pythagora apud Porphyrium § 56 ex quo ὁδοῦ πάρεργον nonnulla vitia corrigere iuvat. *Dicaearchus auctor est* (inquit) τοὺς πολλοὺς (τῶν Πυθαγορείων) σποράδην κατὰ τὴν πόλιν ὡς ἔτυχον ΕΙC ΑCΤΤ διαφθαρῆναι. Egregie emendavit C. Müller (*Fragm. Histor.* II. pag. 245.) ΈΚΑCΤΟC et sic ὡς ἔτυχεν

ἕκαστος legendum. Πυθαγόραν δὲ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Καυλωνίαν τὸν ὅρμον σωθῆναι. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Λοκρούς· πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς τῶν γερόντων (*Senatorum* sive τῶν Χιλίων) τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποσεῖλαι. τούτους δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσαντας εἰπεῖν „Ἡμεῖς, ὦ Πυθαγόρα, σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν. Αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν· σὺ δὲ ἑτέρωθί που βάδιζε λαβὼν παρ' ἡμῶν εἴ του κεχρημένος τυγχάνεις". quae sic scribenda et constituenda sunt: ἀλλ' ἐπϵΙ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν, αὐτοὶ μὲν — σὺ δ' ἑτέρωϹϵ ΠΟΙ βάδιζε. ex quibus colligas nondum illo tempore Zaleucum Pythagoreum Locrensibus scripsisse leges [1]). In fine loci Dicaearchus scribit: πανταχοῦ γὰρ ἐγένοντο μεγάλαι φάσεις, ἃς ϟΕΤΙ ΚΑΙ ΝΤΝ οἱ περὶ τοὺς τόπους μνημονεύουσί τε καὶ διηγοῦνται τὰς ἐπὶ τῶν Πυθαγορείων καλοῦντες. Novo exemplo apparet quid sit ἔτι καὶ νῦν, id est *vivo Dicaearcho* duobus fere post Pythagoram saeculis.

In § 58. *Pythagoras dicitur primus sapientiae studiosum* (φιλόσοφον) *sese appellasse* οὐ καινοῦ μόνον ὀνόματος ὑπάρξας ἀλλὰ καὶ πρᾶγμα οἰκεῖον ΠΡΟεκδιδάσκων χρησίμως. Sententia manifesto postulat ΠΡΟϹεκδιδάσκων. Cicero *Tusc. Quaestt.* V. 4. *nec vero Pythagoras nominis solum* (philosophi) *inventor sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit.*

In § 58. ὡς γὰρ ἐκεῖσε (*ad ludos*) παντοδαποὶ Φοιτῶντες ἄνθρωποι ἄλλος κατ' ἄλλου χρείαν ἀΦικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμοῦ τε καὶ κέρδους χάριν ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος, ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος [ἥκει] τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. Expungendum est ἥκει, quod et eleganter compositae sententiae concinnitatem vitiat et arcte coniungenda dirimit. Expuncto ἥκει apparet vitium in praecedentibus ubi legendum: παντοδαποὶ Φοιτῶντες ἄνθρωποι ἄλλος κατ' ἄλλου χρείαν ἀΦικνΟΥΝται, non ἀΦικνεῖται, ut ratio et usus dicendi postulant.

---

1) Cicero de Legg. II. 6. *quid? quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus.* ad Atticum VI. 1. *Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo tuo familiari reprehensum est?*

Quae leguntur § 58 sqq. ab Heraclide Pontico, Platonis auore, sumta esse a Meinersio putantur. Est sane scriptor elegans, veluti § 58 *τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων καὶ τρυφῆς αἱρεῖ los, τοὺς δὲ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἵμερος, φιλονικίαι τε δοξομα- : κατέχουσιν.*

In sqq. editur: *καλὴν μὲν οὖν εἶναι τὴν τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ ν, — κατὰ μετουσίαν μέντοι τοῦ πρώτου καὶ τοῦ νοητοῦ εἶναι ·ὸ τοιοῦτον.* Addita vocula quae in huiuscemodi comparatione essaria est legendum: *καλὴν μὲν οὖν εἶναι* KAI *τὴν τοῦ σύμ- ντος οὐρανοῦ θέαν*, et sic demum intelligitur *μέντοι* in sqq. *·ὰ μετουσίαν* MΘNTOI *τοῦ πρώτου.*

In § 59. *σοφία* est secundum Pythagoram *ἡ τῷ ὄντι ἐπιστήμη ;] ἡ περὶ τὰ καλὰ πρῶτα καὶ θεῖα καὶ ἀκήρατα καὶ ἀεὶ κατὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀσχολουμένη, ἂν μετοχῇ καὶ τὰ λα ἂν εἴποι τις καλά.* Dele *τις* quod cum *Ἡ ἐπιστήμη* pugnat. sqq. optime F. *περὶ τὰ καλὰ* TA *πρῶτα*, quod etiam sine ris restitui debuisset.
Caeterum haec omnia magis sunt Platonica quam Pythagorea.

In § 60. ad fabulas pueriles delabimur: *μέχρι τῶν ἀλόγων ων ἀναλυτικόν τι καὶ νουθετικὸν ἐκέκτητο Πυθαγόρας.* Pro *νου- τικόν* rectissime F. *νουθετητικόν* dedit. Sed *ἀναλυτικόν* quoque rruptum est. Quid in eo lateret saepe quaesivi sed numquam pperi.

In sqq. *διδασκαλίᾳ πάντα περιγίγνεται τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὅπου ὶ τοῖς — ἀμοιρεῖν λόγου νομιζομένοις.* Nihil est in his difficultatis, ut Kusterus opinabatur. Idem recte emendavit: *ὅπου ὲ καί*, quod dudum receptum oportuerat.

Vanus est et puerilis admodum scriptor qui ea litteris mandavit quae leguntur in § 60—63 et apud Porphyrium in § 23 . Serio narrat Pythagoram egregie cordatum hominem, si is alius *„ursam iureiurando adegisse"*, *ὁρκῶσαι τὴν ἄρκτον μηκέτι ψύχου καθάπτεσθαι.* Quae verba praeierit et quo pacto in us verba ursa iuraverit narrare neglexit.

Iterum diu et multum cum bove egit καὶ εἰς τὸ οὖς πολλὴν ὥραν προσψιθυρίσας τῷ ταύρῳ (qui ingenio paullo tardior fuisse videtur) tandem ei persuasit ut a fabarum esu abstineret. Atque hae ineptiae insertae sunt praeclaris Dicaearchi et Aristoxeni testimoniis. Quidquid de Pythagorae et Pythagoreorum abstinentia a fabarum esu (ut nonnulli adeo mortem obire quam fabis vesci maluerint) nugantur scriptores recentiores, de nihilo esse ficta declarat eximium Aristoxeni testimonium apud Gellium N. A. de quo infra dicemus.

Pergit narrare nugator bovem semel a Pythagora admonitum posthac semper fabis abstinuisse. Mirari desines ubi audiveris τὸν βοῦν ἐκεῖνον — κατὰ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν (*Tarenti*) γηρῶντα διαμεμενηκέναι — ὑπὸ πάντων ἀνθρωπίναις τροφαῖς σιτΟΤμενον, ἃς οἱ ἀπαντῶντες αὐτῷ προσώρεγον. Sic igitur abstinebat fabis, quas nemo dabat. Mendosum est ὑπὸ πάντων σιτούμενον. Emenda σιτιΖΟμενον.

Sequioris aetatis hunc scriptorem esse arguit forma plebeia in § 62. ἀετὸν ὑπεριπτάμενον pro ὑπερπετόμενον. Graeculi ἵπτα-μαι pro πέτομαι dicebant.

In § 62. ἀετὸν ὑπεριπτάμενον — καταγαγεῖν λέγεται καὶ κα-ταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. Diserte in F. καταγαγεῖν legitur ut apud Porphyrium pro vulgata μεταγαγεῖν. Aegerrime distinguuntur in Codicum scriptura μ̃ et κ̃.

Ex hisce omnibus Pythagoras δέδεικται (§ 62. in fine) τὴν Ὀρφέως ἔχων ἐν τοῖς θηρίοις ἡγεμονίαν καὶ κηλῶν αὐτὰ [καὶ κατέχων] τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος [τῆς φωνῆς] προϊούσῃ δυνάμει. Nemo, ut opinor, τῆς φωνῆς retinere volet. Pro κηλῶν in libris est κυκλῶν. Feliciter repertum κηλῶν docet languidum et iners καὶ κατέχων insiticium esse.

In § 63. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφαινεν Εὔφορβον γεγονέναι Πάνθου υἱόν. Vera lectio apud Porphyrium est ἀπέΦΗνεν. O stolidos homines, qui haec ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις probata esse inepti credebant!

Reliqua sunt perinde stolida quamquam confidenter admodum

pro certis et indubitatis proferuntur: *ἐναργέστατα καὶ σαφῶς ἀνεμίμνησκε τῶν ἐντυγχανόντων πολλοὺς τοῦ προτέρου βίου, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ πρὸ τοῦ τῷδε τῷ σώματι ἐνδεθῆναι πάλαι ποτὲ ἐβίωσεν.* Unde haec scire Pythagoram opinabantur? et quo pacto memoriam hanc funditus deletam *renovare* poterat? Quanto melius Cicero *Tusc. Quaestt.* I. 6 *Ego autem non commemini antequam sum natus me miserum. Tu si meliore memoria es velim scire ecquid de te recordere.*

Post pauca *τὰ ἰσορούμενα* (inquit) *περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης — ἀσπίδος παρίεμεν ὡς πάνυ δημώδη, πλὴν ὅγε διὰ πάντων τούτων βουλόμενον δεικνύναι ἐκεῖνό ἐστιν.* Pro *βουλόμενον* Scaliger *ἐβουλόμην* coniecit, quod cum *παρίεμεν* non congruit. Recte F. *βουλόμεθα* paullo perplexius scriptum.

In fine § F. servavit *ἐντεῦθεν ἤρχετο* pro *ἘΝήρχετο*.

In § 64. *τοῖς μὲν γνωρίμοις τὰς λεγομένας ἐξαρτύσεις τε καὶ ἐπαφὰς συνέταττε καὶ συνηρμόζετο.* Supplendum esse *ἐξαρτύσεις τε (καὶ συναρμογὰς) καὶ ἐπαφάς* primum colligas ex § 114. *σύμπαν τὸ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον τὴν λεγομένην ἐξάρτυσιν καὶ συναρμογὰν καὶ ἐπαφὰν ἐποιεῖτο μέλεσί τισιν ἐπιτηδείοις εἰς τὰ ἐναντία πάθη περιάγον χρησίμως τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις.* Si quis enim utrumque locum § 64 et 114. inter se comparare volet, videbit illa ex his sumta esse et repetita verbis partim iisdem partim diversis eandem notionem continentibus. Multo est melior et purior oratio et stilus in § 114. deterior aliquanto et negligentior Iamblichi dictio est, sed dicitur ab utroque idem. Satis erit paucos hos locos inter se conferre:

§ 64.	§ 114.
μηχανώμενος κεράσματα τινῶν μελῶν — δι' ὧν ῥᾳδίως εἰς τὰ ἐναντία περιέτρεπον καὶ περιῆγον τὰ τῆς ψυχῆς πάθη.	*μέλεσί τισιν ἐπιτηδείοις εἰς τὰ ἐναντία πάθη περιάγον χρησίμως τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις.*
§ 65.	§ 114.
ἐπί τε ὕπνον ἑσπέρας τρεπομένων τῶν ὁμιλητῶν ἀπήλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν παρα-	*ἐπί τε γὰρ εὐνὰς τρεπόμενοι τῶν μεθ' ἡμέραν ταραχῶν καὶ ΠΕΡΙηχημάτων ἐξεκάθαιρον τὰς*

χῶν καὶ ἐνηχημάτων διεκάθαιρέ τε συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικὸν ἡσύχους τε καὶ εὐονείρους ἔτι δὲ μαντικοὺς τοὺς ὕπνους αὐτοῖς ἀπειργάζετο.	τὰς διανοίας — καὶ ἡσύχους παρεσκεύαζον ἑαυτοῖς ἐκ τούτου καὶ ὀλιγονείρους καὶ εὐονείρους τοὺς ὕπνους.

In priore loco pro 'ΕΝηχημάτων ex altero ΠΕΡΙηχημάτων est reponendum.

Ex eadem utriusque loci comparatione grave mendum ex § 114. eximi poterit. Editur:

in § 114.	in § 64.
ἔτι δὲ καὶ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ΤΟΠΟΤ τε καὶ πάθη καὶ νοσήματά τινα ἀφυγίαζον.	τὴν διὰ μουσικῆς παίδευσιν — κατεσήσατο διά τε μελῶν τινῶν καὶ ῥυθμῶν ἀφ' ὧν ΤΡΟΠΩΝ τε καὶ παθῶν ἀνθρωπίνων ἰάσεις ἐγίγνοντο.

ex quo intelligitur male mulcatum locum sic redintegrari oportere: ἄνευ λέξεως (διὰ) μελισμάτων (τινῶν καὶ ῥυθμῶν) ΤΡΟΠΟΤC τε καὶ πάθη καὶ νοσήματά τινα ἀφυγίαζον. Paene oculis cernimus veterem lacunam **μελισμάτων**** **ΟΠΟΤ* τε καὶ πάθη. Evidens est in ΟΠΟΤ nomen aliquod latere, quod fuisse ΤΡόπουC ex altero loco apparet.

§ 65.	§ 114.
ἀπὸ δὲ τῆς εὐνῆς πάλιν ἀνισαμένων τοῦ νυκτερινοῦ κάρου καὶ τῆς ἐκλύσεως καὶ τῆς νωχελείας αὐτοὺς ἀπήλλασσε διά τινων ἰδιοτρόπων ἀσμάτων.	ἐξανισάμενοί τε τὰς ἐκ κοίτης νωχελείας πάλιν καὶ κάρους δι' ἀλλοτρόπων ἀπήλλασσον ἀσμάτων.

Manifestum est eadem haec esse verbis paullo aliter enuncia[ta] in eandem sententiam.

Praeterea sciendum comparationem hanc a lyra sumtam, cuius proprie sunt ἐξάρτυσις καὶ συναρμογὰ καὶ ἐπαφά, Pythagoreis in deliciis fuisse et passim legi. Euryphamus Pythagoreus in Stobaei *Floril.* CIII. 27. λύρα πᾶσα χρηΐζει τριῶν τούτων τυχέν· ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαφᾶς τινὸς μωσικᾶς. Hippodamus Pythagoreus in Stobaei *Floril.* XLIII. 93. πᾶσα πολιτικὰ κοινωνία λύρᾳ παντελεῖ ποτέοικε τῷ ἐξαρτύσιός τε δέεσθαι καὶ συναρμογᾶς καὶ τὸ τελευταῖον ἐπαφᾶς τινὸς καὶ προσχρέσιος μωτικᾶς. Callicratidas Pythagoreus in Stobaei *Floril.* LXXV. 16.

τᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον τριῶν τούτων χρηΐζει τυχέν· ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαφᾶς τινὸς μωσικᾶς.

Ἐξαρτύεσθαι proprie in ea re poni solet: apud Anaxilam Athenaei pag. 183 *b*. ἐν Λυροποιῷ inducitur ὁ λυροποιός ita dicens:

ἐγὼ δὲ βαρβίτους τριχόρδους πηκτίδας
κιθάρας λύρας σκινδαψὸν ἐξηρτυόμαν.

in Archetypo Marciano est σκινδαψοὺς ἐξηρτυόμαν, ut metro consulerent σκινδαψὸν reposuerunt, sed sententia pluralem postulat. Legendum Δωριστί·

ἐγὼ δὲ βαρβίτΟC τριχόρδΟC πΛκτίδας
κιθάρας λύρας σκινδαψΟC ἐξΑρτυόμαν.

Figurate Iamblichus § 94. qui ex optimo scriptore haec descripsit: εἰ δὲ πάντα ἀκριβῶς αὐτῷ ἐπιβλέποντι ἐξηρτυμένοι Φαίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς ἤθεσιν, ubi edebatur ἐπιβλέποντϵC ἐξηρτΗ-ένοι, emendavit utrumque Kusterus. Id ipsum quod reposuit a F. diserte scriptum est ἐπιβλέπ͂ον cum duobus punctis (··) significantibus, ut (:) pro α ponitur, et ἐξηρτϒμένοι.

In § 65. τῆς νωχελείας αὐτοὺς ἀπήλλασσε διά τινων ἰδιοτρόπων ᾀσμάτων καὶ μελισμάτων ψιλῇ τῇ Κράσει διὰ λύρας ἢ καὶ φωνῆς συντελουμένων. Mendum est in κράσει. Legendum ψιλῇ τῇ Φράσει, ut § 227. ἅπερ ψιλῇ μὲν τῇ Φράσει γραώδεσιν ὑποθήκαις ἔοικεν.

In § 65. Pythagoras τὸν νοῦν ἐνήρειδε ταῖς μεταρσίαις τοῦ ὅλου συμφωνίαις ϵΝακούων, ὡς ἐνέφαινε, μόνος αὐτὸς — τῆς κοσμικῆς τῶν σφαιρῶν — ἁρμονίας. Male sit nugatoribus, qui multis post Pythagoram saeculis haec *miracula stultitiae* prudentissimo viro imputarunt, ut etiamnunc ἡ τῶν σφαιρῶν ἁρμονία uno tantum homine audita risum moveat et iocum.

Mendosum est ἐνακούων. Legendum ϵΠακούων, ut in § 66. de re eadem: ἑαυτῷ γὰρ μόνῳ — ἐπήκοα τὰ κοσμικὰ φθέγματα ἐνόμιζεν.

In § 67. versus sunt Empedoclis:

ὁππότε γὰρ πάσαισιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι
ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκεν ἕκαστα.

Lege πάσῃσιν ex F. et in sq. versu: ῥεῖ' Ὅ Γϵ τῶν ὄντων

— λεύσϹεσκεν. Nihil est γε in ῥεῖά γε et ὁμηρικῶς dixerat Empedocles ῥεῖ' ὅ γε — λεύσσεσκεν ἕκαςα.

Idem locus bis et ter ab Iamblicho descriptus est

§ 68.

πρὸς δὲ τούτοις ἐμψύχων ἀποχὴν πάντων καὶ ἔτι βρωμάτων ἀκολάςων ταῖς ἐπεγρίαις τοῦ λογισμοῦ καὶ εἰλικρινείαις ἐμποδιζόντων κατέδειξε τοῖς ἑταίροις, ἐχεμυθίαν τε καὶ παντελῆ σιωπὴν πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσαν ἐπὶ ἔτη πολλά, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπνευςον περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων ἐξέτασίν τε καὶ ἀνάληψιν· διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀοινίαν καὶ ὀλιγοσιτίαν καὶ ὀλιγοϋπνίαν, δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτήδευτον καταφρόνησιν (F. φρόνησιν) τε καὶ κατεξανάςασιν καὶ αἰδὼ μὲν ἀνυπόκριτον πρὸς τοὺς προσήκοντας, πρὸς δὲ τοὺς ὁμήλικας ἄπλαςον ὁμοιότητα καὶ φιλοφροσύνην, συνεπίτασίν τε καὶ παρόρμησιν πρὸς τοὺς νεωτέρους φθόνου χωρίς.

§ 187.

τοῦ δὲ αὐτοῦ εἴδους ἐςὶν ἀποχὴ ἐμψύχων ἁπάντων καὶ προσέτι βρωμάτων τινῶν ἀκολάςων — καὶ αἱ ἐπήρειαι τῶν ἐμποδιζόντων τοῦ αὐτοῦ ἐςὶν εἴδους. ἔτι δὲ ἐχεμυθία τε καὶ παντελὴς σιωπὴ πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσα, ἥ τε σύντονος καὶ ἀδιάπνευςος περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων ἀνάληψίς τε καὶ ἐξέτασις· διὰ δὲ τάδε καὶ ἀοινία καὶ ὀλιγοσιτία καὶ ὀλιγοϋπνία, δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτήδευτος κατεξανάςασις καὶ αἰδὼς μὲν ἀνυπόκριτος πρὸς τοὺς προσήκοντας, περὶ δὲ τοὺς ὁμήλικας ἄπλαςος ὁμοιότης καὶ φιλοφροσύνη, συνεπίστασις δὲ καὶ παρόρμησις πρὸς τοὺς νεωτέρους φθόνου χωρίς.

In priore loco scribendum: βρωμάτων (τινῶν) ἀκολάςων ΤΑϹ ΘΥΑΤΓΕΙΑϹ τοῦ λογισμοῦ καὶ ΤΑϹ εἰλικρινείΑϹ ἐμποδιζόντων, et idem in secundo loco nunc pessime mulcato olim fuit scriptum, ubi nonnulla interposita sunt aliunde sumta et cum reliquis minime congruentia.

Recurrit idem locus § 225. sic scriptus: (εἰς del.) τοῦτο μὲν γὰρ ἀποχὴ ἐμψύχων ἁπάντων καὶ προσέτι βρωμάτων τινῶν ἠσκεῖτο γενναίως, τοῦτο δὲ ἐχεμυθία τε καὶ παντελὴς σιωπὴ πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσα ἐπὶ ἔτη πολλὰ [τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν ἐγύμναζε, dele alienae manus additamentum loci compositionem

itians], ἥ τε σύντονος καὶ ἀδιάπνευστος περὶ τὰ δυσληπτότατα ῶν θεωρημάτων ἐξέτασίς τε καὶ ἀνάληψις· διὰ ταῦτα δὲ ἀοινία κὶ ὀλιγοσιτία καὶ ὀλιγοϋπνία δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων νεπιτήδευτος καταφρόνησις. [καὶ ταῦτα πάντα εἰς ἀνδρείαν αὐοῖς συνέτεινεν, hoc quoque est παρέμβλημα fortasse ipsius Iamlichi pugnans cum loci sententia et conformatione verborum, eque enim ἡ τῶν ἐμψύχων ἀποχή, ἡ ἐχεμυθία, ἡ σύντονος ξέτασις, ἡ ἀοινία, ἡ δόξης τε καὶ πλούτου καταφρόνησις *fortiudinem* (ἀνδρείαν) animis indebant, sed *gravitatem* et *constantiam*, ὶt verborum ea est compositio ut omnia haec pendeant ex ἱτκεῖτο γενναίως. Eadem de causa dixerat τοῦτο μέν — τοῦτο ἑ, non ϵIC τοῦτο μέν.].

In § 68. ἀποχὴν βρωμάτων τινῶν ταῖς ἐπεγρίαις (sic F.) τοῦ ογισμοῦ καὶ εἰλικρινείαις ἐμποδιζόντων κατέδειξε τοῖς ἑταίροις. Γt vera lectio indagetur, namque 'ϵΠϵΓΡΙΑIC nihil est, comara locum in § 13. κἀκ τούτου ὀλιγοϋπνίαν καὶ ἐπαγρίαν καὶ υχῆς καθαρότητα κτησάμενος. et in § 187. καὶ αἱ ἐπήρειαι. num et idem vocabulum latet in triplici mendo ϵΠϵΓΡΙΑIC ; ϵΠΑΓΡΙΑΝ et 'ϵΠΗΡϵΙΑΙ, quod videamus an expiscari ɔssimus ex § 74. μετὰ τοὺς καθαρμοὺς — δι' οὓς ἀγχίνοιά τε τὶ ψυχῆς εὐάγειαι — ἐνεφύοντο. et ex § 105. ἐπειδὰν — Φαρὰ καὶ εὐαγῆ ἀντὶ σκοτεινῶν γένηται. et ex § 106. ὅσα δὲ ; μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς καὶ ἀ-ν*είαν* (sic F.) — παρῄνει Φυλάττεσθαι. et ex § 107. καὶ τὰ ὸς εὐάγειαν (F. εὐᾶ) δὲ ἐναντίως ἔχοντα καὶ ἐπιθολοῦντα ᾳ ψυχῆς τὰς καθαρότητας. Nempe duo erant adiectiva formata alterum ex τὸ ἄγος εὐαγής, εὐαγῶς, εὐάγεια, alterum ἡ αὐγή εὐαυγής, εὐαύγεια, quae quamquam toto coelo stant perpetuo inter se confunduntur. Εὐαγής est εὐσεβής, εοσεβής, ὅσιος, sed εὐαυγής est λαμπρός, Φαεινός *lucidus*, *clarus*, et opponuntur inter se εὐαυγής et σκοτεινός. Hinc facile est hos locos omnes ordine emendare. Legendum § 68. ταῖς ϵΤΑΤΓϵΙΑIC τοῦ λογισμοῦ. et § 13. ϵΤΑΤΓϵΙΑΝ καὶ ψυχῆς καθαρότητα. et § 187. αἱ ϵΤΑΤΓϵΙΑΙ δὲ αἱ τοῦ λογισμοῦ. et 74. ψυχῆς ϵΤΑΤΓϵΙΑ. et § 105. ἐπειδὰν — ϵΤΑΤΓΗ ἀντὶ κοτεινῶν γένηται. et § 106. πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς καὶ ϵΤΑΤΓϵΙΑΝ. et § 107. τὰ πρὸς ϵΤΑΤΓϵΙΑΝ δὲ ἐναντίως

ἔχοντα. Magnam horum locorum partem occupavit sic emendare Hemsterhusius apud Dindorf. ad St. Th. v. Εὐαγής. Hemsterhusius et alia complura de genere hoc aliunde attulit et locum ex Iamblichi *Protreptico* (pag. 360. Kiessl.) ἀφ' ὧν λαμπροτάτη τις εὐαγία καὶ ἀδιάπταιστος περὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα συνίσταται, ubi haud dubie ΕΥΑΓΕΙΑ reponendum, quod unice ad τὸ τῆς ψυχῆς ΟΜΜΑ accommodatum est. Eadem fere notio inest in verbis εὐαυγής, λαμπρός, εἰλικρινής, φαεινός (φανὸς), καθαρός, quibus opponuntur σκοτεινός, θολερός, ἐπιθολοῦσθαι et sim.

Idem Hemsterhusius Aeschylo reddidit in *Persis* vs. 466.

ἔδραν γὰρ εἶχε παντὸς ΕΥΑΓΗ στρατοῦ.

pro εὐαγῆ, quod Dindorfium retinuisse miror, et Euripidi in *Supplic.* vs. 652.

ἀμφὶ δ' Ἡλέκτρας πύλας
ἔσην θεατὴς πύργον ΕΥΑΓΗ λαβών.

pro εὐαγῆ, quod plane ineptum est. Platoni idem reddidit *de Legg.* pag. 952 *a*. μαθοῦσι μὲν εὐΑΤγέστερα — μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτεινότερα. et in *Timaeo* pag. 58 *d*. ἀέρος τὸ μὲν εὐΑΤγέστατον — ὁ δὲ θολερώτερος, unde Iamblichus sumsit (*de Myster.* 80. 21.) τὸ εὐΑΤγέστατον — τοῦ ἀέρος, non εὐΑγέστατον, et apud Aristotelem *de mundo* cap. 5. κόσμος λαμπρότητι εὐΑΤγέστατος.

Addidit Hemsterhusius verissimam observationem hanc: „*Pythagoreis imprimis αὐγή et voces inde natae placuerunt.*" et unum affert ex Stobaeo locum: ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὴν ἔποψιν.

Mallem tamen pro Pythagoreis Dorienses nominasset, qui crebro αὐγά, αὐγάσδομαι, ποταυγάσδομαι, ποταύγασις et multa hinc derivata usurpabant, διαυγής, τηλαυγής, παναυγής, περιαυγής, συναυγής, μελαναυγής, ἀνταυγής similiterque εὐαυγής.

Nota est Spartanorum cantilena:

ἁμὲς δέ γ' εἰμές, αἱ δὲ λῇς αὐγάσδεο.

et palmaris Koenii emendatio in Stobaei *Floril.* XLVIII. 62. ὥσε τὼς ποταυγασμένως αὐτὸν κατακοσμαθῆμεν, ubi in vicinia est ἀ ποταύγασις. Una opera emendari poterit locus Stobaei *Floril.* I. 81 in Archytae fragmento: τὸ λαμπρὸν Φάος μαρΑΤγίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς, quod nihil habet cum αὐγή commune sed corrigendum est ex loco Ecphanti Pythagorei in Stob. *Floril.* XLVIII. 64. μαρμαρυγαί τε γὰρ πολλαὶ καὶ σκο-

δινιάσεις ὡς ἐΦ' ὕψος ὀθνῇον ἀναβάντας τὼς νόθως ἀπήλεγξαν, ıde reponendum: μαρΜΑΡΤΓὰν περιτίθηΤι τοῖς ὀΦθαλμοῖς, ut ıud Iamblichum § 228. ὑπὸ τῆς λαμπροτάτης αὐτῶν μαρμαρυῖς ἀποσρέΦεσθαι τὰ ὄμματα.

In § 68. in F. legitur: αὕτη μὲν οὖν ἥδη μουσικῆς ἐπετηύετο αὐτῷ κατάρτΤσις τῶν ψυχῶν, in quo latet: αὕτη μὲν οὖν Ι ΔΙΑ μουσικῆς.

Rectissime idem κατάρτυσις pro κατάρτησις dedit. Sunt ıim in ea re Pythagoreis usitata verba καταρτύειν et κατάρıσις. Iamblichus § 95. ἐπεσκόπει γὰρ πῶς ἔχουσι Φύσεως πρὸς ιέρωσιν· ἐκάλει δὲ τοῦτο κατάρτυσιν. Hippodamus Pythaɔreus in Stobaei *Florilegio* XLIII. 93. in fine: τοὶ νέοι δέονται ıΦρονισμῶ καὶ καταρτύσιος. Hinc certa parata est correctio ırbis Archytae apud Stobaeum *Floril.* I. 80. δεινὰ γὰρ ἀτυχία ναγαγὲν καὶ καταρτίσαι τὰν ψυχάν, ἃ δὲ εὐπραγία τοὐναντίον ἄραι καὶ κενῶσαι. Legendum: δεινὰ γὰρ Ἀ ἀτυχία — καταρΓCAI (καταρτῦσαι) τὰν ψυχάν. Deinde pro ridicula lectione νῶσαι emendandum esse arbitror ΧΑΤνῶσαι, id est *inflare*, *vidum reddere.*

In § 68. τὸ γεΝικὸν τῶν περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα νων ᾤετο δεῖν ὑπάρχειν καὶ τὰς τῆς ἐμΦύτου (F. καὶ τοῦ Φῦ) πᾶσιν ἀκρασίας τε καὶ πλεονεξίας βασάνους τε ποικιλωτάıς καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ σιδήρῳ συντελουμένας ıθεσμοθετῆσαι τοῖς χρωμένοις. Cf. § 225. ἦν δὲ γεΝικὸν αὐτῶν περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα ἐπίπονον καὶ αἱ τῆς ıΦύτου πᾶσιν ἀκρασίας τε καὶ πλεονεξίας βάσανοι, ποικιλώταταί κολάσεις καὶ ἀνακοπαὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ συντελούμεναι ἀπαıιτήτως.

Sunt haec illis multo meliora et a Iamblicho paullo negligentius descripta. In utroque loco scribendum γεΝΝΙκὸν pro γενικόν. In priore legendum — βασάνους ποκιλώτατάς ΤΘ κοıάσεις (et sic F.). Deinde in F. legitur — σιδήρῳ κατ' αὐτὴν ıυντελουμένας. Absurdum est κατ' αὐτήν additum, sed ex alero loco emergit vera lectio: — σιδήρῳ ἀπαραιτήτως συντεουμένας. Supererat *Α*ΑΙΤ**, idque inepte expletum.

Bis legitur idem locus § 69. et § 229, quae inter se comparare operae pretium est. Haec sunt perboni scriptoris, quae Iamblichus hic illic suo stilo corrumpit. Corrigendum est ex § 229. δι' εὐσεβείας καὶ ἐπιστημονικῆς θεΡΑΠείας pro θεωρίας, et λογιστικοῦ pro λογικοῦ et πρὸς τὰ τοῦ ἀλόγου εἴδη, ubi εἴδη perierat, et διὰ νομιμότητος ὑγιοῦς, et σώματος — καὶ τῶν ἐγκεκρΙμένων αὐτῷ ἐναντίων δυνάμεων εἰρήνευσιν. pro ἐγκεκριμένων editur ἐγκεκρυμμένων, sed non sunt hae facultates in corpore *absconditae*. Codex F. utroque loco ἐγκεκριμμένων exhibet.

Praeterea scrib. καὶ τῆς εἰς ταύτην διαίτης, ut est in F. et in § 229.

Paullo ante in verbis: ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἢ ἀδελφοὺς ἢ οἰκείους omissa sunt carissima capita ex § 229 revocanda, ubi legitur: ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ΤΗ ΤΕΚΝΑ ἢ ἀδελφούς.

Sequitur

§ 70.	§ 230.
πάντων τούτων ἓν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κατὰ σύλληψιν καὶ συγκεφαλαίωσιν ὀνόματος τοῦ τῆς Φιλίας εὑρετὴς καὶ νομοθέτης ὁμολογουμένως Πυθαγόρας ἐγένετο.	ἐν πᾶσι δὴ τούτοις ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κατὰ σύλληψιν τοῦ τῆς Φιλίας ὀνόματος ὄντος εὑρετὴς καὶ νομοθέτης ὁμολογουμένως Πυθαγόρας ἐγένετο.

In priore loco dele ἓν ante ἑνός. Vides καὶ συγκεφαλαίωσιν a Iamblicho additum esse de suo ad κατὰ σύλληψιν.

In secundo loco expunge ὄντος ut sit sana sententia. Coniungenda sunt enim εὑρετὴς καὶ νομοθέτης ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ — ὀνόματος, ut § 70. rectissime legitur.

In § 70. περιῆγεν ἐπὶ τὸ νοητὸν τὸ θεῖον ὄμμα κρεῖττον ὂν σωθῆναι κατὰ τὸν Πλάτωνα μυρίων σαρκίνων ὀμμάτων. Decantatus Platonis locus legitur *de Rep.* pag. 527. *d.* quem operae pretium est comparare cum testimonio Theonis Smyrnaei περὶ ἀριθμητικῆς cap. 4. pag. 6. edit. de Gelder. Ponam utramque scripturam sub uno conspectu:

PLATO.	THEO.
ἡδὺς εἶ ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλοὺς μὴ δοκῇς ἄχρηστα μα-	ἡδὺς εἶ ὅτι ἔοικας δεδιέναι μὴ ἄχρηστα τὰ μαθήματα προστάτ-

θήματα προστάττειν. τὸ δ' ἔσιν οὐ πάνυ φαῦλον ἀλλὰ χαλεπὸν πίσευσαι ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάσου ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται.

τοιμι. τὸ δ' ἔσιν οὐ πάνυ φαύλοις ἀλλὰ πᾶσι χαλεπὸν πισευθῆναι ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάσου οἷον ὀργάνοις τὸ ψυχῆς ἐκκαθαίρεται καὶ ἀναζωπυρεῖται ὄμμα τυφλούμενον καὶ ἀποσβεννύμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται.

Complura sunt apud Theonem meliora quam in Platonis Codicibus, praesertim: οἷον ὀργάνοις τὸ ψυχῆς ἐκκαθαίρεται — ὄμμα, et ΠΑΓχάλεπον et ἀποσβεννύμενον. Similiter Plato dixit pag. 533. *d.* ἐν βορβόρῳ — τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον — ἀνάγει ἄνω. De suo Iamblichus pro captu suae aetatis σαρκίνων addidit.

In § 71. πρῶτον μὲν πυνθανόμενος πῶς τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς οἰκείοις τοῖς λοιποῖς ΘΙCIN ὡμιληκότες. Dicendi usus optativum postulat ΘΙΘΝ (εἶεν) ὡμιληκότες.

Post pauca editur: ἀποπειρώμενος πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσιν ὡς ΧΑΛΕΠΩΤΕΡΟΝ τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο τὸ γλώσσης κρατεῖν. Primum repetita syllaba scribendum: ὡς χαλεπώτερον ΟΝ. Deinde cogita quid sit emendandum pro ἐγκρατῶς. Nempe ΓΩΣ ἔχουσι constanter cum genitivo nominis componitur, ut in § 72. δοκιμάζων πῶς ἔχει βεβαιότητος καὶ ἀληθινῆς φιλομαθείας. et § 95. πῶς ἔχουσι φύσεως πρὸς ἡμέρωσιν. et § 93. ὡς ἔχοι ἕκαστος φύσεως καὶ δυνάμεως. Sic etiam nunc dixerat πῶς ἐγκρατΘΙΑC ἔχουσιν. Scin' quid in archetypo F. legatur? πῶς ἐγκρᾶ, id est ἐγκρατείας, quod descriptores nesciebant.

Passim in F. similia leguntur veluti φιλομᾶ pro φιλομαθείας.

Sequitur: ἐν δὴ τῷ χρόνῳ τούτῳ τὰ μὲν ἑκάσου ὑπάρχοντα [τουτέσιν αἱ οὐσίαι] ἐκοινοῦΝΤο διδόμενα τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τοῦτο γνωρίμοις, οἵπερ ἐκλοῦντο πολιτικοὶ [καὶ] οἰκονομικοί τινες καὶ νομοθετικοὶ ὄντες. Expunge puerile emblema τουτέσιν αἱ

οὐσίαι et repone ἀνεκοινοῦτο. Pro ἑκάσου ὑπάρχοντα in F. est ἑκᾶ id est ἑκάϛΩΙ.

Expungendum esse καί argumento est οἰκονομικοί ΤΙΝΘϹ, namque οἰκονομικοί τινες ὄντες πολιτικοὶ ἐκαλοῦντο rectissime dicitur, sed ἐκαλοῦντο οἰκονομικοί τινες absurdum est.

In sqq. adde articulum ἔκ τε (τοῦ) βίου καὶ τῆς ἄλλης ἐπιτηδείας κριθέντες.

In § 73. εἰ δ' ἀποδοκιμασθείησαν τὴν μὲν οὐσίαν ἐλάμβανον διπλῆν. Leg. οὐσίΑΝ ΆΝελάμβανον. Deinde pro: συγτυγχάνοντες δὲ αὐτοῖς οὕτω ϹΤΝετύγχανον ὡς ἄλλοις τισίν· ἐκείνους δὲ ἔφασαν τεθνάναι οὓς αὐτοὶ ἀνεπλάσαντο, legendum οὕτωϹ ΘΝετύγχανον. Namque συντυγχάνειν dicitur *de fortuito occursu*, ἐντυγχάνειν τινί est προσφέρεσθαι πρός τινα *agere cum aliquo*. Pro ἀνεπλάσαντο F. servavit verum ἀνεπλάϹϹΟντο, utpote de re inchoata, sed non perfecta.

In § 74. F. recte articulum obtulit μετὰ (τὴν) πενταετῆ σιωπήν.

In § 74. μετὰ — καθαρμοὺς τοσούτους τε καὶ τηλικούτους καὶ ἐκ ποικίλων οὕτω θεωρημάτων προσδεύσαντες. Verum vidisse arbitror Kiesslingium qui ΠΡΟοδεύσαντΑϹ corrigebat.

Graeculorum est προοδεύειν pro *antecedere*, et apertum est hunc locum ex futilissimo scriptore ab Iamblicho esse descriptum.

Circa finem § 74. editur: κοινὰ γὰρ αὐτοῖς καὶ ταῦτα ἀπέκειτο ὑπό τινων εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων νὴ Δί' οἰκονομούμενα. Risum movet νὴ Δία in tali re sic interpositum. Suspicor olim fuisse, — ἐπιτηδείωΝ ΔΙοικούμενα.

In § 80. Pythagoras narratur discipulos suos in duo genera divisisse τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλέσας τοὺς δὲ Πυθαγοριϛάς· ὥσπερ Ἀττικούς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρους δὲ Ἀττικιϛάς. Mirifice perturbat omnia homo indoctus et levis. Pythagorei *recocti* post Diodorum Aspendium dicuntur πυθαγορίζειν, unde πυθαγοριϛαί appellabantur, sed hanc divisionem ipsi Pythagorae tribuere quale sit tu ipse existimato.

In § 82. — *ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων.* F. *ἄνευ* ὁ id est *ἄνευ λόγου*, quod verum est.

Post pauca: *ὅσα παρ' ἐκείνου ἐρρέθη.* Sic faex Graeculorum icebat pro *ἐρρήθη*, ut *εὑρέθη*, *ἠρέθη*. Sexcenties vitiosa forma repsit in scripta veterum. Peccabant in solo indicativo: *ῥεθῆναι* enim et *ῥεθείς* nemo dicebat.

In § 82. quaerebant Pythagorei: *τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. δεύτερον δὲ τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα* TIθέμενον. *τί σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρική.* Legendum esse existimo: *τίς ὁ σοφώτατος; ἀριθμός· δεύτερος δὲ* 'Ο *τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος.* Aelianus V. H. IV. 17. (*Pythagoras*) *ἔλεγεν ὅτι πάντων σοφώτατον ὁ ἀριθμός· δεύτερος δὲ ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος.* Cicero *Tusc. Quaestt.* I. § 62. *„qui primus, quod summae sapientiae Pythagorae visum est, omnibus rebus imposuit nomina."* Plato eam rem hominum captum superare arbitrabatur, itaque in *Cratylo* dixit pag. 438 *b. οἶμαι μὲν ἐγὼ μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν τὴν θεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα οἷς πράγμασιν.*

In § 83. *τί τὸ ῥᾷστον; τῷ ἔθει χρῆσθαι.* Recte Kiessling. ΓΟ *ἔθει.*

Tum pro *πρότερον γὰρ οὗτοι Πυθαγόρου ἐγένοντο* recipiendum ex F. *πρότερΟΙ.*

Paucis interpositis editur: *δεῖ τεκνοποιεῖσθαι· δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύΟΝτας τὸν θεόν.* Natura rei clamat *futurum* esse reponendum *τοὺς θεραπεύΟοντας. Misit qui de pace agerent* Graece sonat *ἔπεμψεν οἵτινες περὶ εἰρήνης διαλέξονται*, vel *τοὺς διαλεξομένους*, ubi praesens esset plane ineptum.

In § 83. *οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν* [*ὁδοὺς*] *οὐδὲ εἰς περιραντήριον ἐμβάπτειν οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι.* Scribe *λοῦσθαι.* Praeterea dele *ὁδούς.* Habebat lingua vetus hoc (et sunt haec verba ipsius Pythagorae) ut *ὁδούς* omitteret et simpliciter *τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν* diceret. Additum est a sciolo idque verincommoda sede. Mendose scribitur apud Diogenem Laërt. VIII. 17. *'ΘΝτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν* pro TAC *λεωφόρουC.*

In § 85. *ἐπὶ κολάσεως γὰρ ἐλθόντας δεῖ κολασθῆναι.* Rursime Kiessling. *ἐπὶ κολάσει* ex *Protreptico* pag. 134. *οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι — ζῆν ἡμᾶς ἐπὶ κολάσει.*

Diserte in F. scriptum est *ἐπὶ κολάσει.* et statim post idem dedit *ἀνυπόδητον* pro *ἀνυπόδετον.*

In § 85. *ὑπομένοντα καὶ ἔχοντα τραύματα ἐν τῷ ἔμπροσθεν τελευτῆσαι ἀγαθόν, ἐναντίως δὲ ἐναντίον.* Egregium sane praeceptum sed Tyrtaeo quam Pythagora dignius et ab h.l. et symbolorum Pythagorae explanatione prorsus alienum et eiusmodi ut nemo de populo id nesciat. Lepide dixit Comicus nescio quis:

τραύματ' ἐξόπισθ' ἔχων
τῆς δειλίας σημεῖα κοὐχὶ τοῦ θράσους.

In sqq. F. *εἰς μόνA τῶν ζῴων* pro *εἰς μόνοN.*

In § 85. *περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν*, emendandum est *μετοικίσεως. Migrare* enim est *μετοικίζεσθαι*, non *μετοικεῖν.* Saepissime in Codicibus nomina in *— οἴκισις* ita vitiantur, ut *— οἴκησις* scribatur contra scriptoris sententiam. Plane eodem mendo liberandus est Plato in *Apologia* pag. 40 *c. μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκΗσις τῆς ψυχῆς ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον*, imo vero *μετοίκΙσις*, et in *Phaed.* pag. 117 *c.* et *de Legg.* pag. 850 *c. ἢ τινα ἀναβολὴν τῆς ἐξοικΗσεως ἀξιῶν ἑαυτῷ γίγνεσθαι.* scrib. *ἐξοικίσεως.*

Rectissime legitur § 250. *Lysis in Achaia habitans ἔπειτα εἰς Θήβας μετῳκίσατο*, ubi Menag. ad Diog. Laërt. VIII. 7. infeliciter admodum *μετῴκησε* reponebat.

C. G. COBET.

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

ISAEI ORATIONES.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

In prima Oratione Isaei, quae est de Cleonymi hereditate, rima est paragraphus, in qua duo vocabula videntur excidisse. uod ibi legitur: *οὐ γὰρ τῶν* Κλεωνύμου *μόνον ἀμφισβητοῦ-ν ἀλλὰ καὶ τῶν πατρῴων, ὀφείλειν ἐπὶ τούτοις ἐκείνῳ φάσ-οντες ἀργύριον*, nondum nominavit orator adversarios in iis uae proxime praecedunt itaque requiro: *ἀμφισβητοῦσιν οὗτοι·* ›ntendebant autem illi non se ipsos *ὀφείλειν*, quod absurdum ›t, sed eum in cuius gratiam Isaeus hanc orationem conscrip-t. Ut in Graecis id insit, quod ratio suadet, supplendum erit: *ὀφείλειν ἐπὶ τούτοις ἐκείνῳ ἡμᾶς φάσκοντες ἀργύριον.* Vicinia erbi *φάσκειν* periculosa interdum fuit pronominibus *ἡμᾶς ὑμᾶς* Φᾶς. Luculentum est exemplum apud Thucydidem V. 49. ʳetuerunt Elei ne Lacedaemonii interessent Olympicis ludis, *quod multam non solvissent: οὐκ ἐκτίνοντες τὴν δίκην αὐτοῖς, ἣν ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ νόμῳ κατεδικάσαντο αὐτῶν, φάσκοντες σφᾶς ἐπὶ Φύρκον τε τεῖχος ὅπλα ἐπενεγκεῖν καὶ ἐς Λέπρεον*

In § 85. [illegible] Triplex [illegible] sime K[illegible] Primum parum Graece dictum [illegible] τεροι λ[illegible] cum autem in uno alt[illegible] Dis[illegible] vitium inesse video [illegible] dedit [illegible] existimo [illegible] nunc Codice [illegible] legatur pro [illegible] simplex admodum remedium est rescribere: ἐκ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ νόμου, quam lectionem itidem Dobraeus commendavit, nisi quod nescio quomodo pluralem numerum praeferebat: ἐκ τῶν Ὀλυμπιακῶν νόμων. Deinde nemo potest non offendi pronomine σφᾶς, quod ad Lacedaemonios scilicet referendum erit. In hoc maxime loco est videre, quam imperiti critici nonnulli fuerint, qui τὸν οὐ πάντεσσι βατὸν emendare et interpretari sunt conati. Praestat illorum commenta oblivioni tradere; ne hoc quidem omnes intellexerunt, quanto melius esset σφῶν legere, quod Dobraeus coniecit, quam illud σφᾶς, quod ut tueantur, probare instituunt σφᾶς non subjectum sed obiectum esse verbi ἐπιφέρειν, quod recte cum duplici accusativo possit construi. Hoc probabitur, postquam apud Romanos inventum erit: *bellum inferre aliquem* pro *alicui*. At nimis violentum est pro σφᾶς reponere velle σφῶν. Fateor; sed succurrit medicina aliquanto lenior. Librarius bis scripsit Φάσκοντες, cum semel deberet: deletis sex literis quae abundabant, mansit in Codice ΦασκοντεσΦασ. Inde vitium ortum et locus integer erit, resecto inutili pronomine. Quod superest, displicet: αὐτῶν ὁπλίτας ἐσπέμψαι. Otiosum est illud αὐτῶν et requiritur ut dicatur, *quot* milites Lepreum missi sint. Fuerunt autem *mille*, quod efficitur e multa, quae fuit binarum minarum in singulos milites, summa autem minarum duorum milium. Hinc scribam: ἐς Λέπρεον χιλίους ὁπλίτας ἐν ταῖς Ὀλυμπιακαῖς σπονδαῖς ἐσπέμψαι. Non opus est indicare vitii originem.

Minime credibile est quod legitur in eadem Isaei oratione § 7: ἥκουσιν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς φίλους παρακαλέσαντες καὶ ῥήτορας παρασκευασάμενοι· ad eam causam orandam non opus erat plus uno oratore et ῥήτορα παρασκευασάμενοι omnino satis est. Sed multo gravius est vitium in § 10. Qui orationem pronunciavit, patruum habuit Diniam, qui post fratris mortem liberorum eius tutelam suscepit, et avunculum Cleonymum, de cuius bonis quaeritur, ad quem pervenire debeant. Inimicitias exercebant Cleonymus et Dinias; hinc olim ille fecerat testa-

atum, in quo sororis filios exheredaverat, ne quid umquam uris in eam hereditatem haberet Dinias, quem pessime oderat. De ea re leguntur sensu vacua: ὅτι δ' οὖν ἐκ ταύτης τῆς ὀργῆς Κλεώνυμος ταύτας ποιεῖται τὰς διαθήκας, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὡς ὕστερον ἐσώθη, ἔλεγεν. Nescio unde Schoemannus lectionem habeat, quam in adnotatione indicavit, ἐσώφθη· sed nihil refert, nam sententiae compositio tam simplex est, ut dubitare non debeas, quibus verbis Isaeus usus fuerit. Nullum periculum Cleonymus adiit, non aegrotavit, non ἐσώθη, sed *resipuit* et ex iracundia ad sedatam mentem rediit, ἐσωφρονίσθη. Quin scribamus: ὡς ὕστερον ἐσωφρονίσθη, δῆλον ἐγένετο. Deinde, mutata interpunctione, reliqua ita constituenda sunt: Ὁρῶν γὰρ (Codices δέ) ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου καὶ δεδιὼς μὴ τελευτήσειεν et quae sequuntur, nam multa tanquam διὰ μέσου interponuntur, quibus absolutis tandem extrema verba sunt: ταῦτα δὴ (hoc supplendum) διανοηθεὶς ἐκεῖνος, εἴτε ὀρθῶς εἴτε μή, τὰς διαθήκας ταύτας διέθετο.

Quod § 11 legitur, εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα, Cobetus in Mnemosynes Vol. IX p. 440 tautologiam eam negat ferendam esse. Est sane mirum εὐθὺς et παραχρῆμα umquam coniungi potuisse, sed magno locorum numero deterreor, quominus alterum utrum expungendum censeam. Ecce loci quidam, ut rem iis ostendam, qui ad eum dicendi morem nondum fortasse satis attenderunt: Orat. III § 7: ἔδοξε παραχρῆμα εὐθὺς τότε τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι, § 48: παραχρῆμα εὐθὺς τότε ἐτιμωρήσω ἂν τὸν ἀδικοῦντα, Orat. IV § 10: οἱ μὲν εὐθὺς κατὰ τὰ πρῶτα ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ἥξαντες οὗτοί εἰσιν. Itidem apud Antiphontem est ἐν τῇ κατηγορίᾳ Φαρμακείας § 20: εὐθέως παραχρῆμα ἀποθνήσκει. Apud Demosthenem de Falsa Leg. § 42: ἐνῆν παραχρῆμα τότ' εὐθὺς ἐξελέγχειν, Πρὸς Ἀφοβον § 15: οὔτ' εὐθὺς παραχρῆμα δίκην ὀφλισκάνειν βουλόμενος, adv. Olympiod. § 40: ᾔδει ὅτι εὐθὺς παραχρῆμα ὑπ' αὐτῶν ἐξελεγχθήσεται, adv. Calipp. § 6: ἔδειξεν εὐθέως παραχρῆμα. Sed plerosque locos, quos supra recensui, ipse Cobetus jam collegit Mnem. VII. 323; itaque haud alienum est ex Platone unum locum addere, quo res, nisi fallor, conficitur non ex Theage p. 129 E: ταχὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδάσει, nam hoc leve potest videri, sed ex Platonis Legibus IX 867 A: ἃ

ut Dioni Cassio subvenirem, qui de Caligula ita scribit X. 3: *τά τε ὀφᾶ τά τε τῆς μητρὸς καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν τεθνεώτων αὐτός τε πλεύσας καὶ αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἀνελόμενος αὐτὸς) ἐκόμισε καὶ ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνῆμα κατέθετο.* Vides id exciderit. Prorsus idem vitium corrigendum est apud Plutarchum in vita Sertorii c. 27: *τὰ γράμματα τοῦ Σερτωρίου παραγαγὼν ἅπαντα κατέκαυσεν οὔτ' (αὐτὸς) ἀναγνοὺς οὔτ' ἐάσας ἄλλον.* Sed quo magis constat apud Isaeum § 12 legendum esse *αὐτὸς ἐπαίδευε*, eo magis miror Scheibium Reiskii auctoritatem secutum, ultro corrupisse § 15, ubi idem olim rectissime legebatur. Alterum locum ex altero emendare potuerat, sed fecit prorsus contra.

Constat de corruptela verborum quae leguntur § 14: *οὐχ οὕτως ὡς ἀσθενῶν διακείμενος ἀλλ' ἔτι πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων ἀπίνης τῆς νυκτὸς ταύτης ἀπέθανεν.* Apparet quid Isaeus voluerit dicere; id tantum quaeritur, quomodo hoc dicere debuerit. Aegrotabat Cleonymus; sperabant omnes fore ut ex morbo satis brevi convalesceret; tamen eadem illa nocte mortuus est. Coniecturae memorantur Reiskii, Bekkeri et Schoemanni, quibus nil omnino quidquam proficitur. Scheibius edidit: *οὐχ οὕτως ἀσθενῶς διακείμενος*, quod etiamsi concedamus sic Graece bene dici potuisse, ignabit tamen cum proximis verbis: ETI *πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων*, ide videmus morbum haud levem fuisse. Sed conferenda Isocratis verba in epistula ad Nicoclem § 5: *πάλιν ὀπωσοῦν ζῆν οὗτοι λυσιτελεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος βασιλεύειν.* Qui *ὀπωσοῦν ζῇ*, miserrimam vitam agit omnemque rerum egenus est. Vivit *quocunque tandem modo*, hoc est: tenuiter et in summa inopia. Qui dicitur apud Thucydidem II. 60: *ὅστις καὶ ὀπωσοῦν ἐδόκει ἡλικίας μετέχων ἐπιτήδειος εἶναι*, is vix ac ne vix quidem idoneus est. Apud Isaeum de Nicostrati hereditate § 16: *κατὰ τὸ γένος καὶ τὰ τοῦ ὀπωσοῦν ἔχοντος ἐκείμενου ὁ ἐγγύτατα γένους ἀναμφισβητήτως λαμβάνει*, dicemus eum qui *ὀπωσοῦν διάκειται* delirare et furiosum esse. Moribundi quoque *ὀπωσοῦν διάκεινται* et tantum non mortui jam sunt. Hoc est illud ipsum, quod requiritur eo loco a quo fere totus initium. Scribendum est: *οὐχ ὀπωσοῦν διακείμενος ἀλλ' ἔτι πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων.* Supervenit qui hoc interpretaretur et adscriberet: *ὡς ἀσθενῶν*· unde orta vitiosa lectio. Satis ostendit

Isocr. Euag. § 6. Equidem praeterea adnotaveram apud eundem Nicocl. § 4: λυποῦσι ταύτας, ὑφ' ὧν αὐτοὶ μηδὲν ἀξιοῦσι λυπεῖσθαι, ubi τάς malim, et Philipp. § 115: ἐπὶ τούτους πρὸς οὓς προσήκει τοὺς ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότας πολεμεῖν, ubi lege τούς. Eodem modo corrige apud Isaeum: τοὺς οὓς καὶ ζῶν πλεῖστα ὠφέλει. Propter causam eandem non feram apud Dinarchum adv. Demosthenem § 1: δῶρα εἰλημφὼς παρὰ τούτων, οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον. Alii multi loci eiusdemmodi apud Demosthenem supersunt corrigendi. Contrarium vitium est, nisi fallor, in Platonis Protagora p. 321 B, uti pro τοῖς μὲν praefero τούτοις μέν.

Mittimus § 28 ubi ἡγεῖται requiritur pro ἡγεῖτο et § 32, ubi supplendum est κάλει (μοι τοὺς) μάρτυρας et tandem venimus ad § 33, ubi omissis iis, quae ad nostrum propositum nihil faciunt, ita legitur: οἴεσθε οὖν τὸν οὑτωσὶ διακείμενον τούτους μὲν νῦν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι, ταύτης ὑπούσης τῆς ἔχθρας, κτέ, sed adverbium νῦν plane est otiosum et rectius scribetur ἡμῶν, nec magis ὑπούσης ferri debebit, non enim *tectas* inimicitias illi inter se exercebant, quod vel sola § 11 monstrare poterit: itaque aliud verbum scripsit Isaeus, quod haud difficile est ad inveniendum, nimirum ὑπαρχούσης, sicuti recte legitur § 4 et 37: διὰ τὴν φιλίαν τὴν ὑπάρχουσαν et Orat. VII. 44: ἔχθρας μὲν τηλικαύτης ὑπαρχούσης αὐτοῖς et ubi non? Idem vitium odoror apud Demosthenem in Oratione de Corona § 36: διὰ τὴν τόθ' ὑπάρχουσαν ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς Θηβαίους, ubi ὑποῦσαν editur. Sed in eadem Isaei paragrapho praeclara est Cobeti emendatio: οἴεσθε οὖν τὸν οὑτωσὶ διακείμενον οὕτω ποιεῖν ὅπως μηδ' ὀβολὸν ἀπολείψει, nam olim λόγον legebatur. Conquiram aliquot locos, quibus similis medicina prodesse poterit. Veluti in Scholio ad Hom. Iliad. Π 613: ἄλογος παρέκειτο, Lehrsius ad Aristarchum p. 346 rescripsit ὀβελός. Apud Dionysium Halic. III. 11: μάταιον δὲ ὁρῶν τὸν λόγον καὶ ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐλεγχθησόμενα, corrige τὰ πολλὰ τοῖς ὀλίγοις λεχθησόμενα. In Pythagorae Epistula 11, quae legitur p. 601 in editione Hercheri: μέτριος ἀνὴρ καὶ λιποδεὴς dicitur οὐδὲν προσδεῖσθαι Σικελικῆς τραπέζης, sed fuit ille ὀλιγοδεής et alibi simili modo erratur.

In § 36 coniunctio καίτοι excidit post verbum διέκειτο· (καίτοι)

ᾧ ποιησαμένῳ αὐτόν, Graecis dicere placuit uti et nobis αὐτόν. Ipsus primae personae hoc liquido ostendit; scripsit enim Isaeus ᾧ ποιησαμένῳ με, non ἐμαυτόν. Addam alios locos. Orat. II § 71: ἐπισκῆψαι Φάσκοντες ὑμῖν (non ὑμῖν αὐτοῖς) τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπιμελεῖσθαι τούτου τοῦ παιδίου, οὕτως ἐπεμελήθητε ὥστε σῶσαι, κτέ. Itaque in tertiam personam conversa haec erunt: ἐπισκῆψαι Φάσκοντες αὐτοῖς (non αὐτοῖς) .... οὕτως ἐπεμελήθησαν, κτέ. Sequitur scribendum esse Orat IV § 19: τὸν αὐτὸν (non αὑτὸν) ποιησάμενον οὔτε ἀποθανόντα ἀνείλετο οὔτ' ἔκαυσεν, si quidem dicendum est: τὸν ἐμὲ (non ἐμαυτὸν) ποιησάμενον ἀνειλόμην Nec probabo Orat III § 46: εἰσήγγελλες κακοῦσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑβριζομένην καὶ ἄκληρον τῶν ἐκυτῆς πατρῴων καθισαμένην pro αὐτῆς, quod ante Bekkerum legebatur. Ipsa utique mulier dixisset: εἰσήγγελλες κακοῦσθαι ἐμέ, ἄκληρον τῶν ἐμοῦ (non ἐμαυτῆς) πατρῴων καθισαμένην. Legebatur olim Orat. II § 11: λόγους οὖν πρὸς ἡμᾶς ἐποιεῖτο δοκεῖν αὐτῷ καλῶς ἔχειν jam apparet quam parum recte Scheibius ediderit αὐτῷ. Nec certe quisquam scribet: λόγους ἐποιούμην δοκεῖν ἐμαυτῷ καλῶς ἔχειν, nam ἐμοὶ omnino satis est. Pronomen reflexivum Romanis potuit necessarum videri, neque Graecis neque nobis sic dicere placuit. Legimus Orat. V § 5: βούλομαι ὑμᾶς καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ πραχθέντα πυθέσθαι· itaque Graecum est βούλεται ὑμᾶς καὶ παρ' αὐτοῦ (non αὐτοῦ) πυθέσθαι. Improbandum est quod editur Orat. VIII § 37: συνδιατρίβειν οὐκ ἐκώλυε, δεδιὼς μὴ τραχυνθεὶς εἰς ὀργὴν καταςαίην πρὸς αὐτόν et omnino requiro αὐτόν, nisi quis forte Orat. IX § 1: πειράσομαι ἐπιδεῖξαι ὡς οὐ προσήκει ἔχειν τὰ Ἀςυφίλου οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ ἐμοί reponere velit ἐμαυτῷ. Verum si hic ἐμοί recte legitur, illic est reponendum αὐτόν. Ratio aperta est ac facilis, sed quando ea observabitur in Atticorum scriptorum editionibus? Hodie etiam frequentius peccari ideo quam olim factum est, nam viri docti pleraque refingere coeperunt ad normam Latinae linguae. Quantum agendum superet, poterit quis suspicari propter immanem soloecismum, qui uncusque omnes latuit in Orat. IX § 3: οὐδένα ἄλλον τὸν κλῆρον νεῖται ἔξειν ἢ αὐτόν, sed duo postrema vocabula manifesto expungenda sunt.

Multum dubito an satis recte legatur § 2 forma υἱοῦ, quae occurret Orat. IV. 3 et IX. 3. Etiam υἱῷ invenitur Orat. X. 26,

Malo quod alibi editur *υἱέος* Orat. II. 18 et VI. 38, *υἱεῖς* Orat. VIII. 7, *υἱέων* Orat. VI. 21 et *υἱέσιν* Orat. VI. 28. Deinde supple § 5: *τὴν μαρτυρίαν ταύτην πρῶτον βούλομαι* (*ὑμῖν*) *παρασχέσθαι*. Sed consideranda est septima paragraphus, in qua interpolata quaedam sunt, quae Cobetus jam notavit, sed tria vocabula supersunt, quae mihi quidem magno opere displicent. Menecles senex virginem duxerat quumque ex ea liberos non susciperet, intellexit non in muliere vitium inesse, sed sua ipsius provecta aetate fieri, ut mulier non pareret. *Λόγους ἐποιεῖτο πρὸς ἡμᾶς τήν* [*τε*] *ἡλικίαν ὑφορᾶσθαι* [*καὶ τὴν ἀπαιδίαν*], *κτἑ*. Non mihi persuadeo genuina esse quae uncinis circumdedi, cum praesertim in vicinia multa interpolata sint. Eodem modo Apollodorus in Orat. VII § 14, cum jam nulla esset spes prolis propter causam eandem, *τὴν ἡλικίαν καταμέμφεται*. Sequenti paragrapho Sauppius notavit spuria verba: *καὶ ἐκ ταύτης τῆς λέξεως δῆλον ὅτι φιλῶν ἀπεβάλετο· οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινα ἱκετεύει αὐτῷ* vel *αὐτόν*, quod in Ambrosiano Codice legitur. Sunt, fateor, ea verba satis inepte huc illata, sed tres corruptelae praeterea faciunt, ut intelligi non possint. Emenda: *καὶ ἐκ ταύτης τῆς δεήσεως δῆλον ὅτι φιλῶν διεγένετο· οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινα οἰκτείρει αὐτόν*. Etiam in § 10 aliquid inutiliter adhaeret: *ἐδόκει αὐτῷ αἰσχρὸν εἶναι ἄπαιδα τοῦτον καθιςάντα ἀρρένων παίδων αὐτῷ κελεύειν δοῦναι τὸν υἱὸν εἰσποιήσασθαι*. Scribe *καθιςάναι* et sex postrema vocabula ultro excident. *Ἄπαιδα καθιςάναι* positum est eodem modo et eodem sensu quo § 21.

Particula periit § 13: *ὡς* (*μὲν*) *οὖν κατὰ τοὺς νόμους ἐγένετο ἡ ποίησις*· § 14 abundant quae uncinis significabo: *διδόντων οὖν τῶν νόμων* [*αὐτῷ ποιεῖσθαι διὰ τὸ εἶναι ἄπαιδα*] *ἐμὶ ποιεῖται* et § 16: *τὸν νόμον αὐτὸν ὑμῖν ἀναγνώσεται* [*καθ' ὃν ἡ ποίησις ἐγένετο*]. Et § 19: *οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πιθόμενος ὁ Μενεκλῆς ἐποιήσατο*, scribe: *πιθόμενος ἐμὲ ἐποιήσατο*, expuncto nomine proprio neque admodum dissimilis corruptela est, quam Cobetus correxit in Orat. I § 30.

Mitto minora quaedam vitia, quae vix recensere opus est, ut statim veniam ad § 36, in qua supplendum est (*καὶ τὰ τρίτα*) *καὶ τὰ ἕνατα καὶ τἆλλα πάντ' ἐποίησα*, sicuti recte legitur § 37, ubi eadem verba repetuntur. Deinde abesse debet

nomen proprium *post* pronomen τουτουὶ in hisce: θυγάτηρ οὖσα τουτουὶ [Φιλωνίδου]. In undecim orationibus, quae integrae supersunt, eadem praeterea medicina utendum: Orat. III § 4: τουτονὶ Νικόδημον et VI § 5, 6, 60: τουτονὶ Χαιρέστρατον, sed alibi apud Isaeum, in Scheibii utique editione, non erratur. In Demosthene plurimi loci supersunt emendandi. Morem veterum Oratorem cognoscere quis poterit ex iis locis, quibus nihil peccari potuit, quum ipsa nomina propria ignorarentur, v. c. Orat. X. § 6: τὴν ἐμὴν μητέρα ἐκδίδωσι τῷ ἐμῷ πατρί, alibi. Sed leve hoc est; malo paulo pluribus aperire quid sentiam de § 40, in qua periculum est, ne quis vitium inesse existimet, cum verba rectissime sese habeant neque in suspicionem debeant vocari. Notum est frequenter confundi aoristos ὀμόσαι et ὁμολογῆσαι, cf. Mnem. XII p. 370. Quod apud Plutarchum legitur in vita Pelopidae c. 27: ὡμολόγησε τὴν μὲν ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν, Θηβαίοις δὲ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν ἕξειν καὶ φίλον· quis non sentit veram scripturam esse ὤμοσε? Pariter in vita Cleomenis c. 11: κατάξειν ἅπαντας ὡμολόγησε τῶν πραγμάτων ἐν ἡσυχίᾳ γενομένων· vides quid velim. Idem Plutarchus tradit in vita Artaxerxis c. 18, narrare Ctesiam βασιλέα τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον ὁμολογῆσαι [καὶ ὀμόσαι], πεισθέντα δ' αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας ἀποκτεῖναι πάντας πλὴν Μένωνος. Expungam καὶ ὀμόσαι et Madvigius in Adversariis p. 63 similiter corrigit eundem in vita Lycurgi c. 2. Est etiam certius apud Dinarchum adv. Philocl. § 4: ὁ κοινὸς τῆς πόλεως νόμος, ἐάν τις ἐνὸς ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι κελεύει τῷ ἀδικεῖν, reponendum esse ὀμόσας. Dittographia est apud Dionem Cassium LXII. 22: ὡμολόγησε [καὶ ὤμοσεν] τὴν Ἀρμενίαν ἅπασαν ἐκλείψειν. Hinc etiam parata medicina Demostheni adv. Olympiod. § 54: ὅτις οἴεται δεῖν ἃ μὲν ὡμολόγησε καὶ συνέθετο ἑκὼν πρὸς ἑκόντα [καὶ ὤμοσε], κτέ. Interdum malum latius scripsit, veluti apud Dionem Cassium XLII. 8: τὸν πόλεμον τόνδε οὐκ ἐπ' ἄλλο τι παρασκευάσας ἢ ἵνα ἀπολομένου αὐτοῦ πρωτεύσῃ, non hoc agebat Caesar, sed volebat ὁμολογουμένως τοῦ Πομπηίου πρωτεῦσαι. Absurdum est quod legitur apud Demosthenem de Symmoriis § 11: τί τοὺς ὁμολογουμένους ἐχθροὺς ἔχοντες ἑτέρους ζητοῦμεν; haec est lectio,

quam Dindorfius recepit; in codice autem Parisino *legitur* ὀμ' λογοῦντας, quod prope abest ab eo participio, quod verum est, ὁμοροῦντας. Sed recensitis locis, quos supra apposui, periculum est, ne quis vitiosum esse putet, quod apud Isaeum laudato loco legitur: ὁμόσας ὅρκους πάλιν νῦν ἥκει τὰ ὁμολογηθέντα καὶ ὁμοθέντα παραβάς. Minime mirum est, utrumque verbum ab Isaeo aliquoties coniungi, nam ante jusjurandum sponsio facta erat. Duo exempla adscribam ex Orat. V § 7: ὀμόσαντες μὴ παραβήσεσθαι τὰ ὡμολογημένα et § 31: ὡμολογήσαμεν ἐμμενεῖν οἷς ἂν οὗτοι γνοῖεν καὶ ὠμόσαμεν.

Multiplex corruptela deturpat § 43: ἐπειδὴ δ' ἐκεῖνος ἐτελεύτησεν, εἰ προδώσω καὶ ἐξερημώσας αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀπιὼν οἰχήσομαι, πῶς οὐκ ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα εἶναι καὶ καταγέλαστον δοκοίη; primum requiro participium προδούς, deinde improbum facinus non est, opinor, καταγέλαστον. Audendum aliquid est; cogitavi equidem de adiectivo ἐπονείδιστον, quod recte legitur § 41. Paucis quibusdam intermissis. sequitur: καὶ οὐ μόνον ταῦτ' ἐστὶ τὰ ποιοῦντά με ἀγωνίζεσθαι τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἀλλ' εἰ οὕτω Φαῦλος ἄνθρωπος δοκῶ (lege δόξω) εἶναι καὶ μηδενὸς ἄξιος, ὥστε ὑπὸ μὲν εὖ φρονοῦντος μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἂν ποιηθῆναι τῶν φίλων, ὑπὸ δὲ παραφρονοῦντος, ταῦτ' ἐστὶ τὰ λυποῦντά με. Viderunt omnes aliquid abundare; mihi insiticia videntur verba, quae diductis literis significavi.

Omnes iurisconsulti apud Athenienses uno ore clamant et consentiunt, adoptare filium non licere ei, qui naturalem filium in sua potestate habeat itaque falsum est, quod § 45 legitur: τοὺς νόμους ἐπέδειξα τοὺς ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις ἐξουσίαν διδόντας υἱεῖς ποιεῖσθαι. Non haec defenduntur iis quae recte dicuntur § 24: τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις δοκεῖ καλῶς οὗτος ὁ νόμος κεῖσθαι. Sed conferenda est paragraphus 13, in qua orator legem de adoptione appellat παραψυχὴν τοῦ βίου τοῖς ἅπαισι τῶν ἀνθρώπων. Quin reddamus eandem locutionem § 45: vides quantillum intersit inter ἅπασι et ἅπαισι. — In extrema oratione § 46 soloecum est τυγχάνῃ, optativus requiritur τυγχάνοι.

Tertiae orationis initio tenebo illud, quod olim commendavi ἐπεβίω pro ἐβίω, Mnem. I p. 357, tum, ut omittam in sequentibus esse quaedam interpolata, § 7 supplebo: ὡς μὲν

(οὖν) ἔδοξε, sed plura corrigenda sunt in § 8. Primum: ἐπιθυμῶ δὲ πρῶτον μὲν περὶ αὐτοῦ τούτου πυθέσθαι, κτέ, scribe: παρ' αὐτοῦ τοῦτο πυθέσθαι simulque eandem maculam eluemus ex Orat. II § 21: ἡδέως δ' ἄν μοι δοκῶ τούτου πυθέσθαι τοῦ φάσκοντος εὖ φρονεῖν, ubi τοῦτο verum esse arbitror et Orat. III § 9: περί τε οὖν τούτων ἡδέως ἂν πυθοίμην, ubi παρά legendum. Sed statim sequuntur verba: ἦν τινά ποτε προῖκά φησιν ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τὴν ἀδελφὴν ὁ μεμαρτυρηκὼς τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ· quod additur ὁ μεμαρτυρηκώς, eo participio sine molestia carebimus, sed adversarii ipsi τρία τάλαντα τίμημα ἐπεγράψαντο, ut est § 2. Non tam stultus est Endii frater, qui in ea oratione matris causam tuetur, ut concedat justam eam aestimationem esse: illud tantum attinebat dicere, tanti ea bona aestimata fuisse ab Xenocle Philes marito. Non illud rogat, num forte Nicodemus sororem sine dote elocarit τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ, sed τῷ τόν γε τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ. Itidem supplendum § 80: κεκτημένος τόν γε τριτάλαντον οἶκον ἠναγκάζετ' ἂν θεσμοφόρια ἐσιᾶν, sed recte legitur § 18: ἐγγυᾶν μέλλων εἰς τὸν τριτάλαντον οἶκον, ὥς φησι, τὴν ἀδελφήν. Denique in eadem illa § 8 pronomen οὗτος bis interpolatum est. Mire quoque dictum est ibidem: πότερον ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ζῶντα ἢ τελευτήσαντος τὸν οἶκον αὐτοῦ; Quid orator dicere voluerit, satis apparet; illud etiam apparet, quomodo id dicere debuerit, nam redit ad idem argumentum § 78: πρὸς ὁποῖον ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ἢ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Satis fortasse est delere participia ζῶντα et τελευτήσαντος, sed nihil definio.

Stulta admodum interpolatio est § 10. Quaeritur ibi de Pyrrhi concubina, quae Nicodemi soror fuerat, εἴ τις ἄλλος ἐγγυητὴν ἔσχε τὴν τούτου ἀδελφὴν γυναῖκα, ἢ τῶν πρότερον χρησαμένων πρὶν γνῶναι τὸν ἡμέτερον θεῖον αὐτήν, ἢ ὅσοι ἐκείνου γιγνώσκοντος ἐπλησίαζον αὐτῇ, ἢ ὅσοι ὕστερον ἐπλησίαζον τετελευτηκότος ἐκείνου. Contendebat Nicodemus sororem suam non Pyrrhi concubinam fuisse sed justam uxorem, quam dote data ipse despondisset. Rogat orator fueritne etiam uxor eorum quibuscum vulgo rem habere soleret, tum antequam Pyrrhum cognovisset tum post huius obitum. Sed quam stulte additur

αὐτῶν ὁπλίτας ἐν ταῖς Ὀλυμπιακαῖς σπονδαῖς ἐσπέμψαι. Triplex in eo loco vitium inesse video. Primum parum Graece dictum esse existimo ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ νόμῳ· cum autem in uno alteroque Codice ἕκτῳ legatur pro ἐν τῷ, simplex admodum remedium est rescribere: ἐκ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ νόμου, quam lectionem itidem Dobraeus commendavit, nisi quod nescio quomodo pluralem numerum praeferebat: ἐκ τῶν Ὀλυμπιακῶν νόμων. Deinde nemo potest non offendi pronomine σφᾶς, quod ad Lacedaemonios scilicet referendum erit. In hoc maxime loco est videre, quam imperiti critici nonnulli fuerint, qui τὸν οὐ πάντεσσι βατόν emendare et interpretari sunt conati. Praestat illorum commenta oblivioni tradere; ne hoc quidem omnes intellexerunt, quanto melius esset σφῶν legere, quod Dobraeus coniecit, quam illud σφᾶς, quod ut tueantur, probare instituunt σφᾶς non subjectum sed obiectum esse verbi ἐπιφέρειν, quod recte cum duplici accusativo possit construi. Hoc probabitur, postquam apud Romanos inventum erit: *bellum inferre aliquem* pro *alicui*. At nimis violentum est pro σφᾶς reponere velle σφῶν. Fateor; sed succurrit medicina aliquanto lenior. Librarius bis scripsit φάσκοντες, cum semel deberet: deletis sex literis quae abundabant, mansit in Codice φασκοντεσφασ. Inde vitium ortum et locus integer erit, resecto inutili pronomine. Quod superest, displicet: αὐτῶν ὁπλίτας ἐσπέμψαι. Otiosum est illud αὐτῶν et requiritur ut dicatur, *quot* milites Lepreum missi sint. Fuerunt autem *mille*, quod efficitur e multa, quae fuit binarum minarum in singulos milites, summa autem minarum duorum milium. Hinc scribam: ἐς Λέπρεον χιλίους ὁπλίτας ἐν ταῖς Ὀλυμπιακαῖς σπονδαῖς ἐσπέμψαι. Non opus est indicare vitii originem.

Minime credibile est quod legitur in eadem Isaei oratione § 7: ἥκουσιν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς φίλους παρακαλέσαντες καὶ ῥήτορας παρασκευασάμενοι· ad eam causam orandam non opus erat plus uno oratore et ῥήτορα παρασκευασάμενοι omnino satis est. Sed multo gravius est vitium in § 10. Qui orationem pronunciavit, patruum habuit Diniam, qui post fratris mortem liberorum eius tutelam suscepit, et avunculum Cleonymum, de cuius bonis quaeritur, ad quem pervenire debeant. Inimicitias exercebant Cleonymus et Dinias; hinc olim ille fecerat testa-

ı, in quo sororis filios exheredaverat, ne quid umquam eam hereditatem haberet Dinias, quem pessime oderat. re leguntur sensu vacua: ὅτι δ' οὖν ἐκ ταύτης τῆς ὀργῆς ιος ταύτας ποιεῖται τὰς διαθήκας, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὡς ἐσώθη, ἔλεγεν. Nescio unde Schoemannus lectionem quam in adnotatione indicavit, ἐσώφθη· sed nihil refert, ntentiae compositio tam simplex est, ut dubitare non quibus verbis Isaeus usus fuerit. Nullum periculum nus adiit, non aegrotavit, non ἐσώθη, sed *resipuit* et ex ia ad sedatam mentem rediit, ἐσωφρονίσθη. Quin scri- ὡς ὕστερον ἐσωφρονίσθη, δῆλον ἐγένετο. Deinde, interpunctione, reliqua ita constituenda sunt: Ὁρῶν γὰρ s δέ) ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου καὶ δεδιὼς μὴ σειεν et quae sequuntur, nam multa tanquam διὰ μέσου ıuntur, quibus absolutis tandem extrema verba sunt: δὴ (hoc supplendum) διανοηθεὶς ἐκεῖνος, εἴτε ὀρθῶς εἴτε ς διαθήκας ταύτας διέθετο.

l § 11 legitur, εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα, ı in Mnemosynes Vol. IX p. 440 tautologiam eam negat m esse. Est sane mirum εὐθὺς et παραχρῆμα umquam ;i potuisse, sed magno locorum numero deterreor, quo- alterum utrum expungendum censeam. Ecce loci qui- ıt rem iis ostendam, qui ad eum dicendi morem nondum satis attenderunt: Orat. III § 7: ἔδοξε παραχρῆμα τότε τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι, § 48: παραχρῆμα εὐθὺς ιμωρήσω ἂν τὸν ἀδικοῦντα, Orat. IV § 10: οἱ μὲν εὐθὺς τὰ πρῶτα ἐπὶ τὰ Νικοσράτου ἄξαντες οὗτοί εἰσιν. Itidem ntiphontem est ἐν τῇ κατηγορίᾳ Φαρμακείας § 20: εὐθέως ;ρῆμα ἀποθνήσκει. Apud Demosthenem de Falsa Leg. ἐνῆν παραχρῆμα τότ' εὐθὺς ἐξελέγχειν, Πρὸς Ἀφοβον οὔτ' εὐθὺς παραχρῆμα δίκην ὀφλισκάνειν βουλόμενος, lympiod. § 40: ᾔδει ὅτι εὐθὺς παραχρῆμα ὑπ' αὐτῶν ;θήσεται, adv. Calipp. § 6: ἔδειξεν εὐθέως παραχρῆμα. erosque locos, quos supra recensui, ipse Cobetus jam ; Mnem. VII. 323; itaque haud alienum est ex Platone locum addere, quo res, nisi fallor, conficitur non ex p. 129 E: ταχὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδόασι, nam ve potest videri, sed ex Platonis Legibus IX 867 A: ἃ

μὲν τὸν θυμὸν φυλάττων καὶ οὐκ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐξαίφνης ἀλλὰ μετ' ἐπιβουλῆς ὕστερον χρόνῳ τιμωρούμενος ἐκουσίῳ ἔοικεν, ὁ δ' ἀταμιεύτως ταῖς ὀργαῖς καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα εὐθὺς χρώμενος ἀπροβουλεύτως ὁμοιος ἀκουσίῳ. Dixerit quispiam, cum vocabulum παραχρῆμα vix intelligeretur, librarios adscripsisse interpretationem: quid si *ipsi* eodem illo vocabulo παραχρῆμα utuntur? Necessario sciebant ipsi, quid esset παραχρῆμα et satis credebant, lectores id esse intellecturos. Est Scholion ad Platonis Gorgiam p. 459 c: αὐτίκα· εὐθέως καὶ παραχρῆμα. Mirum haec adverbia coniungi solere: fateor. Fuerunt qui interpretarentur quid esset παραχρῆμα, Hesychius, Suidas, alii fortasse: hoc quoque fateor; sed quid tum? multa sunt in sermone mira, a quibus tamen manus abstinemus. Est denique Cratini versiculus apud Athenaeum IV p. 164 e:

ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσχτο καὶ παραχρῆμα.

Ceterum quae verba apud Isaeum proxime sequuntur, ea rectissime constituuntur a Cobeto sic: ἀπεκρίνατο πάντων ἐναντίον, ὅτι οὐδέν, καὶ ἐμαρτύρησεν ὡς ὀργιζόμενος ταῦτα διέθετο, modo suppleas ᾧ καὶ ἐμαρτύρησεν.

Minutum est nec tamen minus necessarium est corrigere § 12: αὐτὸς μὲν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ κομισάμενος ἐπαίδευε pro αὐτούς. In pulcris Cratini versibus, ut iterum utar eiusdem testimonio, legitur ex emendatione Cobeti in Mnem. IV. 309:

[ὁ Δῆμος]
αὐτὸς ἐπαίδευσέν σ' ἀνέθρεψέ τε δημοσίοισι
χρήμασιν εἰς ἥβην, ἵνα οἵ ποτε λοιγὸν ἀμύναις.

Quam languebat illud quod olim legebatur αὐτούς. Saepe αὐτός sententiae initio bis terve ponitur. Noti sunt Aeschyli versus:

ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
αὐτὸς τάδ' εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Xenophontis verba sunt in Anabasi III. 2. 4: ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δούς, αὐτὸς ἐξαπατήσας συνέλαβε τοὺς στρατηγούς. Plato qui nobis Aeschyli versus servavit, eorumdum fortasse immemor non fuit, dum scribebat in Politico p. 268 A: αὐτὸς βουφορβός, αὐτὸς ἰατρός, αὐτὸς οἷον νυμφευτής. Eleganter etiam Lysias adv. Eratosth. § 68: αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος σώσειν τὴν πόλιν, αὐτὸς ἀπώλεσε. Descripsi autem locos

s ut Dioni Cassio subvenirem, qui de Caligula ita scribit
. 3: *τά τε ὁσᾶ τά τε τῆς μητρὸς καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν θανόντων αὐτός τε πλεύσας καὶ αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἀνελόμενος τὸ)* ἐκόμισε καὶ ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνῆμα κατέθετο. Vides l exciderit. Prorsus idem vitium corrigendum est apud Plu-hum in vita Sertorii c. 27: *τὰ γράμματα τοῦ Σερτωρίου ιγαγὼν ἅπαντα κατέκαυσεν οὔτ' (αὐτὸς) ἀναγνοὺς οὔτ' ἐάσας ον.* Sed quo magis constat apud Isaeum § 12 legendum esse *τὸς ἐπαίδευε*, eo magis miror Scheibium Reiskii auctoritatem ıtum, ultro corrupisse § 15, ubi idem olim rectissime lege-ır. Alterum locum ex altero emendare potuerat, sed fecit sus contra.

onstat de corruptela verborum quae leguntur § 14: *οὐχ ·ως ὡς ἀσθενῶν διακείμενος ἀλλ' ἔτι πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων τίνης τῆς νυκτὸς ταύτης ἀπέθανεν.* Apparet quid Isaeus vo-it dicere; id tantum quaeritur, quomodo hoc dicere debuerit. rotabat Cleonymus; sperabant omnes fore ut ex morbo satis vi convalesceret; tamen eadem illa nocte mortuus est. Coniec-ıe memorantur Reiskii, Bekkeri et Schoemanni, quibus nil dquam proficitur. Scheibius edidit: *οὐχ οὕτως ἀσθενῶς διακείμενος*, quod etiamsi concedamus sic Graece bene dici potuisse, nabit tamen cum proximis verbis: ETI *πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων*, e videmus morbum haud levem fuisse. Sed conferenda Iso-is verba in epistula ad Nicoclem § 5: *πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ὕνται λυσιτελεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς ίας βασιλεύειν.* Qui *ὁπωσοῦν ζῇ*, miserrimam vitam agit om-mque rerum egenus est. Vivit *quocunque tandem modo*, hoc tenuiter et in summa inopia. Qui dicitur apud Thucydidem . 60: *ὅσις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει ἡλικίας μετέχων ἐπιτήδειος ι*, is vix ac ne vix quidem idoneus est. Apud Isaeum de ostrati hereditate § 16: *κατὰ τὸ γένος καὶ τὰ τοῦ ὁπωσοῦν κειμένου ὁ ἐγγύτατα γένους ἀναμφισβητήτως λαμβάνει*, mus eum qui *ὁπωσοῦν διάκειται* delirare et furiosum esse. ibundi quoque *ὁπωσοῦν διάκεινται* et tantum non mortui jam . Hoc est illud ipsum, quod requiritur eo loco a quo fe-us initium. Scribendum est: *οὐχ ὁπωσοῦν διακείμενος ἀλλ' πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων.* Supervenit qui hoc interpretaretur et riberet: *ὡς ἀσθενῶν*· unde orta vitiosa lectio. Satis ostendit

Isaeus, moribundos, quum nulla salutis spes supersit, ὀπωσοῦν διακεῖσθαι.

Nunc levia quaedam vitia in eadem oratione breviter indicabo: § 17 inducendum est pronomen τούτων· βούλομαι βραχέα καὶ περὶ [τούτων] αὐτῶν εἰπεῖν· § 21 requiro: ὅτι Δεινίᾳ διάφορος ὢν ἔτυχεν, non ὅτε et spuria esse video vocabula μόνους ἐβουλήθη, quae inutiliter et incommode adhaerent; § 19: εἰ καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν ταῦτα καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ πιστεύσετε, nondum repositum fuit αὐτοῖς. Paulo gravius est vitium § 22: μέλλοντες ἢ τὴν οὐσίαν ἕξειν βεβαιότερον (sic lege cum Cobeto, non βεβαιοτέραν) ἢ ἐκείνῳ μὴ ποιήσαντες ἀπεχθήσεσθαι. Displicet ποιήσαντες sic absolute positum, nam, etiamsi in Latina lingua verbum *facere* hoc modo usurpatum possit obiecto suo carere, Graeci tamen sermonis ratio postulat, nisi fallor, ut dicatur τοῦτο ποιήσαντες. Equidem autem praefero: ἢ ἐκείνῳ μὴ ὑπακούσαντες.

Leve est rescribere in § 25: γράψαι δ' ἐξῆν εἰς ἕτερον ὅ τι ἐβούλετο, pro εἴ τι, sed praestat considerare § 27: τίνας ἂν ἄλλους ταῦτ' ἔχειν ἐβουλήθη μᾶλλον ἢ τούτους, οὓς καὶ ζῶν ἐκ τῶν αὐτοῦ πλεῖσα τῶν οἰκείων ὠφέλει; Numquam ἐκεῖνος pro ἐγώ absurdius nominare potuit. Orator est cum fratre, quos Cleonymus, dum vivebat, maximis beneficiis affecit; ubi autem ἐκεῖνος appellat, uti aequum est, *adversarios* designat, v. c. § 17 οὗτοι τολμῶσι λέγειν et ubi non? Veram scripturam monstrare poterunt Demosthenis loci, quos Cobetus recensuit ad Hyperidem p. 55. Addam Platonis unum alterumque locum. Legitur in Theaeteto p. 168 A: ἵν' ἄλλοι γενόμενοι ἀπαλλαγῶσι τῶν οἷ πρότερον ἦσαν. Legg. VI. 761 E: ἐὰν ὑβρίζωσί τι περὶ τοὺς ὧν ἐπιμελοῦνται. Legg. IX. 866 E: θυμῷ πέπρακται καὶ τοῖς ὅσοι ἂν διαφθείρωσί τινα παραχρῆμα τῆς ὀργῆς γενομένης. Legg. IX. 871 E: κατεγγυάτω τὸν ᾧ ἂν ἐπισκήπτηται. Bis eadem Platonis pagina locutio quam tetigimus periit. Legitur Legg. IX 868 D: μηδὲ ξυνέσιον ὧν ἔκγονον ἢ ἀδελφὸν ἀπεστέρηκε γίγνεσθαι· requiro τοῖς ὧν. Deinde paucis quibusdam interpositis editur sic: τούτοις ὧν ἀδελφούς τε ἀδελφῶν καὶ γονέας ἐστέρηκε παίδων, τούτοις δὲ ξυνέσιος αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω· necessario emendandum est τοῖς ὧν ἀδελφούς, sicuti recte apud Theognidem invenitur: ἄνδανε τοῖς ὧν μεγάλη δύναμις. Corrigit Cobetus

Isocr. Euag. § 6. Equidem praeterea adnotaveram apud eundem Nicocl. § 4: λυποῦσι ταύτας, ὑφ' ὧν αὐτοὶ μηδὲν ἀξιοῦσι λυπεῖσθαι, ubi τάς malim, et Philipp. § 115: ἐπὶ τούτους πρὸς οὓς προσήκει τοὺς ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότας πολεμεῖν, ubi lege τούς. Eodem modo corrige apud Isaeum: τοὺς οὓς καὶ ζῶν πλεῖστα ὠφέλει. Propter causam eandem non feram apud Dinarchum adv. Demosthenem § 1: δῶρα εἰλημφὼς παρὰ τούτων, οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον. Alii multi loci eiusdemmodi apud Demosthenem supersunt corrigendi. Contrarium vitium est, nisi fallor, in Platonis Protagora p. 321 B, uti pro τοῖς μὲν praefero τούτοις μέν.

Mittimus § 28 ubi ἡγεῖται requiritur pro ἡγεῖτο et § 32, ubi supplendum est κάλει (μοι τοὺς) μάρτυρας et tandem venimus ad § 33, ubi omissis iis, quae ad nostrum propositum nihil faciunt, ita legitur: οἴεσθε οὖν τὸν οὑτωσὶ διακείμενον τούτους μὲν νῦν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι, ταύτης ὑπούσης τῆς ἔχθρας, κτέ, sed adverbium νῦν plane est otiosum et rectius scribetur ἡμῶν, nec magis ὑπούσης ferri debebit, non enim *tectas* inimicitias illi inter se exercebant, quod vel sola § 11 monstrare poterit: itaque aliud verbum scripsit Isaeus, quod haud difficile est ad inveniendum, nimirum ὑπαρχούσης, sicuti recte legitur § 4 et 37: διὰ τὴν φιλίαν τὴν ὑπάρχουσαν et Orat. VII. 44: ἔχθρας μὲν τηλικαύτης ὑπαρχούσης αὐτοῖς et ubi non? Idem vitium odoror apud Demosthenem in Oratione de Corona § 36: διὰ τὴν τόθ' ὑπάρχουσαν ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς Θηβαίους, ubi ὑποῦσαν editur. Sed in eadem Isaei paragrapho praeclara est Cobeti emendatio: οἴεσθε οὖν τὸν οὑτωσὶ διακείμενον οὕτω ποιεῖν ὅπως μηδ' ὀβολὸν ἀπολείψει, nam olim λόγον legebatur. Conquiram aliquot locos, quibus similis medicina prodesse poterit. Veluti in Scholio ad Hom. Iliad. Π 613: ἄλογος παρέκειτο, Lehrsius ad Aristarchum p. 346 rescripsit ὀβελός. Apud Dionysium Halic. III. 11: μάταιον δὲ ὁρῶν τὸν λόγον καὶ ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐλεγχθησόμενα, corrige τὰ πολλὰ τοῖς ὀλίγοις λεχθησόμενα. In Pythagorae Epistula 11, quae legitur p. 601 in editione Hercheri: μέτριος ἀνὴρ καὶ λιποδεὴς dicitur οὐδὲν προσδεῖσθαι Σικελικῆς τραπέζης, sed fuit ille ὀλιγοδεής et alibi simili modo erratur.

In § 36 coniunctio καίτοι excidit post verbum διέκειτο· (καίτοι)

οὐκ ἂν ἄρα ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον ἢ ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν (τοῦτ') εἶεν εἰρηκότες; simili remedio Scheibius sanavit Orat. II § 24. Quod legitur § 38: πάντων δ' ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τοῖς μὲν ἄλλοις ψηφίζοισθε, ὅταν θάτερα τούτων ἀποφαίνωσι σφᾶς αὐτούς, ἢ γένει προτέρους ὄντας ἢ τῇ φιλίᾳ τῇ πρὸς τὸν τετελευτηκότα, ἡμᾶς δ' οἷς ἐστὶν ἀμφότερα ταῦτα παρὰ πάντων ὁμολογούμενα, ἀξιώσετε μόνους ἀκλήρους ποιῆσαι τῶν ἐκείνου. Rectissime Cobetus in Mnem. IX p. 444 rescripsit ἀξιώσαιτε, sed non videtur animadvertisse Isaeum in bimembri sententia post coniunctionem εἰ addidisse indicativum et optativum. Pro ἀξιώσετε requiritur ἀξιώσαιτε et contra pro optativo ψηφίζοισθε indicativus ψηφίζεσθε. Haud raro ea constructio apud Oratores invenitur; Isaeus si bene memini bis hoc modo dixit, nempe hoc loco quem modo emendavimus et Orat. VI § 2: ἄτοπον δὴ εἰ ἐκεῖνα μὲν — ὑπέμενον, νῦν δ' οὐ πειρώμην συνειπεῖν κτἑ. Necessario in ea constructione *praecedit* indicativus, quo indicatur id quod fieri *solet*, *sequitur* optativus, quo indicatur id quod fieri *oportet*.

Remanent duo vitia notanda in prima oratione; § 40 non ferendum: εἰ δ' οὐσία κατελείφθη, quasi quisquam dubitaret an Cleonymus satis lautam hereditatem reliquisset, sed verum est: ἐπεὶ δ' οὐσία κατελείφθη et § 44 post ἐγίγνετο particula ἂν ter excidisse videtur. Atque sic transimus ad alteram orationem, quae est de Meneclis hereditate. Statim offendor § 1: πειρᾶται τὸν ἀδελφὸν ἀπαίδα τεθνεῶτα καταςῆσαι, quorum verborum ordo inepte turbatus est, nam sana ratio suadet ut scribatur τεθνεῶτα ἄπαιδα· si quis tamen auctoritatem requirit in re minime dubia — nam quam ridicule dictum est fratrem τεθνεῶτα καταςῆσαι velle — conferat § 33: τὸν μὲν τεθνεῶτα ἄπαιδα βουλομένη καταςῆσαι et § 37: τελευτήσαντα αὐτὸν ἄπαιδα βούλεται καταςῆσαι. Advertunt me praeterea eiusdem paragraphi extrema verba: ἐμοὶ ἀνάγκη ἐςὶ πολλὴ βοηθεῖν τῷ τε πατρὶ τῷ ποιησαμένῳ με καὶ ἐμαυτῷ. Scilicet saepe dubitari video sitne pronomine personali an reflexivo utendum nec satis constat interdum apud doctos viros, sitne αὐτὸν an αὑτόν, αὐτοῦ an αὑτοῦ scribendum. Ea res, nisi fallor, sic diiudicatur. Convertamus ea verba, quae supra descripsi in tertiam personam; habebimus τούτῳ ἀνάγκη ἐςὶ πολλὴ βοηθεῖν τῷ τε πατρὶ τῷ ποιησαμένῳ αὐτὸν καὶ ἑαυτῷ. Romanis potuit necessarium videri scribere

τῷ ποιησαμένῳ αὐτόν, Graecis dicere placuit uti et nobis αὐτόν. Usus primae personae hoc liquido ostendit; scripsit enim Isaeus τῷ ποιησαμένῳ με, non ἐμαυτόν. Addam alios locos. Orat. III § 71: ἐπισκῆψαι Φάσκοντες ὑμῖν (non ὑμῖν αὐτοῖς) τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπιμελεῖσθαι τούτου τοῦ παιδίου, οὕτως ἐπεμελήθητε ὥστε ἐᾶσαι, κτέ. Itaque in tertiam personam conversa haec erunt: ἐπισκῆψαι Φάσκοντες αὐτοῖς (non αὐτοῖς) .... οὕτως ἐπεμελήθησαν, κτέ. Sequitur scribendum esse Orat IV § 19: τὸν αὐτὸν (non αὐτὸν) ποιησάμενον οὔτε ἀποθανόντα ἀνείλετο οὔτ' ἔκαυσεν, si quidem dicendum est: τὸν ἐμὲ (non ἐμαυτὸν) ποιησάμενον ἀνειλόμην Nec probabo Orat. III § 46: εἰσήγγελλες κακοῦσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑβριζομένην καὶ ἄκληρον τῶν ἐκυτῆς πατρῴων καθισαμένην pro αὐτῆς, quod ante Bekkerum legebatur. Ipsa utique mulier dixisset: εἰσήγγελλες κακοῦσθαι ἐμέ, ἄκληρον τῶν ἐμοῦ (non ἐμαυτῆς) πατρῴων καθισαμένην. Legebatur olim Orat. II § 11: λόγους οὖν πρὸς ἡμᾶς ἐποιεῖτο δοκεῖν αὐτῷ καλῶς ἔχειν jam apparet quam parum recte Scheibius ediderit αὑτῷ. Nec certe quisquam scribet: λόγους ἐποιούμην δοκεῖν ἐμαυτῷ καλῶς ἔχειν, nam ἐμοὶ omnino satis est. Pronomen reflexivum Romanis potuit necessarum videri, neque Graecis neque nobis sic dicere placuit. Legimus Orat. V § 5: βούλομαι ὑμᾶς καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ πραχθέντα πυθέσθαι· itaque Graecum est βούλεται ὑμᾶς καὶ παρ' αὐτοῦ (non αὑτοῦ) πυθέσθαι. Improbandum est quod editur Orat. VIII § 37: συνδιατρίβειν οὐκ ἐκώλυε, δεδιὼς μὴ τραχυνθεὶς εἰς ὀργὴν καταστήσαιμι πρὸς αὐτόν et omnino requiro αὐτόν, nisi quis forte Orat. IX § 1: πειράσομαι ἐπιδεῖξαι ὡς οὐ προσήκει ἔχειν τὰ Ἀσυφίλου οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ ἐμοί reponere velit ἐμαυτῷ. Verum si hic ἐμοί recte legitur, illic est reponendum αὐτόν. Ratio aperta est ac facilis, sed quando ea observabitur in Atticorum scriptorum editionibus? Hodie etiam frequentius peccari video quam olim factum est, nam viri docti pleraque refingere coeperunt ad normam Latinae linguae. Quantum agendum supersit, poterit quis suspicari propter immanem soloecismum, qui hucusque omnes latuit in Orat. IX § 3: οὐδένα ἄλλον τὸν κλῆρον ἡγεῖται ἔξειν ἢ αὐτόν, sed duo postrema vocabula manifesto expungenda sunt.

Multum dubito an satis recte legatur § 2 forma υἱοῦ, quae recurret Orat. IV. 3 et IX. 3. Etiam υἱῷ invenitur Orat. X. 26,

Malo quod alibi editur *υἱέος* Orat. II. 18 et VI. 38, *υἱεῖς* Orat. VIII. 7, *υἱέων* Orat. VI. 21 et *υἱέσιν* Orat. VI. 28. Deinde supple § 5: *τὴν μαρτυρίαν ταύτην πρῶτον βούλομαι (ὑμῖν) παρασχέσθαι.* Sed consideranda est septima paragraphus, in qua interpolata quaedam sunt, quae Cobetus jam notavit, sed tria vocabula supersunt, quae mihi quidem magno opere displicent. Menecles senex virginem duxerat quumque ex ea liberos non susciperet, intellexit non in muliere vitium inesse, sed sua ipsius provecta aetate fieri, ut mulier non pareret. *Λόγους ἐποιεῖτο πρὸς ἡμᾶς τήν [τε] ἡλικίαν ὑφορᾶσθαι [καὶ τὴν ἀπαιδίαν]*, κτἑ. Non mihi persuadeo genuina esse quae uncinis circumdedi, cum praesertim in vicinia multa interpolata sint. Eodem modo Apollodorus in Orat. VII § 14, cum jam nulla esset spes prolis propter causam eandem, *τὴν ἡλικίαν καταμέμφεται.* Sequenti paragrapho Sauppius notavit spuria verba: *καὶ ἐκ ταύτης τῆς λέξεως δῆλον ὅτι φιλῶν ἀπεβάλετο· οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινα ἱκετεύει αὐτῷ* vel *αὐτόν*, quod in Ambrosiano Codice legitur. Sunt, fateor, ea verba satis inepte huc illata, sed tres corruptelae praeterea faciunt, ut intelligi non possint. Emenda: *καὶ ἐκ ταύτης τὴς δεήσεως δῆλον ὅτι φιλῶν διεγένετο· οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινα οἰκτείρει αὐτόν.* Etiam in § 10 aliquid inutiliter adhaeret: *ἐδόκει αὐτῷ αἰσχρὸν εἶναι ἄπαιδα τοῦτον καθιςάντα ἀρρένων παίδων αὐτῷ κελεύειν δοῦναι τὸν υἱὸν εἰσποιήσασθαι.* Scribe *καθιςάναι* et sex postrema vocabula ultro excident. *Ἄπαιδα καθιςάναι* positum est eodem modo et eodem sensu quo § 21.

Particula periit § 13: *ὡς (μὲν) οὖν κατὰ τοὺς νόμους ἐγένετο ἡ ποίησις·* § 14 abundant quae uncinis significabo: *διδόντων οὖν τῶν νόμων [αὐτῷ ποιεῖσθαι διὰ τὸ εἶναι ἄπαιδα] ἐμὲ ποιεῖται* et § 16: *τὸν νόμον αὐτὸν ὑμῖν ἀναγνώσεται [καθ' ὃν ἡ ποίησις ἐγένετο]*. Et § 19: *οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πιθόμενος ὁ Μενεκλῆς ἐποιήσατο*, scribe: *πιθόμενος ἐμὲ ἐποιήσατο*, expuncto nomine proprio neque admodum dissimilis corruptela est, quam Cobetus correxit in Orat. I § 30.

Mitto minora quaedam vitia, quae vix recensere opus est, ut statim veniam ad § 36, in qua supplendum est *(καὶ τὰ τρίτα) καὶ τὰ ἕνατα καὶ τἄλλα πάντ' ἐποίησα*, sicuti recte legitur § 37, ubi eadem verba repetuntur. Deinde abesse debet

nomen proprium *post* pronomen τουτουὶ in hisce: θυγάτηρ οὖσα τουτουὶ [Φιλωνίδου]. In undecim orationibus, quae integrae supersunt, eadem praeterea medicina utendum: Orat. III § 4: τουτονὶ Νικόδημον et VI § 5, 6, 60: τουτονὶ Χαιρέςρατον, sed alibi apud Isaeum, in Scheibii utique editione, non erratur. In Demosthene plurimi loci supersunt emendandi. Morem veterum Oratorem cognoscere quis poterit ex iis locis, quibus nihil peccari potuit, quum ipsa nomina propria ignorarentur, v. c. Orat. X. § 6: τὴν ἐμὴν μητέρα ἐκδίδωσι τῷ ἐμῷ πατρί, alibi. Sed leve hoc est; malo paulo pluribus aperire quid sentiam de § 40, in qua periculum est, ne quis vitium inesse existimet, cum verba rectissime sese habeant neque in suspicionem debeant vocari. Notum est frequenter confundi aoristos ὀμόσαι et ὁμολογῆσαι. cf. Mnem. XII p. 370. Quod apud Plutarchum legitur in vita Pelopidae c. 27: ὡμολόγησε τὴν μὲν ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν, Θηβαίοις δὲ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν ἕξειν καὶ φίλον· quis non sentit veram scripturam esse ὤμοσε? Pariter in vita Cleomenis c. 11: κατάξειν ἅπαντας ὡμολόγησε τῶν πραγμάτων ἐν ἡσυχίᾳ γενομένων· vides quid velim. Idem Plutarchus tradit in vita Artaxerxis c. 18, narrare Ctesiam βασιλέα τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον ὁμολογῆσαι [καὶ ὀμόσαι], πεισθέντα δ' αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας ἀποκτεῖναι πάντας πλὴν Μένωνος. Expungam καὶ ὀμόσαι et Madvigius in Adversariis p. 63 similiter corrigit eundem in vita Lycurgi c. 2. Est etiam certius apud Dinarchum adv. Philocl. § 4: ὁ κοινὸς τῆς πόλεως νόμος, ἐάν τις ἑνὸς ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι κελεύει τῷ ἀδικεῖν, reponendum esse ὀμόσας. Dittographia est apud Dionem Cassium LXII. 22: ὡμολόγησε [καὶ ὤμοσεν] τὴν Ἀρμενίαν ἅπασαν ἐκλείψειν. Hinc etiam parata medicina Demostheni adv. Olympiod. § 54: ὅςις οἴεται δεῖν ἃ μὲν ὡμολόγησε καὶ συνέθετο ἑκὼν πρὸς ἑκόντα [καὶ ὤμοσε], κτέ. Interdum malum latius scripsit, veluti apud Dionem Cassium XLII. 8: τὸν πόλεμον τόνδε οὐκ ἐπ' ἄλλο τι παρασκευάσας ἢ ἵνα ἀπολομένου αὐτοῦ πρωτεύσῃ, non hoc agebat Caesar, sed volebat ὁμολογουμένως τοῦ Πομπηίου πρωτεῦσαι. Absurdum est quod legitur apud Demosthenem de Symmoriis § 11: τί τοὺς ὁμολογουμένους ἐχθροὺς ἔχοντες ἑτέρους ζητοῦμεν; haec est lectio,

quam Dindorfius recepit; in codice autem Parisino legitur ὁμωλογοῦντας, quod prope abest ab eo participio, quod verum est, ὁμοροῦντας. Sed recensitis locis, quos supra apposui, periculum est, ne quis vitiosum esse putet, quod apud Isaeum laudato loco legitur: ὀμόσας ὅρκους πάλιν νῦν ἥκει τὰ ὁμολογηθέντα καὶ ὁμοθέντα παραβάς. Minime mirum est, utrumque verbum ab Isaeo aliquoties coniungi, nam ante jusjurandum sponsio facta erat. Duo exempla adscribam ex Orat. V § 7: ὀμόσαντες μὴ παραβήσεσθαι τὰ ὡμολογημένα et § 31: ὡμολογήσαμεν ἐμμενεῖν οἷς ἂν οὗτοι γνοῖεν καὶ ὠμόσαμεν.

Multiplex corruptela deturpat § 43: ἐπειδὴ δ' ἐκεῖνος ἐτελεύτησεν, εἰ προδώσω καὶ ἐξερημώσας αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀπιὼν οἰχήσομαι, πῶς οὐκ ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα εἶναι καὶ καταγέλαστον δοκοίη; primum requiro participium προδούς, deinde improbum facinus non est, opinor, καταγέλαστον. Audendum aliquid est; cogitavi equidem de adiectivo ἐπονείδιστον, quod recte legitur § 41. Paucis quibusdam intermissis. sequitur: καὶ οὐ μόνον ταῦτ' ἐστὶ τὰ ποιοῦντά με ἀγωνίζεσθαι τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἀλλ' εἰ οὕτω Φαῦλος ἄνθρωπος δοκῶ (lege δόξω) εἶναι καὶ μηδενὸς ἄξιος, ὥστε ὑπὸ μὲν εὖ Φρονοῦντος μηδ' ὑΦ' ἑνὸς ἂν ποιηθῆναι τῶν Φίλων, ὑπὸ δὲ παραΦρονοῦντος, ταῦτ' ἐστὶ τὰ λυποῦντά με. Viderunt omnes aliquid abundare; mihi insiticia videntur verba, quae diductis literis significavi.

Omnes iurisconsulti apud Athenienses uno ore clamant et consentiunt, adoptare filium non licere ei, qui naturalem filium in sua potestate habeat itaque falsum est, quod § 45 legitur: τοὺς νόμους ἐπέδειξα τοὺς ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις ἐξουσίαν διδόντας υἱεῖς ποιεῖσθαι. Non haec defenduntur iis quae recte dicuntur § 24: τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις δοκεῖ καλῶς οὗτος ὁ νόμος κεῖσθαι. Sed conferenda est paragraphus 13, in qua orator legem de adoptione appellat παραψυχὴν τοῦ βίου τοῖς ἅπαισι τῶν ἀνθρώπων. Quin reddamus eandem locutionem § 45: vides quantillum intersit inter ἅπασι et ἅπαισι. — In extrema oratione § 46 soloecum est τυγχάνῃ, optativus requiritur τυγχάνοι.

Tertiae orationis initio tenebo illud, quod olim commendavi ἐπεβίω pro ἐβίω, Mnem. I p. 357, tum, ut omittam in sequentibus esse quaedam interpolata, § 7 supplebo: ὡς μὲν

(οὖν) ἔδοξε, sed plura corrigenda sunt in § 8. Primum: ἐπιθυμῶ δὲ πρῶτον μὲν περὶ αὐτοῦ τούτου πυθέσθαι, κτέ, scribe: παρ' αὐτοῦ τοῦτο πυθέσθαι simulque eandem maculam eluemus ex Orat. II § 21: ἡδέως δ' ἄν μοι δοκῶ τούτου πυθέσθαι τοῦ Φάσκοντος εὖ Φρονεῖν, ubi τοῦτο verum esse arbitror et Orat. III § 9: περί τε οὖν τούτων ἡδέως ἂν πυθοίμην, ubi παρά legendum. Sed statim sequuntur verba: ἤν τινά ποτε προῖκά Φησιν ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τὴν ἀδελΦὴν ὁ μεμαρτυρηκὼς τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ· quod additur ὁ μεμαρτυρηκώς, eo participio sine molestia carebimus, sed adversarii ipsi τρία τάλαντα τίμημα ἐπεγράψαντο, ut est § 2. Non tam stultus est Endii frater, qui in ea oratione matris causam tuetur, ut concedat justam eam aestimationem esse: illud tantum attinebat dicere, tanti ea bona aestimata fuisse ab Xenocle Philes marito. Non illud rogat, num forte Nicodemus sororem sine dote elocarit τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ, sed τῷ τόν γε τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ. Itidem supplendum § 80: κεκτημένος τόν γε τριτάλαντον οἶκον ἠναγκάζετ' ἂν θεσμοΦόρια ἐσιᾶν, sed recte legitur § 18: ἐγγυᾶν μέλλων εἰς τὸν τριτάλαντον οἶκον, ὥς Φησι, τὴν ἀδελΦήν. Denique in eadem illa § 8 pronomen οὗτος bis interpolatum est. Mire quoque dictum est ibidem: πότερον ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ζῶντα ἢ τελευτήσαντος τὸν οἶκον αὐτοῦ; Quid orator dicere voluerit, satis apparet; illud etiam apparet, quomodo id dicere debuerit, nam redit ad idem argumentum § 78: πρὸς ὁποῖον ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ἢ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Satis fortasse est delere participia ζῶντα et τελευτήσαντος, sed nihil definio.

Stulta admodum interpolatio est § 10. Quaeritur ibi de Pyrrhi concubina, quae Nicodemi soror fuerat, εἴ τις ἄλλος ἐγγυητὴν ἔσχε τὴν τούτου ἀδελΦὴν γυναῖκα, ἢ τῶν πρότερον χρησαμένων πρὶν γνῶναι τὸν ἡμέτερον θεῖον αὐτήν, ἢ ὅσοι ἐκείνου γιγνώσκοντος ἐπλησίαζον αὐτῇ, ἢ ὅσοι ὕστερον ἐπλησίαζον τετελευτηκότος ἐκείνου. Contendebat Nicodemus sororem suam non Pyrrhi concubinam fuisse sed justam uxorem, quam dote data ipse despondisset. Rogat orator fueritne etiam uxor eorum quibuscum vulgo rem habere soleret, tum antequam Pyrrhum cognovisset tum post huius obitum. Sed quam stulte additur

ἢ ὅσοι ἐκείνου γιγνώσκοντος ἐπλησίαζον αὐτῇ. Etiamsi habuerit ea mulier alios amatores, quo tempore cum Pyrrho una vivebat, non serio tamen orator ex Nicodemo quaerere potuit, num soror etiam horum amatorum omnium justa uxor fuerit. Id non intelligitur, quam causam interpolandi sciolus habuerit.

Corrige § 11: Κοινὴν αὐτοὶ ὡμολογήκασιν εἶναι τοῦ βουλομένου pro αὐτήν. Facile est § 12: τῇ μὴ ὀρθῶς γεγενημένῃ γυναικὶ rescribere ἠγγυημένῃ. Supplendum § 16: μνημονεύειν χρὴ ὑφ' ὅσων ὑμῖν (ἤδη) μεμαρτύρηται. Paulo gravius peccatur § 19: τῶν ἀδήλων καὶ ἐξαίφνης γιγνομένων τοὺς προστυχόντας ἕκαστοι μάρτυρας ποιούμεθα. Nulla hic est ratio pluralis numeri ἕκαστοι. Discrimen certum est et notum itaque Isaeus ipse mox recte: τοὺς ἡμῖν γνωριμωτάτους ἕκαστος ἡμῶν παρακαλεῖ μάλιστα. Sed ἑκάστοτε verum est. Eiusdemmodi vitium deprehendi apud Lucianum in Philops. § 1: πόλλ' ἐστὶν ἃ τοὺς ἀνθρώπους ἐνίους ἀναγκάζει τὰ ψευδῆ λέγειν. Imo lege: ἐνίοτε, de qua scriptura paucos fore arbitror qui dubitent an satis certa sit.

Testibus credere solemus, non ubi ταῦτα dicunt, sed ubi ταὐτά, quod reponendum § 21. Prorsus idem vitium est in re eadem Orat. VI § 12. Sed § 23 notanda est interpolatio. Scripserat Isaeus: παρακεκλημένως φαίνεται Διονύσιον καὶ Ἀριστόλοχον, οἷς οὐδ' ἂν περὶ ὁτουοῦν πιστεύσειεν ἄλλος οὐδείς, sed post duo nomina propria hodie inserta legitur lectoris cuiusdam adnotatio, qua efficitur ut postrema verba non habeant quo referantur: μετὰ δυοῖν τούτοιν ἐν τῷ ἄστει αὐτοῦ τὴν ἐκμαρτυρίαν ποιήσασθαί φασιν οὗτοι· τοιαῦτα μὲν τὰ τούτων. Haec verba moleste interposita esse concedes, sed non minus molesta sunt § 24: ὁ ἀγὼν ἦν [ὁ τῶν ψευδομαρτυριῶν ὃν Ξενοκλῆς ἔφευγεν] ἢ ἐξ ἑταίρας ἢ ἐξ ἐγγυητῆς τὴν γυναῖκα εἶναι. Facile quoque est veram scripturam indagare § 35: οὐκ ἔξεστι πράξασθαι τῷ δόντι ὃ μὴ ἐν προικὶ τιμήσας ἔδωκεν. Interest aliquid inter τιμᾶν et τιμᾶσθαι· quamdiu id discrimen certum erit, τιμήσας pro τιμησάμενος ferri non debebit. Sed in promtu est coniicere: ἐν προικὸς τιμήσει. Ter vitiose editur § 39, 43 et 54 δοκεῖ ἂν ὑμῖν pro δοκεῖ οὖν ὑμῖν. Invehitur orator § 39 in Nicodemum, ὃς ἐπ' ὀλίγῳ ἀργυρίῳ σφόδρα βούλεται πονηρὸς εἶναι. Supplendum esse iudico οὕτω σφόδρα et difficile dictu

est, quoties οὕτω librariorum incuria exciderit, cuius rei multa exempla dedi Mnem. XII p. 329. Corrige praeterea § 40 ἀπορῶ 'γὼ μαρτύρων, pro ἀπορῶ γε.

Mirum est, quomodo evidens interpolatio editores latere potuerit § 41: ὁπότε γάρ τις ἐπεδικάζετο τοῦ κλήρου, νόθην τὴν θυγατέρα τοῦ καταλιπόντος τὸν κλῆρον καθίςη. Imperfectum tempus haud leve indicium est, interpolatoris ea verba esse. Isaeus autem cum aequalibus necessario dixisset ἐπιδικάζεται et καθίςηςι. Aliae multae sunt in hac oratione interpolationes non minus manifestae, veluti § 43: [ἦν ὁ Ἔνδιος λαχὼν ἐπεδικάζετο] et μὴ ἐπίδικον [τῷ Ἐνδίῳ] τὸν ἐκείνης πατρῷον κλῆρον εἶναι, § 47 [τῷ βουλομένῳ]· quin et § 48 tota fere interpolata est: [ἔπειτα — ὑπὸ τοῦ οὕτως ἐγγυήσαντος αὐτήν]; nam eadem ferme verba orator jam dixerat § 45. Sed contenderit quispiam superflua non nocere et Isaeum fortasse negligenter bis posuisse, quae semel describere satis esset; nemini certe persuasisse Reiskium et Bekkerum, qui ante me totam pericopen eiecerint. Lubet igitur nunc semel ostendere, cur ea verba quae notavi, nullo modo possint retineri. Nimirum inde a § 45 orator Nicodemum compellat sic: ἐπειδὴ δὲ τῷ Ξενοκλεῖ ἠγγύα ὁ Ἔνδιος τὴν ἀδελφιδῆν cου, ἐπέτρεψας ἂν, ὦ Νικόδημε, τὴν ἐκ τῆς ἐγγυητῆς τῷ Πύρρῳ γεγενημένην ὡς ἐξ ἑταίρας ἐκείνῳ οὖcαν ἐγγυᾶcθαι; καὶ οὐκ ἂν εἰcήγγειλας (sic legendum) πρὸς τὸν ἄρχοντα κακοῦcθαι τὴν ἐπίκληρον. Deinde orator multis verbis ostendit, unicuique licere eam εἰcαγγελίαν apud praetorem deferre neque ullum esse accusatori periculum, etiamsi quintam suffragiorum partem non tulerit. Hoc postquam ostendit, iterum conversus ad Nicodemum ita dicit: καὶ εἰ ἦν ἀληθῆ ἃ νυνὶ τετόλμηκας μαρτυρῆcαι, παραχρῆμα εὐθὺς ἐτιμωρήcω ἂν τὸν ἀδικοῦντα. ἢ καὶ ταῦτα λαθεῖν cεαυτὸν προcποιήcει; ἔπειτ' οὐδ' ἐκ τῆς ἐπιδοθείcης αὐτῇ προικὸς ἤcθου; Compellat orator Nicodemum et interrogat: ἐπέτρεψας ἄν; οὐκ ἂν εἰcήγγειλας; προcποιήcει; οὐδ' ἤcθου; sed ut ἐτιμωρήσω ἂν eodem modo usurpetur, opus erit inserere negationem: οὐ παραχρῆμα εὐθὺς τότε ἐτιμωρήσω ἂν τὸν ἀδικοῦντα; Hoc decet concitatam orationem et nescio quomodo negatio in libris manuscriptis saepissime evanuit. Sed interstrepit interpolator: ἔπειτα εἰ ἦν ἐξ ἐγγυητῆς ἡ τούτου ἀδελφιδῆ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ γεγενημένη, ἐπέτρεψεν ἂν Νικόδη-

μος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν αὐτὴν ἐγγυᾶσθαι; καὶ γενομένων αὐτῶν (quid hoc est?) οὐκ ἂν εἰσήγγελλε πρὸς τὸν ἄρχοντα ὑβρίζεσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ οὕτως ἐγγυήσαντος αὐτήν; Summa est infantia oratoris, qui bis dicit idem verbis tantum non iisdem; verum nimis absurdum est primum compellare adversarium, deinde se convertere ad judices, ut ipsi quoque audiant, quid litigantes quasi secreto inter se collocuti fuerint. Qui ea verba tanquam genuina tuentur, inter quos Schoemannum esse video, concedunt quod negare neutiquam possunt, sed iidem significant se omnia retinere velle, donec intellectum fuerit, unde quaeque interpolatio orta sit. Est ea fortasse iniqua postulatio, sed ne eam quidem conditionem recuso. Si quis conferet Frontonis codicem, videbit paginis tantum non omnibus in margine descriptum esse quod lectori cuidam propter elegantiam imprimis placuisset. Neque numeri, neque tempora neque modi in excerptis illis servantur. Unum exemplum afferre satis est. Scribit Fronto p. 140 Ed. Lips.: ubi verborum praesidiis opus sit, non voluntariis tantum, quae ultro obvenerint utemur, sed latentia *eliciemus* atque ad imperandum *indagabimus*. Quae sententia cum impense placeret, adscriptum fuit in margine: in verbis non obvia sed etiam latentia *elicienda* sunt et *indaganda*. Eiusmodi adnotationes Frontoni nihil offecerunt, imo profuerunt potius, nam saepe factum est, ut in rescripto codice ipse textus sine vestigio perierit et supersint tamen in margine adnotationes, olim minus diligenter elutae et nunc refocillatae, quarum ope quodammodo intelligitur quid Fronto dixerit. Sed apparet, quid verosimiliter fuisset factum, si Frontonis codice uteremur paulo minus antiquo. Suspicor in Isaeo quoque fuisse, qui in margine adnotaret, quae sibi prae ceteris placerent; idem interdum satis habuit adscribere argumenta et probationes, quibus orator utitur, ut postea facilius inveniret, si forte eodem rediret. Hinc ingens numerus interpolationum natus.

Scio id quod sciunt omnes, qui Isaeum paulo diligentius perlegerunt, saepius apud eum coniuncta inveniri verba ἐκδοῦναι et ἐπιδοῦναι, nec tamen feram § 51: ὥστε μηδὲ τὸ δέκατον μέρος ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τῇ γνησίᾳ θυγατρὶ τῶν πατρῴων. Constructio parum Graeca videtur et expuncto verbo ἐκδοῦναι pro participio reponam infinitivum ἐπιδοῦναι. Sequuntur duo vitia

nullo negotio tollenda § 56, nam quod ibi legitur: παρεσκευασμένος μὴ ὁμολογεῖν τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν τῷ Πύρρῳ γενέσθαι, ostendent paragraphi 57 et 66 Isaeum hoc dixisse eodem modo, quo quivis nostrum dixisset idem, nempe: τὴν ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι. Sed statim sequuntur illa: ὡς δὴ οὐχ ὁμολογῶν πῶς ἐπεσκήπτετο, κτέ. Haud difficulter haec sic in integrum restituere poteris: καὶ δὴ ὡς οὐχ ὁμολογῶν ἐπεσκήπτετο τοῖς μεμαρτυρηκόσιν ἐπὶ τῇ διαθήκῃ τοῦ Πύρρου παραγενέσθαι. Deinde quae leguntur § 64, ea omnia pendent e praecedentibus verbis: ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη, sed coniunctio εἰ inserenda est; contra eiicienda sunt interpolata verba: καὶ τὰς οὕτω δοθείσας. Non est operae pretium in re tam levi tamque aperta describere locum paulo longiorem. Praeterea unicam literulam si immutaveris, nitorem reddes § 66. Legitur ibi coniunctio εἰ, sed satis evidenter requiritur pronomen τί· ἐκεῖνο αὐτοὺς ἐρέσθαι χρή, τί ὁμολογοῦντες τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι, ἐπεσκημμένοι εἰσὶ τοῖς μεμαρτυρηκόσι ταῦτα, εἶτα παρελθόντες τὸν τελευταῖον τοῦ οἴκου γεγενημένον κληρονόμον τοῦ Πύρρου τὴν λῆξιν λαχεῖν ἠξίωσαν παρὰ τὸν νόμον. Turbatus verborum ordo est § 69: ἄλλως τε εἰ καὶ ἐμαρτύρησατε ὡς ἐπέσκηψεν, nam quis neget verum esse: ἄλλως τε καὶ εἰ, ὡς ἐμαρτυρήσατε, ἐπέσκηψεν. Denique § 72 supple: ἐποιεῖτο τὸν (ἐμὸν) ἀδελφόν, nam quae praeterea de hac oratione observanda habeo, nimis minuta sunt.

In quarta oratione quae est de Nicostrati hereditate, pauca omnino sunt, quae me offenderunt. Veluti § 1 ἄν abundat in hisce: δοκεῖ ἱκανὰ ἂν γενέσθαι τεκμήρια, § 4 μόνον malim quam μόνου et suppleverim: πῶς οἷόν τε τῷ (αὐτῷ) ἀνδρὶ δύο πατέρας ἐπιγράψασθαι; et § 8 οὐδὲ τριετῆ γεγονότα melius fortasse scribetur τρί' ἔτη. Paulo gravius peccatum est § 23, cuius loci elegantia periit, postquam adscriptum est nomen proprium Χαριάδου, § 25 rescriptum oportuit praesens εἰσί pro imperfecto ἦσαν, § 28 vix servari poterunt vocabula ὑπὸ τῶν ἕνδεκα et § 31 fortasse rectius erit ὀμωμόκατε quam ὠμόσατε.

Ante annos viginti quinque in primo Mnemosynes volumine p. 375 tractavi selectas quaestiones de jure hereditario apud Athenienses. Vernacula lingua, qua tunc utebar, fortasse fecit ut ea commentatio in paucorum notitiam perveniret; Scheibius

certe non vidit. Imprimis mihi tum res erat cum duabus Isaei orationibus, quae sunt de Dicaeogenis et de Philoctemonis hereditatibus. Per tantum temporis spatium nondum quidquam se mihi obtulit, cur desererem eam sententiam, quam tunc tenebam. Sed poterunt alii dubitare de ratione, qua difficilem locum in oratione de Philoctemonis hereditate expedire conatus sum; prorsus certum mihi esse videtur, quod dixi de stirpe Dicaeogenis. Primum qui memoratur Dicaeogenes § 26, non is est, cui diem dixit ille in cuius gratiam Isaeus orationem conscripsit, sed intelligitur Dicaeogenes maior, Menexeni maioris filius. Credibile est sororem, quae prius nupsisset Democli postea, marito fortasse defuncto, desponsatam fuisse Protarchidi. Deinde quae hucusque in ea oratione obscura fuerunt, plana fiunt dummodo statuas Cephisophontem, cum unicam filiam haberet, testamento adoptavisse Menexenum minorem eumque sororem suam duxisse, sicuti necesse erat. Hoc igitur vitium manet corrigendum in stemmate, quod Schoemannus et Scheibius editionibus suis addiderunt. Admirabile est, quot errores circa jus Atticum inde sunt orti, quod viri docti non intellexissent, Menexenum illum Cephisophontis *adoptivum* filium esse. Sed praestat de ea quaestione lectores ablegare ad eam disputationem, quam indicavi.

Longa est in quinta Oratione interpolatio, nam § 4 fere tota expungenda est inde ab verbis: ὅτι μὲν γὰρ Δικαιογένης usque ad ΑΝΤΩΜΟΣΙΑ. Nihil iis verbis continetur quod non melius et significantius dictum sit orationis exordio. Est hoc novum et luculentum exemplum longae interpolationis; infra aliae accedent et superstitiosus sit oportet, qui omnes dittographias illas tueri velit. Veluti quam stultum est eandem ἀντωμοσίαν iterum recitari, quasi non satis sit semel id fieri.

Duo vitia corrigenda § 7. Primum ἐν τοσούτῳ χρόνῳ οὐσῶν δικῶν, supplendum: πολλῶν οὐσῶν δικῶν, sicuti recte legitur Orat. VIII § 4: πολλῶν δὲ δικῶν ἐν τῇ πόλει γενομένων. Deinde non agnosco Atticum oratorem in hisce: στάσεως γενομένης κἀγῶνος οὗτοι πεισθεὶς ἠμφισβήτει ἡμῖν ἅπαντος τοῦ κλήρου. Fuit illa στάσις, ut addidit orator ipse, δυσυχησάσης τῆς πόλεως. Dubitari video, quae clades intelligatur, sed nihil hoc pertinet ad reperiendam veram lectionem, quam periisse arbitror. Στάσεως

γενομένης quid significet, intelligere mihi videor; quid est autem illud quod additur κἀγῶνος? Scripsi uncialibus literis ΚΑΙΑΓΩΝΟΣ et mox vidi nihil latere nisi Dicaeogenis nomen: ςάσεως γενομένης ΔΙΚΑΙΟΓΕΝΗΣ οὗτοσὶ πεισθείς, κτέ. Duae literulae perierant; quod supererat ΚΑΙΟΓΕΝΗΣ, cum coniunctio καί inesse videretur, factum est κἀγῶνος. Iam supra indicavimus similem corruptelam a Cobeto feliciter procuratam fuisse in Orat. I § 30. Δικαιογένης οὗτοσὶ eodem modo ponitur § 10.

Sine sensu editur § 11 de tutore qui pupillorum suorum paternam domum πριάμενος καὶ κατασκάψας τὸν κῆπον ἐποιήσατο πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ. Improbum facinus est etsi emit, sed si emit, pretium certe non persolvit, nam miseri pupilli τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδείων ἦσαν ἐνδεεῖς. Non igitur tutor aedes *emit* sed *ademit*. Deinde diruit hortum et ποιεῖται πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ, aedibus suis adjungit, nempe quidnam? Num aedes? Quid igitur attinebat prius diruere hortum? Sed in aprico est, quid orator dicere voluerit. Tutor diruit pupillorum domum atque sic aream nactus hortum aedibus suis contiguis addidit. Quomodo autem efficiemus ut in Graecis insit, quod loci sententia requirit? Primum inseremus articulum: τὸν κῆπον ἐποιήσατο (τὸν) πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ. Deinde stare non potest participium πριάμενος. Non emit aedes, sed ademit, οὐκ ἐπρίατο ἀλλὰ περιείλετο. Non multum distant ΠΡΙΑΜΕΝΟΣ et ΠΕΡΙΕΛΟΜΕΝΟΣ. Scribendum est: τὴν οἰκίαν αὐτῶν τὴν πατρῴαν, παίδων ὄντων τούτων, περιελόμενος καὶ κατασκάψας, τὸν κῆπον ἐποιήσατο τὸν πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ. Conferatur Orat. II. § 37: τὸ χωρίον τὸ περιλειφθὲν αὐτῷ περιείλετο.

Duo alia vitia in eadem paragrapho supersunt. Cephisodotus ille, Dicaeogenis pupillus, uti vidimus, tutoris malis artibus factus erat τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδείων ἐνδεής et mercede conductus quaestum faciebat, ἦλθεν εἰς τοὺς μισθωτούς, § 39, quae verba Schoemannus recte interpretatus est. Editur hodie: τὸν ἐκείνου ἀδελφιδοῦν Κηφισόδοτον τῷ ἑαυτοῦ ἀδελφῷ Ἁρμοδίῳ συνέπεμψεν (cum Dobraeo fortasse scribendum συνεξέπεμψεν) εἰς Κόρινθον ἀντ' ἀκολούθου. Satis novimus calones fuisse, qui milites peregre sequerentur. Thucydides nobis dicet testimonium, VII 75: ἔφερον δὲ καὶ οἱ ὁπλῖται καὶ οἱ ἱππῆς παρὰ τὸ εἰωθὸς αὐτοὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν σιτία ὑπὸ τοῖς ὅπλοις ἀπορίᾳ

ἀκολούθων, h. e. afflictis rebus tunc fiebat, quod numquam alias erat factum. Quis autem credat Harmodium, dum proficisceretur ad bellum, usum fuisse filio sororis suae consobrinae pro calone? Potuitne hunc Dicaeogenes addere fratri Harmodio, ut servili ministerio fungeretur? Fidem superat. Etiam pauperes cives habebant tamen ἀκόλουθον. Aristoph. Eccl. 594:

μηδ' ἀνδραπόδοις τὸν μὲν χρῆσθαι πολλοῖς, τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ.

Ἀκόλουθος ille plerumque servus est, potest fieri ut μέτοικος sit, sed civitatem certe non habet. Midias διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐσόβει τρεῖς ἀκολούθους ἢ τέτταρας ἔχων, qui cives sane non erant. Calones memorantur etiam in Demosthenis Oratione adv. Conon. § 4: ἐπαρῴνουν οὗτοι, τὰ μὲν πολλὰ εἰς τοὺς παῖδας ἡμῶν τοὺς ἀκολούθους, τελευτῶντες δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς. Laudat hunc locum Dionysius Halicarnasensis et scribit: εἰς τοὺς ἀκολούθους ἡμῶν, quae vera lectio mihi videtur, sed illud intelligimus inter παῖδας et ἀκολούθους nil quidquam interesse. Sed utile est cum Isaeo conferre quod Lysias scribit adv. Diogit. § 16: ἐκβαλεῖν τούτους ἠξίωκας θυγατριδοῦς ὄντας ἐκ τῆς οἰκίας τῆς αὐτῶν ἐν τριβωνίοις, ἀνυποδήτους, οὐ μετὰ ἀκολούθου, οὐ μετὰ στρωμάτων, οὐ μεθ' ἱματίων, οὐ μετὰ τῶν ἐπίπλων, ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῖς κατέλιπεν. Nunc apparet quid Isaeus scripserit. Cephisodotus ad bellum est profectus non ἀντ' ἀκολούθου, sed passus est eandem contumeliam, quam pupilli illi apud Lysiam: versabatur in castris οὐ μετὰ ἀκολούθου, h e. ANET ἀκολούθων. Eadem opera emendabimus quod apud Isaeum sequitur: ἐγκαλεῖ αὐτῷ ὅτι ἐμβάδας καὶ τριβώνια φορεῖ. Cobetus Mnem. V, p. 107 rescribit τρίβωνα idque Scheibius recepit in textum, sed Lysias planissime ostendit veram Isaei manum esse τριβώνιον.

Nunc notabimus longam interpolationem § 12: ὃς ἐμαρτύρησε Δικαιογένην ποιηθῆναι τὸν νῦν ὄντα ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ ἡμετέρου υἱὸν ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ, μαρτυρήσας δὲ ταῦτα ἐάλω ψευδομαρτυριῶν, quae adnotatio attento lectori supervacua debet videri. Statim sequitur in § 13: ἃ ἐγὼ αἰσχυνόμενος ἀναγκάζομαι διὰ τὴν ἐκείνου πονηρίαν λέγειν, quod supplebimus ἀναγκάζομαι (ὅμως). Tum mire dictum est et omnes offendit § 14 ἡμεῖς δὲ καθηγούμενοι οὐκέτι προσήκειν Δικαιογένει, sed simplex medicina sufficit: ἡμεῖς δὲ οὐκέθ' ἡγούμενοι. Etiam hodie apud Isaeum erratur interdum in formis dualis numeri

legitur in hac oratione § 15: *ταύταιν δὲ ταῖν διαθήκαιν* et *ταῖν διαθήκαιν ἀκύροιν γενομέναιν*, Orat. VI § 6: *ταῖν ἀδελφαῖν*, § 39: *ταῖν θυγατέροιν*, § 49: *περὶ πολλοῦ ποιούμενοι καὶ πρὸς ταῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους θεοὺς εὐσεβεῖν*· Reiskius *ταύτα* scripsit, Scheibius *ταύτας* edidit, equidem *τούτω* praeferam et quod sequitur: *οὔσης τῆς θυσίας ταύταις ταῖς θεαῖς*, placet sane *τοῖν θεοῖν*. Denique perperam scribitur Orat. VIII. § 41: *ταῖν δ' ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν*. Sed haec minuta sunt.

Redeo ad quintam orationem. In § 16 scribe: *κατὰ δόσιν μὲν οὐδενὶ προσήκει τοῦ κλήρου* pro *προσῆκε*, quam corruptelam admodum frequentem esse comperi, cf. Cobet. Mnem. VII. p. 45. Tum lege: *ταὐτὰ μὲν ἡμῶν εἰπόντων ἅπερ νυνί* pro *πάντα*, nec placet § 18: *συγχωρούντων γὰρ ἡμῶν τῷ ἄρχοντι μὴ συναριθμεῖν ἀλλὰ συγχέαι τὰς ψήφους*· factum est enim quod saepe fieri video, ut praepositio perperam iteraretur; vera lectio est *ἀριθμεῖν*. *Αἱ γὰρ ψῆφοι ἀριθμοῦνται*, non *συναριθμοῦνται*. Sed superest in § 17 unum vitium paulo gravius: *ἐξαιρεθεισῶν τῶν ψήφων*. Postquam omnes ad sitellam accesserunt, suffragia non *eximuntur*, sed *effunduntur*: est hoc ipsi rationi et rerum naturae consentaneum. Nulla fuit umquam *τῶν ψήφων ἐξαίρεσις* et si praetori licuisset *ἐξαιρεῖν τὰς ψήφους*, nemo satis tutus fuisset a multiplici fraude. Sed suffragia ex sitella *effunduntur*, nam hoc verbo, nisi fallor, in ea re Romani proprie utuntur. Quomodo idem Graece dicendum? Sed nota res est. Ἐξέρα *τὸ ὕδωρ*, ex Demosthene satis notum est. Calamitosum verbum est *ἐρᾶν*, quod Lobeckius demonstravit ad Phrynichum pag. 64, qui ex Hippocrate apposite laudavit: *ἐπειδὰν τὸ αἷμα ἐξερασθὲν ὑπόχολον γένηται* et *ἐὰν ἐξεράσῃς τὸ ὕδωρ*. Apud Isocratem est in Philippo § 138: *πρὸ πολλοῦ δ' ἂν ἐποιησάμην οἶδν τ' εἶναι συνερᾶσαι τοὺς λόγους ἅπαντας*, quae scriptura Urbinatis Codicis se ipsam facile tuebitur nec quisquam amplectetur malesanam coniecturam *συγκεράσαι*. Sic alibi confusa videbis *συνερᾶσαι* et *συνερανίσαι*. *Κατερᾶν τὸν οἶνον* apud Pollucem est et alibi. Ἀπερᾶν apud Alciphronem legitur et *ἀπέρασις* apud Strabonem. Sed crebro invenitur compositum *ἐξερᾶν*. Substantivum *ἐξέραμα* in sacra Scriptura est et apud Aristoph. Acharn. 341: *τοὺς λίθους ἐξεράσατε*, qui locus vel solus per se spectatus, docere poterit, quae sit apud Isaeum vera lectio,

Sed agmen claudet nobis Aristophanis versiculus in Vespis 993, ubi suffragiis in urnam coniectis, Bdelycleon, *φέρ' ἐξεράσω*, inquit. Nunc nemo, opinor, mecum rescribere recusabit *ἐξερᾳθεισῶν τῶν ψήφων*, nam huius verbi *ἐρᾶν* aoristus non est *ἐρασθῆναι*, sed *ἐραθῆναι*, infinitivus enim est *ἐρᾶσαι* et *α* perpetuo producitur, unde fit ut etiam nomen derivatum *ἐξέραμα* sit, non *ἐξέρασμα*.

Nunc considerabimus § 20: *καίτοι εἰ μὴ ἐναντίον μὲν τῶν δικαςῶν, πεντακοσίων ὄντων, ἐναντίον δὲ τῶν περιεςηκότων ἠγγυᾶτο, οὐκ οἶδ' ὅτι ἂν ἐποίησεν*. Recte Scheibius et hic et alibi Atticas formas restituit, cum codices tantum non semper habeant *ἐνεγυᾶτο*, sim. Verum imperfectum vitiosum est; requiro *ἠγγύητο*. Quid autem est *ἐποίησεν*? Dicaeogenes coram omnibus praedem dederat Leocharem, nec tamen datam fidem solvit vel duas bonorum partes sororibus suis consobrinis reddidit. Nisi ea res in jure esset acta et palam, *οὐκ οἶδ' ὅτι ἂν ἐποίησεν*. Quid tum? Dicaeogenes *nihil* fecit eorum quae spoponderat: quid aliud fecisset, si stipulatio fuisset occulta. *Οὐκ οἶδ' ὅτι ἂν ἐποίησεν*. Itane? Nescis, *ὦ λῷςε*, quid Dicaeogenes facturus fuisset? Est hoc tamen facile intellectu; fecisset prorsus idem, quod nunc eum fecisse videmus, scilicet omnia servasset sibi soli. Sed res in jure acta est nec poterit Dicaeogenes perpetuo negare, quod coram judicibus promisit facturum. Quodsi autem ea res privatim et intra parietes transacta fuisset, *οὐκ οἶδ' ὅτι ἂν ἐποιήσαμεν*. Hoc intelligo.

Quod § 23 legitur: *οὐ πιςεύοντες αὐτῷ ἃ ὡμολόγησε ποιήσειν*, malim *αὐτόν* et *ἐξάγοντες ἐκ τοῦ βαλανείου ὤφλομεν τετταράκοντα μνᾶς*, praestat *ἐξαγαγόντες* et soloecum est *ἡγούμενοι οὐκ ἂν αὐτὸν βεβαιώσειν* pro *βεβαιῶσαι*. Sed multum miror nondum correctum esse, quod sine sensu editur § 25: *οὗτοι δέ, ἃ μὲν αὐτοῖς συμφέρει τῶν ὁμολογηθέντων τότε, κύριά φασιν εἶναι εἰ καὶ μὴ γέγραπται, ἃ δ' οὐ συμφέρει οὐ κύρια, εἰ μὴ γέγραπται*. Ne Reiskius quidem, quem talia fugere non solent, hic attendit animum nec correxit: *εἰ καὶ γέγραπται*. Videlicet, quod continuo sequitur, *οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐθέλουσι ποιεῖν*. Sed aperta res est.

Accedo ad § 32: *οἱ διαιτηταὶ ἔφασαν, εἰ μὲν ἀνώμοτοι δ[illegible] γαιντ' ἂν ἡμᾶς διαλλάξαι, οὕτω ποιήσειν, εἰ δὲ μή, καὶ αὐτ[illegible]*

ἐμόσαντας ἀποφαυεῖσθαι ἃ δίκαια ἡγοῦνται εἶναι. Primum leve est cum Scheibio emendare: ἡγοῖντο, sed num satis recte dicitur εἰ δύναιντ' ἄν; Aut Schoemannus p. 306. „Εἰ δύναιντ' ἄν, quod Bekkerum offendit, significat: *si futurum esset ut posset.* Nimirum hoc *posse*, quum sit pro hypothesi sequentis apodoseos οὕτω ποιήσειν, tamen et ipsum tanquam ex conditione aptum cogitatur, eaque conditio posita est haud dubie in rei disceptandae ratione. Nam quae plana sunt et facilia ad disceptandum, de his etiam injurato arbitro pronunciare licebit: in difficilioribus autem et intricatioribus aequum est jurare arbitrum, se diligenter ac religiose in causa cognoscenda versatum ex animi sententia pronunciaturum esse." Scilicet nunc usu venit quod est apud comicum: *Tant de choses en deux mots!* Sed amoto ludo, quaeramus quomodo coniunctio εἰ cum particula ἄν possit componi. Legitur apud Demosthenem adv. Leptinem § 117: εἰ μηδ' ἂν εἷς τοῦτ' ἔχοι δεῖξαι. Non ambigitur quin recte sic scribatur nec minus recte editur apud eundem adv. Polycl. § 2: εἰ δ' ἐστὶν ἀληθῆ καὶ μηδεὶς ἄν μοι ἀντείποι ἄλλος ἢ οὗτος. Facile sentitur, cur verum sit in Orat. adv. Timocr. § 154: οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν τοιούτων πραγμάτων οὐδ' εἰ μήπω ἂν ἐκφύοι. Etiam illud bene dictum est apud Xenophontem in Cyrop. VIII. 1. 26: λέγεται ἐρέσθαι τὸν ναυίσκαν, εἰ δέξαιτ' ἂν βασιλείαν ἀντὶ τοῦ ἵππου. Quid opus est dicere, cur his locis aliisque similibus particula ἄν non possit abesse? Si quis forte minus intelligat, deleat modo et statim, sat scio, videbit quid intersit. Minus feram apud Platonem in Protagora p. 329 B: καὶ ἐγὼ εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρώπων πείθοίμην ἄν, καὶ σοὶ πείθομαι, et suspicor fere interpolata esse verba πειθοίμην ἄν. Ut alios omittam, miror Godofredum Hermannum, qui ad Vigerum Codicum lectiones quantumvis mendosas mordicus retineat neque intelligat, quid suadeat sana ratio, supra quam nihil est. Ecce aliud exemplum, ut appareat quo modo εἰ cum ἄν coniungi possit. Recte scribit Aristophanes in Nubibus vs. 1184:

Στ. οὐκ ἂν γένοιτο; Φε. πῶς γάρ; εἰ μήτερ γ' ἅμα
αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή.

Sed licet recte sic scribatur, inde minime efficitur, scripsisse Demosthenem in Oratione adv. Polyclem § 67: εἰ τοίνυν ἂν ἐμοὶ

τότε ὠργίζεσθε, neque adducar ut credam Isaeum scripsisse εἰ δύναιντ' ἄν. Fuere olim eiusmodi loci multo plures, sed magna pars deinceps meliorum codicum ope ab editoribus emendata est. Quae apud Platonem de hoc genere supersunt, alias examinabimus, sed adscribam duos Isaei locos eodem morbo laborantes. Editur in Orat. X § 12: θαυμαστὸν γὰρ ἂν ἦν εἰ τὴν ἐμὴν μητέρα ἔχοντι Ἀπολλοδώρῳ οὐκ ἂν οἷον τε ἦν τῶν ἐκείνης κυρίῳ γενέσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ αὐτὴν ἐκδόντι ἐξέσται εἰς τὰ ταύτης χρήματα υἱὸν εἰσποιῆσαι. Itidem abundat particula ἄν in quinta oratione § 33: ὁρκώσαντες ἡμᾶς ἢ μὴν ἐμμενεῖν οἷς ἂν αὐτοὶ γνοῖεν. Repetita verba sunt ex § 31, in qua olim recte legebatur οἷς οὗτοι γνοῖεν, sed Scheibius sincerum locum corrumpere maluit quam emendare corruptum.

Nunc dicendum est de § 38: ὑμᾶς ἅμα συνειλεγμένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοιαῦτα ἐποίησε. Scilicet nulla vocabula frequentius confunduntur quam ἅμα et ὁμοῦ. Scribit Herodotus III. 134: κατασκόπους μοι δοκέει Περσέων πρῶτον ἄμεινον εἶναι ὁμοῦ τούτῳ πέμψαι. Hoc quomodo dicendum sit, ostendent c. 135: τὴν ἅμα οἱ πλώσεσθαι, c. 136: ἅμα δ' αὐτῇσι. V. 77: ἅμα τοῖσι ἐζωγρημένοισι, alii loci. Apud Alciphronem III. 48: ὁμοῦ τῷ κτύπῳ ἐλελούμην τῷ αἵματι, praeferam ἅμα et ἐλούμην. Pariter III. 26 pro ὁμοῦ ζημίᾳ malim ἅμα. Contra apud Heliodorum p. 294. 29 Ed. Didot.: καί μου τοῖς γόνασιν ἅμα προσπεσόντες ἐπὶ πλεῖσον εἴχοντο, quo tempore προσέπεσον Theagenes et Chariclea nondum εἴχοντο τοῦ γέροντος· hoc autem significat ἅμα, sed ambo *simul* genua eius amplexi sunt, h. e. ὁμοῦ. Ostendunt hoc mille loci et Aristophanes in Pluto vs. 701, ubi recte:

οὔκ, ἀλλ' Ἰασὼ μέν γ' ἐπακολουθοῦσ' ἅμα
ὑπηρυθρίασε χἠ Πανάκει' ἀπεσράφη.

Hinc displicet apud Achillem Tatium p. 100. 2: ἅμα συνελθόντες διακόπτομεν αὐτῶν τὴν φάλαγγα, quod ὁμοῦ dictum oportuit. Itidem apud Aeschinem in epistula quarta p. 35 Ed. Paris.: λέγεται γυνὴ Ὀλυμπίασι ἐσάναι ἅμα τοῖς ἀνδράσι, aut scripsit aut scribere debuit ὁμοῦ. Apud Plutarchum in Moralibus p. 1062 B.: ὁμοῦ Φρόνιμος καὶ μακάριος γέγονεν· de uno eodemque homine ὁμοῦ non bene dicitur; requiro ἅμα. Sed magis miror apud Thucydidem nondum correctum esse IV. 30: ἅμα γενόμενοι πέμπουσι κήρυκα, quod admodum ridicule dictum

est pro ὁμοῦ γενόμενοι, i. e. συλλεγέντες. Itidem V. 80 inter socios non convenit, ut bellum gererent ἅμα, sed ὁμοῦ, nempe societate inita. Apud Demosthenem de Corona § 303: πάντα ταῦτα ἅμα ἐλυμαίνετο τοῖς ὅλοις· significat ἅμα ἐλυμαίνετο *eodem tempore* ἐλυμαίνετο, sed hoc vult Orator, omnia illa mala incidisse quasi uno impetu et *agmine facto*, h. e. ὁμοῦ. Hoc voluit, opinor, Scholiasta ad Hom. Iliad. A 251, cum scriberet: ἅμα ἐπὶ καιροῦ, ὁμοῦ ἐπὶ τόπου. Alibi ἅμα excidit, v. c. Dem. adv. Timocr. § 182, qui locus emendari potest ex oratione in Androtionem § 74, ubi simillima leguntur. Secundum Anaxagoram ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν· quam foret absurdum dicere omnia olim fuisse ἅμα. Sed jam nemo non videt, quid Isaeus scripserit.

Legitur § 43: δαπανηθείς pro δαπανήσας, de quo corruptelarum genere Cobetus dixit in Variis Lectionibus p. 167. Sed integram paragraphum 45 describam, ut tria manifesta vitia eluam. Διὰ τί οὖν ἀξιώσεις σου τοὺς δικαστὰς ἀποψηφίσασθαι, ὦ Δικαιόγενες; πότερον ὅτι πολλὰς λειτουργίας λελειτούργηκας τῇ πόλει καὶ πολλὰ χρήματα δαπανήσας σεμνοτέραν τὴν πόλιν τούτοις ἐποίησας; ἢ ὡς τριηραρχῶν πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους εἰργάσω καὶ εἰσφορὰς δεομένῃ τῇ πατρίδι εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκὼν μεγάλα ὠφέληκας; Quum oratores ostendunt quam bene de patria meriti sint itidemque quum exprobrant adversariis, nihil ab iis fuisse actum, quod patriae prodesse possit, sicuti in peroratione plerique omnes apud Isaeum faciunt, consentaneum est, eos perpetuo uti *perfecto* tempore. Itaque in verbis quae supra descripsi, recte se habent λελειτούργηκας et ὠφέληκας, verum pro ἐποίησας reponendum est πεποίηκας et deinde: ἢ ὡς τριηραρχῶν πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους εἴργασαι; ἢ ὡς εἰσφοράς, κτἑ. Sequenti § inducenda sunt verba οὐκ ἐστράτευσαι· dittographia ea est et mox recte scribitur: σὺ δ' ὦ Δικαιόγενες πολίτης ὢν οὐδ' ἐστράτευσαι, ubi denuo vides perfectum rectissime usurpari. Si quis eum morem nondum observavit, conferat Orat. VI § 60.

Non diu nos detinebit oratio sexta, in qua levia tantum vitia sunt, quae observavi. Veluti particula ὡς abundat § 10, προσδιαμεμαρτύρηκεν ὡς υἱὸν εἶναι γνήσιον Εὐκτήμονος τοῦτον. § 11: Λημνίαν σκηψάμενοι ταύτην ἀναβολὴν ἐποιήσαντο, intelligam:

σκηψάμενοι αὐτὴν εἶναι. Mox nomen proprium interpolatum est: ὡς ἐξαρκέσον εἰ ὄνομα μόνον πορίσαιντο [τὸν Πισόξενον]. Tum § 14 ad Heliodorum ostendi, cur scribere malim οὕτω ὑπερείκοσιν ἔτη quam ὑπὲρ εἴκοσιν. Quod legitur § 17, supplendum est: ἴσως μὲν (οὖν) ἐστὶν ἀηδὲς Φανοστράτῳ. Paulo plus proderit correxisse quae eiusdem paragraphi initio leguntur: ἐγὼ δ' ὑμῖν ἐπιδείξω καὶ ὅθεν εἰσὶ καὶ οἵτινες αὐτοὺς γνησίους διεμαρτύρησαν εἶναι. Rescribe: οὗς· satis est digitum intendere. Rectius erit § 24: ἔγημεν quam ἐγάμει. Inepta in paucis interpolatio est § 38: πολλὴν οὐσίαν ἐκέκτητο, ὥστε ἅμα τε τὰ μέγιστα ὑμῖν λειτουργεῖν τῶν τε ἀρχαίων μηδὲν πραθῆναι τῶν τε προσόδων περιποιεῖν [ὥστε ἀεί τι προσκτᾶσθαι]. Scribe praeterea § 50: ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἰδεῖν [ἃ] οὐκ ἐξὸν αὐτῇ et seq. § dele τοῦτον. Periit solemnis locutio § 52: ἵν' ὁ κίνδυνος τοῖςδε μὲν ᾖ περὶ τούτων· imo lege πάντων et supersunt alia minuta eiusmodi.

Sequitur oratio septima, in qua miror quod statim ab initio legitur: καὶ ταῦτ' ἐν γράμμασι διέθετο παρά τισι σημηνάμενος. Itane ΠΑΡΑΤΙΣΙ? Apud nonnullos? Fieri id non potest, nam numquam videmus testamenti tabulas plus semel descriptas fuisse; unum tantum exemplar conficitur idque semper et ubique satis habetur. Vide, si tanti est, Orat. IV § 13. Hic autem locus revocat mihi in memoriam quod Polybius habet VI. 56: οἱ τὰ κοινὰ χειρίζοντες παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐὰν τάλαντον μόνον πιστευθῶσιν, ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα καὶ σφραγῖδας τοσαύτας καὶ μάρτυρας διπλασίους οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν. Adde Aristoph. Vesp. 583 sqq., ubi ἡ κόγχη memoratur ἡ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐποῦσα. Itaque parum abest quin coniiciam: σφραγῖσι σημηνάμενος. Sed magis est ridiculum vitium § 6: καταλιπὼν υἱὸν Ἀπολλόδωρον τὸν ἐμὲ νῦν ποιησάμενον. Num recte ΝΤΝ ποιησάμενον? Apollodorus certe filium adoptarat antequam eam orationem Isaeus conscripsit; est enim ea de bonis eius: περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου. Sed facile est corrigere τὸν ἐμὲ υἱὸν ποιησάμενον.

Venio ad § 8: ὁμηρεῦσαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἠθέλησεν, ἕως οὗ εὐπορήσειεν τἀργύριον. Dobraeus commendavit τἀργυρίου· quaeritur quam recte. Verbum est neutrum εὐπορεῖν quod cum secundo casu construitur. Non opus est probare qua de re nemo dubitat;

adscribam tamen duos locos. Dem. adv. Pantaen. § 54: *εὐπορήσας δὲ μικρῶν ἐδάνεισε ταῦτα.* Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 10: *ἵππων εὐπορήσαντες νυκτὸς ἀπέδρασαν.* Sed est praeterea activum verbum *εὐπορεῖν*, de quo Lobeckium vide ad Phrynichum p. 595. Ecce quaedam exempla. Demosth. adv. Boeot. II. § 36: *χρήματα εὐπορήσας παρὰ τοῦ προξένου*, quo loco etiamsi solus esset, jam satis stabiliretur apud Isaeum *τἀργύριον*. Demosth. adv. Pantaen. § 49: *τοὺς ταῦτα συνευπορήσαντας.* Demosth. Cherson. § 19: *συνευποροῦντας ἐκείνῳ χρημάτων.* Dem. Apatur. § 6: *τριάκοντα μνᾶς ἐδεῖτό μοῦ συνευπορῆσαι* et § 7: *ὡμολογηκὼς εὐπορήσειν αὐτῷ δέκα δραχμάς*, alibi. Etiam apud recentiores invenitur activum verbum *εὐπορεῖν* haud raro, v. e. bis apud Diodorum Siculum, II. 31: *πιθανὰς ἀποδείξεις εὐποροῦσι* et XVI. 40: *παρακαλοῦντες εἰσευπορῆσαι τῇ πόλει χρήματα.* Apparet omnibus, quid significet compositum verbum *εἰσευπορεῖν*, quod confundi non debet cum *προσευπορεῖν*, in quo *πρός* idem est quod esse solet, nempe *insuper*. Itaque quod legitur in Demosthenis Oratione pro Phormione § 57: *τοσαῦθ' ὑμῖν χρήματα ἀνεγνώσθη προσευπορηκώς*, aut ego fallor aut necessarium est *εἰσευπορηκώς*. Exstat quoque compositum verbum *προεισευπορεῖν* in Inscriptione, quam Cobetus tractavit in Mnem. V. 290: *εἰς ταῦτα προεισευπορῶν πλεονάκις ἐκ τῶν ἰδίων.* Hinc liquido apparet, quae sit vera scriptura in Isaei oratione pro Eumathe § 2: *ἀνθ' ὧν ἐγὼ σωθεὶς ἐχρώμην αὐτῷ ἔτι μᾶλλον καὶ κατασκευαζομένῳ τὴν τράπεζαν προεισευπόρησα ἀργυρίου.* Etiam tertius locus se mihi obtulit, ubi illud verbum reponendum est. Legitur in Demosthenis Oratione adv. Timocr. § 97: *τὰ γὰρ εἰς τὰς ἐκκλησίας ἀναλισκόμενα οὗτός ἐσθ' ὁ ποιῶν προσευπορεῖσθαι.* Rectius esse iudico *προεισευπορεῖσθαι*· certe praepositio *πρός* ferri non debet. Sed ad Isaeum redeundum est. Legitur Orat. XI § 37: *Στρατοκλέους θυγατέρων οὐδεμιᾷ τολμῶ συνευπορῆσαι προικός.* Hinc itidem ostenditur eo loco a quo initium fecimus, ferri potuisse *ἕως οὗ εὐπορήσειεν ἀργυρίου*, nisi Eupolis dives fuisset et *ἀργυρίου εὐπορῶν*, sed nihil impedit, quominus Isaeum scripsisse credamus *τἀργύριον*, quae vulgata lectio est. Id vero fieri non potest, ut *addito articulo* cum Dobraeo dedisse credatur *τἀργυρίου.*

Supplebimus § 10: *τούτων πρῶτον βούλομαι (ὑμῖν) παρασχέσθαι*

τοὺς μάρτυρας. § 11: τοιαῦται καὶ τηλικαῦται, malim τοσαῦται, sicuti recte legitur apud Demosth. p. 217 § 21, p. 348 § 24, p. 421 § 255, p. 448 § 335, alibi. § 21 aliquid excidit: πάντα καλῶς ἔχειν (ἔργῳ) ὡμολόγηκεν, vide modo § 26 et veram scripturam esse iudico § 24: προσήκει, non προσῆκεν. Paulo gravius mendum est § 31: τὰ κτήματα πεπρακότας καὶ τὸ ἀργύριον διανειμαμένους, τὸν δ' οἶκον αἰσχρῶς ἐξηρημωμένον, nam ubique perfectum requiro et placet διανενεμημένους. Ter erratur § 33: primum ταῦτα βουλευσάμενος ἅπερ ἐποίησεν, pronomen ἅπερ ex certo loquendi more flagitat ut praecedat αὐτὰ ταῦτα. Reliqua ita constituenda sunt: τί βέλτιον ἂν ἔπραξεν ἢ αὐτὰ ταῦτα ἅπερ ἐποίησεν; εἰ (vulgata lectio est ἢ, quae servari non debet) νὴ Δία παιδίον ἐποιήσατο λαβὼν παρά του τῶν φίλων ὄντων καὶ τούτῳ τὴν οὐσίαν ἔδωκεν; Deinde exsequitur orator temere hoc fieri, cum de parvulo puero scire non possimus, antequam adoleverit, qualem indolem aliquando sit ostensurus: quod ibi adscriptum est: διὰ τὴν ἡλικίαν, id puerum addidisse credo, ipse orator certe non addidit.

Quem olim multis magnisque beneficiis affecimus, is non est magna πεπονθώς, quod § 35 legitur, sed προπεπονθώς. Deinde prorsus otiosa verba sunt τὰ τοῦ κλήρου et recipienda est correctio ἀφανιεῖν, quam Cobetus invenit Mnem. IX p. 296. Ad eam lectionem stabiliendam luculenter ostendit, qui homines Athenis φιλότιμοι dicerentur. Exemplo est ille ipse, qui hanc septimam Isaei orationem pronunciavit; itaque volet, ut est in eadem paragrapho 35 τριηραρχεῖν καὶ πολεμεῖν καὶ χορηγεῖν καὶ πάνθ' ὑμῖν τὰ προσταττόμενα ποιεῖν. Ferri non potest illud πολεμεῖν· tres indicantur doctorum virorum conjecturae, Dobraeus scripsit τῇ πόλει, Sauppius εἰς πόλεμον εἰσφέρειν, Scheibius τὰ τέλη τελεῖν. Aliud quid mihi latere videtur, nempe verbum δαπανᾶν. Itidem φιλότιμος fuit olim Apollodorus ille, de cuius bonis certatur, § 39, ἐς αὐτὸν μὲν τὰ μέτρια ἀναλίσκειν οἰόμενος δεῖν, τὰ δ' ἄλλα τῇ πόλει περιποιεῖν, ἵν' ἐξαρκοίη πρὸς τὰς δαπάνας. Supra habebamus Orat. V. § 43: οὔτε εἰς τὴν πόλιν οὔτε εἰς τοὺς φίλους φανερὸς εἶ δαπανήσας οὐδέν et omnino frequens verbum est in hoc argumento.

Quod invenio § 36: ἐγὼ ἕν γε τῶν ὑπ' ἐκείνου δοκιμασθέντων ἤδη πεποίηκα, dicitur hoc Graece nisi fallor ἕν γέ τι. Nec

ɔent οἱ τριηραρχοῦντες ναῦς ποιεῖσθαι, § 38, sed πορίζεσ-ι itaque pro ποιησάμενος scribe πορισάμενος, quae ruptela alibi haud semel recurrit, v. c. apud Dionem Cas-m vol. I. p. 121 Df. Displicet etiam § 39 φιλοτίμως ἐπει-το ζῆν. Non est arduum negotium τὸ φιλοτίμως ζῆν, sed usquisque, si libuerit, ita vitam instituere poterit itaque ıstat ἐπειρᾶτο ferri non debere: nihil aliud rescribendum est i προῄρητο. Supplendum est § 40: τί χρὴ τὸν μέτριον πο-τὴν (ποιεῖν) et § 41 scribe: ἐστράτευμαι τὰς στρατείας τῇ λει, τὰ προσταττόμενα ποιῶν, non ποιῶ.

In octava oratione statim offendor § 3: τὴν μὲν οὖν κρίσιν οὐ ἴ μοι νομίζειν εἶναι ταύτην πρὸς τὸν εἰληχότα τοῦ κλήρου ν δίκην. Quam imperite hoc dictum est: *non me putare opor-t!* Scripsit orator: οὐδέν μοι νομίζω εἶναι. Tum § 5: ἂν ἡ τι συμβῇ τοιοῦτον ὃ νῦν ὑπ' ἐμοῦ τυγχάνει προσδοκώμενον, lane otiosum est νῦν et post τοιοῦτον melius sequetur οἷον. In 7 pro ἐνιαυτοὺς reponendum est ἡμέρας, quod nuper aliis imilibus exemplis allatis ad Longum ostendi. Sic in Orat. II 36 confunduntur θυγάτηρ et θεράπων et errarunt librarii in-erdum eodem modo quo hodie errant typothetae. Vocabulum ıcidit § 13, quod tamen satis evidenter suppleri poterit. De-nonstrat orator plus esse tribuendum quaestionibus per vim ac ormenta habitis quam juratis testibus. Adversarius λόγοις πε-ɪλασμένοις καὶ μάρτυσιν οὐ τἀληθῆ μαρτυροῦσιν ἀξιώσει πιστεύειν μᾶς φεύγων οὕτως ἀκριβεῖς ἐλέγχους. Huius exemplum nos, nquit, non imitabimur, ἀλλὰ πρότερον ὑπὲρ τῶν μαρτυρηθήσεσ-ɔαι μελλόντων ἀξιώσαντες εἰς βασάνους ἐλθεῖν, τούτους δὲ φεύ-ʻοντας ....., οὕτως οἰησόμεθα δεῖν ὑμᾶς τοῖς ἡμετέροις μάρτυσι ιστεύειν. In sententia tam aperta non est difficile reperire quod olum vocabulum excidere potuit: nempe τούτους δὲ φεύγοντας ἐλέγξαντες. Deinde paucis versibus interpositis itidem liquid excidit. Interrogat orator: τίνες δὲ οἱ τρεφομένην ἔνδον καὶ θυγατέρα οὖσαν εἰδότες γνησίαν Κίρωνος; at omnium optime oc sciunt adversarii ipsi, qui re declarant mala se fide agere, uod familiam in tormenta offerre nolint. Graeca verba sunt: ἱ νῦν ἀμφισβητοῦντες ἔργῳ φανερῶς μαρτυροῦσιν, ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἐληθῆ φεύγοντες τὴν βάσανον. Supplendum est: (οἱ) ἔργῳ φα-ερῶς μαρτυροῦσιν.

Additum pronomen impeditam narrationem facit § 23: τῶν δὲ ἀρραβῶνα δεδωκέναι οὗτος φάσκων. Quis est ille οὗτος? Necessario intelligitur Diocles, qui in hac oratione plerumque ἐκεῖνος vocatur, nam οὗτος adversarius dicitur, cuius nomen quod fuerit ignoratur. Vide modo § 25: ἐκείνου (Diocles hic est) ταὐργύριον οὐκ ἐθελήσαντος ἀπολαβεῖν, παρὰ τούτου (intelligitur adversarius) δ' ἀπειληφέναι φάσκοντος. Itaque id quod est οὗτος necessario expungendum est, nam nunc non est locus pronomini αὐτός, quod Reiskius commendavit.

Verbo notabimus duas ineptas interpolationes, § 27: οὐκ ἐτόλμησε γρῦξαι τὸ παράπαν οὐδὲν [οὐδ' εἰπεῖν ἃ νῦν τολμᾷ λέγειν] et § 29: βάσκνον ἐξ οἰκετῶν πεφευγότας, [οἳ ταῦτα πάντα ἤδεσαν]. Contra literula periit § 30: ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων ἀκριβέστερον διδάξομεν. Lege: τἀκριβέστερον, nam locus non est adverbio et praeterea verbum διδάσκειν obiecto carere non debet. Sed multo gravius mendum est § 36. Ciron senex uxorem habebat Dioclis sororem, quae quum non conciperet, non ille fecit idem quod Menecles in secunda Isaei oratione, sed mulierem apud se retinuit. Ipse quoque Diocles, qui senis hereditati inhiabat, auctor sorori fuit, ne a marito secederet et mulier ei morem gessit. Etenim frater sororem ἔπεισε μένειν φάσκουσαν ἐξ αὐτοῦ κυεῖν οἴεσθαι, προσποιουμένην δὲ διαφθείρειν ἄκουσαν. Primum consentaneum est, non semel dixisse mulierem se esse gravidam, sed fecit id necessario saepius itaque manifestum est requiri: ἀεὶ φάσκουσαν. Atque hoc quidem propemodum certum mihi esse videtur, sed displicet etiam ἄκουσαν. Quae abortum faciunt, proprie dicuntur διαφθείρειν, nam absolute hoc verbum eo sensu usurpatur, neque opus est addere τὸ βρέφος. Verum cur simulabat ea mulier se ἄκουσαν abortum facere? Si hoc dixit, inutiliter dixit, nam maritum habebat sibi deditum et minime suspicacem. Parum abest quin coniiciam: προσποιουμένην δὲ διαφθείρειν ἀποκυοῦσαν.

Admodum miror § 41: τὸν ἄνδρα ἀποκτεῖναι κελεύσας οἰκέτην ἐκεῖνον μὲν ἐξέπεμψε, τὴν δ' αἰτίαν εἰς τὴν ἀδελφὴν ἔτρεψε. Non opinor ἐκπέμπειν hoc dici posse. Sororis maritum Diocles *perdidit*, non ἐξέπεμψε sed ἐξέτριψεν. Ἐκτρίβειν πίτυος δίκην post Bentleium notum omnibus. Neque fero § 43: τούτῳ δὲ

μνᾶς, ὡς ἀκούομεν, μόνας δεδωκώς. Levis est pecuniae summa, quam dedit Diocles; sed etiamsi dedisset centena decies, non tamen tolerabilis eius fraus fuisset, qui hoc ageret ut nepotes hereditate avi sui defraudarentur. Μόνας recte adderetur, si in Diocle nihil notaretur praeter avaritiam, nunc servari non debet. Idem vitium est apud Demosthenem in Oratione adv. Phaenippum § 22: ὁ μὲν ἐμὸς πατὴρ πέντε καὶ τετταράκοντα μνῶν ἑκατέρῳ τὴν οὐσίαν κατέλιπεν. Quod inventum est in nonnullis Codicibus, nequaquam omnibus, μνῶν μόνων, id esset fortasse recipiendum, nisi sequeretur: ἀφ' ἧς ζῆν οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν· nunc autem melius omittetur. M. Livius Drusus tribunus plebis, ut Plutarchus refert in Moralibus p. 800 F, domum habebat, cuius erant πολλὰ μέρη κάτοπτα τοῖς γειτνιῶσιν. Adiit eum architectus et pollicitus est, se hoc vitium emendaturum esse ἀπὸ πέντε μόνων ταλάντων. Etiamsi rescribas μόνον, non minus ridicule hoc dictum erit, quam quod apud Pherecratem est: τοῖς δέκα ταλάντοις προστιθεὶς ἄλλ' ἄττα πεντήκοντα. Sed hic quidem per jocum haud illepide sic dixit; architectus ille tantam mercedem vix serio postulare potuit. Quod poposcit, id necessario debuit et exiguum esse et videri, ut posset Livius respondere: Δέκα λαβὼν ὅλην μου ποίησον τὴν οἰκίαν καταφανῆ. Nec poposcit sestertia centum et viginti, sed duo tantum: rescribendum enim ἀπὸ πέντε μνῶν, quo facto ταλάντων excidet. Consimile vitium est quod Cobetus notavit ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ p. 185.

In nona oratione § 2 malim: οὐκ ἦν ἀμφισβητῆσαι quam ἀμφισβήτησις, cf. Orat. VI § 45 et supplebo § 4: ἐπεὶ δὲ (ζεῦρο) ἐκομίσθη τὰ ὀρφᾶ, sicuti recte legitur § 7; et οἱ δὲ φίλοι (οἱ) Ἀρυφίλου et § 5: ᾠσθόμην καρπουμένους τούτους τὰ ἐκείνου, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ (ὡς) ποιηθείη ὑπ' Ἀρυφίλου. Leve quoque est in § 9: πάντας τούτους μαρτυροῦντας παρέξομαι, rescribere τοῦτο et § 10 φήσει pro φησίν et περὶ τοῦ εἰσποιηθῆναί τινα υἱὸν Ἀρυφίλῳ pro ποιηθῆναι et § 13 τοὺς αὐτοὺς οὕσπερ pro τούτους. Vitiose ibidem editur: νόμου γε ὄντος ἐξεῖναι, ubi λέγοντος verum est propter causas quas Cobetus explicavit Mnem. XI p. 127. Erratum fuit olim a librariis prorsus contrario modo Orat VIII § 33. Obiter etiam indicabimus § 14: Φαίνεται δὲ ὁ Ἀρύφιλος τῷ τούτων λόγῳ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι

Additum pronomen impeditam narrationem facit § 23: *τῶν δὲ ἀρραβῶνα δεδωκέναι οὗτος φάσκων.* Quis est ille *οὗτος*? Necessario intelligitur Diocles, qui in hac oratione plerumque *ἐκεῖνος* vocatur, nam *οὗτος* adversarius dicitur, cuius nomen quod fuerit ignoratur. Vide modo § 25: *ἐκείνου* (Diocles hic est) *τἀργύριον οὐκ ἐθελήσαντος ἀπολαβεῖν, παρὰ τούτου* (intelligitur adversarius) *δ' ἀπειληφέναι φάσκοντος.* Itaque id quod est *οὗτος* necessario expungendum est, nam nunc non est locus pronomini *αὐτός*, quod Reiskius commendavit.

Verbo notabimus duas ineptas interpolationes, § 27: *οὐκ ἐτόλμησε γρῦξαι τὸ παράπαν οὐδὲν* [*οὐδ' εἰπεῖν ἃ νῦν τολμᾷ λέγειν*] et § 29: *βάσκνον ἐξ οἰκετῶν πεφευγότας*, [*οἳ ταῦτα πάντα ᾔδεσαν*]. Contra literula periit § 30: *ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων ἀκριβέστερον διδάξομεν.* Lege: *τἀκριβέστερον*, nam locus non est adverbio et praeterea verbum *διδάσκειν* obiecto carere non debet. Sed multo gravius mendum est § 36. Circa senex uxorem habebat Dioclis sororem, quae quum non conciperet, non ille fecit idem quod Menecles in secunda Isaei oratione, sed mulierem apud se retinuit. Ipse quoque Diocles, qui senis hereditati inhiabat, auctor sorori fuit, ne a marito secederet et mulier ei morem gessit. Etenim frater sororem *ἔπεισε μένειν φάσκουσαν ἐξ αὐτοῦ κυεῖν οἴεσθαι, προσποιουμένην δὲ διαφθείρειν ἄκουσαν.* Primum consentaneum est, non semel dixisse mulierem se esse gravidam, sed fecit id necessario saepius itaque manifestum est requiri: *ἀεὶ φάσκουσαν.* Atque hoc quidem propemodum certum mihi esse videtur, sed displicet etiam *ἄκουσαν.* Quae abortum faciunt, proprie dicuntur *διαφθείρειν*, nam absolute hoc verbum eo sensu usurpatur, neque opus est addere *τὸ βρέφος.* Verum cur simulabat ea mulier se *ἄκουσαν* abortum facere? Si hoc dixit, inutiliter dixit, nam maritum habebat sibi deditum et minime suspicacem. Parum abest quin coniiciam: *προσποιουμένην δὲ διαφθείρειν ἀποκυοῦσαν.*

Admodum miror § 41: *τὸν ἄνδρα ἀποκτεῖναι κελεύσας οἰκέτην ἐκεῖνον μὲν ἐξέπεμψε, τὴν δ' αἰτίαν εἰς τὴν ἀδελφὴν ἔτρεψε.* Non opinor *ἐκπέμπειν* hoc dici posse. Sororis maritum Diocles *perdidit*, non *ἐξέπεμψε* sed *ἐξέτριψεν.* Ἐκτρίβειν *πίτυος δίκην* post Bentleium notum omnibus. Neque fero § 43: *τούτῳ δὲ*

κνᾶς, ὡς ἀκούομεν, μόνας δεδωκώς. Levis est pecuniae summa, quam dedit Diocles; sed etiamsi dedisset centena decies, non tamen tolerabilis eius fraus fuisset, qui hoc ageret ut nepotes hereditate avi sui defraudarentur. Μόνας recte adderetur, si in Diocle nihil notaretur praeter avaritiam, nunc servari non debet. Idem vitium est apud Demosthenem in Oratione adv. Phaenippum § 22: ὁ μὲν ἐμὸς πατὴρ πέντε καὶ τετταράκοντα μνῶν ἑκατέρῳ τὴν οὐσίαν κατέλιπεν. Quod inventum est in nonnullis Codicibus, nequaquam omnibus, μνῶν μόνων, id esset fortasse recipiendum, nisi sequeretur: ἀΦ' ἧς ζῆν οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν· nunc autem melius omittetur. M. Livius Drusus tribunus plebis, ut Plutarchus refert in Moralibus p. 800 F, domum habebat, cuius erant πολλὰ μέρη κάτοπτα τοῖς γειτνιῶσιν. Adiit eum architectus et pollicitus est, se hoc vitium emendaturum esse ἀπὸ πέντε μόνων ταλάντων. Etiamsi rescribas μόνον, non minus ridicule hoc dictum erit, quam quod apud Pherecratem est: τοῖς δέκα ταλάντοις προστιθεὶς ἄλλ' ἄττα πεντήκοντα. Sed hic quidem per jocum haud illepide sic dixit; architectus ille tantam mercedem vix serio postulare potuit. Quod poposcit, id necessario debuit et exiguum esse et videri, ut posset Livius respondere: Δέκα λαβὼν ὅλην μου ποίησον τὴν οἰκίαν καταφανῆ. Nec poposcit sestertia centum et viginti, sed duo tantum: rescribendum enim ἀπὸ πέντε μνῶν, quo facto ταλάντων excidet. Consimile vitium est quod Cobetus notavit ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ p. 185.

In nona oratione § 2 malim: οὐκ ἦν ἀμφισβητῆσαι quam ἀμφισβήτησις, cf. Orat. VI § 45 et supplebo § 4: ἐπεὶ δὲ (δεῦρο) ἐκομίσθη τὰ ὀστᾶ, sicuti recte legitur § 7; et οἱ δὲ φίλοι (οἱ) Ἀσυφίλου et § 5: ᾠσθόμην καρπουμένους τούτους τὰ ἐκείνου, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ (ὡς) ποιηθείη ὑπ' Ἀσυφίλου. Leve quoque est in § 9: πάντας τούτους μαρτυροῦντας παρέξομαι, rescribere τοῦτο et § 10 φήσει pro φησίν et περὶ τοῦ εἰσποιηθῆναί τινα υἱὸν Ἀσυφίλῳ pro ποιηθῆναι et § 13 τοὺς αὐτοὺς οὕσπερ pro τούτους. Vitiose ibidem editur: νόμου γε ὄντος ἐξεῖναι, ubi λέγοντος verum est propter causas quas Cobetus explicavit Mnem. XI p. 127. Erratum fuit olim a librariis prorsus contrario modo Orat VIII § 33. Obiter etiam indicabimus § 14: φαίνεται δὲ ὁ Ἀσύφιλος τῷ τούτων λόγῳ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι

προειδώς· quis non saepe legit, quod apprime huc convenit: τούτῳ τῷ λόγῳ? Praeterea § 15 in sententia paulo longiore inutiliter iterantur verba: πῶς τοῦτο πιστόν.

Stulte interpolata est § 20: οὐδὲ πώποτε διελέχθη Κλέωνι [ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτησεν]. Inimicus erat Astyphilus Cleoni itaque ei nolebat διαλέγεσθαι, sicuti in prima oratione § 34 Cleonymus Pherenico, quocum inimicitias exercebat, οὐδὲ διελέγετο· alio modo idem dicitur § 31: προσειπεῖν οὐκ ἐτόλμησεν. Similiter in altera Olynthiaca § 6 Olynthii Atheniensibus dicuntur voluisse διαλεχθῆναι, cum in gratiam redire vellent. Eodem modo legitur in Oratione adv. Olympiodorum § 7: ἡμῖν αὐτοῖς διαλεξόμεθα. Astyphilus nolebat διαλέγεσθαι Cleoni, cuius pater Thudippus interfecisset Euthycratem, Astyphili patrem. Sed nunc considera illa verba: ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτησεν, quae tum demum recte adderentur, si Astyphilus cum inimico suo in gratiam redire voluisset, sed mors eum occupasset. Neminem, qui animum adtendit, hoc fugere potest et miror fuisse, qui locum tam inconcinne interpolarent; sed sciolus, opinor, in vitioso codice invenerat διηλλάχθη et putavit addi debere causam, cur reconciliata gratia numquam fuisset. Sed Astyphilus οὐχ ἡγεῖτο ὅσιον εἶναι τῷ Θουδίππου υἱεῖ διαλέγεσθαι.

Aliquid excidit § 21: εἰς τὰς θυσίας εἰκὸς ἦν μηδὲ μεθ' ἑνὸς ἄλλου ἰέναι τὸν Ἀσύφιλον (μᾶλλον) ἢ μετὰ Κλέωνος. Haec si pueris scriberentur, adderem cur μᾶλλον abesse non debeat; nunc unumquemque arbitror hoc statim intellecturum esse. Malo indicare Thucydidis locum, qui eodem vitio laborat, IV. 40. Spartanus quidam de eorum numero, quos Cleon ex insula Sphacteria Athenas adduxerat, interrogatus εἰ οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί, repondit πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶναι τὸν ἄτρακτον, εἰ τοὺς ἀγαθοὺς διεγίγνωσκε, nam haec sola genuina sunt et eiciendae sunt interpolationes, quas ante me jam alii notarunt: λέγων τὸν οἰσὸν et δήλωσιν ποιούμενος ὅτι ὁ ἐντυγχάνων τοῖς τε λίθοις καὶ τοξεύμασι διεφθείρετο. Sed Spartanus negat fortiores fuisse qui in ea obsidione occubuerint quam qui capti sint. Itaque non fuit interrogatus εἰ οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί, quod propemodum stultum est quaerere, nam nihil in iis verbis inest aculeatum, sed nescio quis illi ignaviam exprobrare voluit

t rogavit εἰ οἱ τεθνεῶτες (μᾶλλον) αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί. Quod espondit, id aptum fuit et strenuo milite dignum.

Redeo ad Isaeum, apud quem in eadem paragrapho supple: ·ῶν δημοτῶν (τὴν) μαρτυρίαν ἀναγνώσεται. Quod legitur § 23: ἴτε χεῖρον ἔπραττες ἢ νυνὶ, postrema duo vocabula non possunt servari, nam Hierocles, quem orator compellat, eo tempore non κακῶς ἔπραττεν. Saepe comparativus χείρων absolute ponitur. Demosth. p. 1160. 27: χείρων δόξεις πολλοῖς εἶναι, p. 1239. 10. ὅπως αὐτὸς μὴ χείρων δόξω εἶναι, alibi. Forma περιὼν pro περιιών a Codicibus aliquid commendationis habet § 25; cum videam in aliorum scriptorum libris, Xenophontis, Thucydidis, Demosthenis, eam formam crebro reperiri, dixerim illis quoque placuisse, dicere eodem modo quo comicis poetis placuit, qui perpetuo nisi fallor περιών scribunt et numquam περιιών. Pendet ex ea observatione correctio Aristophanis versiculi, qui legitur Acharn. 36, sed de eo loco alias dicam. Deinde sufficit verbo indicasse § 26 legendum esse εἰληφώς non εἴληφεν et § 29: βάσανον εἰληφὼς ἀπὸ τοῦ πατρός requiro παρά· mercator Venetus fuit olim qui ἀπὸ τοῦ ὀφείλοντος repeteret quod sibi deberetur, ceteri mortales contenti sunt dummodo παρὰ τῶν ὀφειλόντων sua recuperare possint.

Paragraphus 30 ita mihi constituenda videtur: Ὡς (Codices εἰς) τοίνυν (εἰς) τὰ ἱερὰ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς τὸν Ἀφύφιλον παῖδα ἦγε μεθ' ἑαυτοῦ ὥσπερ καὶ ἐμὲ πανταχῇ καὶ ἐς τοὺς θιάσους τοὺς Ἡρακλέους ἐκεῖνον εἰσήγαγεν, ἵνα μετέχοι τῆς κοινωνίας, αὐτοὶ ὑμῖν οἱ θιασῶται μαρτυρήσουσιν. Praeterea συνετρεφόμην malim quam συνετράφην et § 32 participium excidit: οἵ τινες οὕτω διέκειντο πρὸς αὐτὸν (ζῶντα), τὰ δ' ὀστᾶ οὐκ ἔθαψαν. Tum malim: τὰς διαθήκας πλάττοντες quam λέγοντες et aperte spuria verba sunt: ὅτι ἀνεψιὸς ἦν Κλέων πρὸς πατρός. Denique soloecum est § 35 λέγειν ἐμοῦ δύναται Κλέων μᾶλλον, nam μέγα δύνασθαι dicitur, non μάλα δύνασθαι. Emendandum est δυνατός.

In decima oratione statim prima verba me advertunt: Ἐβουλόμην μὲν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ Ξεναίνετος οὑτοσὶ δύναται ψευδῆ λέγειν [θαρραλέως], οὕτω κἀγὼ τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν δυνηθῆναι. Qui addidit θαρραλέως, ne recte quidem intellexit, quid orator diceret; non enim exoptat sibi Xenaeneti *fiduciam*,

προειδώς· quis non saepe legit, quod apprime huc convenit: τούτῳ τῷ λόγῳ? Praeterea § 15 in sententia paulo longiore inutiliter iterantur verba: πῶς τοῦτο πιστόν.

Stulte interpolata est § 20: οὐδὲ πώποτε διελέχθη Κλέωνι [ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτησεν]. Inimicus erat Astyphilus Cleoni itaque ei nolebat διαλέγεσθαι, sicuti in prima oratione § 34 Cleonymus Pherenico, quocum inimicitias exercebat, οὐδὲ διελέγετο· alio modo idem dicitur § 31: προσειπεῖν οὐκ ἐτόλμησεν. Similiter in altera Olynthiaca § 6 Olynthii Atheniensibus dicuntur voluisse διαλεχθῆναι, cum in gratiam redire vellent. Eodem modo legitur in Oratione adv. Olympiodorum § 7: ἡμῖν αὐτοῖς διαλεξόμεθα. Astyphilus nolebat διαλέγεσθαι Cleoni, cuius pater Thudippus interfecisset Euthycratem, Astyphili patrem. Sed nunc considera illa verba: ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτησεν, quae tum demum recte adderentur, si Astyphilus cum inimico suo in gratiam redire voluisset, sed mors eum occupasset. Neminem, qui animum adtendit, hoc fugere potest et miror fuisse, qui locum tam inconcinne interpolarent; sed sciolus, opinor, in vitioso codice invenerat διηλλάχθη et putavit addi debere causam, cur reconciliata gratia numquam fuisset. Sed Astyphilus οὐχ ἡγεῖτο ὅσιον εἶναι τῷ Θουδίππου υἱεῖ διαλέγεσθαι.

Aliquid excidit § 21: εἰς τὰς θυσίας εἰκὸς ἦν μηδὲ μεθ' ἑνὸς ἄλλου ἰέναι τὸν Ἀσύφιλον (μᾶλλον) ἢ μετὰ Κλέωνος. Haec si pueris scriberentur, adderem cur μᾶλλον abesse non debeat; nunc unumquemque arbitror hoc statim intellecturum esse. Malo indicare Thucydidis locum, qui eodem vitio laborat, IV. 40. Spartanus quidam de eorum numero, quos Cleon ex insula Sphacteria Athenas adduxerat, interrogatus εἰ οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί, repondit πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶναι τὸν ἄτρακτον, εἰ τοὺς ἀγαθοὺς διεγίγνωσκε, nam haec sola genuina sunt et eiciendae sunt interpolationes, quas ante me jam alii notarunt: λέγων τὸν οἰκὸν et δήλωσιν ποιούμενος ὅτι ὁ ἐντυγχάνων τοῖς τε λίθοις καὶ τοξεύμασι διεφθείρετο. Sed Spartanus negat fortiores fuisse qui in ea obsidione occubuerint quam qui capti sint. Itaque non fuit interrogatus εἰ οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί, quod propemodum stultum est quaerere, nam nihil in iis verbis inest aculeatum, sed nescio quis illi ignaviam exprobrare voluit

et rogavit εἰ οἱ τεθνεῶτες (μᾶλλον) αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί. Quod respondit, id aptum fuit et strenuo milite dignum.

Redeo ad Isaeum, apud quem in eadem paragrapho supple: τῶν δημοτῶν (τὴν) μαρτυρίαν ἀναγνώσεται. Quod legitur § 23: ἥτε χεῖρον ἔπραττες ἢ νυνί, postrema duo vocabula non possunt servari, nam Hierocles, quem orator compellat, eo tempore non κακῶς ἔπραττεν. Saepe comparativus χείρων absolute ponitur. Demosth. p. 1160. 27: χείρων δόξεις πολλοῖς εἶναι, p. 1239. 10. ὅπως αὐτὸς μὴ χείρων δόξω εἶναι, alibi. Forma περιὼν pro περιιών a Codicibus aliquid commendationis habet § 25; cum videam in aliorum scriptorum libris, Xenophontis, Thucydidis, Demosthenis, eam formam crebro reperiri, dixerim illis quoque placuisse, dicere eodem modo quo comicis poetis placuit, qui perpetuo nisi fallor περιών scribunt et numquam περιιών. Pendet ex ea observatione correctio Aristophanis versiculi, qui legitur Acharn. 36, sed de eo loco alias dicam. Deinde sufficit verbo indicasse § 26 legendum esse εἰληφώς non εἴληφεν et § 29: βάσανον εἰληφὼς ἀπὸ τοῦ πατρός requiro παρά· mercator Venetus fuit olim qui ἀπὸ τοῦ ὀφείλοντος repeteret quod sibi deberetur, ceteri mortales contenti sunt dummodo παρὰ τῶν ὀφειλόντων sua recuperare possint.

Paragraphus 30 ita mihi constituenda videtur: Ὡς (Codices εἰς) τοίνυν (εἰς) τὰ ἱερὰ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς τὸν Ἀσύφιλον παῖδα ἦγε μεθ' ἑαυτοῦ ὥσπερ καὶ ἐμὲ πανταχῇ καὶ ἐς τοὺς θιάσους τοὺς Ἡρακλέους ἐκεῖνον εἰσήγαγεν, ἵνα μετέχοι τῆς κοινωνίας, αὐτοὶ ὑμῖν οἱ θιασῶται μαρτυρήσουσιν. Praeterea συνετρεφόμην malim quam συνετράφην et § 32 participium excidit: οἵ τινες οὕτω διέκειντο πρὸς αὐτὸν (ζῶντα), τὰ δ' ὀστᾶ οὐκ ἔθαψαν. Tum malim: τὰς διαθήκας πλάττοντες quam λέγοντες et aperte spuria verba sunt: ὅτι ἀνεψιὸς ἦν Κλέων πρὸς πατρός. Denique soloecum est § 35 λέγειν ἐμοῦ δύναται Κλέων μᾶλλον, nam μέγα δύνασθαι dicitur, non μάλα δύνασθαι. Emendandum est δυνατός.

In decima oratione statim prima verba me advertunt: Ἐβουλόμην μὲν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ Ξεναίνετος οὗτοσὶ δύναται ψευδῆ λέγειν [θαρραλέως], οὕτω κἀγὼ τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν δυνηθῆναι. Qui addidit θαρραλέως, ne recte quidem intellexit, quid orator diceret; non enim exoptat sibi Xenaeneti *fiduciam*,

sed *eloquentiam*. Hinc continuo pergit et dicit: *οἱ μὲν γὰ λέγειν δεινοὶ καὶ παρασκευάσασθαι ἱκανοί, ὥςε καὶ ὑπὲρ ἑτέρω πολλάκις ἐν ὑμῖν ἠγωνίσθαι· ἐγὼ δὲ μὴ ὅτι ὑπὲρ ἄλλου ἀλλ' οὐδὲ ὑπ ἐμαυτοῦ πώποτε δίκην ἰδίαν εἴρηκα.* Miror tamen cur adversar dicantur *παρασκευάσασθαι ἱκανοί*. Eloquens et dicendi peritu *quantum satis est* dicitur *ἱκανὸς λέγειν*· estne etiam *παρασκευ άσασθαι ἱκανός* qui hoc agit ut malis artibus adversarium op primat non optime quidem, sed *quantum satis est?* Sed fuerun illi *παρασκευάσασθαι δυνατοί*.

Quod legitur § 5: *τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίησε*, quia de *duabu* rebus sermo fit, scripsit orator *οὐδέτερον*, cf. Orat. V § 35 VII § 29, XI § 27, alios locos. Graecum non est quod editu § 17 *δυςυχεῖν περὶ χρημάτων*, sed requiro accusativun *χρήματα*. Sequenti § supple: *(τὸ) αἴτιον εἰπεῖν ἔχομεν*, sicut recte legitur Orat. III § 9: *ὅ τι ποτ' ἦν τὸ αἴτιον*, alibi. Im pense miror § 19: *ὁ γὰρ πατὴρ οὑμὸς ἐπὶ προικὶ ἐγγυησάμενο τὴν ἐμὴν μητέρα συνῴκει*, nam dicendum hoc fuit: *τῇ ἐμ μητρί*. Quis Latine dicat, ut hoc utar, *politus urbe diruit* Exspecto etiam qui ostendat apud Graecum scriptorem: *κύμι γενόμενος τῆς πόλεως διήρπασε* vel simile quid. Licuit Isae dicere Orat. III § 49: *τῇ δὲ γνησίᾳ οὔσῃ τρισχιλίας δραχμὰ προῖκα ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι ἠξίωσεν ἄλλῳ*, nam dativus *praecedi* sed § 51: *τὸ δέκατον μέρος ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τῇ γνησίᾳ θ γατρὶ τῶν πατρῴων*, non temere, uti mihi videor, supra susp cati sumus reponendum esse *ἐπιδοῦναι*. Sed recte se habet Ora VII § 9: *διέθετο τὴν οὐσίαν καὶ ἔδωκε τῇ ἐκείνου θυγατρί, ... διδοὺς αὐτὴν Λακρατίδῃ*, alibique similiter. — Expungendu est nomen proprium § 14: *τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῇ [τοῦ Δημοχά ρους] καταλιπόντος*· saepe addita sunt nomina propria, qua orator omiserat, veluti Orat. IX. § 36: *τὰς Εὐθυκράτους ἐπι σκήψεις [τοῦ πατρὸς τοῦ Ἀςυφίλου]*. Supplendum est § 21 *(καὶ) κατὰ ποίους νόμους*. Contra § 22: *ἀνὴρ ἀγαθὸς [ἐν τῷ πολέμῳ] τέθνηκε*, abundant vocabula *ἐν τῷ πολέμῳ*. *Ἀνδρε ἀγαθοὶ* strenui bellatores sunt et si quis fortiter pugnans cadit, hic dicitur *ἀνὴρ ἀγαθὸς γενέσθαι* eiusque celebratur *ἀνδραγαθία* et postea etiam *ἀνδραγαθήματα* dici coeperunt. Itidem sup plendum § 23: *ἐπιδεικνύναι κελεύετε εἰ δικαίως (καὶ) τὰ ἐαυτοῦ* In eadem paragrapho Isaeus appellat *οἶκον πλέον ἢ τετταράκω*

τ α λ ά ν τ ω ν. Solet hoc aliter dicere, nempe: τ ε τ τ α ρ α τ ά λ α ν τ ο ν, v. c. Orat. VII § 19: οὐσίας πεντεταλάντου et § 42 οἶκον πεντετάλαντον.

Sequitur undecima oratio, quae est de Hagniae hereditate. Vitium leve quidem est, sed quod millies recurrit § 3: ταύτας ποιεῖ τὰς ἀγχιστείας ὁ νομοθέτης μόνας συντομωτέρως τοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγὼ Φ ρ ά ζ ω, nam luce clarius est emendandum esse Φ ρ ά ζ ω ν. Certe ὁ νομοθέτης τὰς ἀγχιστείας οὐ συντόμως ποιεῖ, sed συντόμως Φράζει. Mox § 6 propter vicinos aoristos scribe: οὐκ ἔδωκεν et ἀνέγνω, non οὐ δέδωκεν et ἀνέγνωκε et § 7: ποιήσω τ ο ύ τ ω ν οὐδέν, malim τ ο ι ο ῦ τ ο ν. — § 13 supple: ἐπὶ δὲ (τῷ) τοῦ παιδὸς ὀνόματι et § 14: εἴ τι αὐτῶν κακῶς διῴκουν, ὥσπερ οὗτός (φησιν), quod concedet unusquisque qui attendere volet ad causam quae in judicium venit, sed multis ambagibus opus est, ut ostendas aliis, cur illud φησίν necessario inserendum sit. Absurdum est ἦν § 17 in hisce: ὃ συγγενέσατον μὲν [ἦν] τῇ Φύσει πάντων, ἐν δὲ ταῖς ἀγχιστείαις ὁμολογουμένως οὐκ ἔστιν. Deinde § 21 scribe: μὴ κατὰ ταὐτὸ (δ') ἀμφισβητούσαις. In paucis manifesta est interpolatio § 23: Ἆρ' ὑμῖν ὁ νόμος δοκεῖ ποιεῖν ἐξουσίαν κοινωνίας ἀλλ' οὐκ ἄντικρυς οὕτωσὶ πᾶν τοὐναντίον, εἰ καὶ τὸ πρότερον ὑπῆρχε κοινωνία, [π ρ ο σ τ ά τ τ ε ι], διαρρήδην κελεύων τοῦ μέρους ἕκαστον λαγχάνειν. Non sunt e regione opposita ἐξουσίαν ποιεῖν et προστάττειν· post πᾶν τοὐναντίον ferri fortasse potuisset ἀπαγορεύει· sed προστάττει nimium absonum est. Optativi futurum requiritur, nisi fallor, § 24: φησὶν ὁμολογῆσαί με μεταδώσειν εἰ ν ι κ ή σ ο ι μ ι τοὺς ἔχοντας τὸν κλῆρον, non νικήσαιμι. Dubito an satis bene scribatur § 31: διὰ ταῦτ' οὐκ ἐλάγχανεν, οὐχ ὡς δι' ἐμὲ κωλυόμενος ἀλλὰ ταύτας προφάσεις ποιούμενος· est enim hoc dicendum οὐχ ο ὕ τ ω ς, h. e. *non adeo*. Denique supplendum § 37: ὁρῶ τὴν πλείστην διατριβὴν τῶν λόγων (α ὐ τ ὸ ν) ποιούμενον et § 38: διὰ (τ ο ύ τ ω ν) τῶν λόγων, nam minutas illas correctiones verbo indicavisse satis est.

Amstelodami,
d. 28 m. Mart. 1877.

PLINIANA.

NATURALIS HISTORIAE LIB. VII. 1. 1. *Principium iure tribuetur homini cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura, magna saeva mercede contra tanta sua munera, non sit ut satis aestumare, parens melior homini an tristior noverca fuerit* [1]).

Tam misere haec verba depravata et corrupta sunt, ut de certa sanatione paene sit desperandum. Sententia vero satis bene deprehendi potest. Hoc enim Plinius voluit, naturam licet dona insignia homini largita sit, tamen multa eidem parce ac duriter denegando, quae ceteris animantibus contigerint, liberalitatis et munificentiae suae vim aliquantum deminuisse; quod ipsum copiose demonstrat iis, quae deinceps hoc capite leguntur. Quae quum ita sint genuinam scripturam fere hanc esse coniicio: *magna saevitia, hercule, obtrectans sua munera, ut non sit satis aestumare, parens mitior homini an tristior noverca fuerit.*

1. 15. *Et tamen omnibus hominibus contra serpentis inest venenum, feruntque ictas saliva ut ferventis aquae contactum fugere.*

Corrigendum videtur *eiectas salivas. Salivae* pl. n. legitur etiam § 13: *Varro etiamnum esse paucos ibi, quorum salivae contra ictus serpentium medeantur.*

7. 5. 44. *Tu cuius semper tinctoria est mens, tu qui te*

---

1) Recensionem secutus sum, quam edidit Iulius Sillig, Hamburgi et Gothae 1851—1857.

*um credis, aliquo successu tumes, tanti perire potuisti atque et-
n hodie minoris potes.*

Pro *tinctoria* manifesto corrupto Silligius codicum vestigia esse secutus scribendum putat *tincta gloria*, quod *imbuta glo-
ie cupidine* valere affirmat. Simplicior nimirum emendandi tio pro *tinctoria indomita* reponere suadet.

20. 20. 83. *Crotoniensem Milonem athletam, cum constitisset, mo vestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat.*

Pro *educebat* scribendum est *detrudebat.*

24. 24. 90. *Itaque* [memoria] *saepe deficere temptat ac medi-
tur vel quieto corpore et valido: somno quoque serpente ampu-
tur, ut inanis mens quaerat, ubi sit loci.*

Primum pro *meditatur* substituendum videtur *periclita-
r* coll. Cic. Verr. VII. 50: *homines in proeliis belli fortunam
ntare ac periclitari solent;* deinde vero *amputatur* depravatum esse suspicor ex *hebetatur.*

25. 25. 92. [Gaius Caesar] *signis conlatis quinquagiens dimi-
vit, solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragiens dimi-
verat; nam praeter civilis victorias undeciens centena et XCII
hominum occisa proeliis ab eo non equidem in gloria posuerim,
ntam etiam coactam humani generis iniuriam. Quod ita esse
nfessus est ipse bellorum civilium stragem non prodendo.*

Verba *tantam — iniuriam* mendosa esse nemo non facile sibi ersuadebit, neque placet quod Salmasius proposuit *tantum etiam
acta, in humani generis iniuria.* Potius crediderim antiquitus criptum esse *tantam enim conflarat humano generi iniuri-
n.* Cf. Cic. pro S. Rosc. Am. 1.

29. 30. 107. *Ingeniorum gloriae quis possit agere delectum per
t disciplinarum genera et tantam rerum operumque varietatem, si forte Homero vate Graeco nullum felicius exstitisse convenit
ne operis fortuna sive materie.*

Insulsum emblema *vate Graeco* ocius delendum erit; pro *rtuna* parum dubium est, quin sit *forma* substituendum.

37. 37. 123. *Hippocrates* [enituit] *medicina, qui venientem ab
llyriis pestilentiam praedixit discipulosque ad auxiliandum
ca urbis dimisit.*

Pro *ab Illyriis* legendum esse *a Libya* Thucydides do-
t II. 48.

40. 41. 132. *Ita est profecto, alius de alio iudicat dies et t a m e n supremus de omnibus.*

Immo vero *t a n d e m.*

43. 44. 136. *Fuit et Balbus Cornelius maior consul . . . . . primus externorum atque etiam i n o c e a n o genitorum usus illo honore, quem maiores Latio quoque negaverant.*

Pro absurdo *i n o c e a n o* corrigendum esse *e x t r a n e i s* Velleius docet, apud quem (II. 51 ed. Halm) haec leguntur:

Balbus Cornelius . . . . illis incrementis fecit viam, quibus non in Hispania ex cive natus, sed Hispanus . . . . . fieret ex privato consularis.

Ibid. 137. *Unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi cognomen adseruit L. Sulla, civili nempe sanguine ac patriae oppugnatione a d o p t a t u s:*

Corrigendum est *a d o r n a t u s.*

44. 45. 145. Postquam narravit Q. Metellum a C. Atinio Labeone tr. pl. ad Tarpeium raptum esse, ut praecipitaretur, his verbis pergit: *Quos hostis vicisse tanti fuit? aut quos non honores currusque . . . . . fortuna retroegit, per mediam urbem censore tracto . . . . . in Capitolium illud, in q u o triumphans ipse d e e o r u m exuviis ne captivos quidem sic traxerat.*

Plinio restituendum est *in* QUOD *triumphans ipse* DECORUS *exuviis ne captivos quidem sic traxerat.*

50. 51. 170. *Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit quadrini circuitus febrem numquam bruma* [numquam hibernis mensibus] *incipere.*

Tria, quae uncinis saepsi, verba non scriptori deberi videntur, sed scribae, qui praecedens *bruma* lectoribus explicare voluit.

51. 52. *Iam signa letalia: in furoris morbo risum, sapientiae vero aegritudine fimbriarum c u r a m et stragulae vestis plicaturas.*

Noli dubitare quin revera Plinius scripserit *fimbriarum vel s u r a s.* Cf. Varro R. R. II. 11. 9.

LIB. VIII. 1. 1. *Maxumum est elephas proxumumque humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis p a t r i i et imperiorum obedientia officiorumque quae didicere memoria, a m o r i s et gloriae voluptas, immo vero, quae etiam in homine rara, probitas, prudentia, aequitas.*

Elephas eum sermonem tantum intellegere h. l. narratur, qui hominibus terram eius natalem incolentibus nativus est. At, puto, semper et ubique ductoris sui iussis obsequitur, quovis sermone editis. Quamobrem pro *patrii* scribas velim *varii*. In seqq. *amoris* delendum erit, quippe quod ex prava dittographia praecedentis *memoria* originem duxerit.

4. 5. 9. [Elephas] *vestigio hominis animadverso prius quam homine intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare nec calcare sed erutum proxumo tradere, illum sequenti, simili nuntio usque ad extremum.*

Pro *iras proflare* legendum est *virus explorare*. Elephas enim vestigio hominis olfacto, (i. e. vestigii illius odore obiter percepto) virus (i. e. taetrum illum ipsum odorem) odoratur sive naribus explorat, deinde erutum (i. e. naribus haustum) proximo inflat atque odorandum praebet. Hanc veram lectionem esse facile patet ex proxime seqq. *adeo omnium odori durare virus illud, maiore ex parte ne nudorum quidem pedum.*

12. 12. 34. *Quam quis aliam tantae discordiae causam attulerit, nisi naturam spectaculum sibi paria componentem?*

Legas quaeso *nisi naturam in spectaculum s. p. c.*

16. 19. 48. *Leoni tantum ex feris clementia in supplices; prostratis parcit et saevire in viros potius, quam feminas fremit, in infantis non nisi magna fame.*

Corrige *et saevire in viros potius quam in feminas creditur.*

Ibid. 50. *Generositas in periculis maxume deprehenditur, non in illo tantummodo, quod spernens tela diu se terrore solo tuetur ac velut cogi testatur.*

Vera lectio videtur *fremore*. Cf. Apul. Flor. 3. 17: *leonum indignati fremores.*

16. 21. 56. *Primum autem hominum leonem manu tractare ausus .... Hanno e clarissimis Poenorum traditur, damnatusque illo argumento, quoniam nihil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur et male credi libertas ei cui in tantum cessisset etiam feritas. Sunt vero et fortunae eorum quoque clementiae exempla.*

Pro *et fortunae* substituendum erit *opportunae*.

17. 59. *Aeque memorandum et de panthera tradit Demetrius physicus, iacentem in media via hominis desiderio repente adparuisse*

patri cuiusdam Philini ....., *illum pavore coepisse regredi, tamen feram circumvolutari non dubie blandientem seseque conflictantem maerore, qui etiam in panthera intellegi possit.*

Legendum est *seseque contristantem maerore.*

17. 23. 62. *Ferunt odore* [pantherarum] *mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis torvitate terreri, quamobrem occultato eo reliqua dulcedine invitatas corripiunt.*

Pro *capitis* scribendum esse coniicio *aspectus*, quippe ad quem solum torvitas referri soleat.

18. 26. 68. [Cameli] *iumentorum ministeriis dorso funguntur atque etiam equitatu in proeliis. Velocitas inter equos, sed sua cuique mensura sicuti vires.*

Legendum videtur *atque etiam equitatus in proeliis; velocitate infra equos* cett. Cf. Caes. B. G. VI. 37: *Uri sunt magnitudine paulo infra elephantos.* Utiliter etiam cum hoc loco comparari possunt quae leguntur § 74: *sed atrocissimos habet tauros silvestris maiores agrestibus, velocitate ante omnes.*

36. 54. 130. [Ursi] *cerebro veneficium inesse Hispaniae credunt occisorumque in spectaculis capita cremant testato, quoniam potum in ursinam rabiem agat.*

Testato, quod ablativum absolutum esse viri docti contendunt, idem valens quod *cum testatum sit*, si genuinum vocabulum esset, accusativum cum infinitivo haud dubie post se requireret. At, ni egregie fallor, ablativus ille absolutus hoc loco tantum legitur et praeterea nusquam. Quam ob causam veram lectionem esse crediderim *festinato* quod interdum apud deterioris latinitatis auctores occurrit pro *festinanter;* cf. Quint. IV. 2; Gell. X. 11; Iust. XXXVIII. 10.

43. 68. 169. *Mirumque dictu* [asinae] *sitiunt et si mutentur aquae ut bibant cogendae exorandaeve sunt.*

Verborum ordinem turbatum restitue scribendo *si mutentur aquae, sitiunt et ut bibant cogendae exorandaeve sunt.*

46. 71. 184. *Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur. Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus lunae crescere incipientis.*

Post *lunae* supplendum est *similis*, quod nemo, opinor, est quin desideret.

Ibid. 185 de eodem Api narratur: *responsa privis dat e iu consulentium cibum capiendo.*

Olim scriptum esse videtur *responsa ministrat.*

54. 80 215. *Simiarum quoque genera hominis figurae proxuma dis inter se distinguuntur. Mira sollertia visco inungui ueisque calciari imitatione venantium tradunt.*

Ultima verba, in quorum sententiam frustra inquires, grasima laborant corruptela, nec quomodo recte emendari possint is mihi constat. Attamen proferre liceat quae mihi in men- n venerunt. Inter *sollertia* et *visco* propter literarum simiidinem *avis* excidisse suspicor, in *viscoinungui* autem ere *viscosisvirgis*, deinde vero *calciari* per calami orem ex *captare* ortum esse, ita ut legendum sit: *mira lertia avis viscosis virgis laqueisque captare imitatione venantium dunt.*

Lib. IX. 3. 2. 5. *Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc iectae montium iugis procellae ab imo vertunt maria pulsatasque profundo beluas cum fluctibus volvunt et alias tanta thynnorum ltitudine ut magni Alexandri classis haud alio modo quam hos- m acie obvia contrarium agmen adversa fronte direxerit; ter sparsis non erat evadere.*

Plinio reddendum est *contrarium agmen adversa fronte diseierit; aliter impactis non erat evadere.*

5. 4. 9. *Tiberio principi nuntiavit Olisiponensium legatio ob id sa visum auditumque in quodam specu concha canentem Tritonem a noscitur forma; et Nereïdum falsa non est, squamis modo pido corpore etiam qua humanam effigiem habet.*

Scribendum puto *Et Nereïdum fama falsa non est.* Propter nilitudinem vocabuli *falsa* verbum, quod desidero, librarium gisse satis manifestum est.

6. 5. 13. [Balaenae] *pariendi poenis invalidae solum auxilium vere in altum profugere et se toto diffundere oceano, contra orcae urrere laborant seseque opponere et caveatas angustiis trucire, in vada urguere, saxis inlidere.*

Ex corruptis, quae M. S. praebent, vocibus *cavetas, cavatas, vantes* Harduinus novum et inauditum effinxit vocabulum *catas*, quod significare voluit *quasi cavea inclusum.* Melius rofecto fecisset si in lectione restituenda a Pliniano dicendi

genere non nimis recessisset scripsissetque *coercitas*. Cf. XII. 1. 2: *Galliae Alpibus coercitae*; X. 50. 72 *carcere animalia coercere*, ubi *coercere* valet *includere*. Apud Plin. IV. 8. 30 *caveatus* longe aliam sententiam habet; ibi enim significat *in gradus consurgens* ut cavea in theatro.

8. 9. 23. In delphinorum capturae descriptione haec leguntur *opere proelium fervet includique se retibus fortissime urgentes gaudent, ac ne id ipsum fugam hostium stimulet, inter navigia ..... sensim elabuntur.*

Coniicio *opere fretum fervet* Plinio reddendum esse, loci illius Vergiliani memor, ubi formicarum sedulitatem depingit, quemque ita concludit *opere omnis semita fervet*, Aen. IV. 407. Cf. VIII. 677.

10. 12. 35. [Testudines] *capiuntur multis quidem modis sed maxime evectae in summa pelagi antemeridiano tempore blandito.*

Praetulerim *placido*, quod verbum sexcenties usurpatur ad tempestatem serenam tranquillamque notandam.

13. 15. 41. De vitulis marinis traditur: *Interficiuntur difficulter nisi capite eliso.*

Lege *nec nisi capite eliso.*

15. 18. 48. [Thynni] *membratim caesi cervice et abdomine commendantur atque clidio recenti dumtaxat et tum quoque gravi ructu; cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur.*

Immo potius *macerantur* i. e. subiguntur et emolliuntur. Cf. XXXI. 7. 43: *intestina piscium sale macerata*; X. 22. 28: *adeps anseris rigore gelido maceratus*; Terent. Adelphi 3. 4. 17: *salsamenta haec fac macerentur probe.*

His deinde verbis Plinius pergit: *Melandrya vocantur quercus assulis similia; vilissima ex his quae caudae proxuma, quia pingui carent, probatissima quae faucibus; at in alio pisce circa caudam exercitatissima.*

Corrigas quaeso *at in alio pisce quae circa caudam exquisitissima.*

16. 23. 56. *Capiuntur ante solis ortum; tum maxime piscium fallitur visus. Noctibus, quies, et inlustribus aeque quam die cernunt.*

Scribendum erit *noctibus quietis et inturbidis.*

45. 68. 146. *Urticae noctu vagantur noctuque mutant.*

Immo hercle *l o c u m q u e mutant.*

Mox haec sequuntur: *Alias* [urtica] *marcenti similis e t iactari se passa fluctu algae vice contactos piscium attrituque petrae scalpentis pruritum invadit*: quae ita nimirum legenda sunt: *alias marcenti similis e s t, iactari se passa fluctu algae vice. Contactos piscium attrituque petrae scalpentis pruritus invadit.*

59. 85. 181. his verbis describitur anthiae piscatus: *Parvo navigio et concolori veste eademque hora per aliquot dies continuos piscator enaviqat certo spatio escamque proicit ..... Cum id saepe factum est, unus aliquando consuetudine invitatus anthias escam adpetit. Notatur hic intentione diligenti ..... neque est difficile, cum per aliquot dies solus accedere audeat. Tandem et aliquos i n v e n i t paulatimque comitatior postremo greges adducit innumeros.*

Sententia efflagitat ut scribatur *tandem et aliquos i n v e h i t* i. e. inducit et affert.

62. 88. 185. *Polypum in tantum locusta pavet ut si iuxta videat o m n i n o moriatur.*

Immo vero *c o n t i n u o.*

Ibid. 186: *Nigidius auctor est praerodere caudam mugili lupum eosdemque statis mensibus concordis esse, o m n i s autem vivere quibus caudae sic amputentur.*

Nigidium re vera tradidisse suspicor *l o n g i u s* mugiles vivere post caudae amputationem.

Lib. X. 3. 7. *I n g e n i u m est ei* [i. e. aquilae] *testudines raptas frangere e sublimi iaciendo, quae sors interemit Aeschylum praedictam fatis, ut ferunt, eius diei ruinam secura caeli fide caventem.*

Pro *i n g e n i u m* legendum est *i n g e n i t u m.* Postremorum verborum turbatus ordo restituendus est scribendo *praedictam fatis u. f. eius diei ruinam caeli secura fide caventem.* Nempe praedictum erat, eo die caelum, minime vero diem ruiturum esse. *Ruere caelum* quid sibi velit optime docebit Vergilius, Geo. I. 324; cf. Aen. VIII. 524; Sen. Hipp. 674. Ter. Heaut. 4. 3. 41.

Ibid. § 10. *Haliaetus tantum implumis etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit adversos intueri solis radios et quem connivent e m u e c t a n t e m q u e animadvertit praecipitat e nido velut adulterinum atque degenerem.*

Corrige sodes *conniventem nictantemque*. Cf. XI. 57. 156: *Graviores alitum inferiore gena connivent; eaedem nictantur, ab angulis membrana obeunte;* ibid. 37. 54. 144: *Plerisque vero naturale, ut nictari non cessent, quos pavidiores accepimus.*

23. 33. 68. *Cychramus perseverantior festinat etiam pervenire ad expetitas sibi terras; itaque noctuis eas excitat admonetque itineris.*

Noli dubitare, mi lector, quin scripserit Plinius *itaque coturnices excitat.* Cf. § 64: *Coturnices ante etiam semper adveniunt quam grues; parva avis et cum ad nos venit terrestris potius quam sublimis.*

33. 49. 94. *Iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis* [hirundines] *muniunt opere, incipientibus vernis diebus palea et stramento rostrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet; eaque militia illis cum anno redit semper.*

Veram lectionem esse suspicor *cum auctu* i. e. quoties Nilus crescere atque augescere coepit. Cf. IV. 12. 24: *Danubius immenso aquarum auctu.*

36. 52. 108. *Verum columbis inest quidam et gloriae intellectus; nosse credas suos colores varietatemque dispositam, quin etiam ex volatu quaeritur plaudere in coelo varieque sulcare. Qua in ostentatione ut vinctae praebentur accipitri.*

Legendum videtur *quin etiam in volatu feruntur plaudere varieque exsultare.*

60. 80. 167. *Ova aceto macerata in tantum emolliuntur ut per anulos transeant; servari ea in lomento aut hieme in paleis, aestate in furfuribus utilissimum.*

Corrige: *servari ea hieme in tomento aut paleis, aestate in furfuribus utilissimum.* — De tomento, quo flocci significantur ex lana texta a fullonibus derasi cf. Plinius VIII. 48. 73 et XIX 1. 2. 1. — Lomento i. e. farina fabacea matronae ad rugas e cute tollendas, non hercle ad ova servanda uti solebant; cf. Martialis III. 42.

Lib. XI. 2. 1. 2. *Ubi tot sensus conlocavit in culice? ..... ubi visum in eo praetendit? ubi gustatum adplicavit? ubi odoratum inseruit? ubi vero truculentam illam et portione maximam vocem ingeneravit?*

Satis inepte culici truculenta vox attribuitur. Suspicor Plinio *s t r i d u l a m* reddendum esse.

4. 3. 9. *Insecta ..... non videntur nervos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnis, ne crustam quidem fragilem ..... nec quae iure dicatur cutis, sed mediae cuiusdam inter omnia haec naturae corpus arenti simile, nervo mollius, in reliquis partibus t u t i u s vero quam durius.*

Postrema verba, quarum sententia nullo modo deprehendi potest, hoc modo emendanda videntur: *corpus arenti simile nervo, mollius i n f r a, reliquis partibus vero l e n t i u s quam durius.*

21. 24. 71. *Vespae in sublimi e luto nidos faciunt, in his ceras; crabrones cavernis aut sub terra. Et horum omnium sexangulae cellae, cetera autem cortice araneosae. Et fetus ipse inaequalis et b a r b a r u s; alius evolat, alius in nympha est, alius in vermiculo.*

Insulsa lectio *b a r b a r u s* ocius delenda est; reponendum autem, id quod unice verum est *inaequalis et v a r i a t u s.*

37. 48. 132. *Capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis pectinatim structa compagibus; perfracta non queunt solidari, sed excepta modice non sunt letalia, in vicem eorum succedente c o r p o r e a cicatrice.*

Nemo, opinor, qui vel semel haec legerit, quin post *modice* exciderit *v u l n e r a* dubitabit. *Vulnera excipere* legitur apud Ciceronem in Sestiana X. 23; *plagam excipere* apud Lucretium II. 810. — Deinde vero pro *c o r p o r e a c o r n e a* legendum esse haud sine dubitatione affirmaverim. Rectius enim hac de re vulnerum in humano corpore medicus iudicare poterit, quam qui aegras librorum partes sanare conatur.

Haec autem hactenus. Mox ad Plinium redibo.

Scr. Kal. Sept.

J. J. CORNELISSEN.

Anecd. Bekk. pag. 434. 7. in versiculo Aristoph. legendum:

οὕτω τι τἀπόρρητα δρᾶν ἐςὶ γλυκύ.

pro ἐςι μέλει.

C. G. C.

AD ANTHOLOGIAE PALATINAE

PARTEM PRIOREM (CAPP. V, VI, VII)

CONIECTANEA.

(*continuantur ex pag.* 328.)

Legitur (VII, 214) Archiae epigramma in delphinum fluctibus in litus eiectum, ex Anytes carmine quod statim sequitur (215) expressum:

Οὐκέτι παφλάζοντα διαΐσσων βυθὸν ἅλμης
δελφίς, πτοιήσεις εἰναλίων ἀγέλας. — — —
ἦ γὰρ ἴσον πρηῶνι Μαλείης, ὡς ἐκυκήθη,
κῦμα πολυψάμμους ὧσεν ἐπὶ *ψαμάθους

Nihili est istud πολύψαμμοι ψάμαθοι. Legendum esse: κῦμα πολυψάμμους (vel potius: πολυψαμάθους) σ' ὦσεν ἐπ' ἠϊόνας, demonstrabit locus plane similis Antipatri (VI, 223):

Λείψανον ἀμφίκλαστον ἁλιπλανέος σκολοπένδρας
τοῦτο κατ' εὐψαμάθου κείμενον ἠϊόνος κτλ.

etiam ante me video reperisse Piccolon V. Cl. (Cf. etiam VII, 365.) Praeterea non cum Salmasio pro ὦσεν ἐπὶ legerim ὦσέ σ' ἐπί, sed iam ex vocabuli πολυψάμμους finali litera illud deficiens σ' eruerim. Verum undenam ψαμάθους in extremo versu ortum esse statuamus? Suspicor, cum ibi nihil liquido discerni posset et duplex ferretur scriptura haec: πολυψάμμους, superscripto -ψαμάθους, scribam hoc arripuisse lacunae explendae causa, de sententiae detrimento securus.

Non semel autem id factum esse, ut interpretamentum aut duplex scriptura proximam vocem ei similem obscuraverit, testetur Antipatri Thessalonicensis epigramma: (VII, 413).

Οὐχὶ βαθυστόλμων Ἱππαρχία ἔργα γυναικῶν
τῶν δὲ Κυνῶν ἐλόμαν ῥωμαλέον βίοτον·
οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονήτιδες, οὐ βαθύπελμος
εὐμαρίς, οὐ λιπόων εὔαδε κεκρύφαλος. — — —
ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων *ἄμιν Ἀταλάντας
τόσσον, ὅσον σοφία κρέσσον ὁριδρομίας.

Etiam hic ἀμιν, i. e. ἀμῖν, sine dubio vocabulo ἄμμι suprascriptum erat. Pro eo Heckerus μνάμα coniecit, quod Dübnerus recepit in textum; mihi magis arridet: ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων αἶνος Ἀταλάντας, secunda syllaba producta, ut in Homerico Διῒ μῆτιν ἀτάλαντος. Non enim hoc dicit: „memoria nostri tanto illustrior erit, quam Atalantae", — saltem ἔσται adiectum debuisset nec praeterea recte dictum videtur, — sed: „nostrum vitae instituendae propositum tanto maiore laude dignum est, quanto caet.", in qua sententia αἶνος et ἔπαινος est tritissimum. Conferatur verbi causa Mnasalcae epigramma (VII, 242): Οἵδε — — — δνοφερὰν ἀμφεβάλοντο κόνιν· || ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν, et in Appendice epigrammatum apud Jacobsium (tom. III. ep. 200):

εἴης τοι σὺν πατρὶ κεχαρμένος, ὄφρ' ἂν ἐς αἰῶ
Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχῃ.

Nonnunquam vel sine ulla, quae intelligi possit, causa, librarius, — ut iam significavi supra, — idem vocabulum ἔναυλον ἔχων iteravit extruso alio, quod ponere debebat. Exemplo sit e permultis hoc Archiae ex Dedicatoriis (VI, 181):

Τρίζυγες, σὺρεσίοικε, κασίγνητοι τάδε τέχνας
ἄλλος ἀπ' ἀλλοίας σοὶ *τάδε, Πάν, ἔθεσαν.

ubi editor non debuerat dubitare, quominus reciperet verissimam Brunckii emendationem: σοὶ γέρα, Πάν, ἔθεσαν, quae, quamquam exemplis ut VI 42 et 182 satis probatur, revera probatione ne eget quidem.

Unum addo exemplum, Leonidae Tarentini epitaphium in Orthonem quendam Syracusanum, mortis genere ne nunc quidem infrequenti defunctum: (VII, 660).

Ξεῖνε, Συρακόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων·

„χειμερίας μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴῃς."
καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω μόρον, ἀντὶ δὲ *πολλῆς
πατρίδος, ὀθνείαν κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

Mendosum est πολλῆς: nihil huc facit, utrum patria defuncti opulenta fuerit necne, quasi quis in tenuiore patria ossa sua minus molliter cubare censeat; ne dicam ὀθνείαν nihil habere quo referatur, nam ὀθνεία πατρίς nimis festivum est. Sed requiritur necessario oppositio: „non patrium", inquit, „*solum* ossa mea texit, sed in peregrina terra sepultus sum". Statui igitur etiam hic lacunam antiquitus fuisse hanc: ἀντὶ δὲ *ΟΛ**: inde natum bellissimum illud πολλῆς, pro quo emendandum esse: ἀντὶ δὲ βώλου || πατρίδος. ὀθνείαν κεῖμαι ἐφεσσάμενος, hi me loci docuerunt: Addaei [1]) VII, 238:

Ἡμαθίην ὃς πρῶτος ἐς Ἄρεα βῆσα Φίλιππος,
Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος,

et praeterea VII, 372. Post comperi, hanc mihi correctionem praereptam esse a Herwerdenio, V. Cl. qui breviter (Mnemosyne, Nov. Ser. t. II, pars III, p. 327): „apta, sed incerta coniectura possis βώλου". Verum ne hic quidem primus ὁ τοῦ λόγου πατήρ. Cum nempe in Anthologia Planudea epigramma nostrum Theocrito adscriptum esset et etiam in deterioribus Theocriti Codicibus compareret, multi iam olim de eo egerunt. Et fuere, qui vulgatam defenderent, Toupius, Whartonus, Schaeferus, et, — quod magis miror, — Valckenaerius quoque, acerrimus ceteroquin poëtarum et poëticae dictionis aestimator. Nunc nemo, opinor, non adsentietur Meinekio, „πολλῆς non puto ferri posse" contendenti, et Hermanno, qui miratur: „πολλᾶς a quoquam defendi posse. Nam Moschi locus (IV, 28) nullo pacto comparari potest, in quo πολλὸν adverbialiter dictum esse epicus sermo docet. Nec ea de re dubitari potest. Fortasse in Theocrito scribendum ἀντὶ δὲ βώλου πατρίδος". Ita Hermannus. Sed iam ante hunc quoque βώλου commendaverat Heinsius. Nunc fortasse coniectura, tot criticorum consensu stabilita, futuro Anthologiae Editori satis vera videbitur et digna, quae in

1) Ex Herwerdenio V. Cl. didici, Th. Bergkium hoc epigramma non Addaeo sed Alcaeo Messenio vindicare, cui equidem accedere non possum. Ut unum tangam: quis de Alexandri successoribus de se non ioculariter gloriatus esset praedicando:

Ἡμ. ὃς πρῶτος ἐς Ἄρεα βῆσα?

textum recipiatur. De eorum conatis, qui literarum ductibus inhaerere satis gerunt, idem iudico quod Dübnerus: „indigna, quae referantur".

Satis superque nunc mihi videor probasse id, quod initio posui: *Codicem Palatinum, vel certe eius archetypum, lacunis scatere, nonnunquam initio vel medio, quam frequentissime autem in versuum exitu, easque lacunas plerumque male dissimulatas esse pravis sive scribarum sive correctorum coniecturis; itaque viros doctos oleum et operam perdere, quoties ex his mendacibus literarum ductibus veram sese scripturam elicere posse opinentur; omnem denique emendationem in his extremis versibus esse ancipitem et non ultra probabilitatis speciem tendere.*

Nunc ordine caeteras quasdam in locos corruptos coniecturas Viris Doctis diiudicandas proponam:

Cap. V (Ἐρωτικά) epigr. 2.

Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσοῦ ἐρεττομένην,
γυμνήν μοι διὰ νυκτὸς ὅλης παρέκλινεν ὄνειρος,
ἄχρι Φίλης ἠοῦς προῖκα χαριζομένην.
οὐκέτι γουνάσομαι τὴν βάρβαρον, οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ
κλαύσομαι, ὕπνον ἔχων κεῖνα χαρίζομενον.

Primum non video, quid viros doctos permoverit, ut vs. 2 vulgatam desererent ita se habentem: τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρευγομένην, meo quidem iudicio recte a Jacobsio explicatam: „quae viros cogit, magnam auri summam ipsi effundere", pro concubitu nempe. Misere enim post acerrimum τὴν βαρύμισθον languet illa paraphrasis: „quae a quolibet auro se subigi patitur", quae Dübneri, ut videtur, emendatio est. Nove dictum est: χρυσὸν ἐρευγομένην, nec tamen continuo vitii insimulandum. Multa in his carminibus singularia sunt, ideoque coniecturis vexata, saepe iniuria, ut mihi quidem videtur. Ut uno defungar exemplo, est in Sepulcralibus Bianoris Bithyni epigramma de Euripidis sepulcro Jovis igne lustrato: (VII, 49).

Ἁ Μακέτις σε κέκευθε τάφου κόνις· ἀλλὰ πυρωθείς
Ζανὶ κεραυνείῳ, γαῖαν (Cod: παιαν) ἀπηχθίασας.
τρὶς γὰρ ἐπαστράψας, Εὐριπίδη, ἐκ Διὸς αἰθήρ
ἤγνισε τὰν θνατὰν σήματος ἱστορίαν.

Ultima non expedio, nam nemo acquiescet in contortissima Ja-

cobsii interpretatione: „id quod in hoc tumulo mortale esse videbamus, sive intelligebamus"; sed quid in his lateat, nondum mihi contigit reperire. Sed superiora illa: γαῖαν ἀπηχθίασας, non aeque sollicitaverim, pro quibus Planudes πᾶσαν ἀπημφίασας, Brunckius ἀπημφιάσω, L. Dindorfius: γαῖαν ἀπηθρίασας, ut sit: „terram in aetherem mutavisti", ἀπηχθίασας Graecum verbum esse negans. Si est ab: ἀπεχθιάζω, assentior, et praeterea ab hoc loco alienum est; sin ab: ἀπαχθιάζω, — vocabulo sive nusquam comparente, sive in obscuro quodam Graecitatis angulo latente —, videndum, salva Dindorfii auctoritate, quae sane magna est, annon stare possit, quippe quod hic idoneum sensum praebeat hunc: „terram ut inutile pondus excussisti". Eodem modo supra (VII, 19) Leonidas loquitur de Alcmane: [λοῖσθον

(Ἀλκμᾶνα) τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλαν χάριν, ἔνθ' ὅ γε
ἄχθος ἀπορριψας, οἴχεται εἰς Ἀΐδαν.

Verum, ut ad Sthenelaidem nostram revertar, magis haereo in versu quarto, ubi φίλη ἠώς inepte admodum de Aurora, gratum amatori somnium depellente. Quanto melius Antipater Thessalonicensis in simili argumento (epigr. 3):

Ὄρθρος ἔβη, Χρύσιλλα, πάλαι δ' ἠῷος ἀλέκτωρ
κηρύσσων φθονερὴν Ἠριγένειαν ἄγει,

et similia passim leguntur. Ac iam φίλης istud offenderat et Heckerum et Herwerdenium, quorum ille καλῆς coniecit, hic: ἄχρι, φίλη, σ' ἠοῦς κτλ., oratione repente in ipsam Sthenelaidem conversa. Fortasse praestabit:

ἄχρι φίλην μ' ἠοῦς προῖκα χαριζομένην,

ut apud Agathiam meretrix de se: (Anthol. Planud. IV. 80):

Μαχλὰς ἐγὼ γενόμην Βυζαντίδος ἔνδοθι Ῥώμης,
ὠνητὴν φιλίην πᾶσι χαριζομένη,

et pressius etiam apud Theocritum (XXIII, 41) in suavissimo Idyllio, de amatore moriente et ultimum ab amasio basium poscente: κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα. Basia quomodo in re amatoria commemorentur, quis est qui ignoret? Instar omnium sit illud Philodemi: (ep. 4).

καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ, με· σὺ δ' ὦ φιλεράστρια κοίτη,
ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα,

in quibus Codex bellissime: σὺ δ' ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις,

et Lucianus Meretricum Dialogis (XI § 3 i. f.) περιβάλλωμεν ἀλλήλους καὶ φιλῶμεν καὶ ἀληθῶς συνῶμεν, et ubi non? Si quis est, quem φίλημα singulari numero positum offendat, huic ex multis (v. c. V. 166; 261; XII, 90) vel hic unus locus Macedonii in duram puellam (V, 245) satisfaciet: παῖζε μόνη τὸ φίλημα, μάτην πόππυζε σεαυτῇ. Tandem pro: οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ || κλαύσομαι poëtae suum: οὐδ' ἐν ἐμαυτῷ κλαύσομαι reddere occupavit Heckerus [1]), sed idem remedium pluribus locis eodem modo depravatis adhibendum est. Ita v. c. editur (V, 108):

Πρώτη σοὶ ὄνομ' ἔσκεν ἐτήτυμον· ἦν γὰρ ἅπαντα
δεύτερ' ἀμιμήτων τῶν ἐπὶ σοὶ χαρίτων,

quod τῶν σῶν χαρίτων valere recte admonuit Editor, sed ita, ut τῶν ἐνὶ σοὶ χαρίτων scribatur. Eodem modo in Dionysii Rhodii carmine de poëta immatura morte abrepto (VII, 716):

Φαινόκριτ'· οὐδὲν ὅμοιον ἐπεσσομένοισιν ἀνιδός
φθέγξεται, ἀνθρώπους ἄχρι φέρωσι πόδες,

ubi Palatinus: ἐπεσσομένοισιν ἀοιδοῖς, Planudis Codices: ἐπ' ἐσσομ. ἀοιδός, habent legendum videtur: οὐδὲν ὅμοιον ἐν ἐσσομένοισιν ἀοιδός || φθέγξεται, quemadmodum sexcenties legitur: ἐν ἀθανάτοισι, ἐν Τρώεσσι, caetera. Similiter etiam in Theodoridae epigrammate (VII, 722):

Δηρίφατον κλαίω Τιμοσθένη, υἷα Μολόσσου,
ξεῖνον ἐπὶ ξείνῃ Κεκροπίᾳ φθίμενον,

praestat ἐνὶ ξείνῃ. Simili denique errore VII, 323:

Εἷς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος· ἓν γὰρ ἐπέσχον
ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο καὶ θανάτου.

Tritum est in Sepulcralibus τάφος, τύμβος, similia, ἐπέχει τινά pro κατέχει, sed num recte dicatur οἱ δύο ἓν ἦμαρ ἐπέσχον pro simplici ἔσχον, equidem vehementer dubito. Fortasse scribendum est: ἓν γάρ, ἓν ἔσχον || ἦμαρ κτλ., ubi repetitum ἓν nihil nisi metri labentis fulcrum est, quemadmodum v. c. V, 177: Κηρύσσω τὸν Ἔρωτα, τὸν ἄγριον· ἄρτι γάρ, ἄρτι || ὀρθρινὸς ἐκ κοίτας ᾤχετ' ἀποπτάμενος et 246: τάχα τίς, τάχα τοῦτο ταλάσσας, κτλ. Contrarius autem error obtinuit VII,

1) In laudatissimo libro: Commentationis Criticae De Anthologia Graeca Pars Prior, L. B. 1852, p. 111.

613, in Diogenis Amiseni episcopi epigrammate de fratris filio procul a patria defuncto, quod totum apponam, ut et alio vitio liberem:

Σοὶ τόδε, Διόγενες, Θαλερῆς μνημήϊον ἥβης
Πόντῳ ἐν Εὐξείνῳ θήκατο Φρὺξ γενέτης,
φεῦ, πάτρης ἐκὰς ὅσσον. ἄγεν δέ σε νεῦμα θεοῖο,
πατρὸς ἀδελφειῷ πένθος ὀφειλόμενον.
ὅς σε περιστείλας ἱερῇ παλάμῃ τε καὶ εὐχῇ,
γείτονα τῆς μακάρων θῆκε χοροστασίης.

Duo, si quid video, epigrammati non admodum venusto nec tamen insipienti, vitia perinepta insunt. Ac primum me movet illud Πόντῳ ἐν Εὐξείνῳ. Quis enim sanus filio ponit monumentum *in* Ponto Euxino, ut bona fide versum invenio? Intelligerem Πόντῳ ἐπ' Εὐξείνῳ, Amisi nempe, ubi infelix ille juvenis diem obierat; plane ut Homero duce apud Lucianum, v. c. (Diall. Deor. XXV § 3 i. f.) sorores Phaëthontem ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ θάπτειν iubentur. Praeterea non intelligo: πένθος ὀφειλόμενον. Tritissima sunt de mortuo: ἐκοιμήθη δ' ὕπνον ὀφειλόμενον (VII, 219; 419) et Callimachi (VII, 459): ἡ δ' ἀποβρίζει || ἐνθάδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον et centies aliis locis, sed sive hoc nostro loco πένθος ὀφειλόμενον coniungas cum σε, sive cum νεῦμα θεοῖο, plane non intelligo istum „patruo tuo luctum debitum". Coniicio: πατρὸς ἀδελφειῷ πένθος ἐφελκόμενον, (cfr. IX, 443; XII, 152; Anth. Plan. 288) coniungendum cum νεῦμα θεοῖο, hac sententia: „adduxit te (ad me) nutus Dei, patruo tuo luctum afferens, sive, secum trahens", nempe tuo obitu. Fortasse, — nam ad hilarius Amatoriorum genus aliquando redeundum est, — eodem modo sanari poterit epigramma multo vexatum Macedonii Consularis, V. 271:

Τήν ποτε βακχεύουσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων
τὴν χρυσοκροτάλῳ σειομένην σπατάλῃ,
γῆρας ἔχει καὶ νοῦσος ἀμείλιχος· οἱ δὲ φιληταί,
οἵ ποτε τριλλίστως ἀντίον ἐρχόμενοι,
νῦν μέγα πεφρίκασι· τὸ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο
ἐξέλιπεν, συνόδου μηκέτι γινομένης.

Sententia est aperta, et vel ex notissima Horatii Epodo pervulgatissima: vetula nunc es, quae olim forma et amatoribus superbiebas; ergo hi te deseruerunt. Sed verba, ut in poëta

uioris aetatis, multifariam sive corrupta sive obscura sunt. rrupta existimo: *βακχεύουσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων*, et corpta ea existimaverunt Jacobsius et Heckerus, mire ea explivit, ut solet, Boissonadius, cuius haec sunt: „ad Nicetam xi, mihi videri *ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων* dictum pro: *ἐν γυναικῶν ἴλῳ*", quod si ita est, exquisitum certe dictum est et minime ılgare. Jacobsius proposuit· *ἐν εἴαρι θηλυτεράων*, Heckerus imum *ἐν ἴδεϊ*, quod apud Callimachum *τὸ θέρος* sonare dicir; post, mutata sententia: *ἐν εἰδεϊ, θηλ. || τῶν χρυσεοκρ. ευομένων σπατάλῃ*, ut *ἐν εἴδεϊ* sit: *in speciem, ad imaginem.* ed Nicetae Eugeniani aperta imitatio, quam affert Boissonadius: *ἣν πολλὰ βακχεύουσαν ἐν κάλλει πάλαι*, ad veriorem. ni allor. loci interpretationem ducit hanc: „quae olim inter mueres *forma tua* superbiebas, sive exsultabas". Legendum igitur ropono: *τήν ποτε βακχεύουσαν ἐπ' εἴδεϊ θηλυτεράων*, ubi *βακχεύειν* figurate dictum est, ut apud Lucianum v. c. (Diall. Meretr. 12 § 2) *πομπεύειν*, pro usitatiore *ἐπαίρεσθαι, μέγα φρονεῖν. ἐπὶ κάλλει*; et *θηλυτεράων* explicandum; *inter mulieres*, quemadmodum ep. 152, vs. 3: *σὺ δ', ὦ λήθαργε φιλούνων || εὔδεις*. Nec minus exercuit interpretes in versu quinto: *ὁ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο, luna* illa *crescens*, quam Boissonalius: „facies illa pinguis et plenae illae genae, ut luna plena" ntelligit, quemadmodum etiam de sequenti *συνόδου* variae irorum doctorum sententiae extant, quum aliis sit *lunae ac olis congressus*, aliis *reditus, pecunia*, aliis *concubitus.* Fac, sive ecuniam, sive concubitum significare; num ergo necessario, uae his careat, facie illa pinguiore et floridiore destituetur? falo igitur *σύνοδος* intelligere de congressu iuvenum *κωμαζόντων* ate fores puellae a multis olim expetitae, et, cum in tali re ces adsint, — v. c. Aristoph. Plutus, vs. 1040: *ἔοικε δ' ἐπὶ ἐμον βαδίζειν*, cui alter: *φαίνεται· στεφάνους γέ τοι καὶ δᾷδ' ζων πορεύεται*, — pro *αὐξοσέληνον* malim legere *αὐτοσέληνον*, de facibus dictum ipsum lunae splendorem adaequantibus superantibus. Sed haec incertiora esse, ultro concedo. Itaque e diverticulo in viam.

Epigr. V. 5, Statyllii Flacci. Loquitur lucerna:

Ἀργύρεον νυχίων με συνίστορα πιστὸν ἐρώτων
οὐ πιστῇ λύχνον Φλάκκος ἔδωκε Νάπῃ.

ἧς παρὰ νῦν λεχέεσσι μαραίνομαι, *τῆς ἐπιόρκου
παντοπαθῆ κούρης αἴσχεα δερκόμενος.
Φλάκκε, σὲ δ' ἄγρυπνον χαλεπαὶ τείρουσι μέριμναι·
ἄμφω δ' ἀλλήλων ἄνδιχα καιόμεθα.

Ad haec observatio est Dübneri, V. Cl. „scitum est μαραίνομαι, *moerore conficior*, quum et proprie dicatur de lucerna, quando oleum deficit. Sed miramur in Statyllio Flacco correptum αι. Nihil eiusmodi in caeteris, quae exstant eius poëtae; debile autem videtur quod Bothius coniecit: εἰς ἐπιόρκου", verissima omnia. Videndum, annon praestet: ἧς παρὰ νῦν λεχέεσσι μαραίνομ', ὁ τῆς ἐπιόρκου, caet. oppositum iis, quae sexto versu sequuntur: Φλάκκε, σὲ δ' ἄγρυπνον κτλ., plane ut infra (ep. 8, 5) in Meleagri epigrammate de eodem argumento:

νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκιά φησιν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι, (?an:
λύχνε, σὺ δ' ἐν κόλποις αὐτὸν ὁρᾷς ἑτέρων. [γράφεσθαι!]

quocum conferatur, quod ad formam attinet, illud Rhiani (XII, ep. 146):

Ἀγρεύσας τὸν νεβρὸν ἀπώλεσα, χὠ μὲν ἀνατλάς
μυρία, καὶ στήσας δίκτυα καὶ στάλικας,
σὺν κενεαῖς χείρεσσιν ἀπέρχομαι κτλ.

Idem vitium metricum conspicitur epigr. 20, Onestae:

Οὔτε με παρθενικῆς τέρπει γάμος, οὔτε γεραιῆς·
τὴν μὲν ἐποικτείρω, τὴν δὲ καταιδέομαι·
εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς· ἡ δὲ πέπειρος
ἐς Κύπριδος θαλάμους *ὡρία καλλοσύνη.

Editor vitii sedem in ὡρία quaesivit, sed fortasse pro καλλοσύνη exquisitius vocabulum substituendum est. An: ὡρία ἀβροσύνη!

(*Continuabitur.*) H. J. POLAK.

Anecd. Bekk. pag. 97. 13. Ἔνωμον: τὸ κατὰ ΠΑΝ πέπειρον. Imo contrarium τὸ κατὰ ΤΙ Ἀπέπειρον.

C. G. C.

INDEX GRAECUS.

A.

ὠς — ἄβρωτος 248.
ισος — ἔσχατος 228.
(τὰ) δεδοικέναι 150.
Φόρως — διαΦόρως 320.
— ΔΗ confusa 339.
ρουρος 232.
οισιν ἔδωκα quid sit 104.
ρος — ἀκέραιος 161.
ούθων — ἀκολουθούντων 75.
οὖν — γε 57.
ον — ἀλλήλων 351. 355.
αί τινος 87.
— ὁμοῦ 408.
— ἄμμε 102.
er repetitum 240.
ρίβειν — ἐντρίβειν 62.
τειν — ἀναπνεῖν 110.
ατος — αἴτιος 129.
αι — ἐπιτείνειν 63.
όν (τὸ) 129.
interpolatum 355.
θάδισμα 72.
λλ̃ — Ἀπόλλωνα 340.
ται — ἔρχεται 150.
νος — ἀσμένως 1.
σύνη 108.
τον interpolatum 75.

ἄττα. ἄτοπ' ἄττα et sim. 10.
αὐδᾶεν ξύλον 226.
αὐτός cum vi repetitum 388.
ἀφελῶ, ἀφελοῦμαι et sim vitiosa 77. 82.
ἀχθέσομαι 106.

B.

βαδίζειν — βασάζειν, 135.
βλέπειν = ζῆν 272.
βλέπειν ὀξύ, ἀμβλύ 66.
βουλεύειν δρησμόν, φυγήν 157.

Γ.

γασέρα (τὰ ὑπὸ τὴν) 105.
γε, εὖ γε σύ, εὖ γε σὺ ποιῶν et sim. 4.
γραφείς — γραφῆς 81.
γύναια — γένεια 151.

Δ.

δέ γε responsantis. 233.
διάζωμα 222.
διαδεῖσθαι 99.
διαφθερεῖ — διαφέρει 263.
διέλ = διέλαβεν et sim. 347.
δοκῇ — ἀρκῇ 155.
δρᾶν — ὁρᾶν 86. 365.
δφον = δίφθογγον 231.

E.

εἰ cum indicativo et optativo 392.
εἰ sequente ἄν 407.
εἰδῇ — ἴδῃ 72. 273.
εἰκώς — ἐοικώς 247.
εἷς γέ τις 146.
εἰσευπορεῖν 411.
ἕκασος — εἷς ἄσυ 369.
ἐκτεθνεώς. 224.
ἐκχυθῆναι — εἰσχυθῆναι 131.
ἐντυγχάνειν — συντυγχάνειν 382.
ἐξ (decomposita in) apud Tragicos 229.

ξερᾶν — ἐξαιρεῖν 405.
ξαπόλλυσθαι et sim. 229.
ξάρτυσις, συναρμογά, ἐπαφά Pythagoreorum 373. 375.
ξηρτημένος ὄχλον et sim. 274.
οικε δηλοῦντι et sim. 19.
πήνθει — ἐπῆλθε 74.
πειτα post participia 72.
ργαςήρια — δικαςήρια 67.
ργαςήρια. ἐπὶ τῶν ἐργαςηρίων, ἐν (non ἐπὶ) τοῖς ἐργαςηρίοις 68.
ρρέθην vitiosum 383.
σχατογηροῦν forma nihili 58.
ὑαυγής. εὐαύγεια 377.
ὑθημοσύνη 110.
ὑφυᾶ et sim. 254.

Z.

ζεῖν de ira 108.

H.

. συνῆ forma Attica 17.
δη, ᾔδησθα 15.
δύτερον vitiosum 106.
τύχιος — ἤσυχος 7.

Θ.

ετέρᾳ ληπτόν, non ληπτέον 223.
ῆττον, τάχιον = πρότερον 78.

I.

nominativus pronominis οὗ, οἵ, ἕ 232.
λός, ἱλλώπτειν 20.
όψηφα 221.
ταλίαν — Γαλιλαίαν 110.

K.

κθεικέναι τὰ γένεια et sim. 93.
κθέντες — κκταθέντες 73.
κλόν interpolatum 355.
κκοδαιμονᾶν 140.

κακὸς κακῶς 242.
καταρτύειν, κατάρτυσις Pythagorae 379.
καταφαγεῖν (non φαγεῖν) τὰ πατρῷα et sim. 145.
κεκλήμην optativus 239.
κοῖλον (τὸ) Ἄργος 230.
κοίμισον — κόσμησον 108.
κομίζειν — νομίζειν 85.
κυνᾶς — σισύρας 91.

Λ.

λεωφόρος 383.
λοιμός — λογισμός 130.
λοιμός, ὄλεθρος, φθορός 130.
λοιμώττειν — λιμώττειν 99.

M.

μακράν, μακροτέραν 90. 93.
μέγα βοᾶν et sim. 65.
μεθεῖναι — μεταθεῖναι 81.
μέν — μόνον 83.
μετὰ νοῦ — μετὰ σοῦ 112.
μετανάσης 66.
μετοίκισις — μετοίκησις 384.
μνήμη — γνώμη 107.
Μυσῶν ἔσχατος 95.

N.

νικᾶν ἄνδρας πάλην et sim. 64.
νυνδή 151.
νυνδὴ μὲν — νῦν δέ 263.

Ξ.

ξένης (ἐπὶ) peregre 19.
ξένια (ἐπὶ) 62.

O.

Ὀβρίμας fluvius 91.
ὀδωδέναι — ὄζειν 174.

ϛικῶς ἔχειν 348.
.ιγοδεής — λιποδεής 391.
ὁσαι — ὁμολογῆσαι 395.
ομα τίθεσθαί τινι. 225.
·ως cum aoristo barbaro 360.
γή — ὁρμή 108.
θός — ὀρθῶς 1.
ιοῦν — ὅτι 8.
(τὸ) id est O 259.
δὲν κακὸν ἔχειν = ὑγιαίνειν 67.
λαί. οὐλῶν — οὐδῶν 76.
τἄρα 266.
)ελον ἐξῆν et sim. vitiose 96.

Π.

ἄθος — πλῆθος 129.
κῖ. ὦ παῖ Ἱππονίκου et sim. 13.
ῆν τοὐμόν — πάντ' οὐ μόνον 135.
κρά vitiose pro ὑπό 71.
κραχρῆμα εὐθύς 387.
κτριῶται de servis 344.
ϵπρῆσθαι *inflatum esse* 99.
ϵντϵ — in compositis 231.
ϵριΦθείρομαι — περιΦέρομαι 60.
ίθεν; pro οὗ 18.
ῖ Φέρεσθε; 132.
ιῆν τι δεῖ ἄϛ γόνυ χλωρόν — ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν 3.
λυτελῶς — πολυτίμως 98.
ωϵῖα — πατρία 155.
οϵθέντων — προτεθέντων, πρόσθεν ὄντων 145.
οϵισϵυπορεῖν 411.
οοδεύειν 382.
οοσεικέναι 247.
οσΦέρομαί τινι 61.
ῶτος — A confusa 128.
ωλεῖν (verbi) quae formae in usu sint 65.
ῶϛ ἔχει cum genitivo 381.

Σ.

'γ' ἕϛω λεώϛ 268.
ιδηρὼ Φρονοῦσα τοὔνομα 238.
ίμα — σῶμα 240.

σραβαλοκόμας 232.
σρατιᾶς (ἐπὶ) 4.
σύγκλυδες 74.
συμμεῖναι — συμβῆναι 58.
συμφρουρεῖν — συμφορεῖν 274.
σφεῖς 9.
σχεθεῖν aoristus 251.
σωφρονιεῖν — σωφρονεῖν et sim. 84.

T.

τἀμὰ φίλτατα 149.
ταῦτ' ἄρα 18.
ταῦτα φῇ — ταῦτ' ἀφῇ 82.
ταφεύς 144.
τό „ὦ ἑταῖρε" et sim. 133.
τό interpolatum in τὸ ζῆν ἐστι [τὸ] κατθανεῖν et sim. 70.
τοὐπ' ἐμοί 258.
τοὔσχατον — τὸ ὕστατον 67.
τριόδοις (ἐν) καὶ στενωποῖς 85.
τύραννος adiectivum 234.

Υ.

ὑπεκίνουν — ὑπ' ἐκείνου 94.
ὑποκορίζεσθαι 143.
ὑστεροφημία 77.

Φ.

φιδίτια Spartanorum 57.
φιλοστρούδαγος vitiosum 351.
φορεῖν — φέρειν 245.
φόρημα — φρόνημα 266.
φρονεῖν — φορεῖν 238.
φρονεῖν μεῖζον, non μᾶλλον 63.

X.

χλανίς — χλαμύς 276.

Ψ

Ψ — T confusa 66.
ψεύσασθαι — γεύσασθαι 92.
ψυχή — τύχη et sim. 66.

Ω.

ὠμοβρώς et sim. 242. 248.

INDEX LATINUS.

Aeliani inepta oratio 223.
Ammiani Marcellini de religione Christiana iudicium 131.
Articuli usus in τῶν οἱ ἦσαν et sim. 390.
Attica forma βασιλῆς, δρομῆς, γραΦῆς in Codd. vitiata 19.
Christiani vitiant Codices Iuliani 131.
Constantinus Magnus Athenis στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων.
Constantius ὁ λοιμός 130.
Constantius quamdiu imperaverit 130.
Dionis Chrysostomi vitiosa dictio 59.
Dionis Chrysostomi verbositas 73.
Euripidis locus apud Plutarchum latens 109. 261.
Infinitivus post ὅτι vitiosus 8.
Nomina propria interpolata in ὦ παῖ Γωβρύεω [Μαρδόνιε], et sim. 13.
Nota interrogandi(;) et δέ confusa 139.
Notae numerorum in libris antiquis 128.
Plusquamperfecti forma Attica ᾔδη, ἐπεπόνθη et sim. in Codd. depravata 14 sqq.
Solis currus (τὸ ἅρμα τοῦ Ἡλίου) in insula Rhodo 79.
Solonis statua in insula Salamine 101.
Sophistae et Rhetores historiae imperiti 69.
Sophoclis κακοζηλία quaedam in procudendis verbis novis 235.
Stheneli πίθος χαλκοῦς 144.
Stobaei Codices misere interpolati 252.

INDEX SCRIPTORUM

QUORUM LOCI TRACTANTUR.

ÆHAEUS Tragicus 259.
ÆSCHINES 192—198.
ÆSCHYLI fragmenta 225—226.
ÆSCHYLUS 188—191.
ÑAXILAS 375.
ıecdota Bekkeri 46. 102. 174. 198. 294. 320. 336. 429. 438.
ÑTHOLOGIA PALATINA 321—328. 430—438.
ÆAROS 76.
ÆISTOPHANES 1.
ÅESAR 329.
ÅTULLUS 333.
ÆORICIUS 159—164.
CERO pro MURENA 295—320.
ÆMETRIUS περὶ ἑρμηνείας 276.
O CHRYSOSTOMUS 56—102.
ÆRIPIDES 21—46.
ÆRIPIDIS fragmenta 249—273.
ÅLENUS 128. 158.
ÆSYCHIUS 138. 248.
ÑBLICHUS de vita Pythagorae 337—384.
Ñ Tragicus 273.
ÅEUS 385—419.
LIANUS 135.
ÆANIUS 103—158.
ÆVIUS 91.
ÑNGI Pastoralia 199—220.

Longinus 77.
Machon 230.
Menander 3. 142.
Ocellus Lucanus 66.
Pherecrates 174. 344.
Plato 55. 380.
Charmides 1—10.
Cratylus 11—20.
Plinii Historia Naturalis 420—429.
Plutarchus 261.
Sallustius 331.
Scholiasta Platonis 154.
Seneca de morte Claudii 221.
Senecae Tragoediae 175—187.
Sophocles 191. 192. 229. 233.
Sophoclis fragmenta 227—248.
Sophron 20.
Statii Sylvae 277.
Stobaeus 378.
Strabo 366.
Suidas 221—224.
Theodectes 274.
Thucydides 247. 385.
Velleius Paterculus 47—55, 165—174.
Vergilius 335.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.
VOLUMEN SEXTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
HARRASSOWITZ.
1878.

Longinus 77.
Machon 230.
Menander 3. 142.
Ocellus Lucanus 66.
Pherecrates 174. 344.
Plato 55. 380.
Charmides 1—10.
Cratylus 11—20.
Plinii Historia Naturalis 420—429.
Plutarchus 261.
Sallustius 331.
Scholiasta Platonis 154.
Seneca de morte Claudii 221.
Senecae Tragoediae 175—187.
Sophocles 191. 192. 229. 233.
Sophoclis fragmenta 227—248.
Sophron 20.
Statii Sylvae 277.
Stobaeus 378.
Strabo 366.
Suidas 221—224.
Theodectes 274.
Thucydides 247. 385.
Velleius Paterculus 47—55, 165—174.
Vergilius 335.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.
VOLUMEN SEXTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
HARRASSOWITZ.
1878.

INDEX.

	Bladz.
nonnullis in Plutarchi Moralibus. C. G. Cobet. . .	1— 48.
ad virum doctissimum Gregorium N. Bernardakis, il. C. G. Cobet.	49— 54.
iticae in poetis scenicis Graecorum. H. van Her-	55— 84.
ΕΣΚΑΜΜΕΝΑ, S. A. Naber.	85—104.
lota Bekkeri. C. G. C.	104.
arlemense (*continuantur ex Tom. V, pag.* 336). T. J. tsma.	105—110.
:a Latina. C. G. Cobet.	111—112.
'chi ΒΙΟΥϹ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΥϹ C. G. Cobet.	113—173.
;us	114.
ılus.	117.
gus.	120.
ı Pompilius.	127.
. . . . .	130.
ius Poplicola	142.
ıistocles	143.
llus.	148.
les	153.
ıs Maximus	158.
iades.	162.
hus in Bekk. Anecd. C. G. C.	173.
um. C. M. Francken.	174—189.
nes Criticae ad Charitonem. S. A. Naber.	190—214·
ıus. C. G. C.	214.
logiae Palatinae partem priorem (Cap. V, VI, VII) ınea. (Continuantur ex Tom. V. p. 438.) H. J. Polak.	215 –224.
lota Bekkeri. C. G. C.	224.
ıus. C. G. C.	224.

Bladz.

ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. C. G. COBET. . . . . 225—237.

Adnotationes Criticae in Alciphronem et Aristaenetum. S. A. NABER. . . . . 238—258.

Plato. C. G. C. . . . . 258.

Stichometrica. C. G. COBET. . . . . 259—263.

Ad Poetas Scenicos Graecorum (Continuantur ex pag. 84). H. VAN HERWERDEN. . . . . 264—282.

Quinti medici dicta. γναφεύς-γραφεύς confusa. C. G. C. . . 282.

De Ciceronis Oratione Agraria secunda. H. T. KARSTEN. . . . 283—304.

Tabernae librariorum Romae in vico Sandaliario. C. G. C. 304.

Satura. J. J. CORNELISSEN. . . . . 305—314.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 314.

De locis nonnullis apud Eunapium in *vitis Sophistarum* et FRAGMENTIS *Historiarum*. C. G. COBET. . . . . 315—336.

Ad Porphyrii Vitam Plotini. C. G. COBET. . . . . 337—356.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 356.

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΥΘΙΣ, scripsit S. A. NABER. . . . . 357—372.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ. Ex voluminibus Herculanensibus. C. G. COBET. . . . . 373—386.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 386.

Miscellanea. Ad Sam. Adr. Naber epistula critica. scripsit E. MEHLER . . . . . 387—412.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 412.

Ad Anthologiae Palatinae partem priorem (Cap. V, VI, VII) Coniectanea. scripsit H. J. POLAK . . . . . 413—423.

Archaeologica. J. J. CORNELISSEN . . . . . 424—431.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 431.

Cicero, *ad Famil.* XI. 23. C. G. C. . . . . 431.

Ciceroniana, de Oratione Agraria I, III et pro Rabirio H.T. KARSTEN 432—443.

Diodorus Siculus. C. G. C. . . . . 443.

Varia. C. G. COBET . . . . . 444—448.

σιβυλλιᾶν — σιλλυβιᾶν — SYLLABUS vocabulum vitio natum. 444.

Diodorus Siculus . . . . . 444.

Dio Cassius . . . . . 446.

DE LOCIS NONNULLIS

IN

PLUTARCHI MORALIBUS.

Incipiam a loco in *Quaestionibus Romanis.*

Pag. 283 *b.* Διὰ τί τοὺς θριαμβεύσαντας ἐξιῶντες ἐν δημοσίῳ ἠρώτουν τοὺς ὑπάτους καὶ πέμποντες παρεκάλουν μηδ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον; Nota res est e Valerio Maximo II. 8. 6. *Mos erat ab imperatore triumphum ducturo Consules invitari ad cenam, deinde rogari ut venire supersedeant; ne quis eo die quo ille triumpharet maioris in eodem convivio sit imperii.* Hanc igitur consuetudinem sic Plutarchus reddit: ἢ καὶ τόπον ἔδει τῷ θριαμβεύσαντι κλίσιον ἐντιμότατον ἀποδίδοσθαι καὶ προπεμπΤΗΝ μετὰ δεῖπνον. Turpe scripturae mendum simplicissima et certa emendatione tolli potest, τόπον ἔδει τῷ θριαμβεύσαντι ΚΑΙCΙΑCΟΝ ἐντιμότατον ἀποδίδοσθαι. una literula emendata emicat vera lectio ΚΛΙCΙΑC pro ΚΑΙCΙΑC, τόπον κλισίας τὸν ἐντιμότατον.

Eadem opera restitues locum in VII *sapientum convivio* pag. 149 *b.* ὁ τοποκλισίας δυσχεραίνων δυσχεραίνει τῷ συγκλιτῇ μᾶλλον τῷ κεκληκότι, ubi τοποκλισίας nihil est, sed iterum τόπΟΝ κλισίας restituendum.

Deinde scribe καὶ προπέμπϵΙΝ ΑΤΤΟΝ. Notum est προπέμπειν τινά honoris causa prosequi aliquem et *deducere.*

Sequuntur Αἴτια Ἑλληνικά, in quibus multo plura sunt recondita et abstrusa quam aut utilia aut lectu iucunda.

Pauculos ex hoc libro locos brevitur exponam.

Pag. 299 *b.* τὸν Διόνυσον αἱ τῶν Ἠλείων γυναῖκες — παρακαλοῦσι — παραγίγνεσθαι πρὸς αὐτάς· — „Ἔλθεῖν, ἥρω Διόνυσε, ΛΑΙΟΝ ἐς ναὸν ἁγνόν". Vertunt: *„maritimum ad templum"*, at tu rescribe Ἁλεῖον.

Addit Plutarchus: εἶτα δὶς ἐπᾴδουσιΝ „Ἄξιε ταῦρε". Bonus interpres candide vertit: *„digne taure!"* Ἄξιε et *digne* idem significant, id est prorsus nihil, sed fortasse in ЄΠΑΙΔΟΤCΙΝΑΞΙЄ aliud quid latet nempe ἐπᾴδουσι Νάξιε ταῦρε! De Bacchi cultu in insula Naxo vide Athenaeum pag. 78 *c.* Plutarchus in *Symposiac.* pag. 741 *a.* commemorat τὸν Ποσειδῶνα ἡττώμενον ἐνθάδε μὲν (*Athenis*) ὑπ' Ἀθηνᾶς, ἐν Δελφοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν Ἄργει δὲ ὑπὸ τῆς Ἥρας, ἐν Αἰγίνῃ δὲ ὑπὸ τοῦ Διός, ἐν ΝΑΞΩΙ δὲ ὑπὸ τοῦ Διονύσου, unde liquido colligimus ut Minervam Athenis. Apollinem Delphis, Argis Iunonem, in Aegina Iovem, sic in insula Naxo Bacchum praecipue cultum fuisse.

Pag. 300 *e.* ἐπεὶ δὲ πειρῶσαν ὁ Εὔνοος ἀπετρЄψατο. Prorsus a rei natura alienum est ἀποτρέπεσθαι. Corrigendum ἀπετρίψατο *reppulit a sese, aspernatus est.* Nota est haec confusio ac frequens. Ἀποτρίβεσθαι in desuetudinem abierat et ubi libri veteres ἀποτρΙψασθαι exhibebant, Graeculi notum sibi verbum ἀποτρέψασθαι substituebant. Notarunt de usu verbi Wyttenbach. ad Plutarchi *Moralia* pag. 82 *c.* et quos ille laudat Wesseling. ad Diod. Sic. Tom. II. pag. 6. et Valckenaer. ad Theocritum pag. 260. Confusionis quam diximus exempla quaedam collegit L. Dindorf. ad St. Th. qui optime correxit apud Plutarch. Tom. II. pag. 122 *b.* σὺ δὴ Γλαῦκον — τὸν ἰατρὸν ἀπετρίψω συμφιλοσοφεῖν ἡμῖν βουλόμενον. cui alter: οὐκ ἀπετριψάμην, pro ἀπετρέψω et ἀπετρεψάμην. Idem loco nostro πειρῶσαν ἀπετρίψατο emendavit. Plurima alia ex Plutarcho proferri possunt, ut in vita *Fabii* 46. 42. ἀπετρίψατο τὴν δέησιν, in *Coriolano* 17. 16. τοὺς μὲν δημάρχους ἀπετρίψατο. in *Paulo Aemilio* 9. 4. τόλους μεγάλους ἀποτριψάμενος, in quibus omnibus libri titubant.

Saepe ponitur ut h. l. in re amatoria veluti in vita *Thesei* 26. 20. τὴν πεῖραν ἰσχυρῶς ἀποτρίψασθαι. et in *Mario* 40. 40. τὸ πρῶτον ἀπετρίβετο τὴν ἄνθρωπον.

Cf. *Observatt. ad Dionys. Hal.* pag. 213.

Quoties hunc Plutarchi librum, qui Αἴτια Ῥωμαϊκά inscribitur, relego miror quo pacto vir sanus ac sobrius tot pueriles fabellas et male sana commenta et absurdas etymologias concoquere potuerit et serio scribere. Hausit hoc ex Antiquariorum consuetudine et lectione, Varrone potissimum et Iuba, in quibus cernitur quam verum sit illud Timonis τοῦ σιλλογράφου·

πουλυμαθημοσύνη, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν.

Nihil est enim tam absurdum quod illis non sanum et verum et certum esse videatur. De Evandro et matre Carmenta et bello Troiano ita loquuntur, quasi haec omnia aut sua aut patrum memoria gesta essent. *Evandrum Hercules literas docuit*, γράμματα τοὺς περὶ Εὔανδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς pag. 278 *e*.

Carmenta mater unde nomen haberet Antiquarii perspexerunt. Est enim ἐξερημένη νοῦ CAR(ens) MENTE. quo quid apertius? pag. 278 *c*. Troianae mulieres taedio longae navigationis naves incenderunt et *osculis* blanditiisque virorum iras placarunt. HINC Romanae matronae cognatis *osculum ferre* solebant; sed alii auctores sunt ita fieri ut, si qua forte temetum bibisset, odore deprehenderetur. Indignum homine hoc quidem est, sed et hoc et illud inane est Antiquariorum πλάσμα et risu refutandum.

In calceis Senatoriis erat *luna* (id est fibula semilunari forma C). Unde hoc? Respondent alii „*est nota numeri centenarii, namque ab initio Senatores* C *fuerunt*". Quid Plutarchus? Dubitat auctore Castore πότερον σύμβολόν ἐϛι τοῦτο τῆς σελήνης καὶ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν αὖθις αἱ ψυχαὶ τὴν σελήνην ὑπὸ πόδας ἔξουσιν, an quia Arcades et Evander προσέληνοι fuerint. Suspicantur etiam homines eruditissimi has lunulas admonere Senatores *ne instabili fortuna confidant*, namque varia et mutabilis Lunae figura est. Aut modestiae praeceptum lunulae continent. Ut enim Luna Soli obtemperat, sic τὴν δευτέραν τάξιν ἀγαπᾶν oportere.

Quaerit pag. 285 *f*. cur corona civica sit *querna?* Serio respondet: παλαιὸν ἀπ' Ἀρκάδων τὸ ἔθος. — πρῶτοι γὰρ ἀνθρώπων

γεγονέναι δοκοῦσιν ἐκ γῆς ὥσπερ ἡ δρῦς τῶν δένδρων. In vita *Coriolani* cap. 3 14 alia comminiscitur et in his *quercum in honore haberi* δι' Ἀρκάδας βλανηφάγους ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρησμῷ προσαγορευθέντας, apud Herod. I. 66.

πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

quo quid esse potest evidentius?

Haeccine virum gravem, doctum, praeclarum serio narrare!

Magis etiam miror quo pacto Plutarchus libris abundans et doctorum consuetudine Romae florens ea nesciverit, quae etiam nunc nemo ignorat. Quid est *Sardi venales?* ut apud Ciceronem *ad Famil.* VII. 24. *habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* Res est aperta, „*T. Gracchus Consul collega P. Valerii Fallonis* (a Chr. 238) *Sardiniam Corsicamque subegit nec praedae quidquam aliud quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuit*". Festus in v. *Sardi venales, alius alio nequior.* Plutarcho aliter visum. Sardi Σαρδιανοί fiunt; ἐπεὶ δὲ Λυδοὶ μὲν ἦσαν οἱ Τυρρηνοὶ ἐξ ἀρχῆς, Λυδῶν δὲ μητρόπολις αἱ Σάρδεις, οὕτω τοὺς Οὐηΐους ἀπεκήρυττον. Quid simplicius? Σαρδιανοί sunt Λυδοί; Λυδοί sunt Τυρρηνοί; Τυρρηνοί sunt *Veientes*; ERGO οἱ Σαρδιανοί significat Veientes. Simillima hisce narrat Plutarchus in *Romulo* cap. XXV. Dixeris *Sardos* non esse Σαρδιανούς, urbem Veios a Romulo captam non esse, nil morantur. Habet tamen Plutarchus magni nominis auctorem apud Festum l. l. „*ex hoc natum proverbium videtur quod ludis Capitolinis, qui fiunt a vicinis praetextatis, auctio Veientium fieri solet, in qua novissimus quisque deterrimus producitur a praecone senex cum toga praetexta bullaque aurea, quo cultu reges soliti sunt esse Etruscorum, qui* SARDI *appellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia*". Plane eadem sunt quae apud Plutarchum, qui Terentium Varronem sequi videtur. Sed Romanorum doctissimus in multiplici et diffusa eruditione nimis saepe transvolat in medio posita et mirifica atque παράδοξα captat. Donec erit aliquid inter *Sardos* et Σαρδιανούς, tutius erit de Consule Graccho quam de rege Romulo cogitare.

Erravit igitur Plutarchus, sed non sine bono et claro auctore ac teste. In aliis etiam hac excusatione carebit. Scribit pag. 268 *a.* ὅτι τῇ νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς, ἣν ἡμέραν Καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσιν, οἱ πρῶτοι κατεστάθησαν ὕπατοι τῶν βασιλέων ἐκπε-

σόντων. Quis autem paullo doctior nescit sex demum saeculis post Urbem conditam Consules Calendis Ianuariis honorem inire coepisse? cf. Livii *Epitomen* 47. Romanorum quidem id ignorabat nemo. In Fastis Verrianis legitur ad Calendas Ianuarias: QUIA EO DIE MAG. INEUNT QUOD COEPIT (A. U.) C. A. DCI.

Non minus graviter errat Plutarchus pag. 278 *d.* Διὰ τί τῶν συγκλητικῶν τοὺς μὲν πατέρας συγγεγραμμένους, τοὺς δὲ ἁπλῶς πατέρας προσηγόρευσν; Quaerit rationem rei, quae numquam facta sit. Quis enim nescit in curiam vocari solere QUI PATRES QUIQUE CONSCRIPTI ESSENT. Livius II. 1. *„traditum inde fertur ut in Senatum vocarentur qui patres quique conscripti essent*; conscriptos *videlicet in novum Senatum appellabant lectos*".

Risum movet igitur Graecorum: ὦ πατέρες συγγεγραμμένοι, et quod apud Plutarchum sequitur τοὺς δὲ ὕστερον ἐπεγγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμασαν. Prorsus fugit Plutarchum rei simplicissimae ratio. Opinabatur enim πατέρας dici *universos*, sed πατέρας συγγεγραμμένους *adlectos* a primis Consulibus. Videmus quam caute sit huiuscemodi testibus aliquid credendum, qui manifesto falsa pro certissimis narrent. Pergit errare sic: *Senatores a Romulo lectos* πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους, οἷον εὐπάτριδας ὄντας, πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι. Etymologia Romana est, id est supra quam credi possit absurda, PATRICIOS *vocatos esse quod* PATRES *suos* CIERE *possent* (πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι). Hinc P. Decius apud Livium X. 8. *An numquam fando audistis patricios esse — qui* PATREM CIERE *possent, id est nihil ultra quam ingenuos?* Qui etymologiae morbo laborat in analogia caecutire solet καὶ βλέπων οὐδὲν βλέπειν. Quum sit ingens numerus vocabulorum in — ICIUS exeuntium et eadem analogia formatorum, in uno PATRICIUS verbum CIERE inesse affirmant magis quam sciunt. Praeterea interesse aliquid inter PATRES et PATRICIOS Plutarchus aut non cogitavit aut nesciebat.

In fine loci leve vitium eximendum superest. Editur enim εὐπάτριδας contra Plutarchi sententiam, qui εὐπατρίδας dixerat. Facile distinguuntur ὁ πατρίδα ἔχων ἀγαθήν et ὁ ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς γεγονώς, et tamen in libris crebro haec permiscentur.

γεγονέναι δοκοῦσιν ἐκ γῆς ὥσπερ ἡ δρῦς τῶν δένδρων. In vita *Coriolani* cap. 3 14 alia comminiscitur et in his *quercum in honore haberi* δι' Ἀρκάδας βλαννηφάγους ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρησμῷ προσαγορευθέντας, apud Herod. I 66.

πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βλαννηφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

quo quid esse potest evidentius?

Haeccine virum gravem, doctum, praeclarum serio narrare!

Magis etiam miror quo pacto Plutarchus libris abundans et doctorum consuetudine Romae florens ea nesciverit, quae etiam nunc nemo ignorat. Quid est *Sardi venales?* ut apud Ciceronem *ad Famil.* VII. 24. *habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* Res est aperta, „*T. Gracchus Consul collega P. Valerii Falionis* (a Chr. 238) *Sardiniam Corsicamque subegit nec praedae quidquam aliud quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuit*". Festus in v. *Sardi venales, alius alio nequior.* Plutarcho aliter visum. Sardi Σαρδιανοί fiunt; ἐπεὶ δὲ Λυδοὶ μὲν ἦσαν οἱ Τυρρηνοὶ ἐξ ἀρχῆς, Λυδῶν δὲ μητρόπολις αἱ Σάρδεις, οὕτω τοὺς Οὐηΐους ἀπεκήρυττον. Quid simplicius? Σαρδιανοί sunt Λυδοί; Λυδοί sunt Τυρρηνοί; Τυρρηνοί sunt *Veientes*; ERGO οἱ Σαρδιανοί significat Veientes. Simillima hisce narrat Plutarchus in *Romulo* cap. XXV. Dixeris *Sardos* non esse Σαρδιανούς, urbem Veios a Romulo captam non esse, nil morantur. Habet tamen Plutarchus magni nominis auctorem apud Festum l. l. „*ex hoc natum proverbium videtur quod ludis Capitolinis, qui fiunt a vicinis praetextatis, auctio Veientium fieri solet, in qua novissimus quisque deterrimus producitur a praecone senex cum toga praetexta bullaque aurea, quo cultu reges soliti sunt esse Etruscorum, qui* SARDI *appellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia*". Plane eadem sunt quae apud Plutarchum, qui Terentium Varronem sequi videtur. Sed Romanorum doctissimus in multiplici et diffusa eruditione nimis saepe transvolat in medio posita et mirifica atque παράδοξα captat. Donec erit aliquid inter *Sardos* et Σαρδιανούς, tutius erit de Consule Graccho quam de rege Romulo cogitare.

Erravit igitur Plutarchus, sed non sine bono et claro auctore ac teste. In aliis etiam hac excusatione carebit. Scribit pag. 268 *a*. ὅτι τῇ νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς, ἣν ἡμέραν Καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσιν, οἱ πρῶτοι κατεστάθησαν ὕπατοι τῶν βασιλέων ἐκπε-

σόντων. Quis autem paullo doctior nescit sex demum saeculis post Urbem conditam Consules Calendis Ianuariis honorem inire coepisse? cf. Livii *Epitomen* 47. Romanorum quidem id ignorabat nemo. In Fastis Verrianis legitur ad Calendas Ianuarias: QUIA EO DIE MAG. INEUNT QUOD COEPIT (A. U.) C. A. DCI.

Non minus graviter errat Plutarchus pag. 278 *d.* Διὰ τί τῶν συγκλητικῶν τοὺς μὲν πατέρας συγγεγραμμένους, τοὺς δὲ ἁπλῶς πατέρας προσηγόρευον; Quaerit rationem rei, quae numquam facta sit. Quis enim nescit in curiam vocari solere QUI PATRES QUIQUE CONSCRIPTI ESSENT. Livius II. 1. *„traditum inde fertur ut in Senatum vocarentur qui patres quique conscripti essent*; conscriptos *videlicet in novum Senatum appellabant lectos*".

Risum movet igitur Graecorum: ὦ πατέρες συγγεγραμμένοι, et quod apud Plutarchum sequitur τοὺς δὲ ὕστερον ἐπεγγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμασαν. Prorsus fugit Plutarchum rei simplicissimae ratio. Opinabatur enim πατέρας dici *universos*, sed πατέρας συγγεγραμμένους *adlectos* a primis Consulibus. Videmus quam caute sit huiuscemodi testibus aliquid credendum, qui manifesto falsa pro certissimis narrent. Pergit errare sic: *Senatores a Romulo lectos* πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους, οἷον εὐπάτριδας ὄντας, πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι. Etymologia Romana est, id est supra quam credi possit absurda, PATRICIOS *vocatos esse quod* PATRES *suos* CIERE *possent* (πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι). Hinc P. Decius apud Livium X. 8. *An numquam fando audistis patricios esse — qui* PATREM CIERE *possent, id est nihil ultra quam ingenuos?* Qui etymologiae morbo laborat in analogia caecutire solet καὶ βλέπων οὐδὲν βλέπειν. Quum sit ingens numerus vocabulorum in — ICIUS exeuntium et eadem analogia formatorum, in uno PATRICIUS verbum CIERE inesse affirmant magis quam sciunt. Praeterea interesse aliquid inter PATRES et PATRICIOS Plutarchus aut non cogitavit aut nesciebat.

In fine loci leve vitium eximendum superest. Editur enim εὐπάτριδας contra Plutarchi sententiam, qui εὐπατρίδας dixerat. Facile distinguuntur ὁ πατρίδα ἔχων ἀγαθήν et ὁ ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς γεγονώς, et tamen in libris crebro haec permiscentur.

De inepto Etymologiarum amore et studio, vel potius morbo et insania, qua Plutarchus laborat, nihil attinet multa dicere. Nihil est tam absonum, quod ei non credibile esse videatur, et de linguae Graecae ratione et usu ne cogitat quidem. In libro *de Iside et Osiride* pag. 352 *a*. serio graviter ita scribit: *ipsum nomen templi Isidis* ΣΑΦΩC *ἐπαγγέλλεται καὶ γνῶσιν καὶ εἴδησιν τοῦ* ΨΟΝΤΟC. *Ὀνομάζεται γὰρ* ΪCΕΙΟΝ *ὡς* ΕΙCΟΜΕΝΩΝ *τὸ* ΨΟΝ, *ἂν μετὰ λόγου προσέλθωμεν.* Hic ne Wyttenbachius quidem continere se potuit sed „*merito* (inquit) *dubites Plutarchum credidisse in hac vocabuli forma* (Ἰσεῖον) *partes esse τοῦ ὄντος, ac non argumento et mulieris, ad quam scribebat, ingenio se accommodasse*". Utrique fecit iniuriam et Plutarcho *τῷ Φιλαληθεῖ*, qui errare in his et caecutire et hallucinari poterat, sed mentiri non poterat, et optimae Cleae, quae in harum quidem rerum intelligentia Plutarcho nihil concedebat.

Ioculare est quidem in *Ἰσεῖον τὸ* ΨΟΝ inesse putare, nam quid facias in *κουρεῖον, ἀσωτεῖον, σκαριφεῖον, κασαυρεῖον, κυβεῖον, πορνεῖον* aliisque innumerabilibus, quibus *πρὸς τὸ* ΨΟΝ nihil est negotii? Sed nescio quomodo in talibus linguae analogiam minime curabant.

Peiores etiam et aliquanto stolidiores sunt Etymologiae, quas et alii apud nostrates et Wyttenbachius ad Plutarchum procudit. Plutarchus in hoc lusu saltem cogitationis et sententiae aliquam cognationem spectare solet, Wyttenbachius et reliqui nil nisi verbis formisque et notionibus *ψηφοπαιστοῦσιν*. Plutarcho teste pag. 165 *d*. ΔΕΙΜΑ *καὶ* ΤΑΡΒΟC *τὸ συνδέον τὴν ψυχὴν καὶ ταράττον ὠνόμασαι*. Wyttenbachius annotat: „*Vera notatio:* δεῖμα *dictum a* δεῖν ligare, *ut* vinculum animi *iam Plato docuit* (docuit!) *in* Cratylo pag. 270 *c*". Quid, quaeso, tandem *δίος, δεινός, ἴδεισα, δεῖμα, δειμαίνω,* Ἀδείμαντος, *δειμαντοῦν* cum *δεῖν ligare* habere potuerunt negotii? Sed deteriora etiam sunt quae Wyttenbachius fingit de suo, veluti ad pag. 386 *d*. „*Equidem θήν formatum dicam ex δήν* diu, *et item fuisse τήν a τέω* tendo." et ad pag 83 *d*. „*πτοία — cum πτήσσειν* pavere, *πτύρεσθαι coniunctum: a primitivo πέω, quod producitur in πτέω, πέτω* cado, labor, *et cognato πάω* calco, condenso, percutio, *παίω, πταίω* paveo. — *Est vero a τέρω ortum* terreo, *inde τρέω, τρέμω, τρέπω*, trepidus." et ad pag. 548 *b*. „*Latinum* dicere *est*

Graecum δίκειν iacere." et ut finem faciam ad pag. 149 *b.* „*Est prima et simplex origo in verbo* κάω, *per vocales variato* in κέω κίω κόω κύω; *quibus in omnibus notio* continendi *et* figendi *inest.* — *Eadem per adiectum* τ *pariunt* κτάω, κτέω, κτίω, *unde sunt* κτᾶσθαι, κτίζειν, κτείνειν, *in quo, ut in* καίνειν, occidendi *notio cognata est cum* figendi *et* continendi *notione*".

An non hoc est ῥηματίοις ψηφοπαιγεῖν? Sed in his quoque verum esse apparuit τὸ τοῦ Δημοσθένους ὅτι σαθρὸν πᾶν τὸ μὴ ἐξ ἀληθείας συγκείμενον.

Sequitur libellus in decrepita Graecia ab inepto ludimagistro scriptus Συναγωγὴ ἱστοριῶν παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν neque lectione neque emendatione dignus sive argumenti spectes futilitatem sive scribendi infantiam. Neque tantum homo historiolas inficetas de suo commentus est, sed testes etiam et auctores, quos nemo vidit et nemo videbit, de nihilo fictos produxit. Wyttenbachii exemplo admonitus ita scribentis: „*vereor ne oleum et operam perdidisse videar annotationibus in tam futilem libellum conscribendis*" nugatorem cum suis mendaciis facessere iubeo.

Sequuntur declamatiunculae περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι, leves et iuveniles opellae, sed Plutarchi tamen iuvenis iam tum pectoris et ingenii dotibus praecellentis.

Pag. 316 *d.* κατηγορεῖται δ' ἀρετὴ μὲν ὡς καλὸν, ἀνωφελὲς δέ. τύχη δὲ ὡς ἀβέβαιον μὲν, ἀγαθὸν δέ. Κατηγορῶμαι *accusor* apud Veteres inauditum et pugnans cum verbi κατηγορεῖν (*dicere in aliquem*) natura, apud sequiores et Plutarchum sexcenties legitur. Sed καλὸν μὲν, ἀνωφελὲς δέ, ἀβέβαιον μὲν, ἀγαθὸν δέ, non sunt *crimina*, sed (ut philosophi loquuntur) *praedicata* virtutis et fortunae. Ergo scribendum: κατηγορεῖται δ' ἀρετHC μέν — τύχHC δέ.

Pag. 317 *d.* ἀλλὰ τῆς μὲν ἀρετῆς πρᾷόν τε τὸ βάδισμα καὶ τὸ βλέμμα καθεκτικός· ΠΑΡΕΧΕΙ δέ τι καὶ τῷ προσώπῳ πρὸς

τὴν ἄμιλλαν ἐρύθημα τῆς Φιλοτιμίας. Manifesto mendosum est παρέχει. Reponendum quod est in ea re proprium et frequens ΈΠΑΝΘΕΙ ἐπανθεῖ δέ τι — ἐρύθημα. Nicostratus περὶ γάμου in Stobaei *Floril.* 70. 12. ὅτῳ ἐπανθεῖ οὐκ ἐρύθημα ἀλλὰ σκότος τε καὶ νέφος, τούτου ἡ ψυχὴ οὐδαμῇ οὐδαμῶς εὐφραίνεται.

Pag. 318 *d.* τὰ παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ τρόπαια — οὕτως ἐπιγέγραπται, [καὶ] εἰκότως· πλεῖσον γὰρ Ἀφροδίτης — ἡ τύχη μετέσχηκεν. Non est haec Graeca compositionis forma, sed expuncto καί... ἐπιγέγραπται. Εἰκότως· πλεῖσον γάρ κτέ.

Pag. 319 *a.* (*Furius Camillus*) Φήμης ἱδρύσατο καὶ Κληδόνος ἕδη παρὰ τὴν Κινὴν ὁδόν. Vertunt: „*Famae et Ominis templum locavit*". Meliora docebit Cicero *de Divinatione* II. 32 *audita vox est monentis ut providerent, ne a Gallis Roma caperetur: ex eo Aio Loquenti aram in Nova via consecratam.* Plutarchus vertit Graece ut potuit. Cf. Livius V. 50. *inssumque templum in Nova via Aio Locutio fieri.* Alius aliud narrat: Cicero *aram*, Livius *templum*, Plutarchus *signa* (ἕδη). Solus Cicero videre potuit. Livius et Plutarchus ἀκοὴν μαρτυροῦσιν.

Pag. 319 *f.* καί τινα τῶν περὶ αὐτὸν ἐπὶ μαντείΑC σεμνυνόμενον. Constanter Graeci omnes dicebant σεμνύνεσθαι, μέγα φρονεῖν, κομᾶν et sim. ἐπί TINI. Itaque rescribendum: ἐπὶ μαντείΑΙ. Chrysippus apud Plutarchum pag. 1038 *d.* ὥσπερ τῷ Διὶ προσήκει σεμνύνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τε καὶ τῷ βίῳ καὶ μέγα φρονεῖν καὶ, εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ὑψυχεῖν καὶ κομᾶν καὶ μεγαληγορεῖν.

Pag. 326 *b.* Ἀλεξάνδρου — βάλλοντος ἤδη τὰς τῶν ὅπλων αὐγὰς εἰς τὴν Ἰταλίαν, ΩC πρόφασις μὲν ἦν αὐτῷ [τῆς στρατείας] ὁ Μολοττὸς Ἀλέξανδρος ὑπὸ Βρεττίων — κατακεκομμένος. Impedita et molesta compositio vitium arguit. Lege ΥΩΝ pro ὡς et expunge τῆς στρατείας et optime procedent omnia.

Pag. 330 *c.* *Aristippus* καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαΜΤδι χρώμενος δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον. Tralaticio errore sic scribitur pro χλαΝΙδι.

Μιλησία χλανίς est hominis luxuria et deliciis diffluentis. Plutarchus in *Alcibiade* 23. 20. narrat *Spartanos quum viderent Alcibiadem ἐν χρῷ κουριῶντα καὶ ψυχρολουτοῦντα καὶ μάζῃ συνόντα καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον ἀπιστεῖν καὶ διαπορεῖν εἴ ποτε μάγειρον ἐπὶ τῆς οἰκίας οὗτος ἀνὴρ ἔσχεν ἢ προσέβλεψε μυρεψὸν ἢ* Μιλησίας *ἠνέσχετο θιγεῖν* ΧΛΑΝΙΔΟC.

Pag. 332 *e.* (*ὁ* Πῶρος *Ἀλεξάνδρου*) *πυθομένου πῶς αὐτῷ χρήσεται·* Βασιλικῶς, *εἶπεν.* Apertum est verum esse *χρήσηται.* In talibus sexcenties sic peccatur. Post pauca pag. 333 *a.* Φιλοξένου — *πυνθανομένου εἰ ἀναπέμψει*, emendandum *ἀναπέμψηι*, et similiter in similibus.

Pag. 338 *b* Δημήτριος *δὲ — καταιβάτης καλούμενος Ἐπήκουεν.* Nihil est certius quam *Τπήκουεν* olim a Plutarcho scriptum fuisse. Calamitosum verbum est *ὑπακούειν*, quod saepe male intelligitur, saepe in *ἐπακούειν* depravatur. Discrimen tamen est certum et perspicuum. *Vocatum* (vel *citatum*) *respondere, venire, adesse si quis iusserit*, et similia his omnia *ὑπακούειν* dicuntur. Frequentissime ponitur de ianitore, qui quum quis ostium pulsasset, *ὑπακούει.* Optime intelligitur *ὑπακούειν* ex loco Plutarchi *de genio Socratis* pag. 597 *d.* *ἔκοψαν οἱ περὶ Πελοπίδαν τοῦ Λεοντίδου τὴν αὔλειον. καὶ πρὸς τὸν ὑπακούσαντα τῶν οἰκετῶν ἔφασαν ἥκειν Ἀθήνηθεν γράμματα τῷ Λεοντίδῃ παρὰ Καλλισράτου κομίζοντες. Ὁ δ' ἀπαγγείλας καὶ κελευσθεὶς ἀνοῖξαι τὸν μοχλὸν ἀφεῖλεν.* Vides *ὑπακούειν* non esse *ianuam aperire* sed *visere quis sit* qui fores pultaverit *quidve petat.* Plutarchus *de sollertia animalium* pag. 969 *f.* *ὁ δὲ Φρουρὸς κύων ἐπεὶ μηδεὶς ὑλακτοῦντι τῶν νεωκόρων ὑπήκουσεν αὐτῷ Φεύγοντα τὸν ἱερόσυλον ἐπεδίωκεν.* Plutarchus pag. 419 *b* *δὶς μὲν οὖν κληθέντα σιωπῆσαι, τὸ δὲ τρίτον ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι.* Sic igitur Demetrius *καταιβάτης καλούμενος* ad vocem respondebat *Τπήκουεν.*

Pag. 339 *e.* *Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος τρόπῳ τινὶ τῶν κακῶν ἔσχε τὴν ἀκρασίαν.* Deest aliquid, nempe *τρόπῳ τινὶ (αἰτίαν) τῶν κακῶν ἔσχε.*

Pag. 340 *e* *ἐκαλεῖτο δ' ΫΑΡΑ 'ΑΛΤΝΟΜΟC.* Immo vero *ἐκαλεῖτο δ' Ἀβδαλώνυμος.*

Pag. 343 *b.* *ὁ μὲν γὰρ* (*Diomedes*) *θεοῖς μάχεσθαι ἦν ἕτοιμος, ὁ δὲ* (*Alexander*) *πάντα τοὺς θεοὺς ἐνόμιζε κατορθοῦν.* Excidit praepositio *πάντα* ΔΙΑ *τοὺς θεοὺς ἐνόμιζε κατορθοῦν.* Alexander victorias *suas* beneficio Deorum tribuebat.

Pag. 346 *c.* *Ἐπαμεινώνδας — ἐπεμβῆναι τῇ Σπάρτῃ πεσούσῃ καὶ ΠΑτῆσαι τὸ φρόνημα καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως ἠθέλησεν.* Non hoc volebat, sed ΚΑΤΑπατῆσαι *τὸ φρόνημα*, quod est multo acrius et vehementius *pedibus conculcare et obterere.*

Pag. 347 *c.* de nuntio victoriae Marathoniae: *οἱ δὲ πλεῖστοι λέγουσιν Εὐκλέα δραμόντα σὺν τοῖς ὅπλοις θερμὸν ἀπὸ τῆς μάχης καὶ ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν* ΠΡΩΤΩΝ *τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν· Χαίρετε καὶ χαίρομεν.* Nondum poenitet correxisse *ταῖς θύραις τῶν* ΠΡΤΤΑΝΘΩΝ et *χαίρετε*, ΝΙΚΩΜΘΝ.

Pag. 348 *d.* *ἡ Περικλέους ἐπιμέλεια τὴν ΫΑΚΡΑΝ ἐκόσμησεν.* Pericles non *promontorium* exornavit sed *arcem.* Ergo scribendum: *τὴν ἀκρόπολιν ἐκόσμησεν.*

Pag. 350 *b.* *ἆρ' οὖν ἄξιον προκρῖναι τὸν Ὑπερείδου Πλαταϊκὸν τῆς Ἀριστείδου* ΠΑΡΑΓΓΘΛΙΑC *νίκης*; Scripsisse videtur: *τῆς Ἀριστείδου* ΠΛΑΤΑΙΑCΙ (Πλαταιᾶσι) *νίκης*; cf. Plutarchum pag. 1098 *a.* *ὅταν δὲ λάβω τὰ Θρασυβούλου καὶ Πελοπίδου πρὸ ὀφθαλμῶν κατορθώματα καὶ τὸν ἐν Πλαταιαῖς Ἀριστείδην ἢ τὸν ἐν Μαραθῶνι Μιλτιάδην.*

Pag. 351 *c.* (*τὸν λόγον τὸν*) *πρὸς* 'ΑΜΑθούσιον *περὶ ἀνδραποδων.* Exstat Oratio inscripta *πρὸς* 'ΑΡΘθούσιον.

Sequentem librum *περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος* legant et admirentur quibus Aegyptii et Aegyptiaca placent. Equidem *Φιλαθήναιος ὢν μᾶλλον ἢ Φιλαιγύπτιος* non libenter haec lego et amatoribus talium rerum non invitus intacta omnia relinquo.

De Aegyptiorum superstitionibus quid sentirent Athenienses

Athenaeus docuit pag. 229 *e* sq. unde unum locum excerpo: *Ἀναξανδρίδης δ' ἐν Πόλεσι πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἀποτεινόμενος τὸν λόγον φησίν·*

οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ,
οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ' οὔθ' οἱ νόμοι
ἡμῶν, ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.
βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.
τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγεῖ δαίμονα,
ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παρὰ πολύ.
οὐκ ἐσθίεις ὗει', ἐγὼ δέ γ' ἥδομαι
μάλιστα τούτοις. κύνα σέβεις, τύπτω δ' ἐγώ,
τοὔψον κατεσθίουσαν ἡνίκ' ἂν λάβω.
τοὺς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος
εἶναι, παρ' ὑμῖν δ', ὡς ἔοικ', ἀπηργμένους.
τὸν αἰέλουρον κακὸν ἔχοντ' ἐὰν ἴδῃς
κλάεις, ἐγὼ δ' ἥδις' ἀποκτείνας δέρω.
δύναται παρ' ὑμῖν μυγαλῆ, παρ' ἐμοὶ δέ γ' οὔ.

Quanto igitur Atheniensium iudicio, credo et nostro, melius est anguillam *comesse* quam *adorare*, tanto meliora sunt et saniora Graeca omnia et Attica quam Aegyptiaca.

Pag. 364 *b.* *διὸ καὶ πυρρόχρων* (τὸν Τυφῶνα) *γεγονέναι τῷ σώματι καὶ πάρωχρον νομίζοντες οὐ πάνυ προθύμως — ὁμιλοῦσι τοῖς τοιούτοις τὴν ὄψιν ἀνθρώποις.* An potest homo idem simul *πυρρόχρως* esse et *πάρωχρος*? Simul *rubicundus* et *subpallidus?* Vetus esse *διττογραφία* videtur ΠΥΡΡΟΧΡΩΝ — ΠΑΡΩΧΡΟΝ. Itaque *καὶ πάρωχρον* expunxerim, quod etiam perincommoda sede collocatum est.

Pag. 364 *d.* *ἥλιον δὲ καὶ σελήνην οὐχ ἅρμασιν ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν* ΑΘΙ *αἰνιττόμενοι τὴν ἀΦ' ὑγροῦ τροφὴν αὐτῶν.* Pro ΑΘΙ Badhamus in libri mei margine correxit ΦΑCΙ, rectissime.

Pag. 381 *b.* *φωνῆς γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεής ἐστι καὶ δι' ἐψόφου βπίνων κελεύθου* ΚΑΙ ΔΙΚΗC *τὰ θνητὰ ἄγει* ΚΑΤΑ ΔΙΚΗΝ. Plutarchus in *Quaestt. Platonicis* pag. 1007 *c.*

πάντα γὰρ δι' ἀψόφου

βκίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγει.

Euripides *Troad.* vs. 886.

Ζεύ:, εἴτ' ἀνάγκη Φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν,
προσηυξάμην σε· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
βκίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Perspicuum est quum mendose esset scriptum *καὶ δίκης* veram lectionem *κατὰ δίκην* in margine annotatam fuisse, deinde factum est quod assolet.

Est operae pretium ostendere quanto opere Plutarchus ipse, qui haec abstrusissima arcana admiratur et stupet, qui non miratur crocodilum esse *imaginem et effigiem Dei* (*μίμημα θεοῦ*), crocodilum, *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί! Non deest* (inquit) *iusta causa cur crocodilus colatur.* Quam putas? Nempe *μόνος ἄγλωσσός ἐστιν* et *φωνῆς ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεής ἐστιν. Ergo colendus pro deo est,* QUOD ERAT DEMONSTRANDUM.

Addit alterum argumentum — libere dicam — etiam aliquanto absurdius, quod vide apud ipsum.

Est operae pretium, inquam, videre quanto opere idem Plutarchus, idque scribens ad sacerdotem Isiacam, palam profiteatur quam sibi in his Aegyptiorum multitudo ineptire et insanire videatur. Laudat pag. 379 *c.* philosophorum sententiam: *τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. Deorum signa* (inquit) *ipsorum nominibus appellantur et sic dicitur:* ὁ Ζεὺς ὁ Καπετώλιος *περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐνεπρήσθη καὶ διεφθάρη, et perniciosos errores ex hac dicendi consuetudine nasci. In ea re maxime* (sic pergit) *Aegyptii peccant: Graeci recte dicunt Veneri sacram columbam, Minervae anguem, cornum Apollini, canem Dianae,* Αἰγυπτίων δὲ οἱ πολλοὶ θερπτεύοντες αὐτὰ τὰ ζῷα καὶ περιέποντες ὡς θεοὺς οὐ ΓΕΛΩΤΟϹ *μόνον οὐδὲ* ΧΛΕΥΑϹΜΟΥ *καταπεπλήκασι τὰς ἱερουργίας, et hoc quidem* (inquit) *huius stoliditatis vilissimum damnum est, sed imbibitur hinc animis exitialis opinio, ex qua infirmiores ad anilem superstitionem delabuntur, acutiores negant esse deos et in effrenatam impietatem prorumpunt.*

Haec si Plutarchus ipse fatetur, qui erat *„paullo infirmior"* et in has superstitiones pronior, quid putemus in his animi fuisse cordatioribus et acutioribus?

Pag. 363 *f.* ἐν Σάϊ ἐν τῷ προπύλῳ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἦν γεγλυμμένον βρέφος, γέρων, καὶ μετὰ τοῦτο ἱέραξ, ἐφεξῆς δ' ἰχθύς, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἵππος ποτάμιος. Ἐδήλου δὲ συμβολικῶς· Ὦ γινόμενοι καὶ ἀπογινόμενοι δεο****** γέρων· ἱέρακι δὲ τὸν θεὸν φράζουσιν, ἰχθύϊ δὲ μῖσος, — ἵππῳ ποταμίῳ δὲ ἀναίδειαν. Facile est lacunam supplere ex Clemente Alexandrino, cuius locum Wyttenbach iudicavit *Strom.* V. pag. 670 Pott. hunc: ἐν Διὸς πόλει τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καλουμένου πυλῶνος διατετύπωται παιδίον μὲν γενέσεως σύμβολον, φθορᾶς δὲ ὁ γέρων, θεοῦ τε αὖ ὁ ἱέραξ, ὡς ὁ ἰχθὺς μίσους καὶ κατ' ἄλλο πάλιν σημαινόμενον ὁ κροκόδειλος ἀναιδείας. Φαίνεται τοίνυν συντιθέμενον τὸ πᾶν σύμβολον δηλωτικὸν εἶναι τοῦδε· Ὦ γενόμενοι καὶ ἀπογενόμενοι, θεὸς μισεῖ ἀναίδειαν, unde in hunc modum redintegranda est Plutarchi oratio: Ὦ γενόμενοι καὶ ἀπογενόμενοι, θεὸ(C MICϴI ANAIΔϴIAN), unde facili negotio sarciuntur reliqua: (τὸ βρέφος μὲν γὰρ γενέσεως σύμβολον, φθορᾶς δὲ ὁ) γέρων κτέ.

Animadverte autem mihi quanto molimine et quam tenebricosis ambagibus nihil dicatur. Quis est enim mortalium qui nesciat aut cuius intersit doceri, ὅτι ὁ Θεὸς τὴν ἀναίδειαν μισεῖ? Nemo hercle. At ille ad hanc sapientiam cognoscendam undique omnes convocat „*et vivos et mortuos*".

Sequitur libellus περὶ τοῦ ϴI (*de littera* ϴ) τοῦ ἐν Δελφοῖς, in quo quaeritur quod iam reperiri nullo pacto possit. Itaque ingenio indulgentes coniecturis certant, quarum nulla est probabilis aut similis veri: sunt quaedam acutae et subtiles, nonnullae ne hoc quidem.

Pag. 384 *f.* Ἆρα δὴ ὅσον ἐλευθεριότητι καὶ κάλλει τὰ χρηματικὰ δῶρα λείπεται τῶν ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας, καὶ διδόναι καλὸν ἐςι καὶ διδόντας ἀνταιτεῖν ὅμοια. In his una literula emendata et una inserta locus ex impedito planus et perspicuus fiet. De more erat scriptum: *ΡΑΔΗ, ut litera initialis minio pingeretur. supplevit scriba (Ἅ)ρα, quum deberet (Ὅ)ρα dare. Ὅρα δὴ ὅσον — τὰ χρηματικὰ δῶρα λείπεται τῶν ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας, (Ἅ add.) καὶ διδόναι καλόν κτέ.

Similiter pag. 385 *b*. periit articulus: *τοὺς ἐν ἀρχῇ* (ΤΑ) *περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντας*.

Quantas turbas dederit in libris litera initialis (minio pingenda) aut omissa aut male expleta non uno loco ostendimus. Palmaris est emendatio Reiskii pag. 549 *c*. ubi in libris circumfertur: *ἡ ποινὴ ἡ παραχρῆμα τὸ πταῖσμα — διώκουσα πλημμὴ — μετάγει πρὸς τὸ δέον*. Praeclare correxit: *Ἵππον ἡ παραχρῆμα*. Erat in vetusto libro: *ΠΠΟΝΗΠΑΡΑΧΡΗΜΑ, unde stipes *ἡ ποινή* effinxit.

Pag. 385 *c*. *ὡς δὲ καθίσας περὶ* (L. *παρὰ*) *τὸν νεὼν τὰ μὲν αὐτὸς ἠρξάμην ζητεῖν, τὰ δ' ἐκείνους ἐρωτᾶν ὑπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν λόγων αὐτῶν, ἃ πάλαι ποτὲ καθ' ὃν καιρὸν ἐπεδήμει Νέρων ἠκούσαμεν Ἀμμωνίου*. Magna est in his lacuna post *τῶν λόγων αὐτῶν*. Sententia amissorum erat ferme huiuscemodi: *„ab ipso loco et sermonis argumento* (invitati coepimus omnes ea narrare) *ἃ πάλαι ποτὲ ἠκούσαμεν*.

Pag. 385 *c*. *ἐπεὶ δὲ τοῦ φιλοσοφεῖν, ἔφη, τὸ ζητεῖν, τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν*. Fieri non potest quin haec aliquam labem conceperint. Optime haberet *τοῦ φιλοσοφεῖν ἡ ἀρχὴ* (vel *τὸ αἴτιον*) *τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν ἐστιν*. Plato in *Theaeteto* pag. 155 *d*. *μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἡ αὕτη*. sed quo pacto vulgata hinc nasci potuerit non perspicio.

In fine eiusdem loci scribendum: *ὅρα δὲ καὶ ταυτὶ τὰ προγράμματα — ὅσΟΝ λόγων πλῆθος ἀΦ' ἑκάστου — ἀναπέφυκεν, ὧν οὐδενὸς ἧττον οἶμαι γόνιμον λόγΩΝ εἶναι ΤΟ νῦν ζητούμενον*, pro *ὅσΩΝ*, *λόγΟΝ*, *ΤΟΝ*.

Pag. 387 *c*. Plutarchus se vitiosa subtilitate usum fatetur, sed editur absurde: *εἰ καὶ ΑΙCχρὸν εἰπεῖν* pro *ΓΛΙCχρον*, qua confusione nihil est frequentius. *Γλίσχρος* in desuetudinem abierat et indocti scribae notum sibi *Αἰσχρός* substituebant sententiae securi. cf. *Observatt. ad Dion. Hal.* pag. 122. et Wyttenb. ad Plutarchum Tom. II. pag. 31 *e*. In Isocratis *Philippo* pag. 111 *b*. pro *οὐκ αἰσχρῶς ἀλλ' ἀληθινῶς* Urbinas verum servavit *οὐ γλίσχρως*. Sed quod Wyttenbach in vita *Caesaris* cap. 20.

πλείους Αἰσχρῶς ἀγωνισαμένους τρεψάμενος διέφθειρεν reponit γλίσχρως non assentior. Ut Livius dicit VI. 1. *ad Alliam cum exitio Urbis* foede *pugnatum est*, sic Plutarchus in *Camillo* cap. 18. τῶν βαρβάρων ἐπιφανέντων αἰσχρῶς ἀγωνισάμενοι ἐτράποντο, et in *Othone* cap. 12. αἴσχιστα δ' ἠγωνίσαντο πάντων οἱ στρατηγικοί.

Pag. 389 *b.* ex Aeschylo:

μιξοβόαν πρέπει
διθύραμβον ὁμαρτεῖν
σύγκΟΙΝον Διονύσῳ.

receptam oportuit Porsoni certam emendationem σύγκΩΜον Διονύσῳ, quam Wyttenbachius quoque impense probabat auctorem ignorans.

Pag. 391 *c.* τὸ Ὀρφικὸν ὑπειπών·

Ἕκτῃ δ' ἐν γενεῇ καταπαύσατε ΟΙμον ἀοιδῆς.

Plato in *Philebo* pag. 66 *c.* Ἕκτῃ δ' ἐν γενεῇ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε ΚΟΣμον ἀοιδῆς. Triplex scriptura circumfertur: Οἶμον, Θυμὸν, Κόσμον. Quae vera est? nulla, sed quam Badham repperit ΘΕΣμὸν ἀοιδῆς.

Pag 392 *d.* οὐ γὰρ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ὕδατι γένεσις ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' ΑΤΤΩΝ ἴδοις ἄν. Imo vero ἐπ' ΑΝΩΝ, id est ἐπ' ἀνθρώπων.

Pag. 395 *e.* ἢ τοῦτο μὲν (ᾔδεις) „πρὶν Θέογνιν γεγονέναι" κατὰ τὸν Κωμικόν. Scribendum: ἤ

τουτὶ μὲν ᾔδεις πρὶν Θέογνιν γεγονέναι.

cf. pag. 777 *c.* ἕωλόν ἐστι καὶ ὑποπιπτέτω τῷ (Leg. ὑποπίπτΕΙ τῷ)·

τουτὶ μὲν ᾔδειν πρὶν Θέογνιν γεγονέναι.

Gellius N. A. I. 3. „*contra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profecto nemo ignoravit, etiam* priusquam Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur". Non salsissime nunc quidem Lucilius. In Graecia scitum est, nam qui pueritiae memoriam recordabantur ultimam iis veniebat in mentem Theognidis, cuius olim versiculos memoriter in ludo ediscebant:

Romanis non item. Ponitur proverbium de re vel pueris notissima aut manifesta.

Pag. 398 *a.* Ἀριστοτέλης — Ὅμηρον ἔλεγε κινούμενα ποιεῖν ὀνόματα διὰ τὴν ἐνΘεργειαν. Imo vero διὰ τὴν ἐνΑργειαν.

Pag. 401 *a.* Quam statuam Praxiteles Delphis posuerat Phrynes amicae, eam Crates dicebat τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνακεῖσθαι τρόπαιον. Post pauca ita pergit: ἀλλὰ Πραξιτέλης μόνος ἠνίασε Κράτητα τῇ ἐρωμένῃ τυχὼν αὐτόθι δωρεᾶς. Sententia contrarium postulat: ergo legendum: τΘΤχων αὐτόθι δωρεΑΝ.

Pag. 401 *f.* Ὀπούντιοι συναγαγόντες ὅσον ἀργύριον ὑδρίαν ΑΝέπεμψαν ἐνθάδε τῷ θεῷ. Supple ὅσον (πλεῖστον) ἀργύριον et expuncta praepositione ὑδρίαν Ἐπεμψαν, ut in vicinia θέρη χρυσᾶ δεῦρο πέμψαντες, et sic constanter omnes.

Pag. 407 *b.* Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ Προδόται καὶ ΚΙΝΘCΩΝΘC. in ultimo latere videtur Κιναίθωνες. Quid sit reponendum pro ΠΡΟΔΟΤΑΙ viderit alius.

Pag. 414 *a.* ἐν Τεγύραις — ἢ περὶ τὸ Πτῷον, ὅπου μέρος ἡμέρας ἐντυχεῖν ἔστιν ἀνθρώπῳ νέμοντι. Verba sensu vacua. Queritur Plutarchus nunc deserta aut desolata ea loca esse et dixerat ὅπου ΟΤΔΘΝ μέρος ἡμέρας.

Pag. 414 *b.* δυσὶν ἐχρῶντο προφήτισιν ἐν μέρει καθΙΘμέναις καὶ τρίτη δ' ἔΦεδρος ἦν ἀποδεδειγμένη. Non *demittebantur* duae antistites, sed *sedebant*. Lege igitur ἐν μέρει καθΗμέναις.

Pag 416 *a.* ὁρῶ τὴν Στωϊκὴν ἐκπύρωσιν — ἐπινεμομένην καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ συνεξαπατῶσαν. Mirifica est ἐκπύρωσις *callida et fallax*. Verum vidit Badham. in annotatione MS. reponens συνεξάπΤΟΤσαν.

Pag. 430 *c.* οὐδὲ περὶ προσῳδίας (*de accentu*) ἔχει τις εἰπεῖν φάσιν ἐν πόλει γενομένην πότερον Τελχῖνας ἀναγνωστέον. Emenda: πότερον Τελχῖνας (ἢ Τέλχινας) ἀναγνωστέον.

p. 458 *e.* τὸν Νεοπτόλεμον ὁ Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ις „ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα, φησὶν, ἐρρηξάτην ἐς κύκλα χαλ-πλων." Badham in annotatione Ms.

ἄκομπ' ἀλοιδόρητά τε.

p. 465 *d.* κακὸν μὲν ἀναισθησία σώματι Φάρμακον ἀπονOIAC. id Interpreti credimus „*stupor adversus desperationem malum pori remedium.*" Exime unam literulam et lux affulgebit Φάρμακον ἀπονIAC, ac memento Φάρμακόν τινος dici τὸ , τὸ ἐμποιοῦν, τὸ ἀπεργαζόμενον. Antiphanes apud Sto- *Anthol.* 121. 4. quum vellet dicere: *homines famelicos ime vivere* iocose dixit: *fames homines facit immortales:*

ὁ λιμός ἐστιν ἀθανασίας Φάρμακον.

ut dicatur: ἡ ἀναισθησία ἀπονίαν ἐμποιεῖ, Graeca forma ἀναισθησία ἐστὶν ἀπονίας Φάρμακον.

p. 467 *d.* ἀρχήν τινα τελῶν διήμαρτες; ἐν ἀγρῷ διάξεις όμενος τῶν ἰδίων. Mendosum est τελῶν. Agitur de can- *qui repulsam tulerat.* Ergo scribendum: ἀρχήν τινα ME- . Ut enim Latine *petere* in hac re constanter dicitur, aece μετιέναι.

p. 470 *d.* Γαλάτης ἢ Βιθυνὸς οὐκ ἀγαπῶν εἰ — δόξαν καὶ ν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις εἴληχεν ἀλλὰ κλαίων ὅτι μὴ ΠΑΤΡΙΚΙΟΤC· ἐὰν δὲ καὶ Φορῇ ὅτι μηδέπω στρατηγεῖ Ῥω- Nihil est πατρικίους et nugatur Interpres qui vertit: *t se non gestare vestem patriciam*". Legendum: ὅτι μὴ Φορεῖ ΙΟΤC, id est *se non esse* CIVEM ROMANUM. Non minus οἱ ι quam *toga* (ἡ τήβεννος) civem Romanum indicabant. In piratico si quis a praedonibus captus se civem Romanum lamasset οἱ μὲν ὑπέδουν τοῖς καλτίοις αὐτόν, οἱ δὲ τήβεννον ἄλλον, et sic civem Romanum dabant in mare praecipi- teste Plutarcho in *Pompeio* cap. 24. Prusias apud Poly- 30. 6. legatis Romanorum ivit obviam ἐξυρημένος τὴν ὴν καὶ πιλίον ἔχων καὶ τήβεννον καὶ καλτίους, et ita dixit: τὸν ὑμέτερον λίβερτον ἐμέ. Plutarchus in *Coniugal. Prae-* pag. 141 *a.* ὁ Ῥωμαῖος — τὸν κάλτιον αὐτοῖς προτείνας· ὰρ οὗτος καλὸς ἰδεῖν καὶ καινός, ἀλλ' οὐδεὶς οἶδεν ὅπου με

θλίβει. et in *Paulo Aemilio* cap. 5. Ἀνὴρ Ῥωμαῖος — προτείνας τὸ ὑπόδημα (κάλτιον αὐτὸ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν) κτέ. Hinc scite dixit Plutarchus pag. 465 *a.* οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει κάλτιος, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας. Eximius Plutarchi locus est in *Praeceptis gerendae reip.* pag. 813 *f.* ubi admonet Graecos, si quis apud suos cives magistratus creatus sit, non magnos spiritus sumere oportere, namque omnia esse in potestate Romanorum: εὐσταλεστέραν δεῖ (inquit) τὴν χλαμύδα ποιεῖν καὶ βλέπειν ἀπὸ τοῦ στρατηγείου πρὸς τὸ βῆμα (*ad tribunal Proconsulis*) — ὁρῶντα τοὺς καλτίους ἐπάνω τῆς κεφαλῆς, „*quum supra caput tuum calceos* (Romanorum) *cernas*". Latine hoc appellatur *stare sub pedibus alicuius*. T. Gracchus apud Livium 38. 53. *Sub pedibus vestris stabit, tribuni, domitor ille Africae, Scipio!*

Nomen κάλτιος scribis inauditum in καλίκιος, καλτίκιος, τετρίκιος depravari solet, sed de vera forma κάλτιος, κάλτιοι nulla est dubitatio.

Pag. 470 *d.* ὁ νοῦν ἔχων — ὑμνῶν τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καὶ τὸν βίον [ἐν] ὁδῷ πρόεισιν. Male addita praepositio vitiat locum. *Recte et ordine procedere* Graece dicitur ὁδῷ βαδίζειν, non ἐν ὁδῷ. Hyperides (Demosthenes) pag. 772. 18. εἰ μὲν ὑμεῖς ταῦτα βούλεσθε — ὁδῷ βαδίζει καὶ ἐᾶν δεῖ. Plutarchus Tom. II. p. 371 *c.* ὡς τοῖς πράγμασιν ὁδῷ βαδίζουσιν, et saepius alibi. Ὁδῷ προϊέναι dixit in vita *Camilli* cap. 5. προϊούσης ὁδῷ τῆς ἐλπίδος.

Pag. 483 *f.* *in nulla re avaritia est apertior et impudentior quam in divisione hereditatis*: οἱ δὲ καὶ τίτθας ἀποσπῶντες ἀλλήλων καὶ συντρόφους καὶ συνήθεις παῖδας — ἀπίασιν ἀνδραπόδου τιμὴν πλέον ἔχοντες, τὸ δὲ μέγιστον καὶ τιμιώτατον τῶν πατρῴων φιλίαν ἀδελφοῦ καὶ πίστιν ἀποΔΕΔωκότες. Manifestum est Plutarchum scripsisse ἀποΛΩΛΕκότες. Etiam aliis locis nil cogitantes scribae ἀποδέδωκα pro ἀπολώλεκα substituerunt.

Pag. 485 *d.* ὁ Μέτελλος ᾤετο δεῖν Ῥωμαίους τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν ὅτι Σκιπίων ἐν ἑτέρᾳ πόλει τοιοῦτος ὢν οὐκ ἐγεννήθη. Inepta haec est verborum compositio pro οὐκ ἐγεννήθη ἐν ἑτέρᾳ πόλει τοιοῦτος ὤν, vel οὐκ ἐν ἑτέρᾳ πόλει τοιοῦτος ὢν ἐγεννήθη. Fefellit autem Plutarchum memoria; non enim Metellus ita dixit

sed „*Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis, in cuius extrema parte haec verba sunt: Quapropter neque tanta Diis immortalibus gratia haberi potest quanta habenda est, quod is cum illo animo atque ingenio in hac civitate potissimum natus est.*" Schol. Bobiens. ad Ciceronis orat. *pro Milone* 7. 2. cf. *pro Murena* cap. 36.

Pag. 493 *f.* πρῶτον (τὰ ζῷα) οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγάμου καὶ ὀψιγάμου καθάπερ οἱ Λυκούργου πολῖται. Scribendum ἀγαμΙΟΥ et ὀψιγαμΙΟΥ. Plutarchus in *Lysandro* cap. 30. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐν Σπάρτῃ καὶ ἀγαμίου δίκη καὶ ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου, et omnino τὰ τῶν δικῶν ὀνόματα in -ION exire solent, λιποτάξιον, λιποστράτιον et reliqua id genus omnia.

Pag. 507 *f.* κἀκεῖνος γελάσας εὖ τοῦ τάχους, εἶπεν, ὦ γύναι, τὸ καὶ Φθάσαι με τὸν λόγον εἰς ἀγορὰν προϊόντα. Una literula periit: erat *ЄΥΤΟΥΤΑΧΟΥС et litera initialis minio erat adscribenda, Lege Φεῦ τοῦ τάχους, ut Graeci omnes in tali re loqui solebant. Aristophanes *Lysistr.* 312.

θώμεσθα δὴ τὸ Φορτίον· Φεῦ τοῦ καπνοῦ· βαβαιάξ.

Pag. 508 *d.* ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσαλλον οὔτε κατέχειν οὔτε ἀΦεῖναι θέλουσιν. Facile senties absurdam hanc esse sententiam. Supple: οὔτε κατέχειν (δύνανται) οὔτε ἀΦεῖναι θέλουσιν. Zenobius V: 58. ὁ παῖς τὸν κρύσαλλον: ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων μήτε μεθεῖναι βουλομένων.

Pag. 551 *c.* πολὺ μᾶλλον εἰκὸς ἡμᾶς — θεῖον ἡγεῖσθαι μόριον ἀρετῆς τὴν πραότητα καὶ τὴν ΜЄΓΑΛοπάθειαν. Neque μεγαλοπαθής neque μεγαλοπάθεια in rerum natura umquam fuerunt et nomen μεγαλοπάθεια obiter est eximendum e Lexicis. Quid igitur scripserat Plutarchus? Ostendent hi loci: pag. 102 *d.* διὸ καὶ τοῦτο μὲν (τὴν ἀπάθειαν) ἑατέον — τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. et pag. 458 *d.* οὕτως ἐστὶν εἰπεῖν πρὸς τὸν θυμόν — ἀνατρέψαι μὲν δύνασαι καὶ διαΦθεῖραι — ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι — πραότητός ἐστι καὶ μετριοπαθείας. et pag. 1119 *c.* τὰ μὲν ἀληθινὰ δόγματα — οὔτε (L. οὐ) γέγραΦεν οὐδὲ ὅσον ἦν (L. ἐνῆν) Φρόνημα τῇ ψυχῇ μετὰ πραότητος καὶ μετριοπαθείας.

Vides ter Plutarchum πραότητα et μετριοπάθειαν ut natura inter se copulata coniunxisse. Dabis igitur mihi nostro quoque loco τὴν πραότητα καὶ τὴν μεΤΡΙοπάθειαν emendari oportere. sed undenam mendum hoc natum esse putemus? Nempe ex lacuna ΜΕ***ΟΠΑΘΕΙΑΝ expleta ut isti solent.

Pag. 552 *a*. dicuntur Gelo et Hiero et Pisistratus σώφρονας τοὺς πολίτας καὶ φιλεργοὺς ἐκ πολυγέλων καὶ λάλων κατασκευάσαι. Interpres ἐκ πολυγέλων putabat esse „*e captatoribus risuum.*" Sed τῶν πολυγέλων barbarum est et nihilo melius videtur quod Dindorf. coniecit πολυγελώτων. Lenissima correctione reponendum: ἐκ πολυΤελῶν, *e sumtuosis frugi facti sunt.*

Pag. 556 *d*. legendum: ὅπως ΘΥΣΕΙ ΤΕ τῷ θεῷ μεγαλοπρεπῶς καὶ Δελφῶν ἑκάστῳ διανΕΜΕΙ μνᾶς τέσσαρας. Editur: ὅπως τε θύσηται τῷ θεῷ et διανείμῃ. Hoc sensu θύειν dicitur, non θύεσθαι.

Pag. 563 *d*. ταὐτὸ τοῖς ἀκολάστοις ἔπασχε πάθος, οἳ τὰς γυναῖκας ἔχοντες μὲν οὐ Φυλάττουσι, προέμενοι δὲ πειρῶσιν αὖθις ἀδίκως ἑτέροις συνούσας [διαΦθείρειν]. Non intellexit nescio quis quid esset πειρῶσιν. Putabat esse idem quod πειρῶνται et de suo perinepte διαΦθείρειν addidit.

Pag. 563 *d*. κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους τινὸς — ἐξέθανε καὶ τριταῖος ἤδη ἀνήνεγκεν. Interpres: „*mortuus est tertiaque post die revisit*" ridicule. Ἐκθνήσκειν est λιποψυχεῖν *animi deliquium pati.* Vide Wyttenbachii notam. Notum est Homericum γέλῳ ἔκθανον.

Pag. 566 *d*. τὸ δ' Ἀπόλλωνος οὐ κάτοιδας, εἶπεν, οὐδὲ κατιδεῖν ἔσῃ δυνατός. Κάτοιδα Tragicorum est. Lege οὐ κατεῖδες — κατιδεῖν.

Pag. 575 *a*. *Epaminondas dixit:* Εὐμολπίδαν καὶ Σαμίδαν ἀνθρώπους διαπύρους πρὸς ὀργὴν — οὐκ ἀποθήσεσθαι τὰ ξίφη πρὶν ἐμπλῆσαι τὴν πόλιν ὅλην Φόνων καὶ διαΦθεῖραι πολλοὺς τῶν ἰδίᾳ διαΦερΟΝΤΩΝ. Mendosum est διαΦερόντων, sed sententia perspicua recta ducit ad διαΦΟΡΩΝ ὄντων. Metuebat ne suos

privatos inimicos contrucidarent. Διαφέρειν τινός est *differre* ac saepius in bonam partem *praestare, excellere;* διαφέρεσθαί τινι *inimicitias cum aliquo exercere*, et perinde bene dicitur διαφέρεσθαι et διάφορον εἶναι.

Pag. 575 *f.* οἱ δ' ἄλλοι τῆς ἑταιρείας τῆς ἡμετέρας πάντες ὥςε σοι θέατρον εὔνουν καὶ οἰκείΑΝ ἔχΟΝ τὴν διήγησιν. Ut haec intelligi possint emendandum: καὶ οἰκΘΙΟΝ ἔχΕΙΝ τὴν διήγησιν. Noto usu θέατρον dicitur pro *spectatoribus* et figurate pro *auditoribus*. Imprimis huc facit lepidum Stratonici dictum apud Athenaeum pag. 350 *d.* Στρατόνικος πρὸς τὸν Χρυσογόνου πατέρα λέγοντα ὅτι πάντα αὐτῷ ὑπάρχει οἰκεῖα. αὐτὸς μὲν γὰρ ἐργολάβος εἶναι, τῶν δὲ υἱῶν ὁ μὲν διδάξει, ὁ δὲ αὐλήσει. Προσδεῖ γε, ἔφη ὁ Στρατόνικος, ἔτι ἑνός. Τίνος; Θεάτρου, ἔφη, οἰκείου.

Pag. 583 *c.* ἐπεὶ δὲ ἡμῖν τὸ Λύσιδος δαιμόνιον ἤδη τεθνηκότος ἐναργῶς προϋπέφαινε τὴν τελευτήν, expuncta syllaba legendum προὔφαινε τὴν τελευτήν, et post pauca: Λῦσις δὲ ΚΘΚΗΔΘΤΤΑΙ καλῶς ὑΦ' ὑμῶν pro Λῦσις δὲ ΚΑΙ ΚΘΙΤΑΙ. ut pag. 585 *d.* ἐπὶ ξένης ὁ Λῦσις κεκήδευται, et ὁσίως γὰρ ὑπὸ τῶν φίλων κεκηδεῦσθαι τὸ Λύσιδος σῶμα.

Deinde scribendum: πῶς, ἔφη, ποιΩμεν et προϊΩμεθα τὴν πενίαν τοῖς χρήμασι καὶ σιωπῶμεν; pro ποιοῦμεν et προϊέμεθα.

Pag. 586 *c.* ἐκπέμψας ἱππέα πρὸς τοὺς ἄνδρας ἤδη καθ' ὁδὸν ὄντας ἀναςρέΦειν κελεύσας καὶ μὴ κατΑΤΘΙΝΑΙ σήμερον ὅτε τῶν πρὸς τὴν ΚΑΘΟΔΟΝ αὐτοῖς τὰ πλεῖςα καὶ τὸ αὐτόματον συμπαρεσκεύασεν. Manifestum est κατΙΘΝΑΙ pro κατατεῖναι emendari oportere. Εἶναι et ἰέναι cum compositis inter se confunduntur ubique locorum sic, ut εἶναι pro ἰέναι passim legatur, raro contra. Eadem est ratio in *aoristis* συνεῖναι (συνῆκα), παρεῖναι (παρῆκα).

Pag. 596 *f.* ἤδη δὲ καὶ τῇ μέθῃ κατακεκλΑσμένος ὁ Ἀρχίας — ἐδέξατο μὲν τὴν ἐπιςολήν, τοῦ δὲ γραμματοΦόρου Φήσαντος ὑπὲρ [τῶν] σπουδαίων αὐτῷ γεγράΦθαι· ΤΑ σπουδαῖα τοίνυν εἰς αὔριον ἔΦη. Legendum κατακεκλΤσμένος nota metaphora *de temulentis* sumta ab iis qui undis et fluctibus obruuntur. Sic

et *βεβρεγμένοι* et *ὑποβεβρεγμένοι bene poti* et *suppoti* dicuntur, et *βεβαπτισμένοι*. Plato *Sympos.* p. 176 *b.* *καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων.*

Praeterea dele ineptum articulum in *ὑπὲρ* [*τῶν*] *σπουδαίων.*

Pag. 597 *a.* *Καβίριχος ὁ κυαμισὸς ἄρχων.* Recte Dindorf. *κυαμΘΥτός*, nam sic appellatur *ὁ κυάμῳ λαχών.* Intelligitur autem *ὁ συμποσίαρχος.* Romani in ea re talis utebantur:

nec regna vini sortiere talis.

Graeci *τῷ κυάμῳ.*

Deinde scribe *ΚαβΘΙρίχος.* Contrario errore passim in hoc libro *ΚαΦΘΙσίας* legitur pro *Καφισίας.* Mendosum est etiam *Σιμμίας* pro (*σιμός*) *Σιμίας.*

Pag. 598 *c.* *οἱ δὲ τὴν Φωνὴν γνωρίζοντες ἀΠεπήδων ἐκ τῶν χαμευνῶν ἄσμενοι τὰς ἀλύσεις ἐΦέλκοντες.* Qui *se celeriter proripit* *ἀποπηδᾷ*, quod non cadit in eos, qui catenis vincti in carcere inclusi sunt. Lege *ἀΝεπήδων exsiliebant.*

Pag. 599 *f.* *ἔξεσι δ' ἀκούειν — τοῦ Ἀλκμᾶνος, ὡς ὁ γράψας τὸ ἐπιγραμμάτιον πεποίηκεν·*

Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομός, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεΦόμην * *ἦν τις ἂν ἢ* * *
χρυσοΦόρος ῥήσσων καΛὰ τύμπανα.

non hoc poëta dixerat sed cum fastidio et contemtu *ῥήσσων καΚὰ Τύμπανα. misella rumpens tympana.*

Pag. 602 *b.* *Στρατόνικος δὲ τὸν ἐν ΣερίΦῳ ξένον ἠρώτησεν ἐΦ' ὅτῳ τῶν ἀδικημάτων Φυγὴ τέτακται παρ' αὐτοῖς ἐπιτίμιον· ἀκούσας δ' ὅτι τοὺς ῥᾳδιουργοὺς Φυγαδεύουσιν Τί οὖν, εἶπεν, οὐκ ἐῤῥᾳδιούργησας ὅπως ἐκ τῆς ξενοχωρίας ταύτης μετασχῇς.* Nota dicendi lex postulat ut in huiusmodi sententia *ἵνα* et *ὅπως* cum indicativo componantur, *ὅπως μετΘσης.* Nempe hoc dicit scurra *εἰ γὰρ ἐῤῥαδιούργησας μετέσης ἄν.*

Continuo sequitur: *ὅπου* (*in insula Scripho*) *Φησὶν ὁ κωμικὸς τὰ σῦκα ταῖς σΦενδόναις τρυγᾶσθαι καὶ πάντα ἔχειν ὅσων δεῖ τὴν νῆσον.* Duae literulae perierunt. Supple *πάντα ἔχειν ὅσων* OΥ *δεῖ.*

Pag. 602 *c. exuli* (inquit) *patria non imperat:* εἰσένεγκΑΙ, πρέσβευσον εἰς Ῥώμην, ὑπόδεξαι τὸν ἡγεμόνα. Quia *tributum conferre* appellatur εἰσφέρειν constanti et frequenti omnium usu scribe εἰσένεγκϵ.

Pag. 602 *e. Tiberius* (inquit) *per septem annos Capreis vixit:* ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αἱ τῆς ἡγεμονίας Φροντίδες — οὐ καθαρὰν παρεῖχον οὐδ' ἀΜύμονα τὴν νησιῶτιν ἡσυχίαν. Nullus hic locus est vocabulo Homerico ἀμύμων. Scite et venuste Plutarchus dixerat ἀΚύμονα. Saepissime ἀκύμων *de tranquillitate vitae* usurpatur, nunc lepidissime de tranquillitate *et* maris *et* vitae.

Pag. 604 *d. exuli licet* (inquit) μυσηρίοις ἐν Ἐλευσῖνι διατρίβειν, Διονυσίοις ἐν ***** Ἄργει πανηγυρίζειν, Πυθίων ἀγομένων εἰς Δελφοὺς παρελθεῖν, Ἰσθμίων εἰς Κόρινθον. Non est difficile amissa supplere: Διονυσίοις ἐν (ΑCΤϵΙ, Νέμεα ἐν) ΑΡΓϵΙ. Lacunam peperit similitudo litterarum ϵΝΑCΤϵΙ — ϵΝΑΡΓϵΙ. Si forte maior est lacuna, probabile est excidisse: (Ὀλύμπια ἐν Πίσῃ, Νέμεα ἐν) Ἄργει πανηγυρίζειν, ut quatuor nobilissimi ludi commemorati fuerint neque reliquis nobiliores ludi Olympici silentio praetermissi.

Pag. 604 *d.* οἱ δὲ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους καὶ μετέστησαν οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δ' ἐξ Ἀθηνῶν. In his duo offendunt, τὸ ἀγκύριον pro τὴν ἄγκυραν et ἀράμενοι pro ἄραντες. Ἀγκύριον recte dicitur in Charonis *cymba* apud Lucianum, in qua omnia sunt parva et exilia, sed naves maiores, quibus ex Italia Athenas proficiscebantur, ἀγκύρας habebant, non ἀγκύρια. Deinde τὴν ἄγκυραν αἴρειν dicitur et ἀνασπᾶν, ἀνιμᾶν, ἀναιρεῖσθαι, ἀνέλκεσθαι, sed αἴρεσθαι τὴν ἄγκυραν nusquam legitur.

Plutarchum scripsisse existimo: αὐτοὶ τὸ ΑΚΑΤιον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο. Ludit enim in verbis decantatis Epicuri apud Diogenem Laërtium X. 6. παιδείαν δὲ πᾶσαν, ὦ μακάριε, φεῦγε τὸ ἀκάτιον ἀράμενος (de certa Gassendi emendatione pro τε κατι δι ἐραμ), de quo loco docta est annotatio Menagii, et aliquanto doctior etiam altera Wyttenbachii ad librum *de audiendis poëtis* pag. 15 *d.* πότερον οὖν — ἀναγκάζωμεν τοὺς νέους τὸ

Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένους ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν; quocum comparant in libro *non posse suaviter vivi secundum Epicurum* pag. 1094 *d.* (*Epicurei*) τοὺς μὲν ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ' αὐτῶν (τῶν μαθημάτων) κελεύουσιν, quod quum Quinctilianus (a Gassendo indicatus) Latine vellet dicere XII. 2. ita se expedivit ut diceret: „*Epicurus — fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima iubet*". Sunt autem τὰ ἀκάτια in Graecorum navibus τὰ μεγάλα ἱστία, quae proprie quis αἴρεσθαι et ἐπαίρεσθαι dicitur. Ergo qui ex Italia plenis velis petebant Athenas τὸ ἀκάτιον ἀράμενοι μεθωρμίζοντο, idque ipsum Plutarcho reddendum censeo.

Pag. 605 *d.* enumerans eos qui in exsilio procul a patria monumenta literarum condiderunt ita dicit: „*scripsit* Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἐν Ἀθήναις, Ἀνδροτίων Ἀθηναῖος ἐν Μεγάροις, Βακχυλίδης ὁ ΠΟΙΗΤΗΣ ἐν Πελοποννήσῳ. Ineptum est Bacchylidae nomini addere ὁ ποιητής et requiritur indicatio *patriae*. Itaque emendandum Βακχυλίδης ὁ ΙΟΤΛΙΗΤΗΣ. Strabo pag. 486. Cas. ἐκ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου. cf. Steph. Byz. v. Ἰουλίς.

Pag. 606 *c.* Διογένης εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον παρελθὼν ὀπηνίκα μαχούμενος ἐχώρει τοῖς Ἕλλησι καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναχθεὶς ὡς κατάσκοπος, ἔφη τῆς ἀπλησίας ἀφῖχθαι αὐτοῦ καὶ τῆς ἀφροσύνης, Ἥκοντος ἐν βραχεῖ καιρῷ διακυβεῦσαι περὶ τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τοῦ σώματος. Primum duplicato nomine scribendum: ὡς κατάσκοπος, ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ ἔφη τῆς ἀπλησίας ἀφῖχθαι αὐτοῦ.

Praeterea emenda ΜΕΛΛοντος διακυβεῦσαι pro Ἥκοντος.

Pag. 610 *c.* καὶ μὴν ὅ γε μέγιστον ἐν τούτῳ καὶ φοβερώτατόν ἐστιν οὐκ ἂν φοβηθείην ΚΑΚΩΝ γυναικῶν εἰσόδους. Madvig. *Adv. Crit.* pag. 648. reponit φοβηθείην ΚΑΚΟΝ, γυναικῶν εἰσόδους. Nil esse mutandum declarat locus pag. 143 *f.* ἡ Ἑρμιόνη δοκεῖ τι λέγειν λέγουσα·

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.

ubi vide Wyttenbachii annotationem.

Pag. 611 *f.* *** „ὅπως ὤκισα πύλας ἀΐδαο περῆσαι" ΠΛΗΝ ἔρωτα πολὺν ἐγγενέσθαι τῶν αὐτόθι πραγμάτων. Ut toties alibi, sic h. l. πλήν irrepsit pro ΠΡΙΝ, unde intelligimus sententiam verborum quae perierunt hanc fuisse („*verum est illud Theognidis*

πάντων μὲν μὴ Φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Φύντα δ') ὅπως ὤκισα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

Pag. 612 *a.* τοῖς νηπίοις ἀποθανοῦσιν οὔτε χοὰς ἐπιΦέρουσιν οὔτ' ἄλλα δρῶσι περὶ αὐτά, οἷα ΕΙΚΟC ὑπὲρ θανόντων ποιεῖν τοὺς ἄλλους. In re certa et nota absurdum est εἰκός. Legendum οἷα ΫΕΘΟC — ποιεῖν, *quae assolent.*

Accedo ad libros Συμποσιακῶν προβλημάτων, quos non iniuria Madvigius in *Advers. Crit.* pag. 648. „*nugarum et taedii plenos*" dixit esse. Praeterea non alius Plutarchi liber tot tantisque mendis et lacunis scatet. Ex uno eoque deterrimo Codice ad nos propagatus incertis et audacibus coniecturis magnam copiam et facultatem praebet si quem ludere iuvat, sed vera ac manifesta quaerentem destituit.

Statim ab initio argutatur in iocoso loco poëtae incerti:

μισέω μνάμονα συμπόταν.

videri possit id dictum satis esse perspicuum ad intelligendum. Lucianus in *Convivio* cap. 3. πράγματα ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ, Φησὶ καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος, μνάμονα συμπόταν. Martialis I. 27.

Hesterna tibi nocte dixeramus,
quincunces puto post decem peractos,
cenares hodie, Procille, mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti
et non sobria verba subnotasti
exemplo nimium periculoso:
μισῶ μνάμονα συμπόταν, *Procille.*

sed Plutarchus reconditiora quaerens ἔνιοι (inquit) πρὸς τοὺς ἐπισάθμους εἰρῆσθαι λέγουσιν. — οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ Δωριεῖς, ὡς ἔοικε, τὸν ἐπίσαθμον μνάμονα προσηγόρευον. Interpreti οἱ ἐπίσαθμοι videntur esse *bibendi magistri* miro et vix excusabili errore, namque omnium usu ἐπίσαθμοι sunt *milites in urbem recepti*

et per oppidanorum hospitia divisi. Hospes ξαθμοῦχος appellatur et hospitio excepti ἐπίξαθμοι, qui quam sint saepe importuni nota res est. Nemo, credo, hanc interpretationem facile probabit et hoc unum ex ea tuto colligimus *Siculi* poëtae esse dictum, fortasse Philoxeni.

Ut est contorta haec et longe quaesita et incredibilis interpretatio ut μνάμων esse dicatur ὁ ἐπίξαθμος, sic sunt complures aliae, quas Plutarchus tamen aequissimo animo ferebat. Mirifica imprimis est versiculi Hesiodei enarratio apud Plutarchum in fragmentis Tom. III. pag. 23 Dübneri:

οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

ἔνιοι ΒΟΤΝ ἐδέξαντο τὴν γυναῖκα ἀπὸ τοῦ Ἀλφεσίβοια, ὅτι οὐδ' ἂν γυνὴ μοιχευθείη εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Quis haec umquam excogitare potuisset?

In Isocratis dicto pag. 613 *a.* scribendum: οἷς μὲν ἐγὼ δεινὸς οὐχὶ νῦν καιρός, οἷς δὲ νῦν καιρὸς οὐκ ἐγὼ δεινός. Vulgatur: ἐν οἷς μέν — οὐχ ὁ νῦν καιρός· ἐν οἷς δ' ὁ νῦν καιρός. Soloecum est δεινὸς ἔν τινι pro δεινός τι.

Pag. 613 *f.* (ὁ Πεισίξρατος) ἔΦη βούλεσθαι μὲν αὐτὸς πεῖσαι τοὺς παῖδας, ἐπεὶ δὲ δυσκόλως ἔχουσιν αὐτΟΝ ἐκείνοις πείσεσθαι. Periit oppositio et αὐτόν soloecum est. Correxerim: βούλεσθαι μὲν αὐτΩΙ πεΙΘΕCΘαι τοὺς παῖδας, — αὐτΟC ἐκείνοις πείσεσθαι.

Saepe in huiusmodi compositione pro αὐτός scribae αὐτόν substituunt. Diogen. Laërt. II. 34. Σωκράτης ἔλεγε τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους ζῆν ἵν' ἐσθίοιεν, αὐτΟΝ δὲ ἐσθίειν ἵνα ζῴη. Plutarchus pag. 961 *b.* Κλεομένης ὁ βασιλεὺς παρὰ πότον εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος ἐρωτηθεὶς εἰ μὴ Φαίνεται σπουδαῖον ἐκέλευσεν ἐκείνους σκοπεῖν, αὐτΟΝ γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν. Manifestum est utrobique αὐτΟC reponi oportere.

Pag. 619 *f.* supererat in libro vetusto ΟΤΓΑΡΜΟΝΟΝΩΔΙΝΑΤΙΚΤΘΙ ***ΚΤΒ ***ΟΟΦΩΙΚΑΤΑΤΟ***, quod nescio quis perinepte explevit. Suppleri debebant lacunae ex loco Plutarchi pag. 1090 *a.*

ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κατ' Αἰσχύλον
Ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.

aut ex ipso Aeschylo *Suppl.* 769.

Φιλεῖ
ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.

Scripserat igitur Plutarchus: *οὐ γὰρ μόνον*
ὠδῖνα τίκτει (νὺξ) κυ(βερνήτῃ) σοφῷ.
κατὰ τὸ(ν Αἰσχύλον).

Pag. 622 *c.*

μουσικὴν δ' ἄρα
ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τοπρίν.

reponendum ex aliis locis ΠΟΙΗΤΗΝ δ' ἄρα, ut ἄμουσος habeat quo referatur.

Bis apud Plutarchum emendate scribitur pag. 405 *f.* *ὁ δ' Εὐριπίδης εἰπὼν ὡς Ἔρως ποιητὴν διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.* et pag. 762 *b.* Plura dabit Nauck. F. T. pag. 448. Hinc sumsit Menander (apud Suid. v. Χρεία ex Photio et Aelio Dionysio) suum:

Χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν
Καρχηδόνιον.

Post pauca: *τὸ παιζόμενον — ὅτι πράσου Φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώντων δέδεται βαλλάντιον.* Ex comoedia sumtum videtur:

Φύλλῳ πράσου
τὸ τῶν ἐρώντων συνδέδεται βαλλάντιον.

Post pauca *„vinum et amor* (inquit) *ποιεῖ θερμοὺς καὶ ἱλαροὺς καὶ διακεχυμένους· γενόμενοι δὲ τοιοῦτοι πρὸς τὰς ἐπῳδοὺς καὶ* CTM*μέτρους μάλιϛα φωνὰς ἐκτρέποντται.* Estne perspicuum 'ϵM-*μέτρους* Plutarchum scripsisse, siquidem

amor poëtam vel facit vel invenit.

Pag. 630 *d.* *ὅθεν ἥκιϛα περὶ τούτων οἱ φθονεροὶ καὶ κακοήθεις ἐρωτῶσι κἂν ἄλλο *** ται τὰ τοιαῦτα διακρούονται.* Supple: *κἂν ἄλλο(C TIC ϵPH)ται τὰ τοιαῦτα.*

Pag. 631 *f.* *προσαναπίμπλησι τοὺς παρόντας ὁ σκώπτων παρὰ μέλος κακοηθείας ὡς ἐφηδομένους καὶ συνυβριζOMϵNOTC.* Sententia postulat *συνυβρίζONTAC.*

Post pauca: *Spartae* (inquit) *εἴ τις ἀπείποι σκωπτόμενος εὐθὺς ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο.* lege *ἐπαύετο.*

Pag. 640 *f.* *ὥσπερ γυναιξὶ ***γαλακτούσαις ἕτερα βρέφη προσβάλλοντες.* Supple *γυναιξὶ* ΠΟΛΤ*γαλακτούσαις.*

Pag. 657 *e.* *καὶ προσελθὼν ὁ παῖς ὑπήχει τὴν ἄκρατον.* „*merum insonans*" Interpres. Imo vero *ὑπέχει.* Quid notius quam *ὑποχεῖν οἶνον* et *ἐπιχεῖν ὕδωρ*? Cf. *Nov. Lectt.* pag. 601 et 610.

Pag. 668 *a.* *Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκα ἔχων ἤσθιεν.* Verum est *χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν.* Euripidis locus est e dramate Satyrico (Nauck. F. Tr. pag. 511):

κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν
ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν.

Pag. 668 *a.* *ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν — τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν* ΑΝΑΔΙΔΟΝΤΑΣ *ἑκάστοτε καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας.* Res est perspicua sed *ἀναδιδόντας* manifesto mendosum. Fortasse scripsit 'ΑΛΤοντας id est *ῥεμβομένους.* Quid sit *ὀξέως τοῦ κώδωνος ἀκούειν* et *ὁ κώδων ἐψόφηκεν*, docebit Strabo pag. 658, quem locum descripsi in *Var. Lectt.* pag. 366.

Pag. 670 *f.* ubi comparatur lepus cum asino: *καὶ γὰρ ἡ χρόα καὶ τὰ ὦτα καὶ τῶν ὀμμάτων ἡ λιπαρότης καὶ τὸ 'ΑΛμυρὸν ἔοικε θαυμασίως.* Interpres *τὸ ἁλμυρόν* vertit „*et salsum*". Melius erit rescribere *τὸ* ΑΛ*μυρόν.* Plutarchus in *Mario* cap. 38. *ὄνος προσβλέψας τῷ Μαρίῳ λαμυρόν τι καὶ γεγηθός.*

Post pauca de eodem: *ὁ γὰρ ὀφθαλμὸς ἄτρυτός ἐστιν αὐτῷ, ὥστε καὶ καθεύδειν ἀναπεπταμένοις τοῖς ὄμμασιν.* Recte Ruhnkenius in annotatione Ms. *ἄΓρυΠΝός ἐστιν.*

Pag. 693 *f.* *Θυσία τίς ἐστι πάτριος — καλεῖται δὲ βουλίμου ἐξέλασις, καὶ τῶν οἰκετῶν ἕνα τύπτοντες ἀγνίναις ῥάβδοις δι' ἀθυρῶν ἐξελαύνουσιν ἐπιλέγοντες· Ἔξω βούλιμον, ἔσω δὲ πλοῦτον καὶ ὑγίειαν.* Solent ferme talia metro ligari. Vide autem quam bonus hexameter exeat:

Ἔξω μὲν βούλιμον, ἔσω δὲ πλουθυγίειαν.

tebant a Diis πλουθυγίειαν, quod ex Aristophane notissi- est.

g. 696 *f.* τὸ Φυτὸν (*ficus*) ἀπάντων ὀπωδέστατον, ὥστε καὶ ικον αὐτὸ καὶ τὸ ξύλον καὶ τὸ ΨΕΡΓΟΝ ἀναπεπλῆσθαι. In)N latet ΘΡΙΟΝ (θρῖον), quo nomine quid tritius? Verum Gataker. ad M. Antoninum XII. 16.

g. 704 *f.* ἵπποις δὲ μιγνυμέναις Ἐπαυλεῖται νόμος, ὃν ἱπ- ον ὀνομάζουσιν. Ipsa rei natura requirit Ἔπαυλεῖται nempe τὴν μῖξιν, et μετὰ τὴν μῖξιν Ἐπαυλεῖται.

g. 707 *f.* fragmentum incerti Tragici sic est scribendum:

Ὦ γλῶσσα, μέτριον εἴ τι κομπάσαι θέλεις,
ἔξειπε.

) ὦ omissum est et ἐξεῖπε scribitur.

g. 710 *e.* Φιλόσοφος δ' ἀνὴρ — ὑποδεῖσθαι βοῶν ταχὺ καὶ .υχνοῦχον ἅπτειν οὐ καταγέλαστός ἐστιν; Nemo potest τὸν ῦχον ἅπτειν, sed τὸν λύχνον. Quid notius quam λύχνον ν, ἅπτε, παῖ, λύχνον, et similia? Pherecrates Athenaei 699 *f.*

ἄνυσόν ποτ' ἐξελθών, σκότος γὰρ γίγνεται,
καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ' ἐνθεὶς τὸν λύχνον.

g. 712 *a.* περὶ δὲ τῆς νέας κωμῳδίας τί ἀνΤΙλέγοι τις; οὕτω Ἐγκέκραται τοῖς συμποσίοις ὡς μᾶλλον ἂν οἴνου χωρὶς ἢ νδρου διακυβερνῆσαι τὸν πότον. Legendum: τί ΜΑΝ λέγοι et ΣΤΓκέκραται τοῖς συμποσίοις.

g. 717 *c.* τὸ περὶ τῆς Εὐριπίδου γενέσεως καὶ τελευτῆς γε- ου μὲν ἡμέρᾳ, καθ' ἣν οἱ Ἕλληνες ἐναυμάχουν ἐν Σαλαμῖνι τὸν Μῆδον, ἀποθανόντος δὲ καθ' ἣν ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ ύτερος [τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων]. Bis Plutarchus fallitur.)idem natum esse eo *anno*, quo est pugnatum apud Sala- m, satis constat, sed postea nata est fabula non tantum ι *anno*, sed etiam *eodem die*, quo sit reportata victoria,

Tragicum in vitae lucem prodiisse. Sed multo gravior alter error est, quo Dionysius maior *natus esse* dicatur eo ipse die, quo Euripides excesserit e vita. *Natus est* enim annis XXV ante, sed circa mortem Euripidis *rerum potitus est*. Induxit Plutarchum in fraudem locus Timaei ab ipso adscriptus: ἅμα τῆς τύχης, ὡς Τίμαιος ἔφη, τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης, quae de *imperio* Dionysii, non de *nativitate* dici manifestum est.

Deinde expunge τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, quasi *duo* omnino in Sicilia tyranni fuerint.

Pag. 745 *d.* τὰ μὲν Δελφῶν, εἶπεν, ΫΑΛΛΩC γέ πως μετέχει πιθανότητος. Confidenter nunc affirmari potest ubicumque in libris Mss. ΫΑΛΛΩC γέ πως legatur (legitur autem saepissime) ΆΜΩC γέ πως emendari oportere. Ἄλλως πως enim respuit voculam γε, sed ἀμῶς γέ πως eandem additam requirit, ut εἴς γέ τις, ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἑνί γέ τῳ τρόπῳ constanter Veteres dicebant et ἀμῇ γέ πῃ, ἀμοῦ γέ που, ἀμόθεν γέ ποθεν. Ut nihil prorsus interest inter πῶς; et τίνα τρόπον; sic plane idem est ἐξ ἑνός γέ του τρόπου et ἀμῶσγέπως. Εἴς enim habet adverbium ἀμῶς ut τις πως.

Pag. 747 *f.* profert Plutarchus versiculos ἄγαν πεζοὺς καὶ κακομέτρους hosce:

Ἐγένοντο τοῦ μὲν Ἡρακλῆς, τοῦ δ' ΫΙφιτος.
τῆς δὲ πατὴρ καὶ ἀνὴρ καὶ παῖς βασιλεῖς καὶ ἀδελφοί
καὶ πρόγονοι· κλῄζει δ' Ἑλλὰς Ὀλυμπιάδα.

dispescenda haec erant: primus enim versiculus est ex aliquo prologo Euripideo, duo reliqui ex epigrammate de Philippi uxore et matre Alexandri. Itaque scribendum:

Ἐγένοντο τοῦ μὲν Ἡρακλῆς, τοῦ δ' ΫΙφιτος.

καί·

Τῆς δὲ πατὴρ καὶ ἀνήρ κτέ.

Pag. 754 *a.* ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀποκείρουσι τὰς ἵππους, εἶτα πρὸς ποταμὸν ἢ λίμνην ἄγουσιν· καθορῶσαν γὰρ ἑκάστην τὴν εἰκόνα τῆς ὄψεως ἀκαλλῆ καὶ ἄμορφον ἀφιέναι τὰ Φρ(ΙΜΑ)γματα λέγεται καὶ προσδέχεσθαι τὰς τῶν ὄνων ἐπιβάσεις. Infelix est lacunulae

supplementum *φριμάγματα*. Quid sit legendum declarat locus in vicinia pag. 754 *c.* *μόλις ἐν πολλῷ χρόνῳ τὸ* ΦΡΤΑΓΜΑ *καὶ τὴν ὕβριν ἀφίησιν*. Comparandi sunt pulcherrimi versus Sophoclis apud Aelian. N. A. XI. 18. (apud Nauck. F. T. pag. 219).

Pag. 788 *a*. Arcades per hyemem Thebanos in urbes suas recipere volebant. Dissuasit Epaminondas ne id facerent: *νῦν μέν, ἔφη, θαυμάζουσιν ὑμᾶς —, ἂν δὲ πρὸς τῷ πυρὶ καθημένους ὁρῶσι τὸν κύαμον* ΚΟπτοντας *οὐδὲν αὐτῶν ἡγήσονται διαφέρειν*. Quid sit: *„si videant vos fabas* TUNDERE" quod Interpres dedit, intelligi non potest. Emenda: *τὸν κύαμον* ΚΑπτοντας. Cf. *Var. Lectt.* pag. 247. *κάπτειν* in *κόπτειν* depravari ostendimus ibid. pag. 58. cf. Scholiastam ad Aristophanis *Ecclesiaz.* 45. *ὑποπίνοντες γὰρ* ϓΕΚΑΠΤΟΝ *φρυκτοὺς ἐρεβίνθους*.

In iocoso Comici versiculo pag. 789 *a*.

γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.

neque hiatus ferri potest et necessarium participium male abest· Itaque corrigendum:

γαμῶ γέρων ϓΩΝ, *οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.*

Pag. 789 *b*. *ὦ ξένε Ἀθηναῖε, — τὰς περὶ τὸ βῆμα καὶ τὸ στρατηγεῖον ἀφεὶς διατριβὰς καὶ τὰς φροντίδας εἰς ἀγρὸν ἐπείγου σὺν ἀμφιπόλῳ τῇ γεωργίᾳ συνεσόμενος*. Periit vocabulum inter *ἐπείγου* et *σὺν ἀμφιπόλῳ*. Revocari facile poterit ex pag. 465 *e*. *ὁ δὲ Λαέρτης εἴκοσιν ἔτη καθ' αὑτὸν ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος*

ΓΡΗΙ *σὺν ἀμφιπόλῳ, ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε*
παρτίθει.

sic enim legendum pro *παρετίθει*. In eodem Homeri loco nunc ludens dixerat: *εἰς ἀγρὸν ἐπείγου* ΓΡΗΙ *σὺν ἀμφιπόλῳ τῇ γεωργίᾳ συνεσόμενος*.

Pag. 800 *c*. *οὐ γὰρ εὐμεταχείριστον οὐδὲ ῥᾴδιον ἁλῶναι τὴν σωτηρίαν ἅλωσιν ὑπὸ τοῦ τυχόντος* ϓΟΧΛΟΝ. Leg. *Ὁ* ϓΟΧΛΟΣ.

Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

Pag. 854 *f.* ἀλλὰ
δεινὸν τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον,
ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς, — τάς τ' ἄλλας ἀτοπίας καὶ τὸ ἦθος ἀποκρύπτειν τοῦ συγγραφέως. Scribendum: ἀλλὰ δεινὸν
τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον
— τὸ ἦθος ἀποκρύπτειν. Manifestum enim est δεινὸν ἀποκρύπτειν coniuncta esse.

Pag. 857 *b.* οὕτω δὲ Φιλοβάρβαρός ἐστιν (Herodotus) ὥστε — πᾶσιν Αἰγυπτίοις ΘΕΙότητα πολλὴν καὶ δικαιοσύνην μαρτυρήσας ἐφ' Ἕλληνας ἀναστρέφει τὸ μύσος τοῦτο. Ridiculum est Aegyptiis *divinitatem* tribuere. Emendandum est 'OCIότητα *pietatem ergo deos*. Summa enim humanae virtutis est in eo, qui ὅσιος μὲν περὶ τοὺς θεούς, δίκαιος δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους esse dicatur, cui opponitur ὁ ἀνόσιος (ἀσεβὴς) καὶ ἄδικος. Saepe inter se ΘΕΙΟC et 'ΘCIOC in libris permutari saepius ostendimus.

Post pauca legitur: Μενέλαόν φησιν — ἀδικώτατον ἄνθρωπON γενέσθαι καὶ κάκιστον. Non sic Graeci loquebantur, sed ἀδικώτατον ἀνθρώπΩN dicebant.

Pag. 857 *e.* καὶ οὐ τοῦτο δεινόν· ἀλλ' ἀναγαγὼν εἰς Πέρσας τὸ Ἡρακλέους γένος κτέ. Emenda: καὶ οὐ τοῦτό πω δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν· ἀλλὰ, sumtum ex loco Demosthenis pag. 125. 2. καὶ οὐχί πω τοῦτο δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλά, multorum imitatione passim celebrato.

Pag. 857 *f.* τοῖς δὲ θεοῖς λοιδορούμενος ἐν τῷ Σόλωνος προσωπΕΙΩΙ ταῦτ' εἴρηκεν. Scribendum προσώπΩI. Nempe προσωπεῖα sunt τῶν τε ὑποκριτῶν καὶ τῶν χορευτῶν, figurate *ex Solonis persona* dicitur ἐν τῷ Σόλωνος προσώπῳ. ut pag. 871 *d.* τῷ τοῦ Πυθίου προσώπῳ χρώμενος.

Pag. 858 *b.* τοῦτο τὸ χωρίον καλεῖται μέχρι νῦν Πιττάκιον. Non est haec Graeca forma Πιττάκιον, sed Πιττακεῖον, ut Λιακεῖον, Εὐρυσακεῖον, aliaque sexcenta: nam praeter Ποσειδώνιον, Ἀπολλώνιον, Ἀρτεμίσιον et Διονύσιον reliqua omnia nomina huiuscemodi exeunt in -ΕΙΟΝ.

Pag. 858 *d.* τὸν δὲ ἕνα — ἐν ταῖσι Θυρεαῖσι καταχΩσασθαι ωυτόν. Pro absurdo verbo καταχώσασθαι repone ex Herodoto . 82. καταχΡΗσασθαι et post ἕνα insere λέγουσι.

Pag. 858 *f.* Ἀθηναίους τοίνυν καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἄλλων ώνων ἐπαισχύνεσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ μὴ βουλομένους ἀλλὰ)εύγοντας Ἴωνας κεκλῆσθαι. Non est Graecum Φεύγουσιν Ἴωνες εκλῆσθαι, sed vera scriptura ex Herodoto I. 143. elicienda et upplenda haec est: — τῶν ἄλλων Ἰώνων Φυγεῖν τὸ οὔνομα μὴ)ουλομένους Ἴωνας κεκλῆσθαι, (ἀλλὰ καὶ νῦν Φαίνεσθαι τοὺς πολ-.οὺς αὐτῶν) ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι.

In sqq. scribendum: διὸ τὰς γυναῖκας νόμον θεΜϵΝΑC (pro ἔσθαι) ὅρκους ἐπελάσαι. ex Herod. I. 146.

Pag. 859 *a.* Μυτιληναίους ἐκδιδόναι παρασκευάζεσθαι τὸν ἄνθρω-τον ἐπὶ μισθῷ· οὐ γὰρ ἔχω γ' εἰπεῖν ἀτρεκέως. Emenda ex Herodoto I. 160. ἐπὶ μισθῷ ὁσῳδή· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε ἰῖπαι ἀτρεκέως.

Pag. 860. *f.* Spartani poenitere se aiunt ὅτι — ἄνδρας ξείνους ἐόντας αὐτοῖσι — ἐξήλασαν ἐκ τῆς πατρίδος [τοὺς τυράννους] καὶ)ήμῳ ἀχαρίϛῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν. Sine mora τοὺς τυράννους lelendum est. Pugnat enim et cum verborum compositione et :um Spartanorum sententia.

Adscripsit olim nescio quis ad ξείνους ἐόντας αὐτοῖσι. Cf. Herodotum V. 91.

Pag. 860 *f.* ἀντιϛῆναι δὲ Κορινθίους αὐτοῖς καὶ ἀποϹτρέψαι Σωσικλέους διελθόντος κτέ. Clamat sententia ἀποΤρέψαι esse 'erum, sed τρέψαι et ϛρέψαι in simplici et in compositis onfunduntur ubique locorum. Sententia cuiusque loci quid sit cribendum declarat. Corinthii Lacedaemonios *ab eo consilio re-ocarunt* Graece dicitur ἀποτρέπειν τινός, non ἀποϛρέΦειν.

Pag. 861 *b.* ἃς μὲν Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἴωσι τιμωροὺς πϵϛᾶσι βασιλέως ΑΡΧϵΚΑΚΘΤϹ τολμήσας προσειπεῖν. Eximiam t unice veram lectionem solus Plutarchus nobis conservavit. \pud Herodotum nunc editur V. 97. Ἀθηναῖοι — ἐψηΦίσαντο ἴκοσι νέας ἀποϛεῖλαι βοηθοὺς Ἴωσι. — αὗται δὲ αἱ νέες ΑΡΧΗ

Pag. 854 *f.* ἀλλὰ
δεινὸν τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον,
ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς, — τάς τ' ἄλλας ἀτοπίας καὶ τὸ ἦθος ἀποκρύπτειν τοῦ συγγραφέως. Scribendum: ἀλλὰ δεινὸν
τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον
— τὸ ἦθος ἀποκρύπτειν. Manifestum enim est δεινὸν ἀποκρύπτειν coniuncta esse.

Pag. 857 *b.* οὕτω δὲ φιλοβάρβαρός ἐστιν (Herodotus) ὥστε — πᾶσιν Αἰγυπτίοις ΘΕΙότητα πολλὴν καὶ δικαιοσύνην μαρτυρήσας ἐφ' Ἕλληνας ἀναστρέφει τὸ μύσος τοῦτο. Ridiculum est Aegyptiis *divinitatem* tribuere. Emendandum est 'OCIότητα *pietatem erga deos*. Summa enim humanae virtutis est in eo, qui ὅσιος μὲν περὶ τοὺς θεούς, δίκαιος δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους esse dicatur, cui opponitur ὁ ἀνόσιος (ἀσεβὴς) καὶ ἄδικος. Saepe inter se ΘΕΙΟC et 'ΘCIOC in libris permutari saepius ostendimus.

Post pauca legitur: Μενέλαόν φησιν — ἀδικώτατον ἄνθρωπΟΝ γενέσθαι καὶ κάκιστον. Non sic Graeci loquebantur, sed ἀδικώτατον ἀνθρώπΩΝ dicebant.

Pag. 857 *e.* καὶ οὐ τοῦτο δεινόν· ἀλλ' ἀναγαγὼν εἰς Πέρσας τὸ Ἡρακλέους γένος κτέ. Emenda: καὶ οὐ τοῦτό πω δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν· ἀλλὰ, sumtum ex loco Demosthenis pag. 125. 2. καὶ οὐχί πω τοῦτο δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλά, multorum imitatione passim celebrato.

Pag. 857 *f.* τοῖς δὲ θεοῖς λοιδορούμενος ἐν τῷ Σόλωνος προσωπΕΙΩΙ ταῦτ' εἴρηκεν. Scribendum προσώπΩΙ. Nempe προσωπεῖα sunt τῶν τε ὑποκριτῶν καὶ τῶν χορευτῶν, figurate *ex Solonis persona* dicitur ἐν τῷ Σόλωνος προσώπῳ. ut pag. 871 *d.* τῷ τοῦ Πυθίου προσώπῳ χρώμενος.

Pag. 858 *b.* τοῦτο τὸ χωρίον καλεῖται μέχρι νῦν Πιττάκιον. Non est haec Graeca forma Πιττάκιον, sed Πιττακεῖον, ut Λιακεῖον, Εὐρυσακεῖον, aliaque sexcenta: nam praeter Ποσειδώνιον, Ἀπολλώνιον, Ἀρτεμίσιον et Διονύσιον reliqua omnia nomina huiuscemodi exeunt in -ΕΙΟΝ.

Pag. 858 *d.* τὸν δὲ ἕνα — ἐν ταῖσι Θυρεαῖσι καταχΩσασθαι ωυτόν. Pro absurdo verbo καταχώσασθαι repone ex Herodoto . 82. καταχΡΗσασθαι et post ἕνα insere λέγουσι.

Pag. 858 *f.* Ἀθηναίους τοίνυν καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἄλλων ώνων ἐπαισχύνεσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ μὴ βουλομένους ἀλλὰ)εύγοντας Ἴωνας κεκλῆσθαι. Non est Graecum φεύγουσιν Ἴωνες εκλῆσθαι, sed vera scriptura ex Herodoto I. 143. elicienda et upplenda haec est: — τῶν ἄλλων Ἰώνων φυγεῖν τὸ οὔνομα μὴ βουλομένους Ἴωνας κεκλῆσθαι, (ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνεσθαι τοὺς πολ-.οὺς αὐτῶν) ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι.

In sqq. scribendum: διὸ τὰς γυναῖκας νόμον θεΜΕΝΑC (pro έσθαι) ὅρκους ἐπελάσαι. ex Herod. I. 146.

Pag. 859 *a.* Μυτιληναίους ἐκδιδόναι παρασκευάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ μισθῷ· οὐ γὰρ ἔχω γ' εἰπεῖν ἀτρεκέως. Emenda ex Herodoto I. 160. ἐπὶ μισθῷ ὁσῳδή· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε ἶπαι ἀτρεκέως.

Pag. 860. *f.* Spartani poenitere se aiunt ὅτι — ἄνδρας ξείνους ἐόντας αὐτοῖσι — ἐξήλασαν ἐκ τῆς πατρίδος [τοὺς τυράννους] καὶ δήμῳ ἀχαρίςῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν. Sine mora τοὺς τυράννους lelendum est. Pugnat enim et cum verborum compositione et :um Spartanorum sententia.

Adscripsit olim nescio quis ad ξείνους ἐόντας αὐτοῖσι. Cf. Herodotum V. 91.

Pag. 860 *f.* ἀντιςῆναι δὲ Κορινθίους αὐτοῖς καὶ ἀποCτρέψαι Σωσικλέους διελθόντος κτέ. Clamat sententia ἀποΤρέψαι esse 'erum, sed τρέψαι et ςρέψαι in simplici et in compositis onfunduntur ubique locorum. Sententia cuiusque loci quid sit cribendum declarat. Corinthii Lacedaemonios *ab eo consilio re-ocarunt* Graece dicitur ἀποτρέπειν τινός, non ἀποςρέφειν.

Pag. 861 *b.* ἃς μὲν Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἴωσι τιμωροὺς ἀποςᾶσι βασιλέως ἈΡΧΕΚΑΚΘΥC τολμήσας προσειπεῖν. Eximiam et unice veram lectionem solus Plutarchus nobis conservavit. Apud Herodotum nunc editur V. 97. Ἀθηναῖοι — ἐψηφίσαντο εἴκοσι νέας ἀποςεῖλαι βοηθοὺς Ἴωσι. — αὗται δὲ αἱ νέες ἈΡΧΗ

ΚΑΚΩΝ *ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι.* Herodotus scripserat *Ἀρχὴ κακοὶ ἐγένοντο* imitatus Homerum Iliad. E. 63.

ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας
ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

Pag. 861. *b. ἤδη γὰρ ὡς *** περὶ τὴν Ἰωνίαν συγκεχυμένην — Κυπρίους — κατεναυμάχησαν.* Supple et emenda: *ὡς* ΕΠΙΤΘΟΝΤΟ ΤΑ *περὶ τὴν Ἰωνίαν συγκεχυμένα.*

Pag. 861. *f. ἀδύνατα δέ σφι τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον· ἦν γὰρ ἰσαμένου τοῦ μηνὸς (ἐνάτῃ)· ἐνάτῃ δ' οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.* In his *ἐνάτῃ* de coniectura interpositum est aut ex Herodoto VI. 106. ubi est in libris: *ἦν γὰρ ἰσαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτῃ, εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν* ΜΗ *οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.* Sed si quis hoc aget sentiet inepte dici et coniungi *εἰνάτῃ δὲ μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.* Quid multa? Corrigendum est: *ἦν γὰρ — εἰνάτῃ,* ΟΙ *δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν.* Spartani ita dicebant: *οὐκ ἔξιμεν πρὶν* ΑΝ *πλήρης ὁ κύκλος ᾖ,* hanc enim vim habet *μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.* Nonne ridiculum est dicere: *οὐκ ἔξιμεν τῇ ἐνάτῃ πρὶν ἂν πλήρης ᾖ ὁ κύκλος?* Haec ipsa tamen inest in vulgata lectione sententia.

Pag. 862. *a.* locus est obscurus et impeditus, cuius si non veram scripturam at sententiam saltem excogitare possumus. Plutarchus pro certo et explorato ponit ad Marathonem esse pugnatum *ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος ἰσαμένου* idque non uno loco diserte testatur. Primum in hoc ipso libro pag. 861. *f. Spartani* (inquit) *οὐ μόνον ἄλλας μυρίας ἐξόδους καὶ μάχας πεποίηνται μηνὸς ἰσαμένου μὴ περιμείναντες τὴν πανσέληνον, ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς μάχης ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος ἰσαμένου γενομένης ὀλίγον ἀπελείφθησαν.* Similiter *de gloria Atheniensium* pag. 349. *f. ἕκτῃ μὲν ἰσαμένου Βοηδρομιῶνος εἰσέτι νῦν τὴν Μαραθῶνι νίκην ἡ πόλις ἑορτάζει, ἕκτῃ δὲ μεσοῦντος οἰνοχοεῖται τῆς Καβρίου περὶ Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας.* et in vita *Camilli* cap. 19. *Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* Itaque Plutarchus ridet Herodotum, qui quum *sexto* die esset debella-

ım die *nono* narrat ab Lacedaemoniis auxilium esse petitum, iocose addit: *εἰ μὴ μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους Ἀθηναῖοι ετεπέμποντο τοὺς συμμάχους*. Vide nunc quam vitiose scripım sit paullo ante: *haec si Herodotus Atheniensibus recitasset* ıt fama ferebat) *οὐκ ἂν περιεῖδον ἐνάτῃ τὸν Φειδιππίδην παρατλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ΘΚ ΤΗC μάχης γεγεıμένον καὶ ταῦτα δευτεραῖον, ὡς αὐτός φησιν, ἀφιγμένον*. Sennntia necessario haec fuit: *ΘΝΑΤΗΙ παρακαλοῦντα ἐπὶ τὴν άχην τὴν ΘΚΤΗΙ γεγενημένην*, et sic demum potuit iocari *nisi forte Athenienses* post victoriam *sociorum auxilia arcessesıt*".

Patriae amore occaecatus Plutarchus et *δουλεύων τῇ ὑποθέσει* ıveniliter in hac refutatione exsultat. Non cogitavit autem ıanta esset diversitas et confusio in Kalendariis diversis, quiıs Graeciae civitates uterentur. Unus et idem dies Spartae ıt *Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος* et Athenis *Ἐλαφηβολιῶıος ἕκτῃ φθίνοντος*. Thucydides V. 19. cf. IV. 118 sq.

Luculentum imprimis huius rei exemplum est in vita *Aristidis* ap. 19. 38. *pugnatum est ad Plataeas*, inquit, *τῇ τετράδι τοῦ σηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι οῦ Πανέμου φθίνοντος, τὴν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀνωμαλίαν οὐ θαυμαὸν, ὅπου* ΚΑΙ ΝΤΝ *διηκριβωμένων τῶν ἐν ἀστρολογίᾳ ἄλλον ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν*, sed aec Plutarchus aetate grandior scripsit, illa *fervidus inventa* ıt (ut adolescentes solent) *σκυλάκων τρόπον τὸν Ἡρόδοτον σπαάττων*.

Pag. 862 *d. αἰτίην δ' ἔσχον Ἀθηναίοισιν ἐξ Ἀλκμεωνιδῶν μηζανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι*. Emenda ex Herodoto VI. 115. ıτίΗ δὲ ἔσχϵ ΘΝ Ἀθηναίοισι.

Pag. 862 *e. αἵρεται μὲν ἀσπὶς — ἐπιπλέουσι δὲ ταῖς Ἀθήναις — οἱ δὲ πρῶτοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν ἀνδρῶν *** ἀπεγνωκότες ἣν πόλιν*. Lacuna sic videtur explenda: — *τῶν ἀνδρῶν* ΠΡΟΙΔΟΑCΙΝ *ἀπεγνωκότες*.

Post pauca legendum: „*ἀνεδείχθη μὲν γὰρ ἀσπὶς καὶ τοῦτο*

οὐκ ἔϛιν ἄλλως εἰπεῖν" φησὶν, 'ΩC αὐτὸς ἰδών. In libris ὡς omissum est.

Pag. 863 c. Ἀργείους ἅπαντες ἴσασιν οὐκ ἀπειπαμένους τοῖς Ἕλλησι τὴν συμμαχίαν, ἀξιώσαντας δὲ, ὡς ἂν μὴ Λακεδαιμονίοις ἐχθίϛοις καὶ πολεμιωτάτοις οὖσι ποιοῦντες ἀεὶ τὸ προστασσόμενον ἕπωνται καὶ τοῦτο ἄλλως οὐκ ἦν. Non potest hic locus intelligi: nec mirum, magna lacuna post ἀξιώσαντας δέ necessariam sententiae partem absorbsit, quam ex Herodoto supplere non est difficile. *Argivi arma cum Graecis consociare non recusarunt sed postularunt* (ἠξίωσαν δέ) ***. Quid igitur postularunt? Respondebit Herodotus VII. 148. § 3. Haec igitur ipsa exciderunt: *pacem sibi in annos* XXX *cum Lacedaemoniis componi et dimidiam partem imperii in socios omnes sibi tribui.*

Nunc demum intelliguntur reliqua ὡς ἂν μὴ — ἕπωνται *ne semper Spartanorum signa sequerentur, idque alio pacto fieri non posse.*

Pag. 864 c. διηγούμενος δὲ ὅτι — Ἀμεινοκλῆς — ὠφελήθη μεγάλως — οὐδὲ τοῦτO ἄδηκτον παρῆκεν. imo vero οὐδὲ τοῦτON. Proprie δάκνειν τινά et *mordere* de maledico usurpantur.

Pag. 864 c. Ἀριϛοφάνους δὲ τοῦ Βοιωτοῦ γράψαντος ὡς χρήματα αἰτήσας οὐκ ἔλαβε παρὰ Θηβαίων — ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐϛι τεκμήριον, ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῷ Ἀριϛοφάνει μεμαρτύρηκε, δι' ὧν τὰ μὲν ψευδῶς, τὰ δὲ δια***, τὰ δὲ ὡς μισῶν καὶ διαφερόμενος τοῖς Θηβαίοις ἐγκέκληκεν. Primum supplendum vocabulum necessarium ὁ δὲ Ἡρόδοτος ΑΥΤΟC τῷ Ἀριϛοφάνει μεμαρτύρηκεν. Deinde explendum, τὰ δὲ διαΒΟΛΩC, τὰ δέ κτέ. ut apud Thucydidem VI. 15. καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη.

Addidit bonus Aristophanes etiam aliud quid. - - χρήματα μὲν αἰτήσας οὐκ ἔλαβε παρὰ Θηβαίων, ἐπιχειρῶν δὲ τοῖς νέοις διαλέγεσθαι καὶ συσχολάζειν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκωλύθη δι' ἀγροικίαν αὐτῶν καὶ μισολογίαν, sed ne dicam plane ab Herodoti persona abhorrere ut Pythagorae instar *coetus invenum studia aemulantium haberet*, non poterat in tota Graecia deteriores discipulos quam Thebis invenire. Notum est dictum Alcibiadis:

αὐλούντων οὖν Θηβαίων παῖδες, οὐ γὰρ ἴασι διαλέγεσθαι, apud Plutarchum in vita *Alcib.* 2. 27.

Animadverte etiam quam manifesta calumnia Plutarchus utatur: *Herodotus* (inquit) *Thebanos odit, mendacia et calumnias in Thebanos effundit*, ERGO apparet eum a Thebanis pecuniam petiisse ac nihil accepisse. Plutarchum etiam nunc aetas iuvenilis et patriae amor transversum egit. Ponit primum pro certo *Herodotum Thebanos odisse*, quod nulla idonea ratione nititur. Herodotus Thebanis et Plutarcho iniucunda scribit, sed vera. Quod deinde ex eo collegit *Herodotum ob pecuniam sibi negatam Thebanis maledixisse*, mera calumnia est et refutatione indigna.

Pag. 865 *a*. *Λακεδαιμονίους μὲν μουνωθέντας — τυχὸν ἂν φησιν ὁμολογίῃ χρHσθαι πρὸς Ξέρξεα.* Scrib. *ὁμολογίῃ χρHCΛσθαι.* Herod. VII. 139. *ἢ ταῦτα ἂν ἔπαθον ἢ — ὁμολογίῃ ἂν ἐχρήσαντο πρὸς Ξέρξεα.*

Pag. 866 *b*. *Λεωνίδας πρὸς τὸν εἰπόντα παντελῶς ὀλίγους ἐξάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην Πολλοὺς μέν, ἔφη, τεθνηξομένους.* Ut intelligi possit scribendum: *πολλοὺς μὲν* (οὖν add.) *ΩC τεθνηξομένους. „Imo vero multos*, inquit, *utpote morituros".*

Pag. 866 *d*. *οὐ γὰρ μόνον Ξέρξης, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ Λεωνίδας μασιγοφόρους εἶχεν ἑπομένους, ὑΦ' ὧν οἱ Θηβαῖοι παρὰ γνώμην ἠναγκάζοντο* [*μασιγούμενοι*] *μάχεσθαι.* Quis non sentit molestum et importunum participium expungi oportere?

Pag. 866 *f*. Thessalos Thebanis infestos fuisse narrat *ὅτι τῆς Ἑλλάδος αὐτοὺς κρατοῦντας ἄχρι Θεσπιέων ΫΘΝΑΓΧΟC ἐξήλασαν μάχῃ περιγενόμενοι καὶ τὸν ἄρχοντα Λατταμύαν ἀποκτείναντες.* Fallitur Plutarchus quum haec *nuper* (*ἔναγχος*) accidisse scribit ut esset recens ira. Meliora dedit in vita *Camilli* cap. 19. *Βοιωτοῖς Ἱπποδρομίου μηνὸς — ἰσαμένου πέμπτῃ δύο λαβεῖν συνέβη νίκας ἐπιφανεστάτας, αἷς τοὺς Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, τήν τε περὶ Λεῦκτρα καὶ τὴν ἐπὶ Κερησσῷ ταύτης πρότερον ἔτεσι πλείοσιν ἢ ΔIAKOCIOIC ὅτε Λατταμύαν καὶ Θεσσαλοὺς ἐνίκησαν.*

Si insignis victoria de Thessalis circa annum 575 reportata

est (annis *plus* quam *ducentis* ante victoriam Leuctricam anno 371) consequitur *centum propemodum annis* ante eam rem esse gestam neque recens id odium aut iram esse potuisse.

Pag. 867 *e.* *τρηχέως δὲ περιεΝΕΧθέντες — δρησμὸν ἐβούλευον.* Indocti scribae error est *περιενεχθέντες* pro *περιεφθέντες*. Frequens admodum est apud Herodotum *τρηχέως περισπεῖν* (*male mulcare*) et *τρηχέως περιεφθῆναι*. Contra *δρησμὸν ἐβούλευον* rectius dicitur quam quod apud Herodotum est *ἐβουλεύονΤΟ*.

Pag. 868 *b.* reprehendit Herodotum *Θούριον μὲν ὑπὸ τῶν ἄλλων* NOMIζόμενον, *αὐτὸν δὲ Ἁλικαρνασέων περιεχόμενον*. Emenda: ΌNOMAζόμενον, non erat enim haec Graecorum *opinio*, sed constabat inter omnes, unde etiam multi pro *Ἡροδότου Ἁλικαρνησέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε* MΕΤΕΓΡΑΦΟΝ *Ἡροδότου Θουρίου. Μετῴκησε γὰρ εἰς Θουρίους καὶ τῆς ἀποικίας ἐκείνης μετέσχε.* Plutarchus *de exsilio* pag. 604 *f.*

Ex iis quae leguntur pag. 869 *a.* locus Herodoti emendari potest. Legitur apud Plutarchum: *Νάξιοι τρεῖς ἔπεμψαν τριήρεις συμμάχους τοῖς βαρβάροις, εἷς δὲ τῶν τριηράρχων Δημόκριτος* ΥΕΠΕΙCΕ *τοὺς ἄλλους ἐλέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων.* apud Herodotum VIII. 46. *Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας ἀποπεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους —, ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας Δημοκρίτου* CΠΕΤσαντος *ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου*, ubi ΠΕΙσαντος verum est.

Pag. 869 *b.* *οἱ Ναξίων ὡρογράφοι λέγουσι καὶ πρότερον Μεγαβάτην ἀπώσασθαι — καὶ Δᾶτιν αὖθις τὸν στρατηγὸν ἐξελάσαι καταπρήσαντα ποιῆσαι κακόν.* Manifestam lacunam in hunc ferme modum probabiliter sarcias: *καταπρήσαντα (μὲν τὴν πόλιν, ἄλλο δ' οὐδὲν δυνηθέντα) ποιῆσαι κακόν.* Veriora de Naxiis tradidit Herodotus VI. 96.

Pag. 870 *b.* *ἀλλ' ὃ μὲν ἔψευσαι λόγος ἡμῖν οὐδείς· ἃ δὲ τ***** ψευσαι μόνον ἐξετάζομεν.* Legendum: *ἀλλ' ΥΩΝ μὲν ἔψευσαι*, et supplendum: *ἃ δὲ τ(ΩΝ Κορινθίων καὶ τῶν Θηβαίων κατέ)ψευσαι μόνον ἐξετάζομεν.*

Pag. 870 *f.* ὁ Ἀδείμαντος, ᾧ πλεῖστα λοιδορούμενος Ἡρόδοτος διατελεῖ καὶ λέγων „μοῦνον ΑΠΑΙρειν τῶν στρατηγῶν ὡς φευξόμενον ἀπ' Ἀρτεμισίου καὶ μὴ περιμενοῦντα". Pro absurdo ἀπαίρειν restituendum ex Herodoto VIII. 15. μοῦνον ΑΣΠαίρειν.

Pag. 874 *b.* ἡδὺς ὁ λόγος (*Herodoti*) καὶ χάρις ἔπεστι καὶ ΔΕΙΝότης καὶ ὥρα τοῖς διηγήμασιν. Quem non offendat δεινότης media inter χάριν et ὥραν? Verum vidit Ruhnkenius in annotatione Ms. reponens καὶ ΛΕΙότης, ut in sqq. βλασφημίαν ΛΕΙΟΙΣ καὶ ἀπαλοῖς σχήμασιν ὑποδεδυκυῖαν.

Pag. 874 *c.* ταῦτα καὶ κηλεῖ καὶ προσάγεται πάντας, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ῥόδοις δεῖ ΚΑΝΘΑΡΙΔΑ φυλάττεσθαι τὴν βλασφημίαν — ὑποδεδυκυῖαν. Quid sibi vult in tali comparatione καν θαρίς? Res ipsa ducit ad ὥσπερ ἐν ῥόδοις δεῖ ΫΑΚΑΝΘΑΝ φυλάττεσθαι, aut δεῖ ΤΑΣ ΫΑΚΑΝΘΑΣ φυλάττεσθαι, deinde supple omissa (οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἡροδότου λέξει) τὴν βλασφημίαν.

Haec sunt Plutarchi in Herodotum crimina et calumniae, quibus multo magis suam εὐήθειαν declaravit quam κακοήθειαν Herodoti, candidissimi mortalium. De oratione et verbis satis diximus, restant quaedam de rebus annotanda.

Plutarchus habebat ad manum Herodoto antiquiores λογοποιούς, et semel iterumque locum ex Charone Lampsaceno descripsit pag. 859 *b.* Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς — ταυτὶ κατὰ λέξιν γέγραφε· „Πακτύης δὲ ὡς ἐπύθετο προσελαύνοντα τὸν στρατὸν τὸν Περσικὸν ᾤχετο φεύγων ἄρτι μὲν εἰς Μυτιλήνην, ἔπειτα δὲ εἰς Χίον· καὶ αὐτοῦ ἐκράτησε Κῦρος." et pag. 861 *d.* τοῦ Λαμψακηνοῦ Χάρωνος — γράφοντος κατὰ λέξιν· „Ἀθηναῖοι δὲ εἴκοσι τριήρεσι ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖσι Ἴωσι καὶ ἐς Σάρδις ἐστρατεύσαντο καὶ εἷλον τὰ περὶ Σάρδις ἅπαντα χωρὶς τοῦ τείχεος τοῦ βασιληΐου· ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἐπαναχωρέουσι ἐς Μίλητον." Non pugnant haec cum Herodotea narratione, ut Plutarchus opinatur, sed quae Herodotus copiose et luculenter memoriae prodidit ea exiliter et ieiune Charon retulerat in annales.

Quidquid Plutarchus novi attulit, quod apud Herodotum non legatur, nihil est in iis quod veri speciem habeat et sunt etiam nonnulla plane absurda. In illis ponam τὸ μέγα καὶ ἀοίδιμον

κατόρθωμα Eretriensium pag. 861. *b.*, qui *insignem victoriam navalem reportarunt deinde impetum in Sardes fecerunt, Artaphernem in arce obsederunt, Miletum obsidione liberarunt et tandem* πλήθους ἐπιχυθέντος αὐτοῖς ἀπεχώρησαν. Haec igitur dolo malo Herodotus *silentio pressisse* arguitur. Sed narrare non poterat quae numquam gesta essent, neque eodem tempore Artaphernes in arce Sardiana obsidebatur ab Ionibus et a Persis Miletus. Habeat sibi haec bonus Λυσανίας ὁ Μαλλώτης, unde haec Plutarchus sumserat.

Quis non statim intelligit fabulosum esse somnium Leonidae pag. 865. *f. Thebis in fano Herculis, in quo nemo unquam pernoctaverat.* Perspicuum est fabellam hanc post Leuctricam victoriam esse natam. Aliquanto etiam absurdior fabula est et puerilis pag. 866. *a.* de morte Leonidae: *Leonidas undique circumventus cum suis irrumpit in castra Persarum ut regem in praetorio occiderent ibique oppeterent mortem. Obvium quemque obtruncant aut fugant, sed rex reperiri non potuit:* ἐπεὶ δ' οὐχ ηὑρίσκετο βασιλεὺς ἐν ἀχανεῖ στρατεύματι — πλανώμενοι μόλις — διεφθάρησαν. Haec (si Plutarcho credimus) narrare Herodotus debuerat. Cur non fecerit mihi perspicere videor.

Sed sunt alia etiam longe absurdiora. Leonidas Sparta proficiscens pag. 866. *b. ad certam mortem* sibi et omnibus contendere videtur. *„Paucos ducis"* dixit aliquis; πολλοὺς μὲν (οὖν add.), ἔφη, ὡς τεθνηξομένους. Quaerit ex eo uxor εἴ τι λέγοι. Cui ille: ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι καὶ ἀγαθὰ τίκτειν. Haec omnis consternatio animorum et desperatio de nihilo ficta est. Magna contra omnes tenebat spes et fiducia ὅτι σφι εἴη δεινὸν οὐδέν· οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἀλλ' ἄνθρωπον (Herod. VII. 203).

Praemittebatur Leonidas cum paucis propter ferias, quibus peractis reliqui omnes πανδημεί essent secuturi et nemo suspicabatur ad Thermopylas tam cito debellatum fore (Herod. VII. 206.)

Quod autem prorsus absurdum et ridiculum est nunc dicam. Ἀγῶνα μὲν γὰρ ἐπιτάφιον αὐτῷ ἠγωνίσαντο πρὸ τῆς ἐξόδου καὶ τοῦτον ἔθεῶντο πατέρες αὐτῶν καὶ μητέρες. Cur non et filii spectatum admissi? namque Herodotus auctor est VII. 205. trecentos esse delectos τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες.

Quid ego nunc verba perdam ut demonstrem nihil his *ludis funebribus*, (quos spectabant illi ipsi in quorum honorem committebantur) excogitari posse absurdius? Haec tamen Plutarchus serio et graviter nobis narrat, et sunt qui haec aequo animo legant, fortasse etiam admirentur.

Quo tempore in Graecia desipiente τοσοῦτον ἦν σκότος πρὸ τῆς ἀληθείας, natae sunt etiam futiles fabulae de Herodoti avaritia et perfidia. Quum pleraque omnia et omnes essent venales et nil sine largitione et nummis agebatur, suspicabantur angusti animi homines Herodotum quoque pretio alios laudare, reprehendere alios. Est eques Romanus natus in Gallia incerto nomine, qui notissimam *Corinthiacam* orationem scripsit, ubi agitur Tom. II. pag. 103. Reisk. ἦκε δὲ καὶ Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς ὡς ὑμᾶς λόγους φέρων Ἑλληνικοὺς ἄλλους τε καὶ Κορινθίους οὐδέπω ψευδεῖς, ἀνθ' ὧν ἠξίου παρὰ τῆς πόλεως μισθὸν ἄρνυσθαι. διαμαρτὼν δὲ (καὶ del.) τούτου· οὐ γὰρ ἠξίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δόξαν ἀγοράζειν· μετεσκεύασεν ἐκεῖνα ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον. Haec quidem fabula Plutarchum fugit, qui habet alia similia perinde absurda. *Herodotus summis laudibus extulit Athenienses, sed non gratiis: erat rumor Herodotum κολακεύσαντα τοὺς Ἀθηναίους ἀργύριον πολὺ λαβεῖν παρ' αὐτῶν* pag. 862. *a*. Hanc quidem διαβολήν Plutarchus non admittit, quia se putabat gravem Herodoti errorem in temporum ratione deprehendisse, quem quilibet Atheniensis statim animadvertere potuisset; unde collegit *Herodotum suas historias Athenis non recitasse* neque adeo ab iis mercedem flagitasse. Et tamen repertus est historicus, qui protulit Anyti ψήφισμα, quo decem talenta Herodoto publice dono darentur pag. 862. *b*. Sed a Thebanis petiit pag. 864. *c*. χρήματα μὲν αἰτήσας οὐκ ἔλαβε παρὰ Θηβαίων, ἐπιχειρῶν δὲ τοῖς νέοις διαλέγεσθαι καὶ συσχολάζειν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκωλύθη. Quo tandem nomine a Thebanis pecuniam flagitavit, quibus proditae Graeciae notam inussit sempiternam? et quo modo cum Thebana iuventute disserere voluit ad literas et omnem philosophiam frigente? Haec omnia sunt πλάσματα recentiorum; qui neque Herodoti ingenium neque Herodoteae aetatis indolem cognitam et perspectam habebant.

Qui Herodoto fidem detrectant opponere ei solent Simonidem, egregium poëtam, sed hominem avarum et venalem et si quis pretium dedisset laudes aut veras carmine augentem aut falsas de suo fingentem.

Aperte id confitetur auctor *Corinthiacae* pag. 109. Tom. II. Reisk. ἐν Σαλαμῖνι δὲ ἠρίστευσαν (*Corinthii*) καὶ τῆς νίκης αἴτιοι (Leg. αἰτιώτατοι) κατέστησαν. Ἡροδότῳ γὰρ ΟΥ ΠΡΟΣΕΧΩ ἀλλὰ τῷ τάφῳ καὶ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπέγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν Κορινθίων τεθαμμένοις ἐν Σαλαμῖνι·

Ὦ ξεῖν', εὐυδρόν ποτ' ἐναλόμεν ἄχυ Κορίνθου,
νῦν δ' ἄμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.
ῥεῖα δὲ Φοινίσσας νῆας καὶ Πέρσας ἐλόντες
καὶ Μήδους ἱερὰν Ἑλλάδα ῥυσάμεθα.

Nihil impedit quo minus Adimantus et Corinthii ex turpi fuga revocati et naves Phoenissas aliquot ceperint et nonnullos ex suorum numero amiserint, ut non mentiatur Simonides, sed verissima tamen fama est, quam Herodotus ab Atheniensibus acceptam ad posteritatis memoriam propagavit. Sed manifesto mentitus est Simonides quum in Adimanti monumento inscriberet:

οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλὰς
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο σέφανον.

in *Corinthiaca* pag. 109. et apud Plutarchum pag. 870. *f.* (ubi mendose legitur ὃν δία πᾶσα pro οὗ διὰ βουλάς). Manifesto mentitur iterum Simonides apud Plut. pag. 869. *d.*

Δημόκριτος ΤΡΙΤΟΣ ἦρχε μάχης ὅτε πὰρ Σαλαμῖνα
Ἕλληνες Μήδοις σύμβαλον ἐν πελάγει·
πέντε δὲ νῆας ἕλεν δήων, ἕκτην δ' ὑπὸ χεῖρα
ῥύσατο βαρβαρικὴν Δωρίδ' ἁλισκομένην.

Potuit Democritus quinque hostium naves capere et sextam ex barbarorum manibus eripere, sed τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες τῆς μάχης verius Herodotus narravit VIII. 84. et 93.

Non est hoc magno opere poëtis vitio vertendum si quando de magnis maiora loquantur et veris falsa misceant, sed obsistendum est illis, qui disertis gravium et prudentium historicorum testimoniis carmina poëtarum opponunt et non dubitant dicere: Ἡροδότῳ οὐ προσέχω ἀλλὰ Σιμωνίδῃ.

Pag. 943. *d.* *γεύονται χαρᾶς οἵαν οἱ τελούμενοι — μετ' ἐλπίδος* ΊΔΙΑC *ἔχουσιν.* Legendum *μετ' ἐλπίδος* ΉΔΘΙΑC.

In sqq. *ἐνίας δὲ καὶ τῶν ἐκεῖ περὶ τὰ κάτω τερπομένας — ὁρῶσι καταδυομένας.* Optime Madvig. *Adv. Crit.* pag. 27. *περὶ κάτω τρεπομένας* correxit. Cf. quae de antiqua locutione *περὶ κάτω τρέπειν* et *περὶ κάτω τρέπεσθαι* diximus in *Var. Lectt.* pag. 90.

Accedat locus ex Damascii *vita Isidori* in Photii *Bibliotheca* pag. 337. *b.* 1. Bekk. *τὸ ὑψηλόνουν καὶ τελεσιουργὸν εἶχεν οὐ περὶ* [*τὰ*] *κάτω ϛρεφόμενον, ἀλλ' εὐθὺς ἀναθρῶσκον κτἑ.*

Pag. 959. *b.* *χαριζόμενος καὶ συννεαρίζων τοῖς μειρακίοις.* Non est Graecum *συννεαρίζων* sed *συννεάζων*, ut in Euripidis fragmento apud Stobaeum *Floril.* 71. 7.

καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί.

Pag. 985. *a.* *ἐν τῷ μεταξὺ* Νάξου *καὶ* Πάρου *πορθμῷ τῆς νεὼς ἀνατραπείσης — ἐξενεχθῆναι τῆς* ΣΙΚΤΝΘΟΤ *κατὰ σπηλαίου.* Situs locorum declarat olim ΣΙΚΙΝΟΤ scriptum fuisse, quae insula illi freto est proxima.

Pag. 995. *a.* *οὐδενὶ γὰρ ἔοικε τὸ ἀνθρώπου σῶμα τῶν ἐπὶ σαρκοφαγίᾳ γεγονότων. — οὐ κοιλίας εὐτονία καὶ πνεύματος θερμότης* ΤΡέψαι *καὶ κατεργάσασθαι δυνατὴ τὸ κρεῶδες.* Mendum est in *τρέψαι.* Requirit sententia *concoquere*, itaque simplicissima mutatione scribendum Πέψαι. cf. locum in vita *Eumenis* cap. 12. *τὰς δὲ κριθὰς ἐνέβαλλον αὐτοῖς* (*equis*) *ἐπτισμένας ἵνα κατεργάζωνται θᾶττον καὶ* ΠϴΤΤΩCΙ *βέλτιον.*

Pag. 1059. *c.* *ὑπὸ τοιούτων ἐγὼ λόγων διακεκαυμένος ἔωθεν σβεστήρων δέομαι.* Vocabulum *σβεστήρ* obiter ex Lexicis eximendum. Scriptum erat de mora *σβεσ*$^{\tau\rho\omega\nu}$, quod significat *σβεστηρίων*, ut omnes loquuntur.

Pag. 1089. *b.* *οὐ γὰρ εἰκὸς εἶναι μέγα τῆς ἡδονῆς τὸ μνημονευόμενον εἰ μικρὸν ἐδόκει τὸ παρόν, οὐδὲ οἷς* CΤΝϴΦϴΡ*ετο μετρίως*

γιγνομένοις ὑπερχαίρειν γενομένων. Sententia poscit: οἷς ЄΤΦΡΑΙΝετο μετρίως.

Pag. 1095. *d.* εἰ δὲ Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος συναγαγὼν τὸ Μουσεῖον τούτοις СΤΝέτυχε τοῖς καλοῖς καὶ βασιλικοῖς παραγγέλμασιν ἄρ' οὐκ ἂν εἶπε τοῖς Σαμίοις, Ὦ Μοῦσα τίς ὁ φθόνος; Scribendum ʼЄΝέτυχε et, ἆρ' οὐκ ἂν εἶπε·

Τοῖς Σαμίοις, ὦ Μοῦσα, τίς ὁ φθόνος;

Pag. 1096. *c.* τὸ τοῦ Ξενοφῶντος ἐκεῖνό μοι δοκοῦσι καὶ τὸν ἔρωτα ποιεῖν ἐπιλανθάνεσθαι τοσοῦτον ἡδονῇ κρατοῦσαι. Erat in vetere Codice ΤΟΝЄΡΩΤΑ, id est τὸν ἐρῶντα, quod reponendum. Xenophontis locus est in *Cyneget.* V. 33. οὕτω δ' ἐπίχαρί ἐςι τὸ θηρίον (*lepus*) ὥςε οὐδεὶς ὅςις οὐκ ἂν ἰδὼν ἰχνευόμενον — ἐπιλάθοιτ' ἂν εἴ του ἐρώη.

Pag. 1097. *c.* in Epicuri epistola: Δαΐως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπεμελήθητε ἡμῶν. Pro monstroso δαΐως emendandum δαψιλῶς.

Pag. 1098. *b.* ἐνταῦθα κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐξείργομαι γνώμην εἰπεῖν ὅτι τῷ πρακτικῷ βίῳ τὸ ἡδὺ πλέον ἢ τὸ καλόν ἐςιν. Non est alius locus Herodoti celebratior et omnibus notior quam VII. 139. ἐνθαῦτα ἀναγκαίη ἐξέργομαι γνώμην ἀποδέξασθαι ἐπίφθονον μὲν — ὅμως δὲ — οὐκ ἐπισχήσω, in quo nunc Plutarchus iocatur quasi et ipse dicturus aliquid cum plurimorum opinione pugnans, nempe ἐν τῷ πρακτικῷ βίῳ etiam plus *suavitatis* inesse quam *gloriae*. Scribendum autem τὸ ἡδὺ πλέον ἢ τὸ καλὸν ʼЄΝεςιν. Erat autem communis hominum opinio hanc vitam *laboriosam* esse magis quam *iucundam*. Pergit ita dicere: μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ἐπαμεινώνδας εἰπών, ὡς Φασιν, ἥδιςον αὐτῷ γενέσθαι τὸ τοὺς γονεῖς [ζῶντας] ἐπιδεῖν τὸ ἐν Λεύκτροις τρόπαιον [αὐτοῦ ϛρατηγοῦντος]. Duo inficeta additamenta vides. Ἐπιδεῖν non nisi de vivis poni potest, qui aut insignem aliquam calamitatem aut singularem quandam felicitatem experti sunt, et τὸ ἐν Λεύκτροις τρόπαιον satis apud omnes celebratum erat ut esset frigidum addere ab Epaminonda esse positum.

Ironice utitur Plutarchus verbo ἐπιδεῖν in vicinia ubi scribit:

Epicuri mater τὸν υἱὸν ἐπεῖδεν εἰς τὸ κηπίδιον ἐνδεδυκότα καὶ — παιδοποιούμενον ἐκ τῆς Κυζικηνῆς ἑταίρας, id est *matri Epicuri obtigit illa singularis felicitas ut videret filium cet.*

Pag. 1099. *c. τί γὰρ ἂν λέγοι τις Ἐπαμεινώνδαν οὐκ ἐθελήσαντα δειπνεῖν ὡς ἑώρα πολυτελέστερον τῆς Οὐσίας τὸ δεῖπνον, ἀλλ' εἰπόντα πρὸς τὸν Φίλον· ἐγώ σε ὤμην* ΘΥΕΙΝ, *οὐχ ὑβρίζειν.* Rectissime Valckenarius in annotatione Ms. emendavit: *πολυτελέστερον τῆς Θυσίας τὸ δεῖπνον.*

Post pauca: (*Alexander*) *Φιλόξενον γράψαντα περὶ παίδων καλῶν εἰ πριεῖται μικρὸν ἐδέησε τῆς ἐπιτροπῆς ἀποστῆNαι.* Pro barbara forma *πριεῖται* reponendum: *εἰ πρίΗται* et *ἀποστῆCαι* pro *ἀποστῆναι.*

Pag. 1100. *b. ὥσπερ [ὑπὸ λιμοῦ] τὰ σώματα τροφῆς μὴ παρούσης ἀναγκάζεται παρὰ Φύσιν ὑΦ' αὑτῶν τρέφεσθαι.* Frigide et inepte bis idem dicitur.

Pag. 1101. *f.* latet octonarius veteris poëtae:

καὶ παχυσκελὴς ἀλετρὶς πρὸς μύλην κινουμένη.

Pag. 1102. *b.* Verissime Posidonius apud Ciceronem *de Natura Deorum* I. 44. disseruit *„nullos esse deos Epicuro videri; quaeque is de diis immortalibus dixerit* invidiae detestandae gratia *dixisse."* et Cicero ipse *de Nat. Deor.* I. 30. *„video nonnullis videri Epicurum*, ne in offensionem Atheniensium caderet, *verbis reliquisse deos, re sustulisse."* et ibid. III. 1. *„Epicurus — negare deos esse non audet*, ne quid invidiae subeat aut criminis." Planius etiam Plutarchus l.l. (*Epicureus ὑποκρίνεται εὐχὰς καὶ προσκυνήσεις οὐδὲν δεόμενος* ΔΙΑ ΦΟΒΟΝ ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ *καὶ φθέγγεται φωνὰς ἐναντίας οἷς φιλοσοφεῖ καὶ θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέσχηκε τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, θύσας δὲ ἄπεισι λέγων τὸ Μενανδρεῖον·*

ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

Epicurei *ἀσεβείας* crimen sedulo vitantes et adorabant deos et precabantur et rem divinam faciebant (nonnumquam et sa-

cerdotio fungebantur)[1]) δεδιότες καὶ ταραττόμενοι μὴ Φανερὸι γένωνται ΤΟΤC πολλΟΤC παραλογιζόμενοι καὶ Φενακίζοντες, ubi legendum: Φανεροὶ γένωνται ΤΟΙC πολλΟΙC. Deinde Plutarchus ita pergit: ἐΦ' οὓς καὶ τὰ περὶ θεῶν καὶ ΘΕΙότητος αὐτοῖς βιβλία συντέτακται·

ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ πᾶν πέριξ.

ἀμπεχομένοις καὶ ἀποκρυπτομένοις ΔΙΑ ΦΟΒΟΝ ἃς ἔχουσι δόξας. In his mendosum est ΘΕΙότητος pro quo ΟCΙότητος est reponendum. Diserte memorat Diogenes Laërt. X. 26. Epicuri scripta enumerans librum περὶ θεῶν περὶ (leg. καὶ) ΟCΙότητος. et Cicero *de Nat. Deorum* I. 44. „*est etiam liber Epicuri* de sanctitate. *Ludimur ab homine non tam faceto quam ad scribendi licentiam libero. Quae enim potest esse* sanctitas *si Dii humana non curant?*" et iterum I. 41. „*at etiam* de sanctitate [de pietate adversus deos] *libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut Coruncanium aut Scaevolam* [pontifices maximos] *te audire dicas.*" in quo loco duplex emblema vides utrumque perabsurdum. Nonne risum movet admoneri illos auditores Coruncanium et Scaevolam *pontifices maximos* fuisse?

Pag. 1108. *a.* Plato ad Speusippum ita dicit: σὺ τοίνυν παραλαβὼν κόΜΙζε τὸν ἄνθρωπον ὅπως βούλει· ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι. Non hoc Plato dixit, sed κόΛΑζε τὸν ἄνθρωπον.

Pag. 1124. *f.*

Πέλας γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

plane contrarium poëta dixerat. Apud Stobaeum est (Nauck. *F. T.* pag. 716):

πόρρω γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν κλύει.

verum esse suspicor:

ΕΚὰς γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Pag. 1136. *f.* Πλάτων ἀκουσὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Non est Graecum nomen Μέτελλος. sed ΜέΓιλλος.

---

1) Lucianus in *Convivio* cap. 9. Ἑρμων ὁ Ἐπικούρειος ἱερεὺς ἦν τῶν ἀνάκτων unde Stoicus exclamat: ἐγέλασα Ἐπικούρειον ἱερέα.

Tom. III. pag. 28. Dübneri in Plutarchi fragmentis legitur de *parentibus*: *οὓς δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, φησὶν, ὄντας ἐφ' ἑστίᾳ θεῶν.* Legendum: *φησὶν ὁ Πλάτων*, nempe *de Legg.* pag. 931. *a.* unde Plutarcho reddendum *ἀγάλματα ἐφέστια θεῶν.* Quod apud Platonem additur *ἐν οἰκίᾳ* delendum esse Stallbaumio persuadere non potui.

Non posse suaviter vivi cet. pag. 1103 *e. καίτοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν ἐπιβάτης διαλυθείσης ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖταί τινος ὡς γῇ προσέξων* [τὸ] *σῶμα καὶ διανηξόμενος.* Dele articulum. Euripidis verba sunt:

ὡς γῇ προσέξων σῶμα.

Ibid. pag. 1104 *f. καὶ γὰρ τὸ παρὸν ὡς μικρὸν — ἀτιμΗσαντες ἀναπόλαυστον προΐενται.* Lege *ἀτιμΑσαντες.* In libris perpetuo vidi *ἀτιμάσαι*, *ἀτιμῶσαι* et *ἀτιμῆσαι* inter se stulte confundi. *Ἀτιμῆσαι* est Homericum, *ἀτιμῶσαι* est *notare infamia*, et quod Plutarchus dicit *ἀτιμάσαι* appellatur.

Adv. Coloten 1107 *f. οὐ γὰρ* ΑΓΑΝ * * *Νέστορος ἐλέσθαι δέον ἐκ τῶν ἐννέα τὸν ἄριστον ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιουμένου καὶ διακληροῦντος.* Supplendum: *οὐ γὰρ ἄγα*ΜΑΙ ΤΟ ΤΟΥ *Νέστορος.*

Ibid. pag. 1126 *e.* Ζήνων *ὁ Παρμενίδου γνώριμος — τὴν γλῶτταν αὐτοῦ διατρΩγων τῷ τυράννῳ προσέπτυσεν.* Ineptum est praesens *διατρώγων* pro *διατραγών.*

Περὶ τοῦ ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ pag. 1130 *d.*

καὶ τοῖσιν Ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν
καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς
ἀναπέπταται πεδίον.

Ruhnkenius in annot. Ms. correxit ϵΥ*κάρπων* et *καὶ* CΥCK*ίων δένδρων.*

De Musica pag. 1134 *a. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων* Γ*ραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος.* Legendum: *ἡ τῶν Παναθηναίων* ΄ΑΝΑ-

γραφή, ut recte legitur in vicinia: ἐν δὲ τῇ ἐν Σικυῶνι ἀναγραφῇ τῇ περὶ τῶν ποιητῶν. Eiusdemmodi erat ἡ ἐν Πάρῳ ἀναγραφή, quam nunc MARMOR PARIUM appellamus. Cf. pag. 1132 *a*. πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι ἀποκειμένης, δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνομάζει, ubi lege ἐξ ἧς pro δι' ἧς. et pag. 1132 *e*. (*Terpander*) τὰ Πύθια τετράκις ἐξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. et pag. 1133 *f*. ὅτι δ' ἐστὶν Ὀλύμπου ὁ ἁρμάτειος νόμος ἐκ τῆς Γλαύκου ἀναγραφῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν μάθοι ἄν τις. et pag. 1134 *b*. Σακάδας τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. et pag. 1135 *e*. ὑπομνήσω δὲ τοῦθ' ὅτι τοῖς ἀναγεγραμμένοις μόνοις κατακολουθήσας πεποίηται τὴν δεῖξιν. id est iis *quorum memoria ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς servata esset*, ut pag. 1133 *b*. περὶ δὲ Κλονᾶ ὅτι τὸν Ἀπόθετον καὶ Σχοινιῶνα πεποιηκὼς εἴη μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες.

Ibid. pag. 1140 *e*. ἐπὶ μέντοι τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων οὐδ' εἰδέναι φασὶ τοὺς Ἕλληνας τὴν θεατρικὴν μοῦσαν. — ἐπὶ μέντοι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων τοσοῦτον ἐπιδέδωκε τὸ τῆς διαΦΟρᾶς εἶδος κτέ. Interpres: „tantum est receptum *discriminis*". at tu rescribe: τὸ τῆς διαΦΘΟρᾶς εἶδος.

PSEUDO PLUTARCHI
Proverbia Alexandrina.

XXIII. Βούνας δικάζει: — τούτῳ Ἠλεῖοι πρὸς Καλλιωναίους διαφερόμενοι ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένειν ἕως ἂν ἀποφήναι. Leg. Βουλίας — πρὸς Καλυδωνίους — δίαιταν, ΟΜΟσαντες ἀναμενεῖν ἕως ἂν ἀποΦΗΝΗΤΑΙ.

XLIII. Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ἔλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν. Leg. Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο ΓΑΡ οὐδέν.

CVI. τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας ΕΓΕΙΝΑΤΟ. vera lectio est: τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρ(έφει).

C. G. COBET.

RESPONSIO

AD VIRUM DOCTISSIMUM

GREGORIUM N. BERNARDAKIS DR. PHIL.

latus est ad me nuperrime Lipsia libellus inscriptus:

SYMBOLAE CRITICAE IN STRABONEM
VEL CENSURA COBETI EMENDATIONUM
IN STRABONEM.

scripsit GREGORIUS N. BERNARDAKIS DR. PHIL.

comiter mihi ab auctore dono missum semel et iterum nter legi. Plurimum abest ut aegre feram meas emen- es quantumvis acri et severae censurae subiici, praesertim us censor et castigator *ἀνὴρ ὢν καλός τε κἀγαθός* et ardens tis amore non proterve et petulanter, neque iracunde et neliose in me invehatur (non enim curarem), sed docte ite et ingeniose meas opiniones aut sententias refutare co- ; non enim potest severus esse in iudicando is qui alios severos esse iudices non vult. Bernardakis autem in ea ni viri et humanitate expoliti officio functus est et argu- s magis quam maledictis certat. Si quando excandescit que acrioribus utitur facilis do veniam, namque et ipse us iuventa olim ita faciebam. Fert autem ipsa rei natura iditi homines inter sese contendant.

καὶ κριτικὸς κριτικῷ κοτέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

iversa fortuna in aliqua emendatione usus fuisset. At tamen non nveni quod quidem requirebam. Itaque ad coniecturas decursum st; sed iis quoque nihil profeci. Nam aliquem casum singularem uominus fingerem impediebat quum emendationum consentientium ultitudo, tum id quod iam sciebam Cobetum in manibus Coraïs ditionem habuisse, cuius etiam emendationes interdum nominatim ommemorat. Iterum admittere Cobetum in rem suam Coraïs ope-as (melius *invènta*, *ἐξευρήματα*) *vertere — id quoque mihi quidem robabile in tali viro non videbatur. Neque facile concedere pote-am, Cobetum Coraïs studia neglexisse; nam aliorum quoque edito-um, et recentiorum et superiorum, emendationes idem nominatim lerumque refert. Quidnam tu igitur admiseris? Ego consilii mei nopiam confiteor; valde tamen dubito, an etiam alius quisquam, raeter ipsum auctorem, aenigma hoc expedire possit*". Viden' in is verbis quamquam *δι' αἰνιγμῶν* contineri illa crimina, quae upra simpliciter suo nomine appellavi. Reliquum est igitur t „*ipse auctor*" hoc „*aenigma*", siquidem aenigma est, solvam, uod iam facere aggrediar.

In recognoscendo Strabonis textu quem vocant praeter libros, uos in fronte harum Observationum indicavi MULLERI, MEI-EKII et MADVIGII, perpetuo usus sum Editione Strabonis, quam erolini curavit Gustavus Kramerus (STRABONIS GEOGRAPHICA ECENSUIT GUSTAVUS KRAMERUS BEROLINI 1844—1852), quam rimo loco in fronte posui, NEQUE ULLA UMQUAM ALIA USUS SUM. Kramerus enim primus omnium Strabonem ad Codicum fidem xegit idque tanta cura et diligentia et sollertia fecit, nihil ut ddi posse videatur. Idem superiorum Editorum et Criticorum mendationes, coniecturas, suspiciones, quae quidem essent pro-abiles, omnes sedulo undique collegit, optimas et certissimas n textum recepit, caeteras in annotatione commemoravit et enique nihil omisit quod Strabonem lecturis et emendaturis ullo nodo prodesse posset. His ego praesidiis satis me ad Strabonis rationem corrigendam instructum esse et olim arbitrabar et nunc rbitror. Submiror etiam quo pacto Bernardakis necessario hoc nstrumento carens („*nam solum Coraïs et Meinekii editiones habeo*" ag. 7) officio suo fungi possit. Sequitur ex his me Coraïs nimadversiones NON EX IPSIUS LIBRIS sed ex annotatione Kra-neri cognitas habuisse. Neque possideo librum NEQUE UMQUAM

ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν, namque, ut praeclare dixit poëta in Gallia:

du choc des opinions jaillit la vérité.

De emendatione operis Straboniani in [illegible] *Coraïs editi-* gulis apud Strabonem locis controv[illegible] *nominatim com-* ciam. Nollem, etiam si liceret [illegible], *ut veritatis gratia* Bernardakis mea argum[illegible] *[illegible]issimam lucem, neque e* exposuit ut nihil des[illegible] *[illegible]de Alexandrino praestantissimo* causam cognoscer[illegible] *adnotationibus*" [1]). Praestantem

Itaque de [illegible] et certam emendationem alteri cui respon[illegible] *[illegible] impudenter* venditat pro sua! Sed praeclara „*Huius* [illegible] *dicar* [illegible] *sibi, nulla pallescere culpa.*

G[illegible] *[illegible] nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

hinc enim mihi neque iram haec movent, non sunt enim *κα-* *[illegible] πεπλασμένα*, neque risum, ut saepius antea in talibus, *namque non est* accusator meus *βάσκανον ἀνθρώπιον*, quem satis *sit contemnere.* Hoc tantum affirmo numquam me de hac *Coraïs* emendatione inaudivisse, quia Kramerus eam silentio *praeteriit.*

Sed vereor ne ex hac defensione novus mihi accusator exo- *riatur*, qui novum hoc crimen exagitet urgeatque, quod ipsum *Coraën* lectitare neglexerim „*unum omnium sine controversia de litteris Graecis optime meritum*". pag. 58. Videbo an huius quoque criminationis invidiam iusta defensione a me amoliri possim.

Magno opere ad hanc controversiam dirimendam pertinet statuere quid de Coraïs ingenio et critica facultate existimandum esse videatur: in qua re (dicam candidissime quod sentio) multum vereor ne Graeci nimia quadam admiratione abrepti et amore ac benevolentia erga praeclarum virum occaecati (*τυφλὸν γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον*) paullo sint cupidiores iudices.

Coraës enim, qui litteris multum profuit, longe plurimum

---

1) Scripseram de eodem Strabonis loco ante hos decem annos ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ Clementis Alexandrini textum recognoscens pag. 209. unde facile apparebit Coraïs emendationem notam mihi non fuisse.

qua immortaliter meritus eo potissimum
ivium suorum ac popularium recuperata
enii cultura ad omnem humanitatem expo-
rum amore et linguam patriam ex interiore
otitia et intelligentia puriorem fecit et sa-
mo populo digniorem. Has egregii viri
emo paullo humanior ignorat, ac mihi
propius inspicere ex crebris sermonibus dilec-
quem hic aliquamdiu magis amicum et collegam
iscipulum habui, Κωνσταντίνου Κόντου. Quam ardebant
animus et oculi quum immortalia Coraïs merita de renata
ria inflammata oratione praedicabat meque incendebat τῇ
μ κεφαλῇ συνενθουσιῶντα. Quam indignabitur optimus Κόντος
audiverit mihi serio exprobrari quod pennis Coraï surreptis
rnatus et glorians incedam, sed idem meminerit etiam quam
uo et hilari animo ferrem si quis me scriptiuncula laedere
uisset. In illis igitur Coraïs laudibus ex animi sententia
rido amico assentiebar,

nec tamen hoc tribuens dederim quoque caetera,

n qui Coraï inter Criticorum principes, quales BENTLEIUS et
RSONUS et VALCKENARIUS fuerunt, locum assignandum putat,
ote *uni omnium sine controversia optime de litteris Graecis me-*
, aut amore occaecatus iudicat, aut iudicare de tali re non
est. Coraës ipse, credo, candidum pectus, hanc nimiam
dem subridens recusasset. Multo enim plus indefessa indus-
a et linguae Graecae veteris ac novae intelligentia quam
gulari εὐστοχίᾳ et ἀγχινοίᾳ valebat, et optimo iure collocabitur
er viros praeclaros Lobeckios, et Bekkeros et Schaeferos
osque complures, quos nostra et patrum aetas tulit, ex varia
diffusa lectione improbo labore et indefessa industria egregie
ctos, sed cum Porsono et Bentleio minime comparandos, ex
orum lectione semper te acutiorem et perspicaciorem redire
atias, quum contra eorum acies iudicii, qui multos multorum
ros et libellos promiscue lectitant, obtundatur et hebescat.
que semper malui paucos quosdam Criticorum principes assi-
e legere et relegere, et reliquorum inventa et sententias ab
is collectas cognoscere. Edidi nuper duas Hyperidis oratio-
s: apparatum Criticum omnem mihi Friderici Blassii diligens

cerdotio fungebantur)[1]) δεδιότες καὶ ταραττόμενοι μὴ Φανεροὶ γένωνται ΤΟΤC πολλΟΤC παραλογιζόμενοι καὶ Φενακίζοντες, ubi legendum: Φανεροὶ γένωνται ΤΟΙC πολλΟΙC. Deinde Plutarchus ita pergit: ἐΦ' οὓς καὶ τὰ περὶ θεῶν καὶ ΘΕΙότητος αὐτοῖς βιβλία συντέτακται·

ἐλικτὰ κοὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ πᾶν πέριξ.

ἀμπεχομένοις καὶ ἀποκρυπτομένοις ΔΙΑ ΦΟΒΟΝ ἃς ἔχουσι δόξας. In his mendosum est ΘΕΙότητος pro quo ΌΟΙότητος est reponendum. Diserte memorat Diogenes Laërt. X. 26. Epicuri scripta enumerans librum περὶ θεῶν περὶ (leg. καὶ) ΌΟΙότητος. et Cicero *de Nat. Deorum* I. 44. „*est etiam liber Epicuri* de sanctitate. *Ludimur ab homine non tam facelo quam ad scribendi licentiam libero. Quae enim potest esse* sanctitas *si Dii humana non curant?*" et iterum I. 41. „*at etiam* de sanctitate [de pietate adversus deos] *libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut Coruncanium aut Scaevolam* [pontifices maximos] *te audire dicas.*" in quo loco duplex emblema vides utrumque perabsurdum. Nonne risum movet admoneri illos auditores Coruncanium et Scaevolam *pontifices maximos* fuisse?

Pag. 1108. *a.* Plato ad Speusippum ita dicit: σὺ τοίνυν παραλαβὼν κόΜΙζε τὸν ἄνθρωπον ὅπως βούλει· ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι. Non hoc Plato dixit, sed κόΛΑζε τὸν ἄνθρωπον.

Pag. 1124. *f.*

Πέλας γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

plane contrarium poëta dixerat. Apud Stobaeum est (Nauck. *F. T.* pag. 716):

πόρρω γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν κλύει.

verum esse suspicor:

ΈΚὰς γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Pag. 1136. *f.* Πλάτων ἀκουσὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Non est Graecum nomen Μέτελλος. sed ΜέΓιλλος.

---

1) Lucianus in *Contivio* cap. 9. Ἕρμων ὁ Ἐπικούρειος ἱερεὺς ἦν τῶν ἐκείνων unde Stoicus exclamat: ἐγέλασα Ἐπικούρειον ἱερέα.

Tom. III. pag. 28. Dübneri in Plutarchi fragmentis legitur e *parentibus*: οὓς δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, φησὶν, ντας ἐφ' ἑςίᾳ θεῶν. Legendum: φησὶν ὁ Πλάτων, nempe *de egg.* pag. 931. *a.* unde Plutarcho reddendum ἀγάλματα ἐφέςια εῶν. Quod apud Platonem additur ἐν οἰκίᾳ delendum esse tallbaumio persuadere non potui.

Non posse suaviter vivi cet. pag. 1103 *e.* καίτοι νεὼς μὲν ἐκτεσὼν ἐπιβάτης διαλυθείσης ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖταί τινος ὡς γῇ προσέξων [τὸ] σῶμα καὶ διανηξόμενος. Dele articulum. Euripidis verba sunt:

ὡς γῇ προσέξων σῶμα.

Ibid. pag. 1104 *f.* καὶ γὰρ τὸ παρὸν ὡς μικρὸν — ἀτιμΗσαντες ἀναπόλαυςον προΐενται. Lege ἀτιμΑσαντες. In libris perpetuo vidi ἀτιμάσαι, ἀτιμῶσαι et ἀτιμῆσαι inter se stulte confundi. Ατιμῆσαι est Homericum, ἀτιμῶσαι est *notare infamia*, et quod Plutarchus dicit ἀτιμάσαι appellatur.

Adv. Coloten 1107 *f.* οὐ γὰρ ΆΓΑΝ * * Νέςορος ἑλέσθαι δέον κ τῶν ἐννέα τὸν ἄριςον ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιουμένου καὶ διακληροῦντος. Supplendum: οὐ γὰρ ἄγαΜΑΙ ΤΟ ΤΟΥ Νέςορος.

Ibid. pag. 1126 *e.* Ζήνων ὁ Παρμενίδου γνώριμος — τὴν γλῶτταν αὑτοῦ διατρΩγων τῷ τυράννῳ προσέπτυσεν. Ineptum est praesens διατρώγων pro διατραγών.

Περὶ τοῦ ΛΑΘΕ ΒΙΩCΑC pag. 1130 *d.*

καὶ τοῖσιν Ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν
καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς
ἀναπέπταται πεδίον.

Ruhnkenius in annot. Ms. correxit ЄΥκάρπων et καὶ CΥCΚίων δένδρων.

De Musica pag. 1134 *a.* ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων Γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. Legendum: ἡ τῶν Παναθηναίων ΆΝΑ-

γραφή, ut recte legitur in vicinia: ἐν δὲ τῇ ἐν Σικυῶνι ἀναγραφῇ τῇ περὶ τῶν ποιητῶν. Eiusdemmodi erat ἡ ἐν Πάρῳ ἀναγραφή, quam nunc MARMOR PARIUM appellamus. Cf. pag. 1132 *a*. πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι ἀποκειμένης, δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνομάζει, ubi lege ἐξ ἧς pro δι' ἧς. et pag. 1132 *e*. (*Terpander*) τὰ Πύθια τετράκις ἐξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. et pag. 1133 *f*. ὅτι δ' ἐστὶν Ὀλύμπου ὁ ἁρμάτειος νόμος ἐκ τῆς Γλαύκου ἀναγραφῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν μάθοι ἄν τις. et pag. 1134 *b*. Σακάδας τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. et pag. 1135 *e*. ὑπομνήσω δὲ τοῦθ' ὅτι τοῖς ἀναγεγραμμένοις μόνοις κατακολουθήσας πεποίηται τὴν δεῖξιν. id est iis *quorum memoria ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς servata esset*, ut pag. 1133 *b*. περὶ δὲ Κλογᾶ ὅτι τὸν Ἀπόθετον καὶ Σχοινιῶνα πεποιηκὼς εἴη μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες.

Ibid. pag. 1140 *e*. ἐπὶ μέντοι τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων οὐδ' εἰδέναι φασὶ τοὺς Ἕλληνας τὴν θεατρικὴν μοῦσαν. — ἐπὶ μέντοι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων τοσοῦτον ἐπιδέδωκε τὸ τῆς διαΦΟρᾶς εἶδος κτέ. Interpres: „tantum est receptum *discriminis*". at tu rescribe: τὸ τῆς διαΦΘΟρᾶς εἶδος.

PSEUDO PLUTARCHI
Proverbia Alexandrina.

XXIII. Βούνας δικάζει: — τούτῳ Ἠλεῖοι πρὸς Καλλιωναίους διαΦερόμενοι ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένειν ἕως ἂν ἀποφήναι. Leg. Βουλίας — πρὸς Καλυδωνίους — δίαιταν, ΟΜΟσαντες ἀναμενεῖν ἕως ἂν ἀποΦΗΝΗΤΑΙ.

XLIII. Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ἔλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν. Leg. Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο ΓΑΡ οὐδέν.

CVI. τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας ΕΓΕΙΝΑΤΟ. vera lectio est: τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρ(έφει).

C. G. COBET.

RESPONSIO

AD VIRUM DOCTISSIMUM

GREGORIUM N. BERNARDAKIS DR. PHIL.

Perlatus est ad me nuperrime Lipsia libellus inscriptus:

SYMBOLAE CRITICAE IN STRABONEM
VEL CENSURA COBETI EMENDATIONUM
IN STRABONEM.

scripsit GREGORIUS N. BERNARDAKIS DR. PHIL.

quem comiter mihi ab auctore dono missum semel et iterum diligenter legi. Plurimum abest ut aegre feram meas emendationes quantumvis acri et severae censurae subiici, praesertim si meus censor et castigator *ἀνὴρ ὢν καλός τε κἀγαθός* et ardens veritatis amore non proterve et petulanter, neque iracunde et contumeliose in me invehatur (non enim curarem), sed docte et acute et ingeniose meas opiniones aut sententias refutare conetur; non enim potest severus esse in iudicando is qui alios in se severos esse iudices non vult. Bernardakis autem in ea re boni viri et humanitate expoliti officio functus est et argumentis magis quam maledictis certat. Si quando excandescit verbisque acrioribus utitur facilis do veniam, namque et ipse fervidus iuventa olim ita faciebam. Fert autem ipsa rei natura ut eruditi homines inter sese contendant.

καὶ κριτικὸς κριτικῷ κοτέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν, namque, ut praeclare dixit poëta in Gallia:

du choc des opinions jaillit la vérité.

De emendatione operis Straboniani in universum et de singulis apud Strabonem locis controversis verbum unum non faciam. Nollem, etiam si liceret, in mea causa iudex sedere, et Bernardakis mea argumenta meis ipsius verbis tam fideliter exposuit ut nihil desideretur unde aequi et idonei iudices hanc causam cognoscere et sententias ferre possint.

Itaque de his verbum non amplius addam. Quid est igitur cui respondere velim? Dicam. Bernardakis pag. 58. ita scribit: *„Huius dissertationis scribendae locum mihi dedit iniquitas, ut ita dicam, Cobeti in Coraën, unum, qui sine controversia de litteris Graecis omnium optime meritus est"*. Quae sit ea *„iniquitas"* pag. 6. per multas ambages significavit magis quam aperte perspicueque declaravit, et ut Pythius Apollo οὐ λέγει, ἀλλὰ σημαίνει. Itaque ipse οὐδὲν ὑποσειλάμενος ἐρῶ. Criminatur me quod Coraïs permultas emendationes furtim surripuerim et tacito auctoris nomine venditarim pro meis. Improbum hercle facinus, quod qui commisit meo iudicio omnium bonorum contemtu et odio dignissimus est. Audivi igitur hanc in me criminationem eodem animo quo Chremylus obiurgationem amici Blepsidemi:

εἴ τι κεκλοφὼς νὴ Δία ἐκεῖθεν ἥκεις.

et quum se nihil commisisse clamaret:

παῦσαι φλυαρῶν, ὦγάθ', οἶδα γὰρ σαφῶς.

et post pauca:

μῶν οὐ κέκλοφας ἀλλ' ἥρπακας;

Sed videndum primum est an mihi haec furta et rapinas revera et serio obiiciat:

ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς
κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτ' ἐμοῦ;

Audi ipsum. *„Ut primum* (inquit pag. 5) *nonnullas emendationes percurri, eas cum Coraïs conferenti persuasum mihi fuit plurimas esse easdem vel similes"*. Deinde (inquit) *„in animum induxi — perscrutari, ut notitiam quandam de Coraë propriam, quae concursionem rerum singularem mihi explicaret, reperirem. Et revera hic illic in Coraïs nomen incidi, ut qui secunda cui*

adversa fortuna in aliqua emendatione usus fuisset. At tamen non inveni quod quidem requirebam. Itaque ad coniecturas decursum est; sed iis quoque nihil profeci. Nam aliquem casum singularem quominus fingerem impediebat quum emendationum consentientium multitudo, tum id quod iam sciebam Cobetum in manibus Coraïs editionem habuisse, cuius etiam emendationes interdum nominatim commemorat. Iterum admittere Cobetum in rem suam Coraïs operas (melius *invenia*, *ἐξευρήματα*) *vertere — id quoque mihi quidem probabile in tali viro non videbatur. Neque facile concedere poteram, Cobetum Coraïs studia neglexisse; nam aliorum quoque editorum, et recentiorum et superiorum, emendationes idem nominatim plerumque refert. Quidnam tu igitur admiseris? Ego consilii mei inopiam confiteor; valde tamen dubito, an etiam alius quisquam, praeter ipsum auctorem, aenigma hoc expedire possit*'. Viden' in his verbis quamquam δι' αἰνιγμῶν contineri illa crimina, quae supra simpliciter suo nomine appellavi. Reliquum est igitur ut „*ipse auctor*" hoc „*aenigma*", siquidem aenigma est, solvam, quod iam facere aggrediar.

In recognoscendo Strabonis textu quem vocant praeter libros, quos in fronte harum Observationum indicavi MULLERI, MEINEKII et MADVIGII, perpetuo usus sum Editione Strabonis, quam Berolini curavit Gustavus Kramerus (STRABONIS GEOGRAPHICA RECENSUIT GUSTAVUS KRAMERUS BEROLINI 1844—1852), quam primo loco in fronte posui, NEQUE ULLA UMQUAM ALIA USUS SUM. Kramerus enim primus omnium Strabonem ad Codicum fidem exegit idque tanta cura et diligentia et sollertia fecit, nihil ut addi posse videatur. Idem superiorum Editorum et Criticorum emendationes, coniecturas, suspiciones, quae quidem essent probabiles, omnes sedulo undique collegit, optimas et certissimas in textum recepit, caeteras in annotatione commemoravit et denique nihil omisit quod Strabonem lecturis et emendaturis ullo modo prodesse posset. His ego praesidiis satis me ad Strabonis orationem corrigendam instructum esse et olim arbitrabar et nunc arbitror. Submiror etiam quo pacto Bernardakis necessario hoc instrumento carens (*„nam solum Coraïs et Meinekii editiones habeo"* pag. 7) officio suo fungi possit. Sequitur ex his me Coraïs animadversiones NON EX IPSIUS LIBRIS sed ex annotatione Krameri cognitas habuisse. Neque possideo librum NEQUE UMQUAM

IN MANIBUS HABUI. Quidquid ergo ubique de Coraïs correctionibus scripsi ea ad unum omnia ex Krameri Editione sumsi. Non postulo ut mihi credatur, *αἱ δὲ λῇς αὐγάσδεο*. Facile experimentum fieri poterit in re simplicissima. Quid igitur mihi animi esse putes legenti pag. 6. *„sciebam Cobetum in manibus Coraïs editionem habuisse, cuius etiam emendationes interdum nominatim commemorat"*. et pag. 9. *„ego hic mihi sumserim, ut veritatis gratia observarem, primam, claram et splendidissimam lucem, neque e Plutarchi Symposiacis neque e Clemente Alexandrino praestantissimo Critico affulsisse sed e Coraïs adnotationibus"* [1]). Praestantem vero Criticum, qui felicem et certam emendationem alteri furto surreptam impudenter venditat pro sua! Sed praeclara res est

nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

hinc enim mihi neque iram haec movent, non sunt enim *κακοήθως πεπλασμένα*, neque risum, ut saepius antea in talibus, namque non est accusator meus *βάσκανον ἀνθρώπιον*, quem satis sit contemnere. Hoc tantum affirmo numquam me de hac Coraïs emendatione inaudivisse, quia Kramerus eam silentio praeteriit.

Sed vereor ne ex hac defensione novus mihi accusator exoriatur, qui novum hoc crimen exagitet urgeatque, quod ipsum Coraën lectitare neglexerim *„unum omnium sine controversia de litteris Graecis optime meritum"*. pag. 58. Videbo an huius quoque criminationis invidiam iusta defensione a me amoliri possim.

Magno opere ad hanc controversiam dirimendam pertinet statuere quid de Coraïs ingenio et critica facultate existimandum esse videatur: in qua re (dicam candidissime quod sentio) multum vereor ne Graeci nimia quadam admiratione abrepti et amore ac benevolentia erga praeclarum virum occaecati (*τυφλὸν γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον*) paullo sint cupidiores iudices. Coraës enim, qui litteris multum profuit, longe plurimum

1) Scripseram de eodem Strabonis loco ante hos decem annos *ἐν τῇ Λογίῳ Ἑρμῇ* Clementis Alexandrini textum recognoscens pag. 209. unde facile apparebit Coraïs emendationem notam mihi non fuisse.

profuit patriae, de qua immortaliter meritus eo potissimum nomine est quod civium suorum ac popularium recuperata libertate animos ingenii cultura ad omnem humanitatem expolivit imbuitque literarum amore et linguam patriam ex interiore veteris Graecitatis notitia et intelligentia puriorem fecit et saniorem et elegantissimo populo digniorem. Has egregii viri virtutes et merita nemo paullo humanior ignorat, ac mihi contigit ea etiam propius inspicere ex crebris sermonibus dilectissimi viri, quem hic aliquamdiu magis amicum et collegam quam discipulum habui, Κωνσαντίνου Κόντου. Quam ardebant ei animus et oculi quum immortalia Coraïs merita de renata patria inflammata oratione praedicabat meque incendebat τῇ φίλῃ κεφαλῇ συνενθουσιῶντα. Quam indignabitur optimus Κόντος ubi audiverit mihi serio exprobrari quod pennis Coraï surreptis exornatus et glorians incedam, sed idem meminerit etiam quam aequo et hilari animo ferrem si quis me scriptiuncula laedere voluisset. In illis igitur Coraïs laudibus ex animi sententia fervido amico assentiebar,

nec tamen hoc tribuens dederim quoque caetera,

nam qui Coraï inter Criticorum principes, quales Bentleius et Porsonus et Valckenarius fuerunt, locum assignandum putat, utpote *uni omnium sine controversia optime de litteris Graecis merito*, aut amore occaecatus iudicat, aut iudicare de tali re non potest. Coraës ipse, credo, candidum pectus, hanc nimiam laudem subridens recusasset. Multo enim plus indefessa industria et linguae Graecae veteris ac novae intelligentia quam singulari εὐσοχίᾳ et ἀγχινοίᾳ valebat, et optimo iure collocabitur inter viros praeclaros Lobeckios, et Bekkeros et Schaeferos aliosque complures, quos nostra et patrum aetas tulit, ex varia et diffusa lectione improbo labore et indefessa industria egregie doctos, sed cum Porsono et Bentleio minime comparandos, ex quorum lectione semper te acutiorem et perspicaciorem redire sentias, quum contra eorum acies iudicii, qui multos multorum libros et libellos promiscue lectitant, obtundatur et hebescat. Itaque semper malui paucos quosdam Criticorum principes assidue legere et relegere, et reliquorum inventa et sententias ab aliis collectas cognoscere. Edidi nuper duas Hyperidis orationes: apparatum Criticum omnem mihi Friderici Blassii diligens

CURAE CRITICAE IN POETIS SCENICIS GRAECORUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

I ad fragmenta Comicorum.

CHIONIDES ἐν Πτωχοῖς ap. Ath. IV p. 137 *e.* τοὺς Ἀθηναίους φησίν, ὅταν Διοσκούροις ἐν πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυσὴν δρυπεπεῖς τ' ἐλάας καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς.

Locus haud dubie petitus e parabasi non obscura continet anapaestorum vestigia. Lubet tentare:

Διὸς ⏑ – ∪ κόροις ἐν πρυτανείῳ τἄριστον ὅταν προτιθῶσιν,
ἐπὶ τῶν βωμῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυσὴν (καὶ) δρυπεπεῖς ⏑
καὶ πράσα

deleto emblemate ἐλάας, collato Arist. Lys. 564.

CRATINUS ap. Hesych. Αἰθὴς πέπλος. Κρατῖνος Κλεοβουλίναις· ἐκβάλλοντες τῆς αἴθης πέπλους.

Meinekius suspicatur Cratinum de seditioso homine dixisse (Δήμῳ τὸν) ἐπιβάλλοντα τοὺς αἰθεῖς πέπλους.

cura suppeditavit. Paullo ante in emendando Dionysio Halicarnassensi Adolf. Kiesslingius mihi erat instar omnium. Nunc totus sum in Plutarchi BIOIC ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙC. Codicum scripturas et Criticorum veterum ac novorum coniecturas et certas et probabiles Sintenisio debeo, quibus gratus utor molesto et taedioso labore et ingenium obtundente ipsius industria liberatus.

Ultro fateor ex ea re facile aliquam negligentiae suspicionem alicui subnasci posse, nec valde repugno; sed aliud est ex illa negligentia, si qua est, *κατὰ συνέμπτωσιν* ea quae ab alio iam reperta esse nescias iterum reperire et actum agere, aliud ingeniosa aliorum inventa scientem dolo malo turpissimo mendacio trahere ad sese.

Itaque aequum non est mihi „*iniquitatem in Coraën*" obiici, si satis esse existimo Coraïs sententias et iudicia cognita habere, neque esse necessarium ipsius libros assidua lectione terere, ut Bentleiana et Ruhnkeniana propter incredibilem orationis dulcedinem et suavitatem et lepores et sales semper in manibus habere solemus.

Fieri potest ut aliis aliter de ea re videatur, sed quid ipse faciam et cur faciam mihi erat ostendendum ut „*aenigma*" solverem quî fieri potuerit ut passim Coraën laudans et „*eius emendationes interdum nominatim commemorans*" tamen libros eius non legerim, nedum eius inventa incertum stultiusne an impudentius furto surripuerim.

Haec si doctissimus Bernardakis, quem iuvenem esse in flore et robore aetatis suspicor, vera esse agnoverit, fortasse alium iuvenem candidissimi pectoris apud Persas imitatus fatebitur: *ἀκούσαντι μὲν δή μοι τῆς Κοβήτου γνώμης παραυτίκα μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε ὥςε ἀεικέςερα ἀπορρῖψαι ἔπεα ἐς ἄνδρα πρεσβύτερον ἢ χρεών· νῦν μέντοι συγγνοὺς χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ.*

Scribebam
die 8 m. Octobr.
1877.

C. G. COBET.

CURAE CRITICAE IN POETIS SCENICIS GRAECORUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

I ad fragmenta Comicorum.

CHIONIDES ἐν Πτωχοῖς ap. Ath. IV p. 137 *e.* τοὺς Ἀθηναίους φησίν, ὅταν Διοσκούροις ἐν πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυσὴν δρυπεπεῖς τ' ἐλάας καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς.

Locus haud dubie petitus e parabasi non obscura continet anapaestorum vestigia. Lubet tentare:

Διὸς ⏑ – ∪ κόροις ἐν πρυτανείῳ τἄριστον ὅταν προτιθῶσιν,
ἐπὶ τῶν βωμῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυσὴν (καὶ) δρυπεπεῖς ⏑ –
καὶ πράσα

deleto emblemate ἐλάας, collato Arist. Lys. 564.

CRATINUS ap. Hesych. Αἰθὴς πέπλος. Κρατῖνος Κλεοβουλίναις· ἐκβάλλοντες τῆς αἴθης πέπλους.

Meinekius suspicatur Cratinum de seditioso homine dixisse (Δήμῳ τὸν) ἐπιβάλλοντα τοὺς αἰθεῖς πέπλους.

At nimium recedit illud *αἰθὴς* a vitae communis usu, ut Cratinum huiusmodi senarium condidisse credam. Latent potius dochmiorum reliquiae leniore mutatione sic restituendae:

— *ἐπιβαλόν | τες αἰθεῖς πέπλους.*

Incertus poeta comicus ap. Hephaestionem p. 367:

οὐδ' Ἀμυνίαν ὁρᾶτε πτωχὸν ὄντ' ἐφ' ἡμῖν.

Quia *ὄντα*, iungendum cum *πτωχόν*, non simul iungi potest cum *ἐφ' ἡμῖν*, non dubito quin hae voces labe affectae sint, sive legendum sit (in brevi enim fragmento nequit diiudicari) *ὄντ' ἐν ἡμῖν*, sive *ὄντα φηλόν*.

CRATINUS *ἐν Χείρωσιν* ap. Gramm. Bekk. An. p. 335, 12.

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσιν
πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Emendandum videtur:

ὃν ἦγον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ τρόπων περισσοκαλλεῖς.

PHERECRATES *ἐν Ἀγρίοις* ap. Schol. Arist. Av. 1296.

Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον (ἰόντα)
οἴκοις λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Conieci:

A. *Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύσειν εἰς τὴν Αἴγυπτον (ἰόντα).*
B. *Οὐχὶ καθέξεις; ἵνα μὴ ξυνέχῃ κτἑ.*

Idem in eadem fabula ap. Athen. VII p. 316 *e*.

Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις
καὶ σραβήλοις ζῇν· ὁπόταν δ'
ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
* * * *νύκτωρ περιτρώ-*
γειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Corrigatur:

ὁπόταν δ'
ἤδη σφόδρα πεινῶσ',
ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας

(τοὺς πόδας), νύκτωρ περιτρώγειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Polypis pedes tribuuntur, opinor, non digiti. Inserta cur exciderint vides. Vid. libellus meus qui inscribitur *Plutarchea et Lucianea* pag. 42.

Idem in eadem fabula ap. Ath. VI p. 263 *b* vs. 4.

ὥςε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας.

Inauditum Graece *tangendi* verbum iunctum cum casu quarto. Repone, sodes, τῆς μύλης.

Idem in Ἐπιλήσμονι apud Schol. Vesp. 1029.

κἂν μὲν σιωπῶ, φέρεται πνίγεται
καὶ φησι, τί σιωπᾷς; ἂν δὲ [ἀποκριθῶ]
οἴμοι τάλας, φησὶν, χαράδρα κατελήλυθεν.

Secundo versu Meinekius numeros restituit scribendo ἐὰν δέ γ' ἀποκριθῶ. At neque particulis δέ γε hic locus est, neque antiquae graecitatis est ἀποκριθῶ pro ἀποκρίνωμαι, neque iusta est verborum oppositio. Quare dubium non est quin ἀποκριθῶ inepte a librariis suppletum sit. Quo deleto, iubente sententia lacunam sic expleverim, ut scribatur:

κἂν μὲν σιωπῶ, πρίεται καὶ(?) πνίγεται,
καὶ φησι, τί σιωπᾷς; ἐὰν δὲ (καὶ χάνω),
οἴμοι τάλας, φησὶν, χαράδρα κατελήλυθεν.

i. e. *si vero vel hiscere ausa sum.* Verba uxoris de marito querentis esse arbitror.

Idem ἐν Λήμνοις apud Athen. XV p. 690 *d*.

Ἔςην δὲ κἀκέλευον ἐγχέασθαι νῶν μύρον βρένθιον ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.

Omnes coniecturae eo nomine vitiosae sunt, quod nemo intellexit ἐγχέασθαι pro ἐγχέαι ferri non posse, et alio verbo opus esse propter sequentia. Nisi fallit me coniectura, ἐγχέασθαι νῶν depravatum est ex ἐγκεράσαι οἴνῳ, quorum verborum alterum est glossema, quo deleto scribendum suspicor:

Ἔςην δὲ κἀκέλευον ἐγκεράσαι μύρον
βρένθιον, ἵνα τοῖς εἰσιοῦσιν ἐγχέαι.

Telecldes apud Herodianum περὶ μονήρους λέξ. p. 17, 10:

At nimium recedit illud *αἰθὴς* a vitae communis usu, ut Cratinum huiusmodi senarium condidisse credam. Latent potius dochmiorum reliquiae leniore mutatione sic restituendae:

— *ἐπιβαλόν | τες αἰθεῖς πέπλους.*

Incertus poeta comicus ap. Hephaestionem p. 367:

οὐδ' Ἀμυνίαν ὁρᾶτε πτωχὸν ὄντ' ἐφ' ἡμῖν.

Quia *ὄντα*, iungendum cum *πτωχόν*, non simul iungi potest cum *ἐφ' ἡμῖν*, non dubito quin hae voces labe affectae sint, sive legendum sit (in brevi enim fragmento nequit diiudicari) *ὄντ' ἐν ἡμῖν*, sive *ὄντα φηλόν*.

CRATINUS *ἐν Χείρωσιν* ap. Gramm. Bekk. An. p. 335, 12.

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσιν
πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Emendandum videtur:

ὃν ἦγον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ τρόπων περισσοκαλλεῖς.

PHERECRATES *ἐν Ἀγρίοις* ap. Schol. Arist. Av. 1296.

Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον (ἰόντα)
οἴκοις λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Conieci:

A. *Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύσειν εἰς τὴν Αἴγυπτον (ἰόντα).*
B. *Οὐχὶ καθέξεις; ἵνα μὴ ξυνέχῃ κτἑ.*

Idem in eadem fabula ap. Athen. VII p. 316 *e*.

Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις
καὶ σραβήλοις ζῇν· ὁπόταν δ'
ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
* * * *νύκτωρ περιτρώ-*
γειν αὑτῶν τοὺς δακτύλους.

Corrigatur:

ὁπόταν δ'
ἤδη σφόδρα πεινῶσ',
ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας

(τοὺς πόδας), νύκτωρ περιτρώγειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Polypis pedes tribuuntur, opinor, non digiti. Inserta cur exciderint vides. Vid. libellus meus qui inscribitur *Plutarchea et Lucianea* pag. 42.

Idem in eadem fabula ap. Ath. VI p. 263 *b* vs. 4.

ὥςε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας.

Inauditum Graece *tangendi* verbum iunctum cum casu quarto. Repone, sodes, τῆς μύλης.

Idem in Ἐπιλήσμονι apud Schol. Vesp. 1029.

κἂν μὲν σιωπῶ, φέρεται πνίγεται
καί φησι, τί σιωπᾷς; ἂν δὲ [ἀποκριθῶ]
οἴμοι τάλας, φησὶν, χαράδρα κατελήλυθεν.

Secundo versu Meinekius numeros restituit scribendo ἐὰν δέ γ' ἀποκριθῶ. At neque particulis δέ γε hic locus est, neque antiquae graecitatis est ἀποκριθῶ pro ἀποκρίνωμαι, neque iusta est verborum oppositio. Quare dubium non est quin ἀποκριθῶ inepte a librariis suppletum sit. Quo deleto, iubente sententia lacunam sic expleverim, ut scribatur:

κἂν μὲν σιωπῶ, πρίεται καὶ(?) πνίγεται,
καί φησι, τί σιωπᾷς; ἐὰν δὲ (καὶ χάνω),
οἴμοι τάλας, φησὶν, χαράδρα κατελήλυθεν.

i. e. *si vero vel hiscere ausa sum.* Verba uxoris de marito quaerentis esse arbitror.

Idem ἐν Λήμνοις apud Athen. XV p. 690 *d*.

Ἔςην δὲ κἀκέλευον ἐγχέασθαι νῶν μύρον βρένθιον ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.

Omnes coniecturae eo nomine vitiosae sunt, quod nemo intellexit ἐγχέασθαι pro ἐγχέαι ferri non posse, et alio verbo opus esse propter sequentia. Nisi fallit me coniectura, ἐγχεάσθαι νῶν depravatum est ex ἐγκεράσαι οἴνῳ, quorum verborum alterum est glossema, quo deleto scribendum suspicor:

Ἔςην δὲ κἀκέλευον ἐγκεράσαι μύρον
βρένθειον, ἵνα τοῖς εἰσιοῦσιν ἐγχέαι.

Telecldes apud Herodianum περὶ μονήρους λέξ. p. 17, 10:

Ὁ δ' ἀπ' Αἰγίνης οὐ χωρεῖ δοθιῆνος ἔχων τὸ πρόσωπον.

Non fuerat admittenda Lud. Dindorfii coniectura νήσου reponentis. In cachinnos erupisset theatrum Atheniense, si qui poeta eos docere aggressus esset Aeginam esse insulam. Utrum lateat:

Οὐδ' ἀπ' Αἰγίνης οἷ(καδε) χωρεῖ κτἑ.

an aliud, difficile dictu est.

Hermippus apud Polluc. X 165:

Ἔχοντες ἴσον ἀσπίδιον ὀγκίῳ.

Optimus senarius exibit reponenti:

Ἔχοντες ἦκον (vel ἦσαν) ἀσπίδιον ἐν ὀγκίῳ.

Idem ἐν Θεοῖς apud Athen. X p. 426 *f.*

Ἔπειθ' ὅταν πινώμεθ' ἢ διψώμεθα,
εὐχόμεθα πρὸς τοῦτ' „οἶνος ὦ κέρας γενοῦ" κτἑ.

Aliis coniecturis, quarum nulla vel umbram habet probabilitatis, accedat haec mea:

Ἔπειθ' ὅταν πείνης μεθείσης δῖψ' ἔχῃ, κτλ.

Paullo melius constitui potest praeclarus Eupolidis locus de eloquentia Periclea apud Schol. Ar. Ach. 529; in quo non fero vs. 4 alteri personae continuata verba:

Β. ταχὺν λέγεις μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.

Nam manifestum esse arbitror priorem interlocutorem, qui solus Periclem novisset, pergere in celebranda summi viri eloquentia. Quare recepta vocula γε pro μὲν e codice B verba sic diviserim:

Β. ταχὺν λέγεις γε. Α. πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. κτἑ.

Eupolis ap. Stob. Flor. IV 33. Huius loci ultimum versum

μὴ Φθονεῖθ' ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων.

in *Studiis Criticis in poet. scen. Gr.* (Amstelod. 1872) pag. 73, quia Graecum non esset ἡμῶν νέων pro ἡμῶν τῶν νέων, ita

tentabam ut pro νέων conicerem νέος. Sed fortasse etiam lenius corrigendum:

μὴ Φθονεῖθ' ὅταν τις ἡμῶν μουσικὴν χαίρῃ νεῶν.

a verbo νεᾶν (arare, novare) eleganti metaphora usurpato pro ἀσκῶν. Cf. Ar. Ran. 1299 sq.

Metagenes apud Erotianum gloss. Hippocr. p. 314.

Ῥαφανῖδος,

ἀμύλου, λεκίθων, καρύων, ζωμοῦ, πολφῶν, οἴνου, κολοκύνθης.

Quis ferat *vini* mentionem in hac vicinia? Mihi quidem satis constat, οἴνου levissime depravatum esse ex οἴδνου, quae est prava forma pro ὕδνου, *tuberis*, quod vocabulum ocius est restituendum.

Strattis ἐν Μακεδόσιν apud Harpocrationem s. v. τοπεῖα.

τὸν πέπλον δὲ τοῦτον
ἕλκουσ' ὀνεύοντες τοπείοις ἄνδρες ἀναρίθμητοι.
εἰς ἄκρον ὥσπερ ἰσίον τὸν ἰσόν.

Ita recte viri docti emendarunt pro τὸν εἰς τόν, sed non animadverterunt primam vocis ἄκρον syllabam contra legem comoediae productam esse. Si ultima verba non sunt grammatici, sed ipsius poetae (nam subdubito), transponendum:

ἐς ἄκρον τὸν ἰσὸν ὥσπερ ἰσίον.

Ex eiusdem inc. fab. ap. Athen. II p. 68 *f*. vs. 5 sqq.

χοροὺς ἐλίσσουσαι παρ' ὠκίμων
πέταλα κτἑ.

Necessarium videtur κατ' ὠκίμων πέταλα.

Theopompus ap. Grammat. Bekkeri p. 323.

Ἴξῃ δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλείσων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Suidas et Eustathius habent ἥξει. Utraque lectio ducit potius ad ἵξει quam ad ἥξεις, quod Meinekius in ed. fr. com. maiore coniectum recepit in minore, quia illa forma comici non utantur scilicet. Quasi vero comicorum sit extra parodiam aut paratragoediam omittere praepositionem εἰς aut γαῖαν usur-

pare pro γῆν! Latuit virum egregium Theopompum imitari h. l. dictionem tragicam et locos, qualis est Aeschyli in Prometheo 717:

ἥξεις δ' Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον.

qui minime probat h. l. reponendum esse ἥξεις, quia tragicos ἥξω et ἵξομαι promiscue usurpare constat.

ALCAEUS ap. Macrobium V 20.

Ἐτύγχανον μὲν ἄγροθεν πλεῖστον φέρων
εἰς τὴν ἑορτὴν ὄψον, οἷον εἰκὸς ἦν,
ὁρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ.

Ita locum recte emendavi *Stud. Crit.* p. 82, cum antea legeretur πλείοις et ὅσον οἷον εἴκοσιν. Sed in eo fallebar quod post ἄγροθεν metri causa inserebam ὡς. Nempe non videram hunc locum manifestam continere parodiam loci Euripidei Orest. 864 sqq.

ARISTOPHANIS locum e *Niobo* ap. Athen. VII p. 301 *b* ita suppleverim:

Οὐδὲν μὰ Δί' ἐρῶ λοπάδος ἐψητῶν (πλέον).

Eiusdem e *Cocalo* locum apud Athen. XI p. 478 *d.* deleto glossemate γρᾶες sic constituo:

ἄλλαι (δ')
ὑποπρεσβύτεραι Θασίου μέλανος
μεσὸν (σάμνον) κεραμευομέναις
κοτύλαις μεγάλαις εἰσεχέοντ' ἐς
σφέτερον δέμας οὐδένα κόσμον.

Verba ἔγχεον ἐς, quae vulgo perperam expunguntur, sic correxi, ut et numeri et grammatica requirunt. Quod ad σάμνον attinet, fieri potest ut non sit inserendum sed potius substituendum pro (interpretamento) μεσόν. Ita possis:

ἄλλαι δ' ὑποπρεσβύτεραι Θασίου
μέλανος σάμνον κεραμευομέναις κτλ.

Cf. Lysistr. 196 et Arist. ap. Polluc. X 72.

Ad sequentia cf. Pherecrates in Tyrannide ap. Athen. p. 481 *b*:

Εἶτ' ἐκεραμεύσαντο τοῖς μὲν ἀνδράσιν ποτήρια
πλατέα τοίχους οὐκ ἔχοντ' ἀλλ' αὐτὸ τοὔδαφος μόνον

. . . . . .

σφίσι δέ γ' αὐταῖσιν βαθείας κύλικας ὥσπερ ὀλκάδας κτλ.

(Add. Eubulus, Campyl. fr. II, 4), ex quo loco noli suspiri corrigendum esse apud Aristophanem:

κεραμευσάμεναι

κοτύλας μεγάλας κτἑ.

Optime enim habet vulgata scriptura: *poculis fictilibus, quae ιgna* (istarum in usum) *fabricari solent.*

Ridiculum errorem in pulchro *Insularum* fragmento ap. Stob. X 7, vs. 6:

τρυγός τε Φωνὴν εἰς λεκάνην ὠθουμένης.

m olim castigavi rescripto ἠθουμένης.

Vindicandum mihi eiusdem Πελαργῶν fragmentum ap. Athen. [p. 247 *a*.

Ἤν γὰρ ἕν' ἄνδρ' ἄδικον σὺ διώκῃς, ἀντιμαρτυροῦσι

δώδεκα τοῖς ἑτέροις ἐπίσιτοι.

Bergkii suspicione τοῖς ἑτέροις vitiosum esse. Sententia enim ιec est: Nam si unum virum improbum persequeris, tibi conarium testimonium ferunt duodecim, pretio corrupti a reliquis ιprobis, qui rem suam agi intelligunt.

ARISTOPHANES ἐν Πολυΐδῳ apud Stob. LXVIII 6.

Ἰδοὺ δίδωμι τήνδ' ἐγὼ γυναῖκά σοι

Φαίδραν· ἐπὶ πῦρ δὲ πῦρ ἔοιχ' ἥξειν ἄγων.

Imo vero ἥκειν.

Idem ἐν Προαγῶνι ap. Ath. IX p. 380 *d*.

Τί οὐκ ἐκέλευσας παραφέρειν τὰ ποτήρια;

Non erus servum, ut videtur Bergkio, sed conviva τὸν ιῶντα compellat.

Eiusdem fragm. 556 ap. Dindorfium:

Ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐτομάτοισιν τὰ μιμαίκυλα Φύεται πολλά.

Risum movent ὄρη αὐτόματα. Scribe:

Ἐν τοῖς ὄρεσιν (δ') αὐτόματ' — τὰ μιμαίκυλα κτἑ.

Eiusdem fragm. 541. Schol. Eur. Med. 46 ἐκ τρόχων: βαρυτόνως ὡς νόμων. A.

Ἐβάδιζέ μοι τὸ μειράκιον ἐξ ἀποτρόχων.

Lexicis eximatur absurdum vocabulum. Haud dubie Aristophanes aut scripserat:

Ἐβάδιζέ μοι τὸ μειράκιον ἐκ τῶν τρόχων.

aut quod malim:

Ἐβάδιζέ μοι τὸ μειράκιον ἀπὸ τῶν τρόχων.

Altera enim praepositio repetita videtur e lemmate.

Colloquii, quod habeat magister cum discipulo, deprehendere videor particulam in fragmento Aristophaneo foede depravato apud Erotianum p. 178. ἡμιεκτέα] τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως. ἑκτεὺς δὲ λέγεται ἀττικὸν μέτρον, ἔχον χοίνικας ὀκτώ. Ἀριστοφάνης·

Ἑκτεὺς δέ γ' ἐστὶν ἑξαχοίνικον μέτρον.

Conieci:

Ἑκτεὺς δὲ τί ἐσθ'; B. ἓξ χοινίκων. A. (ὀκτὼ) μὲν οὖν.

Ad χοινίκων e praegressa oratione cogita μέτρον, quod superscriptum a glossatore fuit in causis ut simile μὲν οὖν, imo, interiret. Insuper intercidit nota numeralis η'. In vulgatis ἑξαχοίνικον pro ἑκχοίνικον est pessimae graecitatis.

Antiphanes ἐν Ἁλιευομένῃ apud Athen. VIII p. 338 *e*. 17 sq:

καὶ μὴν ἀληθῶς τοῖς κιθαρῳδοῖς ὡς σφόδρα
ἅπασιν οὗτος ἐπιπεφυκὼς λανθάνει.

Sive hi versus cum Hirschigio spurii sunt habendi, sive genuini, eorum auctor non sic scripsit, ut arbitror, sed:

καὶ μὴν ἀληθῶς τοῖς κιθαρῳδοῖσι σφόδρα κτἑ.

Idem in Ἀργυρίου ἀφανισμῷ ap. Ath. IX p. 409 *d*.

καὶ τότε
περιπατήσεις κἀπονίψει κατὰ τρόπον
τὰς χεῖρας εὐώδη λαβὼν τὴν γῆν.

Numeris et sententiae vide an succurri possit scribendo:

καὶ τότε,
πάτερ, σπαθήσεις κτἑ.

Idem in Ἄρχοντι apud Athen. IV p. 142 *f*, vs. 3.

βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὰ φιΛίτια,
ἀπόλαΤε τοῦ ζωμοῦ, ῥόΦει κτέ.

Corrigo φιΔίτια, ἀπόλαΠΤε κτλ.

Idem in Ἀφροδισίῳ apud Athen. X p. 449 *b*, vs. 4.

νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλατοθρέμμονα.

Pro corrupto pronomine emendandum esse ὕδατι (ΤΔΑΤΙ pro ΑΤΤΗ) monui nuper ad Ionem p. 133.

Idem in Βουταλίωνι apud Athen. VIII p. 358 *b*, vs. 2.

σὺ δ' ἀγοράσεις ὑμῖν λαβών,
Πίς', ἀργύριον. Β. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσαμαι
χρησῶς ἀγοράζειν.

Num χρησῶς pro καλῶς in tali sententia recte dicatur dubito, nec expectatur omnino adverbium, quia sine pecunia nemo *omnino* quidquam emere potest. Venit in mentem:

ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσαμαι,
ὦ χρής', ἀγοράζειν.

Hanc formulam (*o bone!*) cum ironia usurpari nemo ignorat.

Eiusdem verba ex Ἠνιόχῳ apud Stob. flor. CVIII 28 sic constituerim:

Ἀνδρὸς διαΦέρει τοῦτ' ἀνήρ· ὁ μὲν κακῶς
πράττων * * * * * * * * * *
* * * τὸ λυποῦν ἤγαγ' εἰς παράσασιν,
ὁ δ' ἐμΦρόνως δεξάμενος ἤνεγκεν καλῶς.

nisi quod praeterea fere malim εὐφρόνως. Cave vero conicias τὸν μὲν κακῶς πράττοντα, quia anapaestus sic incisus in senarii sede secunda ferri nequit. (In Μοιχῶν fragm. vs. 8 corrige:

λάβωσιν, ἔδοσαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν

pro ἔδωκαν). Nihil autem coniectum est relatu dignum. Παράσασις non est, quod Meinekio videbatur, *cupiditas*, sed *desperatio* (= ἀπόνοια), qua vi substantivum interdum usurpavit Polybius.

Dobraei vestigiis insistens in hunc modum tentavi Antiphanis fragmentum Καρίνης apud Athen. XI p. 503 *b*.

ἔϛαι πότος
σφοδρότερος· οὔκουν εἴ φράσων, ὅτι οὐκέτι
ἔξεϛι κυαθίζειν παρ' (ἡμῖν ἐνθάδε);
τὸν δὲ κάδον ἔξω καὶ τὸ ποτήριον λαβὼν
ἀπόφερε τἄλλα πάντα.

Codices: πότος ἔϛαι σφοδρότερος· οὐκοῦν, εἰ φράσαι τιϛ, οὐκέτι ἔξεϛι κυαθίζειν γὰρ. Dobraeus:

ἔϛαι πότος
σφοδρότερος. οὔκουν εἴ φράσων τιϛ; οὐκέτι
ἔξεϛι, κυαθίζειν γάρ —

quae neutiquam sufficere recte ait Meinekius.

Locum conclamatum ex eiusdem Parasito apud Athen. VIII p. 358 *d*. sic lubet tentare:

Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ
ἐσπούδακ' οὐδ' αὖ σύντονον λίαν πότον,
ὡς ἄν τις ἄλλος ἐξενεχθείϛ, εἰ (ξένος)
πότου διαβάλοι κραιπάλην Ἑλληνικοῦ.

ut haec sit sententia: *ego neque obsoniis valde studeo nec compotationibus nimis strenuis, qui si quis alius succenserem, si qui hospes convivii Graeci diffamaret temulentiam.* Codd. συνέτεμον λίαν πάνυ ὡς ἄν τις ἄλλος ἐξενεχθεῖσιν ὅπου διαβάλοι. In his πότου pro ὅπου debetur Casaubono.

Ad eundem locum pertinere videtur fragm. ap. Ath. IX p. 370 *e*.

ANAXANDRIDIS fragmentum e *Gerontomania* apud Ath. XIV p. 614 *c*.

Καί τοι πολύ γε πονοῦμεν.
τὸν ἀσύμβολον ἠῦρε γελοῖα λέγειν Ῥαδάμανθυϛ καὶ Παλαμήδηϛ.

Intelligam, τὸ δ' ἀσύμβολον κτέ. Sed antequam reliqua Anaxandridis fragmenta persequar video adhuc pauca quaedam utiliter moneri posse de Antiphane emendando.

In Antiphanis Παρεκδιδομένῃ apud Ath. IV p. 156 *c*. legitur vs. 5 sq.

ῥοφεῖν φακῆν ἐσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότα,
μαλακῶϛ καθεύδειν ἄθλιον δεδοικότα.

ubi prava est oppositio inter ῥοφεῖν et καθεύδειν. Sed dubito utrum corrigendum sit: μαλακῶς δὲ δειπνεῖν, an potius ultimus versiculus abiudicandus Antiphani.

Antiphanis Πλουσίων ap. Ath. VIII p. 342 *e* vs. 19:

κοὐ δημοτικόν γε τοῦτο δρᾷ τοιαῦτα φλῶν.

Non video quid incivile faceret Mato *talia* (pisces) comedens. Quocirca corrigo τοσαῦτα.

In eiusdem Στρατιώτῃ apud Ath. VI p. 257 *d* editur:

ἐπαίρουσαι δὲ μικρόν, οὐ πολύ,
τοῦ μήτ' ἐκεῖσε μήτε δεῦρο παντελῶς,
οὕτως ἀνερρίπιζον κτἑ.

Nusquam ἐπαίρειν est intransitivum. Legatur

ἀπαίρουσαι δὲ μικρόν, κτλ.

Eiusdem Τραυματίου locum apud Ath. X p. 446 *a*.

Μὴ μεσὰς ἀεὶ
ἔλκωμεν ἀλλὰ καὶ λογισμὸς εἰς μέσον
παταξάτω τις καί τι καὶ μελίσκιον, κτἑ.

sic emendaverim:

ἀλλὰ καὶ διάλογος εἰς μέσον κτἑ.

Nihil est enim a conviviorum hilaritate alienius quam τὸ λογίζεσθαι. Ex ΚΑΙΔΙΑΛΟΓΟΣ primum factum est ΚΑΙΛΟΓΘΣ, unde postea corrector metricus fecit ΚΑΙΛΟΓΙΣΜΟΣ.

Antiphanis Ὑδρία apud Ath. XIII p. 571 *f*, vs. 6:

αἱ μὲν ἄλλαι τοὔνομα
βλάπτουσι τοῖς τρόποις γὰρ ὄντως ὂν καλόν.

Non ignoro mediae et novae comoediae poetas interdum voculas γὰρ et δέ collocare in ultima sententiae parte. Nec tamen id facere solent nisi metro coacti. Hic vero, ubi vocula μέν abundat, scribendum arbitror:

αἱ γὰρ ἄλλαι τοὔνομα
βλάπτουσι τοῖς τρόποισιν ὄντως ὂν καλόν.

Et τρόποισιν sine γὰρ VL.

ANAXANDRIDIS Ἑλένῃ apud Suidam s. v. ἀβελτέριον·

ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος, ὅτι βούλει λέγε.
Β. ὦ Ἡράκλεις, ἀβελτερίου τεμενικοῦ.
Α. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἰπεῖν τὸ μέγεθος δύναιτό τις.

Nondum quidquam allatum esse videtur ad hoc fragmentum interpretandum. Et tamen duo sunt haud spernenda indicia, quorum ope loci sententia indagari potest. Alterum est in ipso fabulae titulo, unde suspicari licet agi de Helena rapta a Paride, alterum in usu vocabuli λέμβος, quo alibi idem poeta significavit parasitum et adulatorem (Mein. III. 177):

ὄπισθεν ἀκολουθεῖ κόλαξ τῳ, λέμβος ἐπικέκληται.

Si autem λέμβος recte vocatur is qui semper alicuius lateri adhaeret, non minus recte, opinor, idem appellatur ἄγκυρα.

His igitur fretus indiciis suspicor haec dici de Paride, ut Helena potiatur, in aula Menelai partes agente parasiti, incautum regem adulantis eumque semper et ubique prosequentis. De utroque, nisi fallor, duo homines, Paridis puta pediseques aut satellites, colloquuntur in hunc fere modum:

(ἔχει γὰρ)
ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος ὅτι βούλει λέγε.
Β. ὦ Ἡράκλεις, ἀβελτερίου γ' Ἑλληνικοῦ.
Α. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἰπεῖν τὸ μέγεθος δύναιτο τις.

Mehercules, exclamat alter, *quam stolidi sunt isti Graeci!* quod nihil suboleat Menelao, ut arbitror. Tum prior „*at ne dici quidem potest quanta sit illorum fatuitas.* ΤΕΜΕΝΙΚΟΤ vix aliud celare potest quam ΓΕΛΛΗΝΙΚΟΤ, quod coniecit Toupius. Nihilominus scrupulum movet praeter voculam γε omissus articulus, qui his exclamationibus fere proprius est. An forte:

ὦ Ἡράκλεις, ἀβελτερίου βουλληνικοῦ.

vel lenius ἀβελτερίου 'ς' Ἑλληνικοῦ, *Graecae est* (istud) *stoliditatis!* Sed videant alii.

ANAXANDRIDIS *Theseï* fragm. ap. Antiattic. p. 96, 5.

Παρθένοι παίζουσι πρὸς ἐλάφρ' ἐξαλλάγματα

Fuit fortasse:

Παρθένοι παίζ(ειν φιλ)οῦσι πρὸς ἐλάφρ' ἐξαλλάγματα.

Φιλεῖν saepe usurpari pro εἰωθέναι quis nescit?

Eiusdem ex *Ulysse* locus ap. Ath. VI p. 227 *b*, vs. 10.

τίς δὲ συνδειπνεῖ βροτῶν
Φρυκτοὺς καταλαβὼν ἢ κορακίνους ὠνίους
ἢ μαινίδ';

Iure Meinekius reprehendit Casaubonum contra sermonis legem corrigentem Φρύκτ' οὐ καταλαβών. Quia tamen sine ulla controversia opus est negatione, non video quid aliud olim scriptum esse potuerit quam hoc:

τίς δὲ συνδειπνεῖ βροτῶν
(μὴ) καταλαβὼν Φρύκτ' ἢ κορακίνους ὠνίους.

Nempe pro Φρυκτὰ notiorem formam Φρυκτούς substitutam esse suspicor, unde factum esse ut negatio perierit, et numeri utcumque sint correcti.

Eiusdem inc. fab. fr. ap. Stob. Flor. LXIII 10:

Ἔρως σοφιστοῦ γίγνεται διδάσκαλος
σκαιοῦ πολὺ κρείττων πρὸς τὸν ἀνθρώπων βίον.

Prima facie abblanditur Meinekii coniectura Κείου, quam recepit in editione Stobaeensi Prodicum intelligens. Attamen, ut taceam ita opus esse articulo, vulgata lectio nihil habet nepti, si cogitamus haec dici potuisse ab amatore aliquo aduescenti, qui *inepti*, ut ipsi videatur, magistri voce correptus, iram non cohibens ista reponat. Ad sententiam cf. Alexidis inc. fab. 38 ed. Mein.

Eubuli *Pamphili* fr. ap. Ath. X p. 473 *e* sic constituo:

Ἅμα δὲ λαβὼν ἠφάνικε πηλίκον τινὰ
οἴεσθε μέγεθος, Ἀρεσία, [μέγαν πάνυ];
καὶ ξηρὸν ἐποίησ' εὐθέως τὸν κάνθαρον.

Ieleto manifesto glossemate. Periit aliquod substantivum, edulii nomen, iungendum cum πηλίκον τινά.

Eiusdem *Semeles* fragmentum apud Clementem Al. Strom. VII p. 716: Εὔβουλος δὲ ὁ καὶ αὐτὸς κωμικὸς ὧδέ πως περὶ ὧν θυσιῶν γράφει.... καὶ παραγαγὼν τὸν Διόνυσον ἐν Σεμέλῃ διαξελόμενον πεποίηκε·

πρῶτον μὲν ὅταν ἐμοί τι θύωσίν τινες
αἷμα, κύσιν, μὴ καρδίαν μηδ' ἐπιπόλαιον.
ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐσθίω γλυκεῖα οὐδε μηρία ν.

Verba pessime habita sic in ordinem redigere conatus sum:

Πρῶτον μὲν ὅταν ἐμοί τι θύωσίν τινες,
(μή μοι θύωσιν) αἷμα μηδὲ καρδίαν
μηδ' ἐπιπόλαιον μηδὲ κύστιν, (ὧν) ἐγὼ
οὐκ ἐσθίω, γλυκεῖ', (ὃς) οὐδὲ μηρίων.

Quod pro ἐπιπόλαιον Meinekius coniecit ἐπίπλοον hanc formam vocabuli pro ἐπίπλουν non fero in poeta Attico. Nec tamen ἐπιπόλαιον expedio. Cf. Alexidis Olynthiae fr. II.

Eubuli *Sphingocarionis* fragm. ap. Ath. X p. 449 *e*, vs. 19 non male sic explebis:

πάππος ἀπ' ἀκάνθης (ἐστίν)· οὗτος γάρ, (πάτερ) κτέ.

Aristophontis Παρακαταθήκης fragm. ap. Stob. XCVI, 21

αἰσχρὸν γενέσθαι πτωχὸν ἀσθενῆ θ' ἅμα.

Cobeto corrigenti εὐσθενῆ fidem habere non queo, quia hoc adiectivo nemo umquam Graecorum usus esse videtur. Quod olim legebatur in Rhesi Euripidei initio εὐσθένει, merito cessit certae emendationi κὐθένει. Loci Aristophontei correctio prorsus incerta est; nemo enim facile dixerit, utrum cum Meinekio ad Menandr. p. 183 pro αἰσχρόν corrigendum sit οἰκτρόν, an mecum pro ἀσθενῆ εὐγενῆ.

Alexidis ex *Agonide* locum ap. Ath. XI p. 502 *f* sic tentavi

Ἀπήντων τῷ ξένῳ
εἰς τὴν κατάλυσιν, οὗ συνῆν Ἀγωνίδι, κτέ.

pro depravatissima librorum scriptura ἡσόνην αἴθων ἀνήρ, in qua ἀνὴρ glossatoris esse suspicor. Ath. VI p. 280 *b*. Ἄλεξις δ' ἐν Ἱππίσκῳ νεανίσκον παράγων ἐρῶντα καὶ ἐπιδεικνύμενον τὸν πλοῦτον τῇ ἐρωμένῃ ταῦτα ποιεῖ λέγοντα κτέ. Scil. Agonis cum peregrino nescio quo tum degebat in diversorio. Amator eo se confert cum pretiosa suppellectile, specie ut cum viro coenaret, revera ut mulieris cupiditatem accendens huius amorem sibi conciliaret.

Quod Alexis teste Antiatticista p. 90 εὐοψίαν dixit ἀντὶ τοῦ εὐπροσωπίαν, noli inde concludere vocabulum eo sensu Graecum

esse. Comicus enim procul dubio ioci causa quaesita ambiguitate vocabulum sic usurpavit.

ATHENAEUS XIII p. 606 *a*, ubi memorat Alexidis Γραφήν sic corrigatur: *καὶ ὡς ἡδυνάτει διά τε τὴν ψυχρότητα καὶ τὸ ἀντίτυπον τοῦ λίθου, (οὐδὲ) τηνικαῦτα τῆς ἐπιθυμίας ἀπέσχη καὶ προβαλόμενός τι σαρκίον ἐπλησίασε κτλ.*

Alexidis *Εἰς τὸ Φρέαρ* fr. apud Ath. VIII p. 364 *f*.

Νυνί τέ με
ὁ δεσπότης προὔπεμψεν οἴνου κεράμιον
τῶν ἔνδοθεν κομιοῦντ' ἐκεῖθεν. Β. μανθάνω·
ἐπιδόσιμον παρὰ τἄλλα τοῦτ' ἔσαι, Α. Φιλῶ
αἰσθητικὴν γραῦν.

Non haererem, si legeretur *τῶν ἔνδοθεν — ἐκείνων*; sed nescio an verius sit:

τῶν ἔνδοθεν κομιοῦντ' ἐκεῖσε.

Nempe illuc, ubi servi qui haec dicit erus coenaturus erat cum meretricula, cuius ancilla esse videtur *γραῦς* memorata in fine.

Eiusdem ex *Hellenide* locus ap. Ath. VI p. 226 *f*.

Ἀεὶ δὲ καὶ ζῶντ' ἐστὶ καὶ τεθνηκότα
τἀν τῇ θαλάττῃ πολέμι' ἡμῖν θηρία.
ἂν ἀνατραπῇ γὰρ πλοῖον, εἶθ', ὡς γίγνεται,
ληφθῇ νέων τις, καταπεπώκασ' εὐθέως.

De vitio suspectum mihi est ληφθῇ, quia piscium ea genera, quae veneunt in macello, non sunt ea magnitudine et voracitate, ut vivum hominem adoriantur. Quapropter nescio an mutatione paene nulla corrigendum sit:

εἶθ', ὡς γίγνεται,
λειφθῇ νέων τις,

eo sensu quem saepe habet verbum passivum *λείπεσθαι*. Verte: *deinde, ut fit, aliquis natans defecerit*, i. e. nando salutem nactus non sit. Coniecturae meae minime obstant sequentia:

αὐτοί τ' ἐπὰν ληφθῶσιν ὑπὸ τῶν ἁλιέων,
τεθνεῶτες ἐπιτρίβουσι τοὺς ὠνουμένους,

sed ipsam continent causam corruptelae.

Eiusdem Ἰσοσασίου fragm. ap. Ath. XIII p. 568 *a*.

κοιλίαν ἀδρὰν ἔχει·
σηθὶ' ἔς' αὐταῖσι τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί·
ὀρθὰ προσθεῖσαι τοιαῦτα τοὔνδυτον τῆς κοιλίας
ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον.

Optime et, ut solet, elegantissime vertit Grotius:

si cui venter prominet,
fasciis, videre quales in Comoediis licet,
arrectaria insuper addunt, et sic quod protuberat
alvi exterius, id retrorsum *redigunt tanquam trudibus.*

Vides, ut opinor, Alexidem dedisse:

ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τοὔπισθ' ἀπήγαγον

quo praeter universam loci sententiam ducit ipse verbi ἀπάγειν usus. Quo magis mammae prominent, eo magis recedere venter videtur.

Eiusdem Λεύκης fragm. ap. Ath. VII p. 322 *d*.

Ἐπίσασαι τὸν σαῦρον ὡς δεῖ σκευάσαι;
Β. ἀλλ' ἂν διδάσκῃς.

Graeca oratio erit: ἀλλ' ἂν διδάξῃς.

Alexidis *Pontici* fragm. ap. Ath. III p. 100 *c*.

Ὑπὲρ πάτρας μὲν πᾶς τις ἀποθνήσκειν θέλει,
ὑπὲρ δὲ μήτρας Καλλιμέδων ὁ κάραβος
ἐφθῆς ἴσως πρὸς ἰταλῶν ἀποθανεῖν.

Sub depravata scriptura ΠΡΟΣΙΤΑΛΩΝ non latet quod plaudentibus omnibus elicuit Schweighaeuserus προσεῖτ' ἂν ἄλλως, in qua lectione ἄλλως minus feliciter coniectum est, sed προσεῖτ' ἂν ΑΩΝ, i. e. εἷς ὢν, *solus*, quo ducit oppositum πᾶς τις. Cf. Arist. Eq. 861, Soph. O. R. 245, al.

Alexidis Συντρεχόντων fragm. ap. Ath. IV p. 137 *c* vs. 3

μέλλοντα δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλὸν
οὐκ Ἀττικηρῶς οὐδ' ἀπηκριβωμένως
λιμῷ παρελθεῖν * * ἃ δεῖ καθ' ἓν
ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα [μεγαλείως δὲ].

Glossema recte olim delevi in dissertatione Academica *de fragmentis comicorum Gr.* Reliqua nunc sic correcta suppleverim:

λιμῷ (με) παρατεῖν(αι τὸν ἄνδρ)α δεῖ, καθ' ἓν
ἕκαστον αὐτῷ παρατιθέντα (βρώματα).

Alexidis Fab. Inc. fr. VIII (Mein.) ap. Ath. II p. 40 *e* vs. 3.

ὁ γὰρ θεὸς δεδωκὼς τἀγαθὰ
ὧν μὲν πεπόληκεν οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

Meinekius in edit. min. dedit *πεπόρικεν*, sed quia *μὲν* incommodum est, est cur praeferas Dobraei coniecturam *εὖ πεπόληκεν*. Verum graviore vulnere locum laborare documento est verbum *οἴεται*, quod vix ita usurpari potuit pro *οἴεται δεῖν*. Ambigo utrum corrigendum sit:

(δεῖν) ὧν πεπόρικεν οἴεται κτἑ.

an potius:

ὧν εὖ πεποίηκεν ἀξιοῖ χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

ut *ἀξιοῖ* glossemati cessisse opinemur.

Dionysii Ὁμωνύμων fragm. ap. Ath. VIII p. 381 *e*. 15 sq. leni manu sic emendo:

εἰς αὔριον σὲ κἀμὲ ταῦτ' εὐφρανάτω
λάφυρα· τῶν δὲ παντάπασι μεταδίδου,
τὴν πάροδον ἵν' ἔχῃς τῶν θυρῶν εὐνουχέραν.

pro librorum scriptura λαφυροπώλῃ. Ad *λάφυρα*, quia est appositio ad *ταῦτα*, non opus est articulo. Non magis necessaria est diserta mentio *ianitoris*, quoniam is satis significatur versu sequenti. Elumbem versum, qualem fecit Emperius:

τὰ λάφυρα· πυλωρῷ παντάπασι μεταδίδου

in quo praeterea *πυλωρῷ* (debuerat certe *θυρωρῷ*) male caret articulo, cuius aures tolerabunt?

Heraclides apud Ath. XII p. 533 *e*.

Ἀλεκτρυόνα τὸν τοῦ Φιλίππου παραλαβὼν
ἀωρὶ κοκκύζοντα καὶ πλανώμενον
κατέκοψεν· οὐ γὰρ εἶχεν οὐδέπω λόφον κτἑ.

Non expedio *πλανώμενον*. An fuit:

ἀωρὶ κοκκύζοντα κἀπτερωμένον?

XENARCHUS in *Butalione* ap. Ath. II p. 63 sq.

φθίνει δόμος
ἀσυστάτοισι δεσποτῶν κεχρημένος
τύχαις, ἀλάσωρ τ' εἰσπέπαικε Πελοπιδῶν.
ἄσυτος οἶκος κτὲ.

Hunc locum sic scribendo ultro corruperunt Blomfieldus ad Agam. 1443 quique eum secuti sunt Dindorfius et Meinekius. Nam tragicus quidem poeta, quem Xenarchus imitatur, quominus ἀσυσάτοις τύχαις dixisse credatur nihil obstat, sed non minus certum esse arbitror comicum in parodia una mutata litera id ipsum posuisse, quod singulari fide servarunt Athenaei codices BCD ἀσυντάτοισι — τύχαις.

Rariore et fortasse a semet ipso formato vocabulo poeta usus est pro ἀσύντονος, quia id longius distabat a vocabulo quod lepide imitabatur. Prorsus non dubitabis, opinor, si similem Aristophanis iocum contuleris, apud quem in Lysistrata vs. 1077 chorus videns Lacones illos ἐσυκότας exclamat:

βαβαί· νενεύρωται μὲν ἥδε συμφορὰ
δεινῶς· κτλ.

Idem in Πορφύρᾳ ap. Ath. VII p. 319 *a*.

εἶθ' ἁλιεὺς ὢν ἄκρος σοφίαν
ἐν παγούροις μὲν θεοῖς ἐχθροῖσι καὶ
ἰχθυδίοις εὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας,
γέροντα βούγλωττον δὲ μὴ ταχέως πάνυ
συναρπάσομαι; καλόν γ' ἂν εἴη.

Unicam certam, quae in his versibus fieri potest, emendationem viri docti facere neglexerunt, non animadvertentes pro ἐν requiri ἐπὶ, *adversus*. Reliqua correctio est incertior. Quia cod. A pro εἶθ' habet ἴτ' possis partim cum Dobraeo partim mecum:

εἶτ' * * * ἁλιεὺς ὢν ἄκρος
(ἐπὶ μ)ὲν παγούροις (τοῖς) θεοῖς ἐχθροῖσι καὶ
ἰχθυδίοις ηὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας, κτὲ.

expuncto σοφίαν, quod glossatoris esse suspicor.

PHILEMON in Γάμῳ ap. Antiattic. p. 92 16: ἐμὲ ἀντὶ τοῦ

μαυτόν, σὲ ἀντὶ τοῦ σαυτόν. Φιλήμων Γαμοῦντι Σῶζε ταυτὸν, ἐγὼ δ' ἐμέ. Legerim:

∪ˈ∪ˈ (σὺ) σῷζε σαυτόν, ἐγὼ δ' ἐμέ.

Insuper fortasse aliquid latet sub literis TNTI in corrupto nomine fabulae ΓAMOTNTI.

Eiusdem Μετιόντος fragmentum ap. Ath. IV p. 133 *a* sic interlocutoribus distribuerim:

Ἰχθὺς τί σοι
ἐφαίνεθ' οὑφθός; Β. μιαρὸς ἦν. ἀκήκοας;
ἅλμη τε λευκὴ καὶ παχεῖ' ὑπερβολῇ,
κοὐχὶ λοπάδος προσῶζεν οὐδ' ἡδυσμάτων.
Α ἐβδέων (δ') ἅπαντες, ὡς ἀγαθὴν ἅλμην ποιεῖς.

Ultimus versiculus est coqui suam muriam ab alterius vituperatione defendentis.

Eiusdem *Pancratiastae* fragm. ap. Stob. Ecl. Phys. II 8 p. 338 sic constituo:

καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ τύχῃ χρὴ, παιδίον, πάντων ἔχειν
ὧν βούλεταί τις, ἀλλὰ καὐτὸν τῇ τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι· ῥᾷον κτέ.

Vulgo:

ὧν βούλεταί τις. ἀλλὰ καὶ τῷ τῇ τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι ῥᾷον κτλ.

Pessimus poetaster, qui in compar. Men. et Phil. p. 360 mentitur Philemonis nomen, scripsisse traditur:

καυχώμενος τὸ δῶρον ὃ δέδωκας Φίλῳ
ἔργῳ ϛρατηγὸς γέγονας, ἐν λόγῳ Φονεύς.

Rectissime Dobraeus, λόγῳ ϛ. γ. ὢν ἔργῳ Φ. Sed manifesto vitiosum est ϛρατηγός, quod utrum in παρωγὸς an in χορηγός refingendum sit, ambigo.

Philemo ap. Stob. CVIII 39:

Ἂν γνῷς τί ἐς' ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἔσει.
Τέθνηκέ τις, μὴ δεινὸν ἔϛω τοῦτό σοι·
κεκύηκέ τις· οὐ κεκύηκέ τις· ἠτύχηκέ τις·

βήττει τις· οἰμώζει τις· ἡ Φύσις φέρει
ἅπαντα ταῦτα, φεῦγε τὰς λύπας.

Versum tertium misere corruptum sic tentavi:

κέκμηκέ τις, τέτηκέ τις· ἠψύχηκέ τις·

Ἀψυχεῖν pro λιποψυχεῖν similiter dixit Hippocrates de morb. II p. 141, 4. Ultima verba φεῦγε — λυπάς quae non satis recte cohaerent cum praegressis, nescio an sint magistelli alicuius. Vulgo μόνον additur e Grotii coniectura.

Locum in comp. Men. et Phil. p. 365 sic legerim:

ἐπὰν (γὰρ) ἐγγὺς θάνατος ἔλθῃ, (τηνίκα)
οὐδεὶς ἔθ' αὑτὸς, οὐδὲ θανεῖν βουλεύεται,
θνήσκει δὲ θνήσκων κατ' ἰδίαν εἱμαρμένην.

Libri ἑαυτῷ ὃ θέλει et δ' ὃ θνήσκων. Sententia: *tunc nemo amplius in sententia persistit nec moriendi consilia agitat, sed moriens moritur iubente proprio fato.* Nota est formula ὁ αὐτὸς ἔτ' εἰμι, *non muto sententiam.*

Philemonis fragm. 53 ap. Diog. La. VI 87

καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασύ,
ἵν' ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος.

Altero versu Meinekius ἐγκρατήσῃ, quo parum proficitur. Rectius Cobetus in Diogene suo edidit (an de coniectura?) ἵν' ὡς Κράτης ᾖ. (cf. Menandri Διδύμων fr. 1). Sed ut recte habeat coniunctivus, nonne vs. 1 requiritur:

καὶ τοῦ θέρους μὲν ἱμάτιον ἔχει δασύ?

Philemonis fr. LXIX ap. Stob. Flor. XCV 6

Ὅσις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῆν βούλεται κτέ.

Ex omnibus criticis qui h. l. attigerunt, solus Gesnerus intellexit corrigendum esse παραζῆν, sed perperam ζῇ reposuit pro ζῆν. Legendum:

Ὅσις πένης ὢν ζῆν, παραζῆν βούλεται.

i. e. ὅσις πένης ὢν βούλεται ζῆν, βούλεται παραζῆν.

Menander in Κυβερνήταις ap. Orionem Gnomol. VIII 9.

Οἱοι λαλοῦμεν ὄντες οἱ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·

αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπων Φύσιν. κτἑ.

Primus versus, in quo Stobaei (Flor. XXII 11) codd. habent ὦ τρισάθλιοι, sic videtur corrigi posse:

Οἵοί μ' ἄρ' ἔλαθον ὄντες, ὡς τρισάθλιοι,
ἅπαντες κτλ.

Menander in Πλοκίῳ ap. Gell. II 23 sic corrigatur:

Ἔχω δ' ἐπίκληρον Λαμίαν (οὐκ εἰρηκά σοι
τοῦτ';) εἶΘ' ἄρ' οὐχί. κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν πατρῴων ἄντικρυς
ἔχομεν, Ἄπολλον, τῶν χαλεπῶν χαλεπωτάτην.

Supple: εἰθ' ἄρ' οὐκ εἶχον, *utinam non haberem!* Vulgo εἶτ' ἄρ' οὐχί; De reliquis vide Meinekium. F. C. p. 191 vol. IV.

Eiusdem *Samiae* fragm. ap. Phryn. Ecl. p. 187

Φέρε τὸν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπιθὲς τὸ πῦρ Τρύφη.

Non solebat τὸ πῦρ ἐπιτίθεσθαι τῷ λιβανώτῳ ut opinor, sed ὁ λιβανωτὸς τῷ πυρί. An igitur corrigendum ὑποθὲς? An potius delendum est τὸ πῦρ, ut credamus glossatorem superscripsisse ἐπὶ τὸ πῦρ? Ἐπιτιθέναι enim sollemni usu absolute usurpatur de suffimentis arae imponendis. Cf. Ar. Vesp. 96

ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς νουμηνίᾳ.

Eiusdem Τιτθῆς fr. ap. Suid. i. v. αἰτήσασθαι sic corrigo:

Ἦν ἄν ,τίς ὑμῶν (λο)πάδιον
ᾐτήσατ' ἢ κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι;'

Vulgo Ἦν ἄν τις ὑμῶν παιδίον κτἑ. Cf. Hymnidis fragm. V. Λοπάδιον iam olim correxi in *Addendis ad Meinekii opus Fragm. Com. Gr.* p. 39 sq. Sed quid latet sub ἦν ἄν?

Hymnidis locus ap. Max. Tyr. diss. XXX 320

Οὐ πάνυ τι γηράσκουσιν αἱ τέχναι καλῶς,
ἂν μὴ λάβωσιν προσάτην Φιλάργυρον.

Permire dictum! An forte γὰρ πράττουσιν?

Ὑποβολιμαίου fragm. ap. Stob. Flor. LXXIV 5, vs. 3 sq.

οἶκος δ' ἐν ᾧ τὰ πάντα πρωτεύει γυνή,
οὐκ ἔστιν ὅστις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

Malim: *οὐπώποτ' ἔστιν ὅστις οὐκ ἀπώλετο.*

Fab. Inc. Menandri II ap. Plut. Cons. Apoll. p. 103 *d* 10 sqq.

τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ,
οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
ταπεινότητα ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
καὶ μάλα δικαίως· ἀσθενέστατον γὰρ ὄν
φύσει, μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν,
ὅταν πέσῃ δὲ, πλεῖστα συντρίβει καλά.

Οἰκονομεῖσθαι Graece dici posse pro *ἐπιχειρεῖν* quis credat? Gravis latet error. Scribendum:

μέγις' ἐξοικοδομεῖται πράγματα;

Verba *οἰκοδομεῖν* et *ἐξοικοδομεῖν* alibi quoque, ut Latinum verbum *aedificare*, metaphorico sensu usurpari constat. Cf. Ar. Pac. 748 et Xenoph. Cyr. VIII 7, 15. Nec abhorret sequens *πέσῃ*, sc. *τὰ πράγματα*. Ad confusa *οἰκοδομεῖν* et *οἰκονομεῖν* cf. *Plutarchea* mea *et Lucianea*.

Fab. Inc. VI Menandri ap. Luc. Amor. II p. 446 vs. 9

καὶ φαρμακεῖαι καὶ νόσων χαλεπώτατος
φθόνος.

Hic locus prodesse poterit *Timoclis* fragm. Συνερίθων ap. Stob. Flor. CXXV 10, quod sic edidit IV p. 611 Meinekius:

τοῖς μὲν τεθνεῶσιν ἔλεος, ἐπιεικὴς θεός,
τοῖς ζῶσι δ' ΕΤΕΡΟΝ ἀνοσιώτατον φθόνος.

Sed optimi codd. habent *ἀνοσιώτατος*, quo recepto scribam:

τοῖς ζῶσι δ' ΕΡΓΩΝ ἀνοσιώτατος φθόνος.

Invidia simul *ἔργον* est et *πάθος*. Immodulatum est quod alii coniecerunt *ἑταίρων*, nec sententia admittit quod in Stobaeo suo Meinekius edidit *ἔΦεδρος*.

Fab. Inc. IX in comp. Men. et Phil. p. 361

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήμαθ', ὡς ὁδοιπορεῖς.
ἐνταῦθ' ἔνες' ὁσᾶ τε καὶ κούφη κόνις
ἀνδρῶν βασιλέων καὶ τυράννων κἀὶ σοφῶν,
καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμασιν,
αὐτῶν τε δόξῃ κἀπὶ κάλλει σωμάτων.

Non sunt hi vss. Menandri sed nescio cuius tragici non valde antiqui aut poetae certe tragicum sermonem imitantis. Quod ubi agnoveris, males mecum propter metrum vs. 1 Ἄν εἰδέναι. Deinde pro absurdis istis ὡς ὁδοιπορεῖς nescio an emendandum sit:

ὡς ὄγκον παρῇς,

ut fastum remittas.

Sequitur:

ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν τῶν δ' ἐπήρκεσεν χρόνος.

ubi non sufficit Grotii correctio χρόνον. Scripserim:

ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς τῶνδ' ἐπήρκεσεν μόρον.

Fab. Inc. fr. XXVIII ap. Stob. Fl. XV 5, quod hodie rectius tribuitur Philemoni, sic corrigatur:

Ἄν μὲν πλέωμεν ἡμερῶν πλοῦν τεττάρων,
σκεψόμεθα τἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας·
ἂν δῇ δὲ Φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν,
οὐ Φεισόμεσθ' ἐΦόδια περιποιούμενοι;

Codd. σκεπτόμεθα, quod non est Atticum pro σκοπούμεθα. In vs. praegresso ex quotidiani sermonis usu πλέωμεν continet futuri temporis notionem, ut in noto illo εἴ τις ἔτι πλεῖ, σπευδέτω, pro πλεῖν μέλλωμεν.

Fab. Inc. fr. XXXIII ap. Hermogenem de Inv. III p. 177 ed. Walz.

Διονυσίων μὲν ἦν
πομπὴ . . . . . .
ὁ δέ μ' ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν.

Omnem fidem superat exeunte IV sec. a. Chr. poetam Atticum in media Attica tantam stribliginem admisisse ut verbum ἀκολουθεῖν iungeret cum Accusativo. Scribendum suspicor:

ὁ δ' ἠκολούθησεν κτἑ.

vel ὁ δ' ἠκολούθει μοι, quo tamen non opus esse videtur.

Adiutus Plautina versione Cistellar. I 1, 91 locum sic redintegrare conatus sum:

Διονυσίων μὲν ἦν
πομπή· ('πὶ τὴν θέαν δὲ μήτηρ μ' ἤγαγεν,)
ὁ δ' ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν,

ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων ἐμέ τε καὶ
τὴν μητέρ' ἔγνω μ'.

Plautus: *per Dionysia mater pompam me spectatum ducit.* Μήτηρ sine articulo, ut in Ὑποβολιμαίου fr. I et Ψευδηρακλέους fr. III.

Inc. fab. fr. XXXVIII Plut. de sui laude p. 547 *c.*

Σφάττει με· λεπτὸς γίγνομ' εὐωχούμενος
Τὰ σκώμματ' οἷα τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικά.

Non sufficit Meinekiana correctio σκωμμάτια. Bene enim Hirschigius intellexit *iocis imperatoriis* locum non esse. Nec tamen cum eodem violenter corrigam κομπάσματα, sed lenissime:

Τὰ σκεμμάτια τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικά.

Callida ista et imperatoria consilia.

Inc. fab. fr. L ap. Stob. Flor. XLII.

Οὐδὲν διαβολῆς ἐστιν ἐπιπονώτερον·
τὴν ἐν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
δεῖ μέμψιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπάναγκες λαβεῖν.

Vide ne verius sit:

Οὐδὲν διαβολῆς ἐς' ἐπιφθονώτερον.

Inc. fab. fr. LX ap. Stob. Flor. XCIII 22.

Ὑπερήφανόν που γίγνεθ' ἡ λίαν τρυφή,
ὅ τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

Si ultima sunt Menandri, non librariorum supplementum, crediderim Stobaeum non integram attulisse sententiam, et in sequentis versiculi initium fuisse v. c. μένοντα. Ut tamen potius illud suspicer, adducor fere eo quod optimus codex A omittit articulum ante πρόσθεν.

Inc. fab. fr. LXXXVII ap. Stob. Flor. XXXVI 12.

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ γλώσσῃ φυεὶς
γλώσσῃ ματαίους ἑξακοντίσῃ λόγους.

Conieci:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις (εὐ)επὴς γεγὼς φύσει κτέ.

Falso haec tribui Menandro dudum animadversum est.

Inc. fab. fr. CXXVII ap. Stob. Fl. CXII. 1.

Ταῖς ἀτυχίαισι μὴ 'πίχαιρε τῶν πέλας·
Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥᾴδιον.

„Noli alienis infortuniis *laetari*, QUIA pugna contra Fortunam est difficilis." Inimicorum est τὸ ἐπιχαιρεκακεῖν, nec video quid momenti habere potest *ista causa* inimico. Expectes potius μὴ 'πιτίμα, ut sit sententia „aliena infortunia noli reprehendere, quasi propriae miserorum culpae tribuenda scilicet." Sed lenius requiro remedium, quod vide an reppererim coniciendo:

Ταῖς ἀτυχίαισι μὴ πικραίνου τῶν πέλας· κτέ.

Inc. fab. fr. CXLV. Comp. Men. et Phil. p. 351.

Ὁ εὐτυχοῦντα καιρῷ κολακεύων φίλον
καιροῦ φίλος πέφυκεν, οὐχὶ τοῦ φίλου.

Etsi pro parte assentior iis quae de hac *Comparatione* scripsit Cobetus Mnem. IV. p. 140, hic tamen emendatio adeo est facilis, ut legendum proponam:

Ὁ (γὰρ τὸν) εὐτυχοῦντα κολακεύων φίλον
καιροῦ φίλος πέφυκεν, οὐχὶ τοῦ φίλου,

deleto manifesto glossemate et insertis duabus voculis. Cf. fragm. CXLVIII. Nec quicquam in hac certe sententia inepti est aut Menandro indigni. Idem valet v. c. de fragm. CLX.

Ἐὰν τροφὴν δοὺς τὸν λαβόντ' ὀνειδίσῃς,
ἀψινθίῳ κατέπασας ἀττικὸν μέλι.

Inc. fab. fragm. CCCV ap. Plut. Symp. IV p. 666 *f*.

ὁ Μένανδρος πρὸς τὸν κελεύοντα ταῖς λοπάσι περιφράττειν τὴν νύμφην

Δεινὸν σὺ φράγμα τῆς νύμφης λέγεις.

Ita haec auctore Buttmanno Meinekius edidit pro οὐ πρᾶγμα. Equidem suppleverim:

Δεινόν (γε) σὺ π(ερί)ραγμα τῆς νύμφης λέγεις.

DIPHILUS in Φρέατι ap. Stob. CXVI 32.

Πολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε,

χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα.

Diphilus pro πολιὸς nec σκολιός dedit nec σκαιός nec Φαυλής, quae coniecta sunt a viris doctis, sed, nisi omnia me fallunt, per exclamationem:

Ποῖος τεχνίτης κτέ.

Cf. Stob. XXXI, 248.

Eiusdem fragm. inc. fab. ap. Ath. III p. 35 *d*. sic corrige transponendo:

ὃς τὸν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος,
τὸν [τ' dele] ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν,
τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν.

Diphili fragm. ap. Stob. Flor. XCVI 9

Πενία δὲ συγκραθεῖσα δυσσεβεῖ τρόπῳ
ἄρδην ἀνεῖλε καὶ κατέφρεψεν βίον.

Legendum μετέφρεψεν, ut est ap. Philem. IV p. 39 (Mein.) et apud Menandrum IV p. 70.

Anaxippi Ἐγκαλυπτομένου fr. ap. Ath. IX. p. 403 *e*.

11. αὐτοὶ δ' ἔλαιον καὶ λοπάδα καινὴν, πάτερ,
πῦρ τ' ὀξὺ καὶ μὴ πολλάκις φυσώμενον
ἐποίουν· ἀπὸ τούτου πᾶν τὸ δεῖπνον εὐτρεπές.

Fundus emendationis esse debet Archedici locus e *Thesauro* ap. Ath. VII p. 292 *e*.

τὰς λοπάδας ἐπιθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ τοὺς ἄνθρακας
ἔρραν' ἐλαίῳ πανταχῇ ποιῶν φλόγα.

cuius loci nescio quis memoria falsus apud Anaxippum in detrito codice legere sibi visus est, quod hodie est in libris scriptis et editis. Primitus enim scriptum fuisse suspicor:

αὐτοὶ δ' ἐλαίου καλπίδ' ἔρραινον, πάτερ,

scil. εἰς τοὺς ἄνθρακας. Unam tantum eandemque rem a poeta memoratam esse testatur numerus singularis in sequentibus ἀπὸ τούτου. His coquis unicum artis arcanum erat ignis vehemens, qui, larga olei copia identidem affusa, nullo flamine indigebat. In vicino vs. 14 pro πρῶτον obiter corrige πρῶτοι.

Hermippi Ἀδελφῶν fr. ap. Ath. VII p. 290 *b*.

12. ἐπὰν τάχις' ἔλθωσιν ἐκ τῆς ἐκφορᾶς.

quiritur ἀπὸ τῆς ἐκφορᾶς.

SOSIPATRIS Καταψευδομένου locus ap. Ath. IX p. 377 *f*.

42. ὁ καπνὸς Φερόμενος δεῦρο κἀκεῖ διαφορὰν
εἴωθε τοῖς ὄψοισιν ἐμποιεῖν τινα.

ioniam ἐκεῖ pro ἐκεῖσε est infimae graecitatis, Sosipatri reddatur:

ὁ καπνὸς Φερόμενος δεῦρ' ἐκεῖσε κτλ.

EUPHRONIS Ἀδελφῶν fragm. ap. Ath. IX p. 370 *d*.

22. τὸ γὰρ ἧπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπουμένων
κἀθεὶς κάτω τὴν χεῖρα τὴν μίαν λαθὼν
ἔρριψας εἰς τὸν λάκκον ἰταμῶς τὸν νεφρόν.
πολὺν ἐποίησας θόρυβον, οὐκ ἔχει νεφρὸν
ἔλεγον. ἔκυπτον οἱ παρόντες ἀποβολῇ.

on satis feliciter hunc locum tractavi olim in dissertatione ademica coniciens ἐλυποῦντ', nam et aliud verbum delituit et rruptum reliqui substantivum ἀποβολῇ. Insuper nimis abpte dicuntur praegressa, nec vocabula οὐκ ἔχει νεφρόν recte buuntur sacrificantibus. Scin quid legendum sit? Nempe hoc:

πολὺν ἐποίησας θόρυβον „οὐκ ἔχει νεφρόν"
λέγων· ἐκόπτονθ' οἱ παρόντες προσβολήν.

'angebant qui aderant ingruentem deorum iram; sive malis ροσβολῇ, quod fieri potest ut servandum sit (*ob iram*). Προσλήν hoc sensu adhiberi ne dubites, cf. Ar. Pac. 39, Aesch. ioeph. 233, Plut. Mor. p. 186 *c*; et ita saepissime. Ceterum rum ἐκόπτονθ' οἱ an ἐτύπτονθ' οἱ eliciendum sit ex ΕΚΤΠ-ΟΝΟΙ difficile dictu est; usurpatur enim utrumque vi eadem, d alterutrum verum esse certum arbitror. Illud magis Atticum. Totum autem fragmentum, cuius alias partes aliis occasiibus tractavi, sic constituendum esse arbitror:

Πολλῶν μαθητῶν γενομένων ἐμοί, Λύκε,
διὰ τὸ νοεῖν ἀεί τι καὶ ψυχὴν ἔχειν,
ἅπει γεγονὼς μάγειρος ἐκ τῆς οἰκίας
ἐν οὐχ ὅλοις δέκα μησὶ πολὺ νεώτατος.
Ἄγις Ῥόδιος ὤπτηκεν ἰχθὺν μόνος ἄκρως·
Νηρεὺς δ' ὁ Χῖος γόγγρον ἥψε τοῖς θεοῖς·
θρῖον τὸ λευκὸν οὐξ Ἀθηνῶν Χαριάδης,

9 ἀλλᾶντας Ἀφθόνητος, Εὔθυνος Φακῆν.
8 ζωμὸς μέλας ἐγένετο πρώτῳ Λαμπρίᾳ·
10 ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν εὖρ' Ἵππων πόρους.
οὗτοι μετ' ἐκείνους τοὺς σοφιστὰς τοὺς πάλαι
γεγόνασιν ἡμῖν ἑπτὰ δεύτεροι σοφοί.
ἐγὼ δ' ὁρῶν τὰ πολλὰ προκατειλημμένα,
15 εὗρον τὸ κλέπτειν πρῶτος, ὥσε μηδένα
μισεῖν με διὰ τοῦτ' ἀλλὰ πάντας λαμβάνειν.
ὑπ' ἐμοῦ δ' ὁρῶν σὺ τοῦτο προκατειλημμένον
ἴδιον ἐφεύρηκάς τι, καὶ τοῦτ' ἐσι σόν.
πέμπτην ἔθυον ἡμέραν Σικίνιοι
20 πολιοὶ γέροντες πλοῦν πολὺν πεπλευκότες
λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν. οὐκ ἦν ἐκφορὰ
Λύκῳ κρεῶν τότ' οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ·
ἑτέρους πορίσασθαι δύ' ἐρίφους ἠνάγκασας·
τὸ γὰρ ἥπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπουμένων,
25 καθεὶς κάτω τὴν χεῖρα τὴν μίαν λαθὼν
ἔρριψας εἰς τὸν λάκκον ἰταμῶς τὸν νεφρόν.
πολὺν ἐποίησας θόρυβον „οὐκ ἔχει νεφρόν"
λέγων· ἐκόπτονθ' οἱ παρόντες προσβολῇ.
ἔθυσαν ἕτερον. τοῦ δὲ δευτέρου πάλιν
30 τὴν καρδίαν εἶδόν σε καταπίνοντ' ἐγώ.
πάλαι μέγας εἶ, γίγνωσκε· τοῦ γὰρ μὴ χανεῖν
λύκον διακενῆς σὺ μόνος εὕρηκας τέχνην.
χορδῆς ὀβελίσκους ἡμέρας ζητουμένους
δύ' ἐχθὲς εὐμούσως * * * * *
35 * * * * * * τὸ πῦρ ἀποσβέσας,
καὶ πρὸς τὸ δίχορδον ἐτερέτιζες. ᾐσθόμην·
ἐκεῖνο δρᾶμα, τοῦτο δ' ἐσὶ παίγνιον.

In fragmento haud illepido primum ubi opus videbatur mu interpunctionem, tum transposui vs. 9 ante 8 et scripsi vs. de coniectura εὖρ' Ἵππων pro ἀρίσων. Cf. diss. Acad. crit. ad fr. com. p. 106. Vs. 13 dedi ἡμῖν pro ἡμῶν. Vs. ex OITINIOI feci CIKINIOI in notulis ad Athenaeum Mu IV (N. S.) 308 sq. Vs. 27 sq. emendavi, ut supra docui. 33 sq. posui signa lacunae mutato ὠμοὺς εἰς in εὐμούσ Cf. *Stud. Crit. in poet. Scen. Gr.* p. 92.

ACHO in 'Αγνοίᾳ apud Ath. XIV p. 664 *a*.

Ἥδιον οὐδέν ἐστί μοι τῆς ματτύης.
τοῦτ' εἴτε πρῶτοι Μακεδόνες τοῖς Ἀττικοῖς
κατέδειξαν ἡμῖν, εἴτε πάντες οἱ θεοὶ
οὐκ οἶδα.

avatum esse πάντες alibi monui. Nunc vide an recte con-
im θνητοῖς collato anonymi comici fragmento (XVI) apud
II p. 36 *a*., cuius initium:

Ὁ Μνησίθεος δ' ἔφη τὸν οἶνον τοὺς θεοὺς
θνητοῖς καταδεῖξαι κτλ.

icat Macho delicatum illum cibum fortasse deorum magis be-
o deberi quam Macedonum ingenio.

acho in *Epistula* apud Ath. VIII p. 484.

extremo huius loci versiculo vitium metricum facile cor-
ur legendo:

ἔπαγε διὰ πασῶν Νικολᾷδας Μυκόνιος.

ἴσαγε, collato Sosipatro ap. Ath. IX p. 377 *f*. in Κατα-
μένῳ vs. 50 scribenti: πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν
Utroque loco ἐπάγειν, quod proprie dicitur de copiis du-
s in hostes lepida metaphora usurpatur de ciborum fer-
apponendis convivis. Nihili est quod adulescentulus ten-
n in dissertatione Academica.

TO in Ἀνδροφόνῳ ap. Ath. VII p. 279 *c*.

Ἐξὸν γυναῖκ' ἔχοντα κατακεῖσθαι καλήν,
καὶ Λεσβίου χυτρῖδε λαμβάνειν δύο·
ὁ φρόνιμος ἐστι τοῦτο, τοῦτο τἀγαθόν.
Ἐπίκουρος ἔλεγε ταῦθ' ἃ νῦν ἐγὼ λέγω.
εἰ τοῦτον ἔζων πάντες ὃν ἐγὼ ζῶ βίον,
οὔτ' ἄτοπος ἦν ἂν οὔτε μοιχὸς οὐδὲ εἷς.

ntiam hanc esse puto: Si omnes meo consilio obtempera-
tam ineptorum istorum philosophorum, quod descripserat
in superiore fragmento I (ap. Ath. IV p. 163 *b*.) genus,
moechorum sublatum esset. Aberravit a sententia (lau-
a Meinekio) Grotius, qui vertit „iam nemo adulter esset,
iniurius."

Bato in incerta fabula ap. Stob. Flor. VI 29.

Πολλῶν σφόδρ' ὄντων χἀτέρων ἐν τῷ βίῳ
ἐφ' οἷς ἅπαντες εἰκότως θορυβούμεθα,
μάλις' ἐμοὶ δήπουθε κινοῦσιν χολὴν
οἱ τῶν τρόπων φάσκοντες ἐπιεικῶς ἐρᾶν.

Non sic scripsisse poetam sed ἐπιεικῶν testantur reliqua haece:

καὶ λανθάνειν δοκοῦντες ὅτι πεπλασμένως
τὸ πρᾶγμα παρακεντοῦσι κοὐκ ἀληθινῶς.
τίνα γὰρ ἔχει, πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, διαφορὰν
ὁ τῶν νεωτέρων τε καὶ λείων τρόπος,
παρ' ὃν οἱ δασεῖς ἔχουσι καὶ προβεβηκότες.

Ibi παρακεντεῖν fortasse vitii immune est. Cum enim is, qui circini ope orbem descripturus in triangulo male ponit centrum, recte dicatur παρακεντεῖν, haud inepta metaphora eodem vocabulo significari potuit is, qui ambiguo vocabulo usus, ut hic voce ἐπιεικής (quae simul *honestus* significat et *facilis nec nimium severus*), aliquid falsi statuat. Quia autem errore aut negligentia id fieri poterat, poeta, ut dolo sic loqui eos argueret, addidit verba πεπλασμένως κοὐκ ἀληθινῶς. Sumta haec videntur e colloquio non valde dissimili eius, quod est in Terentii *Adelphis* Demeam inter et Micionem, quorum ille, pater severus, alterius ἐπιείκειαν vituperat.

Dioxippi locum ex *Historiographo* apud Athen. III p. 100 sic distinguo et corrigo:

Τὴν ϙοὰν διεξέπαιεν Ἀμφικλῆς· μήτρας δύο
χρεμαμένας δείξας „ἐκείνων πέμπε" φησὶν „ἂν ἴδῃς."

Distinxi post Ἀμφικλῆς, deinde scripsi quod vides pro codicum lectione ἐκεῖνον πέμπε φής ἐὰν ἴδῃς, pro qua Meinekius Dindorfio auctore edidit ἐκεῖνον πέμπε, φάς, ἐὰν ἴδῃς.

Comic. anonym. fr. XXIV ap. Athen. X p. 458 *a*. lenius, quam hucusque factum esse video, emendari potest scribendo:

Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον (δὴ) διάπλεκε.

inserta particula, quae sexcenties periit ante praepositionem διά, aut cum ea confusa est.

(*Continuabitur*)

Scribebam Traiecti ad Rhenum.
m. Aprili.

ΥΠΕΡ ΤΑ ΕΣΚΑΜΜΕΝΑ.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

I. In Actis Apostolorum legimus tertio capite, claudum quendam, qui sedebat ad templi valvas, ut a populo stipem conferret, sanatum fuisse ab Johanne et Petro Apostolis. Miror quod sequitur nono versu: homo intrat templum περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος καὶ αἰνῶν τὸν θεόν. Interpres de eo genere quod nosti: *Dieses Benehmen trägt das natürlichste Gepräge der lebhaften Freude, zugleich als Probe seiner vollständigen Heilung für sich und Andere.* Quam indecore! Nisi quis forte putet Lucae Iesaiam obversatum fuisse, qui in Vaticiniis ita dixerit 35. 6: ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ ΧΩΛΟΣ. Sed potestne quis eodem tempore περιπατεῖν et ἅλλεσθαι? Populus certe mendicum non vidit saltantem, nam continuo sequitur: καὶ εἶδε πᾶς ὁ λαὸς αὐτὸν περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν: hominem περιπατοῦντα oculis cernebant, audiebant eum αἰνοῦντα τὸν θεόν, nemo autem eum conspexit ἀλλόμενον. Scilicet ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει, ut est versu 8, idque miraculum iam satis magnum est. Sed *gaudium* praeterea significari debuit scripsitque Lucas: εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ ἀγαλλιώμενος καὶ αἰνῶν τὸν θεόν, nam uti Iesaias cecinit 29. 19: ἀγαλλιάσονται πτωχοὶ διὰ κύριον ἐν εὐφροσύνῃ. Coniunguntur verba ἀγαλλιᾶσθαι et αἰνεῖν in Actis 2. 16: μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας αἰνοῦντες τὸν θεόν, uti et Psalm. 9. 14: ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς

αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών, ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Sed nemo saltat sobrius, nedum in aedibus sacris.

II. Magis etiam displicet quod sequitur. Vs. est 11: κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰωάννην, συνέδραμε πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶνος ἔκθαμβοι. Quam ridiculum est credere, hominem Apostolos manu tenuisse, dum deambularet. Concurrit populus in porticum Salomonis ad Petrum et Johannem; hinc intelligimus statim eos hominem, quem sanassent, a se dimisisse. Συνέδραμε πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτούς· nempe ad Apostolos, qui in porticum se contulerant; mendicus autem in vestibulo ambulabat ante fores. Ut aequum est, efferebat in coelum eos, qui tanto se beneficio affecissent, nec scripsit Lucas: κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον, sed κράζοντος, sicuti legitur in eodem libro 14. 14: κράζοντες καὶ λέγοντες Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε, 16. 17: ἔκραζε λέγουσα, 19. 32: ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον, alibi. Nunc apparet cur addatur confluxisse populum in porticum Salomonis; apostoli enim de via declinarant, ut fugerent plebis conspectum, quae ad preces conveniebat.

III. Minutum est vitium in Act. Apost. 4. 9: Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς ... γνωστὸν ἔστω πᾶσιν κτέ. Vulgata editio habet: Si *nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi*, ... *notum sit omnibus vobis*, cet. Coniunctionem miror et rescripserim: Ἐπεὶ ἡμεῖς σήμερον, κτέ. Qui loci laudari solent Rom. 11. 21, 1 Joh. 4. 11, 2 Petr. 2. 4, eorum locorum alia est ratio.

IV. Petri sunt verba ad Sapphiram, Act. Apost. 5. 9: ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου ἐπὶ τῇ θύρᾳ καὶ ἐξοίσουσί σε. Supple: οἱ καὶ ἐξοίσουσί σε.

V. Additamentum odoror Act. Apost. 5. 39: verba sunt Gamalielis: ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται· εἰ δ' ἐκ θεοῦ ἐστίν, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτούς, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Nunc quoque

librarii fecerunt, quod facere solent et elegantem ellipsim supplendo obscurarunt, nam neutiquam servari possunt verba: *οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτούς*, cum sequatur *μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε*. Paulo rectius addere quis potuerat: *ὁρᾶτε, σκέψασθε, εὐλαβεῖσθε* vel simile quid, sed minime opus est.

VI. Sequenti Actorum capite sermo fit de discidio, quod mature exortum est inter Hellenistas et Hebraeos, *ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διανομῇ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν*. Intelligere mihi videor, multo maiore cum acrimonia in nova ecclesia disceptatum fuisse de ea re, quam sacro scriptori perscribere libuit. Viduas illas Graecas non tantum *praetervidebant* et negligebant, sed etiam si qua mulier accederet ad dispensationem, pellebatur et arcebatur. Quod requiritur *pulsabantur*, id quomodo Graece dicendum est? Opinor, *παρεωθοῦντο*. Augmentum syllabicum etiam in hoc scriptore servandum est: invenio 4 Reg. 17. 19 non tantum *ἀπεώσαντο* et vs. 21 *ἐξέωσε*, sed etiam 4 Reg. 23. 27 *ἀπεώσομαι*, unde videmus in hoc verbo eodem modo fuisse erratum, quo in verbo *ἀγνύναι*.

VII. Necessaria particula periit Act. Apost. 7. 5: *οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ οὐδὲ βῆμα ποδός, καὶ ἐπηγγείλατο δοῦναι αὐτῷ εἰς κατάσχεσιν αὐτήν*. Lege: *καίτοι ἐπηγγείλατο*.

VIII. Petrus divinitus emissus fuit e carcere; tum Herodes, ut est Act. Apost. 12. 19, *ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρών, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι*. Itaque custodes quamvis insontes capitis damnati sunt, nam hoc significat verbum *ἀπάγεσθαι*, quod nemo dubitat et praeterea apparet ex prologo libri de Esther regina: *ἐξήτασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο εὐνούχους καὶ ὁμολογήσαντες ἀπήχθησαν*. Verum nullibi in sacro codice exemplum reperio, quod cum ea Herodis immani crudelitate possit comparari. Sacerdotes aliquando duodecim apostolos in carcerem coniecerant; postridie nusquam inventi sunt, nam angelus captivos emiserat. Res sacerdotibus nunciata fuit 5. 23, nec videmus, re cognita, post *τὴν ἀνάκρισιν* custodes poenas dedisse. Dicemusne Petrum servari non potuisse nisi custodum periculo? *Ἀσεβὴς* sit oportet, qui contendat,

Sed facile est opem ferre: non jussit Herodes custodes ἀπαχθῆναι, sed ἀπαλλαχθῆναι. Dimisit eos nil mali passos.

IX. Postquam Paulus cum Barnaba Lystra venit et, ne aliqua in re Petro inferior esset, claudo cuidam integra membra reddidit, erant qui ei divinum honorem habere vellent venitque adeo Jovis sacerdos, ut est Act. Apost. 14. 13, afferens ταύρους καὶ στέμματα. Novi coronarum multiplicem usum in re sacra, sed miror nunc diserte memorari illud, quod nullo modo abesse poterat. Quid attinebat tradere, quod omnes cogitando statim supplebant? Lectores norant et quotidie videbant quo ritu hostiae immolarentur. Docendi sunt fortasse nostri homines, Lucae aequales non erant docendi. Itaque quaeramus quidnam praeter tauros sacerdos afferre potuerit. Videor hoc mihi invenisse: praeter tauros afferebantur etiam liba, πέμματα, de quorum usu in sacris Lobeckius adeundus in Aglaophamo II. p. 1081 sqq. Cogitarunt omnes de Jove et Mercurio, nam in Lystrorum vicinia monstrabatur locus, ubi Philemon et Baucis deos immortales hospitio exceperant. Sacerdos autem praeter tauros etiam liba attulit, nam, ut Macrobius auctor est in Saturnalibus 3. 10, solet taurus immolari Neptuno, Apollini, Marti, sed ad sacra summi Jovis taurus raro adhibetur, quamobrem notabant grammatici Vergilii versiculum: *Coelicolum regi mactabam in litore taurum.* Nec tantum pontificium jus hoc fuit, sed idem Graeci quoque nonnulli tenebant. Ante Erechtheum ara erat Διὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν, πέμματα δὲ θέντες οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν, Paus. 1. 26. 6. Morem a Cecrope Athenienses repetebant, ut idem Pausanias auctor est 8. 2. 1: ὁ μὲν γὰρ Δία τε ὠνόμασεν Ὕπατον πρῶτος, καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχήν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν. Itaque sacerdos cum merito dubitaret quo ritu Jupiter praesens coli vellet, attulit tauros et liba, ut esset optio penes Barnabam et Paulum. Sed tauri θύονται· dicunturne etiam liba θύεσθαι? Ita est; dicuntur; vide Aristoph. Thesm. 285: πόπανον ὅπως λαβοῦσα θύσω τοῖν θεοῖν. Ceterum notum esse arbitror, Π et ΣΤ etiam in vetustissimis codicibus confundi. Nova quaedam exempla afferre facile est. Diodor. Sicul. XIV.

114: οὐχ ὑπηρέτουν οἱ Κελτοὶ τοὺς ἐσχάτους ἀεὶ φονεύοντες· lege ὑς ἔρουν. Philostr. Vit. Apollon. p. 68: τὸ δάκρυον τῆς ἀλόης ἐπαλείφουσι τοῖς τραύμασι περιεσῶτες ὥσπερ ἰατροί· requiro περιέποντες. Alciphron. Epist. I. 11. 1: σόλον διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν, quod admodum ridicule dictum est; emenda: εἰς τὴν ὑσεραίαν. Alia alibi.

X. Act. Apost. 15. 27: ἀπεσάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Necessarium est: ἀπαγγελοῦντας, quae est lectio Codicis D.

XI. Nondum corrigi potuit quod legitur Act. Apost. 16. 13. Postquam Philippos venimus, ait Lucas, ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πύλης παρὰ ποταμόν, οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴ εἶναι. Haec lectio Vaticani Codicis certam fidem habet, nam quum praeterea in multis bonis et antiquis codicibus legatur ἐνομίζετο, facile est existimare hanc esse conjecturam librarii, qui miratus esset nominativum προσευχή. Itaque prudenti consilio editores Batavi: „cuiusvis est", inquiunt, „προσευχήν rescribere, sed προσευχὴ diserte e Vaticano affertur, et potest aliud quid vitii latere, quamobrem nihil novavimus". Recte: hoc omnes, opinor, intelligunt veram lectionem esse non posse: οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴν εἶναι, nam undenam ortum illud προσευχή, quod non unum certum testem habet, sed eos omnes, qui correxerunt scilicet ἐνομίζετο? Verum cognoscat quis, quanti sit antiquos codices attentissima cura examinare: quo magis est absurda lectio, eo facilius saepe ducit ad id quod verum est, dummodo tanquam medicus peritam manum ulceri admoveas. Scripserat Lucas: οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴν προσεχῆ εἶναι. Nunc vitii origo in aprico est.

XII. Act. Apost. 16. 37: Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακήν, καὶ νῦν λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; Elegantius erit ἐκβαλοῦσιν.

XIII. Absurdum est in Actis Apost. 17. 7: ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσιν, βασιλέα ἕτερον λέγοντες εἶναι

Ἰησοῦν. Repone: σφέτερον, quod pronomen Lucas usurpare potuit, etiamsi reliqui sacri scriptores non usurpent.

XIV. Corrupta sunt Pauli verba ad Athenienses Act. Apost. 17. 22: κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Quomodo Lucas loqui soleat, cognosci potest ex his tribus exemplis: 17. 30: πάντας πανταχοῦ μετανοεῖν, 21. 28: πάντας πανταχῇ διδάσκων, 24. 3: πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ. Hinc scripserim: κατὰ πάντα καὶ πανταχῶς δεισιδαιμονεστέρους.

XV. Contra mentem Lucae editur Act. Apost. 17. 31: πίστιν παρασχὼν πᾶσιν ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Veram scripturam ostendet Epist. ad Tit. 2. 10: πᾶσαν πίστιν ἐνδεικνυμένους, 3. 2: πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραΰτητα, alii loci.

XVI. Apollos, ut est Act. Apost. 18. 25, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Hoc intelligo; sed quod interpolator addidit ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, id minime intelligo. Aquila et Priscilla ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ atque sic demum in Achaiam profectus est ibique ostendit διὰ τῶν γραφῶν εἶναι τὸν χριστὸν Ἰησοῦν. Conferantur Baurus et Zellerus.

XVII. In Actis Apostolorum vetustissimi codices, Alexandrinum dico et Sinaiticum, habent περὶ οὗ οὐ δυνησόμεθα, reliqui fere περὶ οὗ δυνησόμεθα. Hinc arguitur triplex interpolatio in his verbis: καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι [στάσεως πέρι τῆς] σήμερον, [μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος], περὶ οὗ οὐ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον [περὶ τῆς συστροφῆς ταύτης]. Dignus est vafer ille Ephesiorum scriba, cuius verbis pristinus nitor reddatur.

XVIII. Sensu vacua sunt Pauli verba Act. Apost. 20. 24: οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι τὴν ψυχὴν τιμίαν ἐμαυτῷ ὡς τελειώσω τὸν δρόμον. Viderunt omnes, quid Paulus dicere voluerit, nimirum: *Quidvis perferre patique paratus sum, dummodo cursum meum perficiam.* Dummodo voti compos fiat, mori non recusa-

ɔit, quin et corporis cruciatus lucrum deputabit. Οὐδενὸς λόγου ποιήσεται, nihili ducet sibi illatum *damnum*. Hoc quomodo Graece dicitur? Damnum est, uti opinor, ζημία. Viden quam parum aut nihil intersit inter TIMIAN et ZHMIAN? Supra etiam ad Act. Apost. 3. 11 vidimus confusa τὸ ταῦ et τὸ ζῆτα. Ecce emicat vera lectio, quae omnes veritatis numeros habet: οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι ζημίαν ἐμαυτῷ, nam reperta vera lectione sponte excidit id quod interpolatum fuit τὴν ψυχήν. Vitium est antiquissimis nostris codicibus longe antiquius; quis hoc mirabitur, cum videat tam mature libros manuscriptos omni corruptelarum genere inquinatos fuisse? Qui veteribus membranis se emancipavit, is numquam fruetur libero judicio neque in re critica exercenda faciet operae pretium. Sed multi βλέποντες οὐ βλέπουσιν.

XIX. Editur Act. Apost. 22. 1. ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας, malim equidem ἀκούσατέ μοι.

XX. Act. Apost. 22. 25: εἶπε πρὸς ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος, praepositio excidit et legendum ἐφεστῶτα. Centurio non otiosus adstabat, sed iussus a tribuno aderat, ut se spectante Paulus torqueretur.

XXI. Risum movet quod editur Act. Apost. 27. 15: συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. Lege: δυνάμενοι, quo facto excidet coniunctio καί.

XXII. Nemo hucusque intelligere potuit quod legitur Act. Apost. 27. 17: magna coorta tempestate ἰσχύσαμεν μόλις περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης, ἣν ἄραντες βοηθείαις ἐχρῶντο ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Satis novimus, quid sit ὑποζωννύναι. *Die Hypozome*, ut ait Boeckhius de rebus nauticis Atheniensium p. 134, *waren starke Taue, welche in ohngefähr waagerechter Richtung rund um das Schiff vom Vordertheil bis zum Hintertheil herumliefen; vermuthlich waren sie breiter als hoch, um sich besser anzulegen, und sie lagen ihrer mehrere in gewissen Entfernungen von einander.* Τὰ ὑποζώματα Latine *tormenta* appellan-

tur. Tormentum, ut ait Isidorus, funis in navibus longus, qui a prora ad puppim extenditur, quo magis constringantur. Insignis est Platonis locus de Rep. X. 616 c., εἶναι γὰρ τοῦτο φῶς, de via lactea agitur, ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων οὕτω πᾶσαν ξυνέχον τὴν περιφοράν. Horatius simpliciter *funes* appellavit: Nonne vides ut — sine *funibus* vix durare carinae possint imperiosius aequor? Alia vide apud Boeckhium, quae transscribere non vacat. Quaeritur v. c. de loco qui invenitur Thucyd. 1. 29: τὰς ναῦς ἐπλήρουν ζεύξαντες τὰς παλαιὰς ὥστε πλοΐμους εἶναι, num τὸ ζεῦξαι idem sit quod τὸ ὑποζωννύναι. Negat Boeckhius, sed ut mihi videtur, argumentis usus parum idoneis. Etiam Argonautae apud Apollonium Rhodium 1. 368 navem firmant, ἔζωσαν ἐυσρεφεῖ ὅπλῳ. Incredibilis fere res est, uti vides, sed de usu illorum tormentorum sive funium prorsus non potest dubitari. In inscriptionibus, quas Boeckhius edidit, etiam τριακόντοροι dicuntur interdum habuisse ὑποζώματα τριηριτικά, unde liquido efficitur, lignea ea certe non fuisse, quae olim opinio fuit quorundam virorum doctorum. Constat etiam de pondere; in inscriptione quam Boeckhius postea edidit in Oecon. Civ. II. p. 334 memorantur ὑποζώματα τέτταρα σαθμὸν τάλαντα τέτταρα καὶ δέκα μνᾶ τριάκοντα ἕξ (i. e. kilogr. 382). Goellerus ad Thucydidis laudatum locum adscribit Galli cuiusdam verba: *„Lorsqu'un vaisseau fait de l'eau, on le cintre quelquefois, pour resserrer autant qu'on peut les bordages désunis de la carène; expédient auquel on ajoute aujourd'hui celui d'une voile lardée. Mais quelque utiles que soient ces ressources lorsqu'on est forcé d'en user, rien ne serait plus imprudent, que de mettre en mer avec un vaisseau dont l'état les rend nécessaires.* Illud tamen ipsum veteres fecisse video, nam in navium catalogo, quae stabant in navalibus, adscriptum interdum reperitur: αὕτη ὑπέζωται. Sed quantis difficultatibus Lucae narratio impedita est! Primum potuitne umquam navigium tormentis firmari, dum tempestas saeviebat? Difficile est credere. Remedium adhibebant, ut aequum est, sicubi opus erat, in portu, non in medio mari. Deinde si vel maxime nautae tale quid susceperunt facere, cur ante necesse erat scapham e mari educere? Ἰσχύσαμεν μόλις περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης, quam postquam

ίραν, tum demum βοηθείαις ἐχρῶντο ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Quum Romani Perseo bellum illaturi essent, nescio quis, ut est apud Polybium 27. 3. 3, τετταράκοντα ναῦς συνεβούλευσε τοῖς Ροδίοις ὑποζωννύειν. Utrum hoc eos fecisse censes in portu an in conspectu hostium? Nonne credibile est, nautas non ipsum navigium tormentis succinxisse, sed scapham, quam ante debuerint ἄραι, quam possent recurrere ad τὰ ὑποζώματα? Hoc si probabitur, eiiciendum erit ridiculum emblema τὸ πλοῖον.

Partem veri invenimus; scapham funibus firmarunt, non ipsum quo ferebantur navigium; sed non est satis. Quidnam significat βοηθείαις ἐχρῶντο? Non arbitror quemquam defensurum esse lectionem βοηθείαις, cum praesertim pluralis numerus nimium absurdus sit. Codex Sinaiticus βοηθίαν habet, quo nihil proficitur. Sed Boeckhius ostendit fuisse in navibus τορτεῖα, σχοινία, ἱμάντας, παραρρύματα; copiose explicat, quid inter illa omnia instrumenta intersit. Veteres utuntur funibus et linteis velis, sed habent etiam in navibus lora et pelles. Nunc vide quid coniiciam. Ad scapham succingendam non usi sunt βοηθείαις, sed βοείαις, nam Ionica nominis forma admirationi non debet esse, cum multa Ionica in Novo Testamento insint, qua de re editores Leidenses dixerunt in praefatione. Verum si βοείαις rescribendum est, ἐχρῶντο vix servari poterit. Planissime requiritur *firmandi* verbum. Quin igitur corrigamus: ἰσχύσαμεν μόλις περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης, ἣν ἄραντες βοείαις ἰσχύρουν ὑποζωννύντες. Est Athenaei locus in libro περὶ μηχανημάτων, quem vide apud Boeckhium l.l.: ἡ δὲ γέρανος ὑποζώννυται καὶ βυρσοῦται ὁμοίως τῷ προειρημένῳ κριῷ. Etiam apud Pollucem I 120 legimus veteres solitos fuisse βύρτας προσηλῶσαι πρὸς τὰ τοιχίσματα τῶν νεῶν.

XXIII. Continuo sequitur vs. 20: μήτε δὲ ἡλίου μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, περιῃρεῖτο ἐλπὶς πᾶσα τοῦ σώζεσθαι. In vulgata editione est: *jam* ablata erat *spes omnis salutis nostrae*. Recte. Legendum est: περιῄρητο.

XXIV. Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, sic Lucas pergit, surgit Paulus ad verba facienda et socios hortatur ut bono animo

sint, παρκινεῖ εὐθυμεῖν· neminem enim ex iis naufragio periturum esse. Tandem post quattuordecim dies terra e longinquo apparet. Nunc demum Paulus παρεκάλει ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων· Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες ἄσιτοι διατελεῖτε μηδὲν προσλαβόμενοι. Fecerat hoc animorum desperatio, non *inopia* et quomodo famem potuissent tolerare per dies quattuordecim? Nunc etiam κορεσθέντες τροφῆς ἐκούφιζον τὸ πλοῖον ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν. Fuerat igitur per tot dierum numerum non inopia, nam victus etiamnunc abundabat, sed summa omnium in re trepida desperatio. Lege: πολλῆς δὲ ἀελπτίας ὑπαρχούσης.

XXV. Vocabulum πονηρόν ter interpolatum esse video. Venit Paulus Romam; negant Judaei se de eo ex Palaestina nuncium accepisse: Act. Apost. 28. 22: ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν. Nihil prorsus se inaudivisse significant et id quod est πονηρόν, in ea sententia abesse debet. Pariter 17. 5: προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων ἄνδρας τινάς, adscriptum est πονηρούς, quasi ἀγοραῖοι ἄνδρες esse possint καλοὶ κἀγαθοί. Uti et 25. 18: οἱ κατήγοροι οὐδεμίαν αἰτίαν ἔφερον (?) ὧν ἐγὼ ὑπενόουν πονηρῶν. Eandem interpolationem in Isaeo notavit Cobetus Mnem. IX. 441.

XXVI. Cum praepositiones ἀπὸ et ὑπὸ millies ab librariis confundantur, non ausim ipsi Lucae obtrudere sermonis vitia quae sequuntur. Act. Apost. 2. 22: ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, 4. 36: ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, 12. 14: ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, 15. 4: παρεδέχθησαν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, 20. 9: κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, 22. 11: οὐδὲν ἔβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτός, 26. 22: ἐπικουρίας τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, 28. 3: ἔχιδνα ἀπὸ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα. Addo Epist. Jacob. 1. 13: ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι, 5. 4: ὁ ἀφυστερημένος ἀφ' ὑμῶν, Epist. ad Rom. 15. 15: τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ἀπὸ τοῦ θεοῦ, 1 Corinth. 4. 5: ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, 2 Corinth. 2. 3: ἵνα μὴ λύπην σχῶ ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν, 1 Tim. 3. 7: μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, Apoc. 12. 6: τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, alibi.

XXVII. Legitur in Evang. Matthaei 9. 36: *ἦσαν ἐσκυλμένοι καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.* Non intelligo illud *ἐρριμμένοι* neque *ἔρριπται* grex dum abest pastor. Parum refert scire legi in Codicibus *ἐριμμένοι*, *ἐρημένοι*, *ῥιμμένοι*, *ἐρριμένοι*, *ἐρρημένοι* et *ἐρρηγμένοι*, nam hic quoque librarii errarunt eo modo quo perpetuo solent et sterilis opera est multo cum taedio et labore et sudore Codices conferre, si nihil invenias praeter vitiosas scripturas, quas tamquam vates praedicere potuisses inventum iri. Sed postquam pastor alio abiit, grex non *ἔρριπται* sed *ἠρήμωται* et legendum est *ἠρημωμένοι.*

XXVIII. In Evangelio Marci 7. 19 legitur secundum vulgatam editionem: *Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare; quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit et in secessum exit*, purgans *omnes escas?* Versio absurda est, sed satis facilis ad intelligendum; habesne autem dicere quid sit illud quod dicatur *purgare* omnes escas? Non arbitror. Graeca verba sunt: *πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι, ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν, καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα.* Participium illud *καθαρίζων* non habet quo referatur itaque correctum fuit ut esset *καθαρίζον* vel *καθαρίζει*, sed vetustissimi Codices conspirant in *καθαρίζων*. Καθαρίζον autem et *καθαρίζει* non minus absurda sunt quam *καθαρίζων*. Illud certe apparet, *πάντα τὰ βρώματα* coniungendum esse cum verbo *ἐκπορεύεται*, cui pro subiecto est. Veram scripturam ut investigarem, sic mecum egi. Si lacuna esset in Codice et legeretur: *εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται ..... πάντα τὰ βρώματα*, quidnam suppleremus? Unicum est vocabulum, quod satis bene convenit, nempe *foras.* Quomodo idem Graece dicitur? Ἔξω, opinor. Sed temerarium est pro *καθαρίζων* rescribere velle *ἔξω.* Audio; itaque corrigam *θύραζε*, quod quum a librariis non intelligeretur, corruptum fuit in vocabulum Graecum quidem sed quod huius loci non est: *καθαρίζων.* Moeris Atticista: Θύραζε Ἀττικῶς, ἔξω Ἑλληνικῶς.

XXIX. Intelligi non potest in Evang. Marci 9. 18 de puero, quem immundus spiritus vexabat: *ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτὸν καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας καὶ ξηραίνεται.* Num puer ille *ἐξηραίνετο*, quoties ille spiritus eum *καταλάβοι*? Difficile est fidem habere. Lucas lucem dabit, qui idem sic tradidit 9. 40: *σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ καὶ μόλις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ συντρῖβον αὐτόν. Vapulabat* igitur puer nec *ξηραίνεται* vera scriptura est, sed *ξαίνεται.*

XXX. In parabola de agricolis legitur apud Marcum 12. 3: *καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτίμασαν.* Non opus est demonstrare quod omnes consentiunt, *κεφαλαιοῦν* non significare *in capite vulnerare*, sicuti in Latina versione invenitur. Sed fac eam esse significationem verbi *κεφαλαιοῦν*, ne tum quidem Marcus poterit hoc verbum usurpavisse videri, quia in saucio capite nulla *ἀτιμία* nec coniungi poterunt verba *in capite vulnerare* et *ἀτιμάζειν*. In codicibus parum est praesidii: qui exhibent: *κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον*, recensionem repraesentant manifesto interpolatam. Matthaeus nihil confert ad emendationem, Lucas habet *οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες ἐξαπέστειλαν κενόν*. Id tantum videmus, famulo illi insignem aliquam factam fuisse *contumeliam*. Plus nostra refert scire, Sinaiticum Codicem habere *ἐκεφαλίωσαν*, non *ἐκεφαλαίωσαν*. Sed locum examinemus. Primum famulum agricolae *λαβόντες ἔδειραν καὶ ἀπέστειλαν κενόν*, tertium interfecerunt; secundus vivus dimissus fuit et evasit, nam tertius demum vita privatus est. Non autem vapulavit tantum et *κενὸς ἀπεστάλη*, nam plus in eum peccatum fuit quam in famulum primum. Insignis ei facta contumelia, verum quaenam? Commode recordor loci, qui legitur in altero libro Regum 10. 4: *καὶ ἔλαβεν Ἀννὼν τοὺς παῖδας Δαυὶδ καὶ ἐξύρησε τοὺς πώγωνας αὐτῶν καὶ ἀπέκοψε τοὺς μανδύας αὐτῶν ἐν τῷ ἡμίσει ἕως τῶν ἰσχίων αὐτῶν καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτούς.* Itaque suspicor famulum *raso capite* dimissum esse, quae poena ignominiae plena est apud omnes propemodum gentes; dixit v. c. de maioribus nostris Tacitus in Germania 19. Poterimusne levi mutatione efficere, ut hoc in Graecis insit? Poterimus.

ΕΚΕΦΑΛΙΩΣΑΝ latet ΕΦΑΛΑΚΡΩΣΑΝ. Vides quam ;ua mutatio sit ac propemodum nulla. Alii multi loci pos- ; addi ad eam correctionem stabiliendam. Pueri ad Eliseum, :eg. 2. 23: *ἀνάβαινε, φαλακρέ, ἀνάβαινε.* Vaticinatur Je- s 3. 24: *καὶ ἔσαι ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτός· καὶ ἀντὶ ις σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου, λάκρωμα ἔξεις διὰ τὰ ἔργα σου.* Idem 15. 2: *ὀλολύξατε, πάσης κεφαλῆς φαλάκρωμα, πάντες βραχίονες κατατε- μένοι.* Levitic. 21. 5: *φαλάκρωμα οὐ ξυρηθήσεσθε τὴν κλὴν ἐπὶ νεκρῷ*, unde vides non naturam tantum, sed etiam aculam homines calvos reddere. Ezech. 7. 18: *περιζώσονται κους καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν φαλάκρωμα.* Admodum ure locum corruptum fuisse vides, quem ne Lucas quidem Matthaeus integrum cognoverunt. Sed pertinet hoc ad per- am quaestionem, quam scopuli instar vitabo.

XXI. Consimilis argumenti locus est apud Marcum 14. 65: *πηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔλαβον.* Non video quid possit re nisi *ἔπαιον.*

XXII. Admodum facilis est correctio apud Lucam in Evang. 18: *οὐκ ἴσχυσε σκλεῦσαι αὐτήν, διὰ τὸ καλῶς οἰκοδομεῖσ- αὐτήν.* Lege: *ᾠκοδομῆσθαι.*

XXIII. Fidem superat quod legimus apud Johannem in ng. 19. 39, ubi Nicodemus dicitur ad sepulturam attulisse *μα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡς λίτρας ἑκατόν.* Rectene legatur *μα* potest dubitari, nam Codex Vaticanus habet *ἕλιγμα*, d manu ducit ad *σμῆγμα.* Sed num Nicodemus centum as attulit secum? Si attulit, potuitne satis commode cor- cum tanto aromatum pondere vestibus involvere? Legitur m: *ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων.* Deinde ne quidem satis fuisse videtur, nam secundum Marcum 16. 1, io die post venerunt ad sepulcrum mulieres, quae *ἠγόρασαν ματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν.* Utile fuerit Theologis klandum indicare, qui ad Eurip. Iph. Taur. 610 commen- t *ἑκάςων*, nam *ἕκαςος* pro *ἑκάτερος* in sacra scriptura asioni esse non debet.

XXXIV. Miror in priore Petri epistula 1. 13: ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ χριστοῦ, nam fere requiro φαινομένην. Sexcenties haec verba confusa videbis. Schol. Odyss. λ 38: ἀδύνατον φέρειν τὰς ψυχὰς τὰς τῶν σωμάτων πληγάς. Lege: φαίνειν. Thucyd. VI. 63: πλέοντες τὰ ἐπέκεινα τῆς Σικελίας πολὺ ἄπο σφῶν ἐφαίνοντο. Lege ἐφέροντο. Plat. Legg. II. p. 664 *d*: οὐ γὰρ ἔτι δύναται φέρειν ὠδάς· veram scripturam monstrabit Homerus θ. 499: ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν, alibi.

XXXV. In altera Petri epistula 3. 10: οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσεται καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα εὑρεθήσεται, intelligere mihi videor in εὑρεθήσεται latere sincerae lectionis vestigia, correctionem tentavisse librarium qui rescripserit κατακαήσεται. Sed quid latet sub inepto illo εὑρεθήσεται? Ne hoc quidem difficile est ad existimandum, nempe συρρυήσεται. Invenitur ῥυήσονται Job. 36. 28, ἀπορρυήσεται Ps. 1. 2, ῥυήσεται Jes. Vat. 48. 21; nam singulare est ῥεύσευσιν in Ev. Joh. 7. 38.

XXXVI. In priore epistula ad Corinthios 4. 8: ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύωμεν, Paulus aut scripsit aut scribere debuit συνεβασιλεύσαμεν.

XXXVII. Cum esset quidam apud Corinthios, qui novercam suam duxerat, Paulus de hoc flagitio cum alia queritur in priore epistula, tum illa 5. 2: ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἀρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Non assequor, quid lugendo in ea re profici potuerit; manu et consilio opus erat, ut ea labes exscinderetur. Ἐπενθήσατε corruptum est, probo ἐπενοήσατε. Non hoc *egistis* ut portentum tolleretur. Prorsus eodem modo olim ab librariis erratum est in Charitonis et in Appiani libris. Conf. Cobet. Mnem. VI. 278 Ceterum quod scribit Paulus τοιαύτην πορνείαν οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν εἶναι, falsum est. Flagitium est si quis cum noverca rem habet; verum si cum nuru? Non levius crimen est. Theophrastus describit τὸν ἀηδῆ, qui τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασώμενος σιτίζει αὐτὸς καὶ ὑπο-

κορίζεται ποππύζων καὶ πανούργημα τοῦ πάππου καλεῖ, nam sic legendum est ex emendatione Cobeti.

XXXVIII. Minutum est vitium I Corinth. 3. 10: ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ. Praefero coniunctivum ἐποικοδομῇ, sicuti 7. 32: μεριμνᾷ πῶς ἀρέσῃ τῷ κυρίῳ et ubi non?

XXXIX. Paulo utilius est considerare 1 Corinth. 7. 5: μὴ ἀποστερεῖτε (?) ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν. Sententia aperta ac facilis: sed non dicitur ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, verum ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἰέναι, ut consentaneum est. Veluti in hac ipsa epistula 11. 20: συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, 14. 23: ἐὰν οὖν ἔλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτό, alibi. Sed jam apparet legendum esse, quod facile inventu est: πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἴτε, i. e. *congredimini*.

XL. Mire dictum est 1 Corinth. 7. 36: εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει. Intelligo: περὶ τὴν παρθένον.

XLI. Vitiosus accentus haesit 1 Corinth. 11. 6: κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι pro ξύρασθαι, sicuti supra legitur: κειράσθω ἢ ξυράσθω.

XLII. Quid est ἀπαγόμενοι in Pauli verbis 1 Corinth. 12. 2: οἴδατε ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἀνήγεσθε ἀπαγόμενοι? Commendo: ἀπατώμενοι. Sic 2 Petr. 2. 13: ἀγάπαις pro ἀπάταις legitur, quod vitium neminem fugere potuit.

XLIII. Venio ad alteram ad Corinthios epistulam. Prorsus sine sensu editur 1. 6: εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. Scribe bis θλιβόμεθα, θλιβόμεθα et παρακαλούμεθα, παρακαλούμεθα. Verbum non amplius addam.

XLIV. Multa sunt in hac epistula, quae minus intelligo. Eo refero 1. 17; rogat ibi Apostolus: κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα

ἢ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ; quae est ista *secundum carnem* cogitatio? Cui est τὸ ναὶ ναί et τὸ οὒ οὔ, is sequitur divinum praeceptum, quod inculcatur Ev. Matth. 5. 37. Sed rogat Paulus, num forte sit suum τὸ ναὶ οὒ καὶ τὸ οὒ ναί. Hinc addit: πιστὸς δὲ ὁ θεός, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἔστι ναὶ καὶ οὔ, neque τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρήσατο, vs. 17, sed tenuit propositum.

XLV. Recurrit vitium eiusdem generis, quale illud fuit quod modo notavimus, 11. 11: ὃ κεχάριτμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ χριστοῦ. Requiro: ὃ κεχάριτμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, κεχάρισμαι δι' ὑμᾶς. Lubet addere alios quosdam locos aliunde petitos et eodem morbo laborantes. Plat. Apolog. 26. *e*: ἢ οὐ διαφθείρω, ἢ εἰ διαφθείρω, ἄκων. Scribe: εἰ διαφθείρω, διαφθείρω ἄκων. Favorin. ap. Stob. 66. 3: Ἔτι καὶ νῦν Σωκράτης καλός· Ἀλκιβιάδην δὲ καὶ ζῶντα (l. ἀκμάζοντα) ἐπιλελοίπει τὸ κάλλος καὶ πολλοὶ κατόπιν τῆς ὥρας ἀφιγμένοι, ἔνιοι δὲ καὶ τῶν (supple τότε) τεθνεμένων αὐτὸν καὶ νῦν ὁρώντων, ἐζήτουν τὸν Ἀλκιβιάδην. Scilicet sicuti post Verris praeturam Siciliam homines in Sicilia quaerebant, sic illi ἐζήτουν τὸν Ἀλκιβιάδην ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ. Recte apud Platonem Men. 89 *b*: φύτει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, sed supple p. 89 *a*: οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοὶ (ἀγαθοί) et εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ (ἀγαθοὶ) ἐγίγνοντο. Plut. Moral. 173 *d*: Artaxerxes τιμωρίαν ἔταξεν ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα μαστιγοῦν μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν (ἀποτίλλειν) ἀποτίλλεσθαι τὴν τιάραν ἀποθεμένων. Vides quid exciderit itidemque apud Herodotum 9. 21: ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε· (Τάδε) Μεγαρέες λέγουσι, ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι κτέ. Herodian. 1. 9: εἰ δὲ μὴ φθάσεις, διαφθείρῃ. Lege: εἰ δὲ μὴ φθάσεις διαφθείρας, διαφθαρήσει. Diod. Sic. 8. 11: ὁπότερος ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀναιρεθέντων προτερεῖ, (προτερεῖ) καὶ τοῖς εἰς τὸ πρωτεῖον δικαίοις. Sed jam satis est exempiorum.

XLVI. Solemne vitium observavi 2 Corinth. 5. 1: οἴδαμεν γὰρ ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν. Imo: ἕξομεν. Pariter in Evang.

Johann. 16. 33: ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔχετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. L: ἕξετε.

XLVII. Multae sunt in codice sacro διττογραφίαι. V. c. in Epist. ad Rom. 1. 29 male iunguntur φθόνου et φόνου et sequenti versu ἀσυνέτους et ἀσυνθέτους. Optio, uti vides, facienda est. Itidem 2 Corinth. 11. 3: τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνότητος τῆς εἰς τὸν χριστόν. Tischendorfius ἁπλότητος praetulit, equidem praeferam ἁγνότητος, cum proxime praecedat: ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ χριστῷ. Cf. in eadem epistula 6. 6 et 1 Joh. 3. 3. Perperam quoque in Ep. ad Colass. 1. 12 coniunguntur τῷ καλέσαντι καὶ ἱκανώσαντι et in Ep. ad Hebr. 11. 37 ἐπρίσθησαν καὶ ἐπειράσθησαν, quamquam interpolatum illud ἐπειράσθησαν a Patribus Ecclesiae saepe laudatur. Ultimo loco indicabo Apocal. 18. 13: καὶ κινναμωμον καὶ ἄμωμον.

XLVIII. Quaeri video circumcideritne Paulus Titum suum. Est locus de hoc argumento in Epistula ad Galatas 2, 3: ἀλλ' οὐδὲ Τίτος σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὢν ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι· διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν. Arena sine calce. Quid Apostolus dicere voluisse videtur? Cum Titus Graecus natione esset, neque cogi potuit, neque coactus est, οὐκ ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι, sed... quid sequi potest nisi illud, Titum sponte rogavisse ut circumcideretur? Erant enim παρείσακτοι ψευδάδελφοι, quorum minis non cessit Paulus ipse, qui οὐδὲ πρὸς ὥραν εἶξεν τῇ ὑποταγῇ (nonne verius est ἐπιταγῇ?), sed Titus. Sunt, inquit Paulus, qui mihi objiciant Titum, quum Graecus natione esset, tamen circumcisum fuisse; confiteor eum Mosis legi obtemperavisse, sed quod fecit, sua sponte fecit non a me coactus; metuebat enim falsos fratres. Potest levi mutatione effici ut hoc in Graecis insit. Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὢν ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι, ἐδεδίει δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, quibus Paulus vehementer restitit.

XLIX. In eadem epistula 2, 10 notabimus manifestam in-

terpolationem: μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν, ὃ καὶ ἐσπούδασα [αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι].

L. Refert Paulus ibidem 2. 11. de controversia cum Petro: κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέςην ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. *In faciem ei restiti, quia* reprehensibilis *erat*, ut est in vulgata editione. Estne κατεγνωσμένος *reprehensibilis?* Nemo dixerit. Dispesce vocabula, quae uno ductu scripta fuerant: ὅτι κατέγνωμεν ὃς ἦν. Evang. Luc. 9. 33: εἰδὼς ὃ λέγει, 22. 60: οὐκ οἶδα ὃ λέγεις, alibi.

LI. Numquam vidi interpolationem stultiorem quam ea est, quae invenitur in Ep. ad Gal. 4. 25. Sermo est de utroque testamento. Αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐςὶν Ἄγαρ. Allegoria, nam ipse Paulus allegoriam appellat. intellectu facilior est quam elegantior. Veteris Testamenti exemplum Ismael est, ex ancilla susceptus, Novi autem Testamenti Isaac, qui ingenuus erat, quem ingenua mulier pepererat. Sed asinus quidam adscripsit: τὸ δὲ Ἄγαρ (deest hoc nomen in Codice Sinaitico) Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Narrant interpretes Agar esse nomen montis in Arabia. Fabula. Nunc certe magni facienda auctoritas librarii, qui codicem Sinaiticum exaravit. Numquam is quidquam inaudivit de monte Agar; scripsit enim simpliciter: τὸ δὲ Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, quae praeclara adnotatio iis praesertim utilis esse debuit qui ipsum montem incolebant, in quo ille liber repertus est.

LII. Legitur in epistula ad Philippenses 2. 6 de Jesu Christo: ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. Absurde, uti vides. Quid dicit Apostolus? Illud, opinor, cum in sinu dei esset, judicavisse Jesum sua non referre τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, sed altius quid cogitavit, διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Non contentus fuit divina sorte: οὐχὶ πρᾶγμα ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Πρᾶγμα in ἅρπαγμα abiit; deinde nescio quomodo ἅρπαγμα corruptum fuit ulterius ut fieret ἁρπαγμόν. Sic πρχγμάτων et ἁρπαγμάτων confusa reperies Platon. Epist. VII, p. 335 *b*. Hoc modo literae

a librariis interdum transponuntur. Vix audeo attingere versionem Septuagintavirum, cum Hebraice nesciam, sed vide tamen obiter Nehem. 6. 1: ὠκοδόμησα τὸ τεῖχος καὶ οὐ κατελείφθη ἐν αὐτοῖς πνοή· ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου θύρας οὐκ ἐπέςησα ἐν ταῖς πύλαις. L. ὀπή.

LIII. In priore ad Thessalonicenses epistula 3. 5: ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν ὑμῶν πίςιν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. L.: γεγένηται.

LIV. Non est Aristarcho opus ut corrigatur Ep. ad Hebr. 8. 7: εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. L.: ἐζήτητο.

LV. In priore epistula ad Timotheum 5. 13: ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, quid est hoc: *otiosae* discunt *circumire domos?* Non multa *doctrina* ad eam rem opus est. Sed sapienter Paulus: ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ λανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, οὐ μόνον δὲ ἀργαί, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα· βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν. Verbum λανθάνειν cum participio construitur, sed quis dixit umquam μανθάνω ποιῶν pro μανθάνω ποιεῖν?

LVI. Codex Vaticanus ita exhibet Apocal. 7. 1: ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος μήτε ἐπὶ θαλάσσης μήτε ἐπὶ δένδρου. Mira est illa oppositio. Terra et mare coniungi solent, non mare et *arbores*. Vidistine umquam qui pro κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν diceret κατὰ δένδρα καὶ κατὰ θάλατταν? Non opinor. Sed reliqui codices, exceptis Alexandrino et Vaticano, addunt: ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσσης μήτε ἐπὶ δένδρου. Facile est ad existimandum, hanc esse conjecturam eamque non satis felicem. Quid latet in ἐπὶ δένδρου? Haec enim est vetustissimorum librorum lectio, recentiores exhibent ἐπί τι δένδρον vel ἐπὶ δένδρων vel ἐπὶ πᾶν δένδρον, quae scripturae omnes tuto negligi possunt. Mari opponitur ἡ ξηρά· quam bene conveniret μήτε ἐπὶ θαλάσσης μήτε ἐπὶ ξηρᾶς. Sed nimis violenta medicina est. Concedo. Ecce alia haud parum lenior: μήτε ἐπὶ θαλάσσης μήτε ἐπὶ ἀνύδρου (ΑΝΤΔΡΟΥ = ΔΕΝΔΡΟΥ). Ev. Matth. 12. 43: διέρχεται

δι' ἀνύδρων τόπων, 23. 15: περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν, Job. 30. 3: οἱ φεύγοντες ἄνυδρον, Jes. 35. 7: καὶ ἔσται ἡ ἄνυδρος εἰς ἕλη, 41. 19: θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον καὶ πύξον. Admodum vetusta corruptela est, nam statim post, vs. 3, legitur: μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν μήτε τὰ δένδρα· postrema autem tria vocabula in omnibus libris, Sinaitico solo excepto, interpolata sunt. Sed recte arborum fit mentio 9. 4: ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς οὐδὲ πᾶν χλωρὸν οὐδὲ πᾶν δένδρον. Ceterum, uti notum est, Johannes hic ante oculos habuit Daniel. Vatic. 7. 2.

Amstelodami,
d. 20 m. Sept. 1877.

Anecd. Bekk. pag. 31. 17. Γλωτ τήν: τὸν γνώμαις πολλαῖς καὶ συνεχέσι τοὺς ἀκροωμένους διαμαλάττοντα. Emenda e Cratini versiculo:

ὑπολεπτόλογος γνωμοδιώκτην εὐριπιδαριστοφανίζων.

deinde pro inepto διαμαλάττοντα rescribendum διακναίοντα, *obtundentem*, *enicantem*.

Pag. 40. 28. Ἐπιτρίβεσθαι: ἐπὶ γυναικῶν λέγεται χρωμένων ψιμυθίῳ. Ἐπιτριβείη quisquis est qui ita scripsit pro Ἐντρίβεσθαι.

Anecd. Bekk. pag. 420. 12. Ἀπειρήκει: ἀπειρήκειν καὶ ἀπηγορεύκειν. ἔστι γὰρ ἀπρόσωπα. Emenda Ἀπειρήκει — ἔστι γὰρ α (πρώτου) προσώπου. Cf. pag. 422. 5. Ἀπερρώγει καὶ σὺν τῷ Ν ἀπερρώγειν τὸ ΤΡΙΤΟΝ πρόσωπον·

κἄτ' ἀπερρώγειν ὁ ποῦς.

Bis accentus gravis librario visus est syllabae ον compendium pag. 476. 11. λέγουσι δὲ ἀώριον τῶν νυκτῶν καὶ ἀώριον νύκτωρ. Leg.: ἀωρὶ τῶν νυκτῶν et ἀωρὶ νυκτῶΝ.

C. G. C.

OTIUM HARLEMENSE.

(Continuatur ex Tom. V pag. 336.)

AD HORATIUM.

illa *longo putida seculo*, ad quam Horatius Epodon car-
III verbis non sane tectis causam exponit, cur ad eam
plius veniat, philosophiae studium videtur simulasse, ut
dotibus scilicet formae damnum compensaret et sic
s alliceret: quam *συκινὴν ἐπιχουρίαν* poeta satis proterve
:

quid quod libelli stoici inter sericos
iacere pulvillos amant?
illiterati num minus nervi rigent,
minusve languet fascinum?

ua, quae hic describere non iuvat. In his viri docti
n perspexerunt non bene coniungi *num minus nervi rigent*
sve languet fascinum et recte tandem Heinsio et Peerl-
auctoribus Lucianus Muellerus edidit:

Inliterati num magis nervi rigent?

nemor, quam saepe *magis* et *minus* in manuscriptis per-
ır. Sed sic restat altera crux interpretum, nempe vo-
ı *inliterati*, quod sanam explicationem non admittit,
Ioratio profectum esse nequit. Quid multa? Horatius

In literata num minus nervi rigent?

um putas viros, qui nunc te fugiunt, amore tui exar-
ıse, si philosophiae operam dederis? Primo duae voces
ı coaluerunt, quam postea infelix corrector, ut potuit,

caeteris verbis accommodavit. Quid *rigere* significet docebit adiectivum hinc derivatum, quod satis frequens epitheton est teli, quo ruris custos furibus minatur, quod moneo propter eos, qui *rigere* male interpretantur „torpere, frigere". De praepositione *in* inter alios locos adi Ovidium Metam. VIII, 50:

merito deus arsit in illa.

Nervos denique eodem sensu, quo Horatius, usurpat Petronius Satyr. p. 131.

AD OVIDIUM.

In notissima epistola Penelope obiicit marito nimiam temeritatem in bello his verbis:

Retulit et ferro Rhesumque Dolonaque caesos,
utque sit hic somno, proditus ille dolo.
Ausus es, o nimium nimiumque oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo,
totque simul mactare viros adiutus ab uno.
At bene cautus eras, et memor ante mei.

Verbo monuisse satis erit pro *at* reponi debere *tam;* Penelope ironice loquitur.

„Quid", ait Ulysses in oratione illa contra Aiacem habita, quae legitur Metam. XIII. 212, quid tu interea facis, cum hostes moenibus se tenebant, tu

qui nil nisi proelia nosti?
quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris,
hostibus insidior: fossas munimine cingo;
consolor socios, caet.

Absurdum esse *fossas munimine cingere* nemo non videt. Pro *fossas* requiro *classes.*

AD PHAEDRUM.

Append. XI:

Victorem forte gymnici certaminis
iactantiorem cum vidisset Phryx sophus,
interrogavit, an plus adversarius
valuisset eius? Ille: ne istud dixeris,
multo fuere vires maiores meae.

Quod, inquit, ergo, stulte, meruisti decus,
minus valentem si vicisti fortior?
Ferendus esses FORTE *si te diceres*
superasse, melior qui fuisset viribus.

ıoquo te vertis, sive *forte* coniungis cum *ferendus esses*, sive m sequentibus, nullam probabilem sententiam ex hoc voca-ılo extorquebis. Si me audis, repone *arte* et ipsam Phaedri ma-ım habebis, qui h. l. apposite *artem* opposuit *viribus*.

Append. XXIX.

Papilio vespam propter volitans viderat.
O sortem iniquam! dum vivebant corpora,
quorum ex reliquiis animam nos accepimus,
ego eloquens in pace, fortis proeliis,
arte omni princeps inter aequales fui.
En cuncta! levitas putris et volito cinis!
Tu, qui fuisti mulus clitellarius,
quemcunque visumst laedis infixo aculeo.
At vespa dignam moribus vocem extulit:
non qui fuerimus, sed qui nunc simus vide.

ɔcabulum *moribus* non potest ferri, nam nemo facile dicat, a in re haec vox digna sit moribus vespae, et pro eo legen-m *memoria*, coll. Lib. IV prolog. vs. 19, et IV, 21, 3, ubi dem formula *dignus memoria* recurrit.

AD CICERONEM.

Pro Murena § 87 haec leguntur:

Invidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam pot: obiicitur enim contionibus seditiosorum, insidiis coniuratorum, is Catilinae, ad omne denique periculum atque ad omnem INVI-AM *solus opponitur. Quare, qui invidendum Murenae, aut quam nostrum sit in hoc praeclaro consulatu non video.*

Si codicibus credimus Cicero dixit: „invidiam habere onsulatus ipse nullam potest, nam ad invidiam solus opponi-ur". Sed nemo opinor apud hunc auctorem feret vocabulum fine sententiae plane alia notione adhibitum atque in prima ntentia, et fortasse probabit quod ego pro altero *invidiam* gendum esse conieci, nempe *iniuriam*.

AD MANETHONEM.

In nobilissimo huius auctoris fragmento apud Iosephum c. Apion. I. c. 26 edit. Didot. haec de Solymitis traduntur: Οἱ δὲ Σολυμῖται κατελθόντες σὺν τοῖς μιαροῖς τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις προσηνέχθησαν ὥστε τὴν τῶν προειρημένων κράτησιν χειρίστην φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τούτων ἀσεβήματα θεωμένοις· καὶ γὰρ οὐ μόνον πόλεις καὶ κώμας ἐνέπρησαν, οὐδὲ ἱεροσυλοῦντες οὐδὲ λυμαινόμενοι ξόανα θεῶν ἠρκοῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν, καὶ θύτας καὶ σφαγεῖς τούτων ἱερεῖς καὶ προφήτας ἠνάγκαζον γίνεσθαι καὶ γυμνοὺς ἐξέβαλον.

Merito iam Cobetus, Var. Lection. p. 235 castigavit viros doctos, quod χειρίστην nulla auctoritate munitum, pro codicum lectione χρυσόν susceperunt, quorum hoc egregium sensum, illud plane nullum praebet. Vult enim Manetho, Solymitas illos tam crudeliter Aegyptios vexavisse, ut dominatio τῶν Ὑκσῶς, de quibus initio libri secundi τῶν Αἰγυπτιακῶν egit, aurum i. e. res iucunda et grata videretur comparata cum ea τῶν Σολυμιτῶν, qui erant posteri τῶν Ὑκσῶς. Duas autem invasiones inter se opponi demonstrant adverbium τότε, et praepositio προ- in προειρημένων.

Quamquam autem h. l. librarii culpa vacant, paullo post rursus consueta negligentia effecerunt, ut auctoris sententia obscuraretur, nam nemo quid ultima sibi velint intelliget, nisi pro ΑΤΤΟΙΣ reposuerit ΑΔΤΤΟΙΣ i. e. ἀδύτοις. Impii nempe homines templorum *penetralibus* utebantur pro furnis in quibus sacrorum animalium carnes assarent.

AD THEOCRITUM.

Αἰνέω, inquit Corydon, qui se profitetur μελικτάν,

καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον, ἅπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.
τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον ἄπ' ὤρεος ἄγε πιάξας
τᾶς ὁπλᾶς, κἤδωκ' Ἀμαρυλλίδι· ταὶ δὲ γυναῖκες
μακρὸν ἀνάϋσαν, χὠ βωκόλος ἐξεγέλασσεν.

Loquitur Corydon de Aegonis gulositate et corporis viribus

nquam de re omnibus nota, ut patet ex articulo ante *ταῦρον*. ın potest igitur significare dominum suum Aegonem, quem pra narravit Olympiam profectum esse, ut ibi inter pugiles :taret, nam hic tantum aberat ut clarus pugil esset, ut Bat- ɜ, quocum Corydon haec loquitur, nunc primum cognoscat m pugilatui operam dare. Quum autem nusquam alibi de ɛgone *πολυΦάγῳ* et summis corporis viribus praedito sermo ;, pro ΑΙΓΩΝ verum censeo ΜΙΛΩΝ, quem ex Athenaeo X, 412 *ε*. scimus *ἐσθίειν μνᾶς κρεῶν εἴκοσι καὶ τοσαύτας ἄρτων, ου τε τρεῖς χοᾶς πίνειν*. Causa corruptelae praeter ductuum nilitudinem hinc petenda quod Aegonis nomen, supra aliquoties emoratum, librario obversabatur.

AD ISAEUM.

Isaeus de Apollodori hereditate, § 38: *ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ ἐς τε ἄλλας ἀπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε καὶ τριηραρχῶν ιν πάντα χρόνον διετέλεσεν, οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησά- ενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν, οὐδὲ δεύτερος τὸς ὢν, ἀλλὰ κατὰ μόνας.*

Boeckhius, qui in libro de Oeconomia politica Atheniensium p. 718 hunc locum tractat, ubi recte docuit trierarchis non sse iniunctum munus novarum navium construendarum, sta- t *ποιησάμενος* intelligendum esse de reficienda atque instruenda tere navi, quod nec mihi persuasit, nec facile cuiquam, qui literis Graecis non plane hospes sit, persuadebit. Non vidit doctissimus minus recte participia *ποιησάμενος* et *δαπανῶν* niungi et hinc sequi locum corruptum esse. Mihi videtur scio quis, memor de *τριηραρχίᾳ* sermonem esse, qua esset pe- ia, ad *δαπανῶν* adscripsisse *τὴν ναῦν ποιησάμενος*, eaque an- tatio postea in verborum ordinem recepta esse. Olim Isaeum ripsisse opinabar: *οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν δαπάνην ποιησάμε- , ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ* [*δαπανῶν*], sed iam illam endandi rationem potiorem iudico, quae et simplicior est et commendatur, quod participium praesentis temporis *δαπανῶν* elius nostro loco convenit, quam aoristi participium *ποιησά- ενος*.

AD HYPERIDEM.

Pro Euxenippo XXII in fine: *ὑπὲρ τίνων οὖν οἴεσθε δεῖν τὰς εἰσαγγελίας γίγνεσθαι; τοῦτ' ἤδη καθ' ἕκαστον ἐν τῷ νόμῳ ἐγράψατε, ἵνα μὴ ἀγνοῇ μηδείς. Ἐάν τις, φησὶ, τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλύῃ· εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἡ γὰρ τοιαύτη αἰτία οὐ παραδέχεται σκῆψιν οὐδεμίαν οὐδενὸς οὐδ' ὑπωμοσίαν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην αὐτὴν δεῖ εἶναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ.*

Εἶναι ferri non posse iam alii viderunt, inter hos clarissimus Bakius, qui coniecit legendum esse *εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον*, quam coniecturam utpote iusto audaciorem iure in verborum ordinem non recepit Blassius. Tu vero repone *κρῖναι* pro *εἶναι* et ipsam Hyperidis manum habebis: quae corruptelae causa fuerit, ii qui descriptionem et imaginem schedarum Hyperidearum viderunt, facile intelligent.

Ibid. XXVI: Exagitat actorem, qui hortatus erat iudices, ne audirent rei advocatos, qui pro eo verba facturi erant, et ostendit quondam actorem ipsum quum accusaretur, *συνηγόρους* appellasse: *δέκα μὲν*, inquit, *συνηγόρους ἐκ τῆς Αἰγηίδος Φυλῆς ᾐτήσω, ὧν καὶ ἐγὼ εἷς ἦν αἱρεθεὶς ὑπὸ σοῦ, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἐκάλεις ἐπὶ τὸ δικαστήριον τοὺς βοηθήσοντάς σοι· καὶ τὰ μὲν ἄλλα τί δεῖ λέγειν; αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι πῶς κέχρησαι; οὐ κατηγόρησας ὁπόσα ἐβούλου; οὐ Λυκοῦργον ἐκάλεις συγκατηγορήσοντα, οὔτε τῷ λέγειν οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ πόλει καταδεέστερον ὄντα, παρὰ τούτοις τε μέτριον καὶ ἐπιεικῆ δοκοῦντα εἶναι;* Blassius adnotat: *„οὐ a correctore additum videtur"*. Facile credo, nam accentu et interpunctione mutatis Hyperides dederat: *οὐ, κατηγορήσας ὁπόσα ἐβούλου, Λυκοῦργον ἐκάλεις συγκατηγορήσοντα, οὔτε.... εἶναι;* h. e. Nonne tu, postquam reum exagitaveras quantum volebas, Lycurgum appellasti, qui post te contra reum verba faceret, quo viro nemo in urbe facundior est, aut maiorem apud iudices habet auctoritatem moderatione et lenitate? Librarius participium *κατηγορήσας*, habuit pro indicativo, inque eo errore versans primo male interpunxit, deinde *οὐ* addidit.

Scribebam Harlemi T. J. HALBERTSMA.
Id. Maiis MDCCCLXXVII.

(*Continuabitur.*)

In Zellii *Delectu Inscriptionum Romanarum* pag. 430. N. 1922.

L. Mummi L. F. Cos.
Ductu auspicio imperioque eius Achaia capta
Corinto deleta Romam redieit triumphans.
Ob hasce res bene gestas quod in bello voverat hanc aedem
Et signum Herculis victoris imperator
Dedicat

Zellius: „*Orellius — versus Saturnios arbitratur; versus disposuit Meyer in Antholog. vs.* 13. *quem secutus sum*".

Versus hi sunt eodem metro ligati, quo apud Aristophanem in *Avibus* vs. 1661. Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν παίδων ὄντων γνησίων· ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων, quae verba quum olim per vim mirificis numeris constringerentur tandem intellectum est ea omni metro soluta et ex ipsa Solonis lege iocose κατὰ λέξιν esse descripta. Eiusdemmodi esse „*versus Saturnios*": *Ob hasce res bene gestas quod in bello voverat hanc aedem et signum Herculis victoris imperator dedicat*, quicumque aurem habet facile sentiet, et desinet L. Mummius, quo nemo Romanorum ἀμουσότερος erat, poëta fuisse videri.

Gell. N. A. II. 6. 9. *Nemo quisquam tam efflictis est moribus quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid quod laudari queat. Unde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est:*

Πολλάκι καὶ ΚΗΠΟΤΡΟΣ ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Insignita haec fit *hortulanis* nil tale merentibus iniuria. Vera lectio est:

πολλάκι ΤΟΙ ΚΑΙ ΜΩΡΟΣ ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Macrobius *Saturn.* VI 7. Gellium describens dedit:

πολλάκι γὰρ καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

In Stobaei *Floril.* IV. 21 κατακαίριον scribitur, quod Graecum non est.

Gell. XIV. 7. 5. stulte editur ex libris: „*triumviros reipublicae* RE*constituendae causa creatos ius consulendi Senatum habuisse.*"

Perinde inepte scribitur XV. 27. 4. *„Tribuni neque advocant patricios neque ad eos* RE*ferre ulla de re possunt.“*

Gell. XVII. 2. 7. *„Q. Metellus Numidicus — ita scripsit: „illi vero omni iure atque honestate interdicti. ego neque aqua neque igni careo.“* Manifesto soloeca haec oratio est: *illi interdicti sunt omni iure.* Scripsisse Metellum arbitror: *illi vero omni* VIRTUTE *atque honestate interdictum. Illi* id est C. MARIO, qui ei aqua et igni interdixerat.

Gell. XVII. 10. 9. apponit Pindari locum *„super monte Aetna“*, in quo vetus mendum iam in Gellii libris lectorem ludificabatur in verbis:

τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι,
θαῦμα δὲ καὶ ΠΑΡΙΟΝΤΩΝ ἀκοῦσαι.

Pro παριόντων, quod ineptum est, apud Gellium etiam ineptius παρεόντων editur. Poëta dixerat ut in simili re omnes loquimur:

θαῦμα δὲ καὶ ΠΑΡ ΊΔΟΝΤΩΝ ἀκοῦσαι.

ab oculatis testibus πὰρ ἰδόντων.

Pergit Gellius: *„audite nunc Vergilii versus, quos inchoasse eum verius dixerim quam fecisse,“* sed sine controversia eos versus *fecerat* Virgilius quamquam iis non ultimam manum imposuerat. Itaque corrigendum: *„inchoasse eum verius dixerim quam* PERfecisse.

Gell. XX. 1. 13. *„Propterea Praetores postea hanc* (legem) *abolescere et relinqui* CENsuerunt.“ Latinum non est *censeo legem relinqui* et sententia postulat: *Praetores eam legem abolescere* PASSI SUNT. Itaque corrigendum censeo: *„Praetores hanc legem abolescere et relinqui* SIVERUNT.“

C. G. C.

AD

PLUTARCHI

BIOTC ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΤC.

PLUTARCHI *Vitae parallelae* ex recensione CAROLI SINTENIS Lipsiae 1839—1846.

Egregie de PLUTARCHI *Vitis* meritus est CAROLUS SINTENIS esertim eo nomine, quod ad fidem librorum manu scripto- ı Plutarchi orationem recensuit constituitque. Rectissime icat pag. XIV *„omnes Plutarchi Codices ex uno eodemque fonte los esse; id quod vel lacunae testantur omnibus communes."* me iudice multo rectius et utilius fecisset si paucis melio- ıs et antiquioribus contentus reliquam turbam futilium tes- n abiecisset aut certe in iis tantum locis horum scripturas ımemorasset, ubi soli probabilem aliquam lectionem suppedi- ent ut plurimum ex acuti Graeci correctoris ingenio pro- am.

Duplex autem est genus eorum, qui libros Graecos veteres n corrigebant: sunt enim aut Graeculi inficeti et pueriles nunciones, quos satis contemnere non possumus, aut Graeci ores acuti et ingeniosi, quorum perspicacitas saepe verum perit, ubi antiqui testes inepta et ἀδιανόητα loquuntur. Ita- ut haec nosse utilissimum est, sic abutuntur otio et litte- qui aperte mendosas et vitiatas sequiorum testium scriptu- sedulo colligunt et eas quisquilias Plutarcheae orationi iiciunt. Multas de genere hoc ineptias Sintenis ipse abiecit *duit enim* (inquit pag. XXI) *bonam chartam eiusmodi comma-*

culare sordibus", sed innumerabiles alias discrepantes lectiones eadem de causa, eodem iure et eodem fructu repudiare et respuere debuerat, quae nihil cuiquam prosunt et legentes odio et taedio enecant.

Multa mihi suadent ut credam optimos Plutarchi Codices in Italia esse. Memini, quum ante annos triginta et amplius Florentiae Codices Mediceos explorarem, magnum Codicum Graecorum numerum ex nescio quo monasterio in Bibliothecam Mediceam esse translatum. Sedulo inspexi omnes, sed nihil repperi quod mihi magni pretii esse videretur praeter unum Codicem saeculo X in tenuissimis membranis elegantissime exaratum, in quo dimidia pars prior *Vitarum* Plutarchi continebatur. Non erat mihi tum conferendi otium, et paucas tantum enotavi lectiones, de quibus erit infra dicendi locus.

Nunc ordine breviter referam si quid mihi in Plutarchi *βίοις* post saepe repetitam lectionem paullo melius constitui posse visum est.

THESEUS.

Thesei cap. 1. 8:[1]) *τὰ δ' ἐπέκεινα τερατώδη καὶ τραγικὰ, ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι νέμονται.* Codices Bodleiani miris modis interpolati merito a Sintenisio contemnuntur, sed tamen hic illic bonas lectiones suppeditant olim ab acuto correctore excogitatas, ut h. l. *τερατώδη καὶ τραγικὰ* ˇONTA *ποιηταὶ—νέμονται*, quod aliquam habet veri speciem.

Post pauca ex Aeschylo restituendum:

τοιῶδε φωτὶ τίς ξυCTήσεται;

pro vulgato ξυMBήσεται, quod sensu caret.

Thesei 2. 2. *ἄμφω μὲν ἀνεγγύω καὶ σκοτίω γενόμενOI δίξαν*

---

1) In indicandis Plutarchi locis notabo *capita*, ut in omnibus Editionibus feruntur, et *versus* ex editione Sintenisiana.

ἔσχον ἐκ θεῶν γεγονέναι. Supple ἄμφω μὲν ΓΑΡ. ἀνεγγύω, et scribe σκοτίῳ γενομένΩ.

Thes. 3. 5. de Pelope dicitur: πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολΙΤΘΙΑΙC υἱοὺς ἐγκατασπείρας ἄρχοντας. Est compendium vetus πο̂ multa significans ex contexta oratione colligenda. Significat enim aut πόλις (πόλεις, πόλεσιν) aut πολῖται aut πολιτεία aut πόλεμος (πολέμιος) prout cuiusque loci ratio postulat, unde permulti suscepti sunt errores, quorum magna pars nondum est correcta. In libris est h. l. ταῖς πολιτείαις, ταῖς πόλεσιν, τοῖς πολίταις. Verum esse ταῖς πόλεσιν ratio docet: non erant enim vivo Pelope πολιτεῖαι in civitatibus Graecis, sed πᾶσαι αἱ πόλεις ἐβασιλεύοντο. Huius confusionis passim reperiuntur exempla. In vita *Alcibiadis* 12, 2. *studia civitatium* erga Alcibiadem in ludis Olympicis victorem appellantur ἡ τῶν πολεΜΙΩΝ φιλοτιμία in omnibus libris pro τῶν πόλεΩΝ. Scribebatur enim τῶν πο̂. Cf. *Miscell. Crit.* pag. 32. 175. 179. 467.

Thesei cap. 3. 14. τοῦτο μὲν οὖν [καὶ] Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν. Dele καί. Solus enim Aristoteles erat eius rei testis et auctor.

Thesei cap. 3. 24. Δῆλον οὖν ὅτε νοήσας ὁ Πιτθεὺς ἔπεισεν αὐτὸν — τῇ Αἴθρᾳ συγγενέσθαι. Rectissime Madvig. *Adv. Crit.* pag. 566. Ἄδηλον οὖν ὅ, τι νοήσας. Fuerat *δηλον, et initialis litera minio adscribi debuerat.

Thesei cap. 3. 30. ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένηται, sensit corrector Codicis B. ἐξ αὐτHC requiri. Scribebatur ἐξ αὖ.

Thes. 7. 3. δεινὸν ἐποιεῖτο — ἐκεῖνον μὲν — καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν, αὐτON δὲ — ἀποδιδράσκειν. Optime Sintenis αὐτOC δέ, quod receptum oportuit. Passim talia indocti Graeculi vitiare solent.

Thes. cap. 8. 10. ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρΘΙ τούτῳ διέφθειρεν αὐτός. Requiritur ἀνῃρHΚΘΙ. *quo pacto multos* OCCIDERAT.

Thesei cap. 12. 16. *κρεῶν παρακειμένων σπασάμενος τὴν μάχαιραν ὡς ταῦτα* ΤΘΜΝΩΝ *ἐδείκνυεν ἐκείνῳ*. Perspicuum est Plutarchum non *τέμνων* scripsisse, sed *τεμῶν*.

Thes. 15. 5. *νόσος* 'ΘΠέσκηψε *πολλή*. Graecus nescio quis in Codice A emendavit 'ΘΝέσκηψε, rectissime. 'Επισκήπτειν est *negotium dare* praesertim de *ultimis morientium mandatis*, sed *ἐνσκήπτειν* dicuntur *„mala quaevis graviora divinitus ex improviso fulminis instar immissa.*" Valcken. ad *Hippol.* vs. 438. a Sintenisio laudatus.

Thes. 15. 6. *τοῦ θεοῦ προστάξαντος — λωφήσειν τὸ μήνιμα καὶ τῶν κακῶν ἔσεσθαι παῦλαν*. Non congruunt haec inter sese. Pro *προστάξαντος* requiritur verbum *praedicendi*.

Thes. 15. 10. *ἠϊθέους ἑπτά*. Leg. *ᾐθέους*, namque *ἠϊθέους* Homericum est, ut *ληΐζεσθαι*, *ληϊστήρ*. Populus dicebat *λᾐζεσθαι*, ut *λῃστής*, *λῃστήριον*, et sim.

Thesei cap. 17. 20. *'Ελλάνικος δέ φησιν — ἀπολομένου τοῦ Μινωταύρου πέρας* 'Θχειν *τὴν ποινήν*. Emenda *πέρας* CXεῖν. Significat enim *πέρας ἔχειν* idem quod *perfectum πεπαῦσθαι*, et sententia loci *παυσθῆναι* postulat.

Thesei cap. 18. 5. *κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς ἐπὶ θάλασσαν ἰσαμένου Μουνυχιῶνος*. Quam inepta est haec verborum dispositio! Transpone *ἐπὶ θάλασσαν* post *κατέβαινεν*. Omissa in textu solebant in margine adscribi et deinde in alienam sedem recipi.

Thesei cap. 19. 19. *ἀπέδωκε τῷ Θησεῖ τοὺς παῖδας καὶ* 'ANῆκε *τῇ πόλει τὸν δασμόν*. *Remittere* tributum appellatur 'AΦιέναι, itaque 'AΦῆκε legendum.

Thesei cap. 20. 40. *Ναξίων τινὲς ἱστοροῦσιν — ἀποθανεῖν καὶ τὴν 'Αριάδνην αὐτόθι καὶ τιμὰς ἔχειν οὐχ ὁμοίΩC τῇ προτέρᾳ*. Utraque perinde colebatur sed diverso honorum genere, ut Plutarchus statim narrat. Itaque corrigendum *οὐχ ὁμοίAC*.

Thesei cap. 24. 6. *ἐπιὼν* 'AN*ἐπειθε κατὰ δήμους καὶ γένη.* Sintenis: *„ad ἐπιὼν desideratur particula."* Itaque scribendum: *ἐπιὼν οὖν ἔπειθε*, nam verbum simplex requiritur.

Thesei 26. 3. *καὶ γέρας* [*ἀριστεῖον*] *'Αντιόπην ἔλαβεν.* Γ*έρας* in tali re est vocabulum priscum et Homericum, cui nescio quis in margine adscripsit *ἀριστεῖον*.

Thesei cap. 27. 12. *ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς 'ΘΦ' ᾗ τὰ Βοηδρόμια μέχρι νῦν 'Αθηναῖοι θύουσιν.* Mendosa est praepositio in *ἐΦ' ᾗ*. Legendum videtur *μηνὸς Θ* (*πέμπτῃ*), *ᾗ τὰ Βοηδρόμια κτἑ.*

Thes. cap. 29. 16. *παροιμίαν εἶναι Οὐκ ἄνευ Θησέως.* Proverbia antiqua tantum non omnia metro ligata sunt. Verum est igitur quod apud Zenobium legitur V. 33.

Οὐκ ἄνευ ΓΘ Θησέως.

Thesei cap. 32. 8. *ὡς ὄναρ ἐλευθερίAC ὁρῶντας.* Quia *ὄναρ* est adverbium, ut *ὕπαρ*, emendandum *ἐλευθερίAN in somnis libertatem videntes.*

Thesei cap. 32. 17. *ᾐσθημένος* ῾*ΩΙ δή τινι τρόπῳ τὴν ἐν 'Αφίδναις κρύψιν αὐτῆς.* Scribe: ῾*ΟΤῳ δή τινι τρόπῳ*, ut sequiores loquuntur, quemadmodum ad Libanium ostendimus.

Thesei cap. 36. 28. *τοῦ θεοῦ —, ὃν 'ΑσΦάΛΙΟΝ καὶ Γαιήοχον προσονομάζομεν.* Quod certa analogia postulat *'ΑσΦάλΘΙΟΝ* confirmat auctoritas poëtarum. Aristophanes in *Acharn.*

οἷς Ποσειδῶν 'ΑσΦάλΘΙόC ἐστιν ἡ βακτηρία.

et sic omnino ubique sitne — ΘΙΟC an — ΙΟC scribendum non ex libris, sed ex Graecitatis usu ac ratione constituendum.

ROMULUS.

Romuli cap. 2. 38. *λύκαιναν ἐπιΦοιτᾶν μαστὸν 'ΘΝδιδοῦσαν*, revocandum ex aliis libris *μαστὸν διδοῦσαν.* Saepissime *'ΘΝ*

modo excidit, modo vitiose adhaesit praecedente syllaba — ϵN vel — ON.

Romul. 5. 23. *καλεῖται δὲ ὁ τόπος* Βήλαυρον. Scripserat Plutarchus Βήλαβρον *Velabrum*, sed *β*, quod scribitur *ϖ* in libris vetustis, solet in *υ* verti aut contra, ut in *ἀπολαβεῖν — ἀπολαύειν* et aliis sexcentis, praesertim sequente *ρ*, unde *λαῦρος* pro *λαβρός* fere semper substituitur. Nihil negotii est haec menda tollere, modo memineris utrum *β* an *υ* scribendum sit non a libris sed a ratione pendere.

Rom. 7. 35. legendum: *κρινεῖν ἔοικε νῦν ὁ κίνδυνος*, pro *κρίνειν*.

Rom. 16. 12. *βασιλεὺς* Κενινητῶν lege ΚΑΙνινητῶν. Passim sic rescribendum Κα*ί*νινα, Κα*ι*νινήτης ut Α*ἴ*γινα Α*ἰ*γινήτης et sim.

Romul. 17. 21. Καῖσαρ *εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Θρᾳκὸς* ΡΤμιτάλκου *φιλεῖν μὲν προδοσίαν, προδότην δὲ μισεῖν*. Verum hominis nomen est Ροιμητάλκας, quod in gravi mendo latet apud Dexippum in *Poliorcetice* pag. 296. edit. Wescheri: Μάξιμος *ἀνὴρ γένος μὲν απορω μετακου, φιλοσοφίᾳ δὲ συζῶν*, ubi ΑΠΟΡΩΜϵΤΑΚΟΤ non est cum Weschero convertendum in *ἀπορῶν μετακούων*, sed in *ἀπὸ* ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΤ.

Romuli cap. 19. 15. *raptae Sabinae dirimentes proelium exclamant: τί γὰρ ὑμᾶς δεινὸν ἢ λυπηρὸν ἐργασάμεναι τὰ μὲν ἤδη πεπόνθαμεν, τὰ δὲ πάσχομεν τῶν* ϹΧϵΤΛΙΩΝ *κακῶν*; Tragicis relinquenda sunt *σχέτλια κακά*.

ὦ σχέτλι' ἐξευρόντες Ἕλληνες κακά.

Plutarcho reddendum: *τῶν* ϵϹΧΑΤΩΝ *κακῶν*.

Romuli cap. 22. 13. *γυναῖκα δὲ δίδοὺς ἐκβαλεῖν ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν*. Manifesto mendosa haec sunt. Permultae matronae Romanae maritos veneno sustulerunt, nulla liberos. Rescribendum arbitror: *ἐπὶ φαρμακείᾳ* ΚΑΙ *τέκνων ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν*. Hae sunt

enim repudiandae uxoris causae sonticae: *veneficium*, *liberi supposiiti*, *impudicitia*. Κλεῖδας in ea re nemo nominat et κλειδῶν ὑποβολή absurdum est.

Duplex erat lectio in libro vetusto: vitiosa κλειδῶν in textu, emendata τέκνων in margine, quas scribae ut solent coniunxerunt.

Romuli cap. 23. 20. τοῦτο δὲ λόγον μέν τινα παρέσχε καὶ ὑποψίαν ὡς ἀσμένῳ γέγονεν αὐτῷ τὸ τοῦ συνάρχοντος ἀπαλλαγῆναι, ΤΩΝ δὲ πραγμάΤΩΝ οὐδὲν διετάραξε — τοὺς Σαβίνους. Reponendum est: ΤΟ δὲ πρᾶγμΑ (id est *caedes Tatii*) οὐδὲν διετάραξεν.

Romuli cap. 28. 44. Θατέον οὖν — ὡς σῶμα μὲν πάντων ἔπεται θανάτῳ κτέ. Vitium est in ἑατέον. Sententia poscit *dicendum est*. Itaque Reiske λεκτέον reponebat. Felicius Madvig. Φατέον correxit. Erat in libro vetere *ΑΤΘΟΝ.

Romuli cap. 29. 52. ταῦτ' οὐ πολλοὶ προσίενται τῶν συγγραφέων. Imo vero contra ταῦτ' ΟΤΝ πολλοί. Fefellit librarium scriptura vetus TATTOT̄.

Comparat. Thesei et Romuli cap. 6. 7. οὐ γὰρ ἀξιώτεραί γε παιδοποιοὶ τῶν Ἀθήνησιν Ἐρεχθηϊδῶν καὶ Κεκροπιδῶν αἱ Τροιζηνίων καὶ Λακώνων καὶ Ἀμαζόνων ἀνέγγυοι θυγατέρες ἦσαν. Perspicuum est Ἐρεχθηΐδων καὶ Κεκροπίδων scribi debere: est enim aliquid inter Κεκροπίδαι et Κεκροπίδες, deinde Ἀθήνησιν expungendum: satis erat τὰς Ἐρεχθηΐδας καὶ Κεκροπίδας nominare, quod quum sciolus non sensisset Ἀθήνησιν addidit ut sic ταῖς Τροιζηνίων θυγατράσιν opponerentur.

Compar. Thesei et Romuli cap. 6. 17. οὕτω συνέμιξεν ἀλλήλοις καὶ συνέπηξε τὰ γένη. Languidum est et iners συμπηγνύναι ubi συμμιγνύναι praecedit, sed una literula mutata corrigendum συνέΤηξε. Plato in *Symposio* pag. 192 *e*. ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ ὥστε δύ' ὄντας ἕνα γεγονέναι.

LYCURGUS.

Lycurg. 1. 17. Ξενοφῶν — τὸν ἄνδρα (*Lycurgum*) λέγει γεγονέναι κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας. in *rep. Lacedaem.* 10. 8. ὅτι μὲν παλαιότατοι οὗτοι οἱ νόμοι εἰσὶ σαφές· ὁ γὰρ Λυκοῦργος κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας λέγεται γενέσθαι. Perspicuum est Xenophontem de ea re nihil scire, qui ne Herodotum quidem (I. 65.) legisse videtur. Saepe Plutarchus neglectis optimis testibus leves et indoctos producere solet. Exemplo esto Simylus poëta in *Romulo* 17. 41. qui credebat Tarpeiam arcem non Tatio et Sabinis, sed Brenno et Gallis prodidisse.

Lycurg. 2. 22. ΔΙΘΡΤΚΩΝ γὰρ ἀψιμαχίαν τινὰ μαγειρικῇ κοπίδι πληγεὶς ἀπέθανεν. Vitium est in διερύκων, quo verbo neque Plutarchus uti potuit neque alius quisquam utitur. Sententia aperta est: requiritur *dirimens*, itaque ΔΙΘΙΡΓΩΝ emendandum est, quo verbo in ea re utuntur omnes. Plato *de Legg.* pag. 880 *b.* ἐάν τις τύπτῃ τὸν πρεσβύτερον εἴκοσιν ἔτεσιν ἢ πλείοσιν ἑαυτοῦ — ὁ προστυγχάνων — διειργέτω.

Lycurg. 3. 2. καὶ πρὶν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν Ϝεσθαι κύουσαν ἐβασίλευεν. Sintenis: „γενέσθαι *pro* ἔσεσθαι *perperam Reiskius et ceteri.*" Sine controversia verum est γενέσθαι. Quis umquam in tali re vidit πρίν cum *futuro* coniunctum?

Lycurg. 3. 6. τοὺς δὲ τῶν ὀρφάνων [βασιλέων] ἐπιτρόπους προδίκως ὠνόμαζον. Expunge emblema, namque Spartae omnis tutor appellabatur et erat pupilli πρόδικος.

Lycurg. 3. 35. ὑπόνοιαν διδούς, imo vero ἐΝδιδούς. Constanter enim dicebant ἐΝδιδόναι ἀρχήν τινος, ἀφορμήν, λαβήν, πρόφασιν, ὑπόνοιαν, ὑποψίαν et sim. non διδόναι. Ut dicitur in Pseudo-Demosthenis Ἐρωτικῷ pag. 1407. 2. οὐδ' ὑποψίαν ἐνδοὺς, sic Plutarchus dixerat ὑπόνοιαν ἐνδιδούς.

Lycurg 4. 1. πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο καὶ ΤΑ μὴν

ε καὶ παρέλαβε τῶν νόμΩΝ ὡς οἴκαδε μετοίσων. Articu- declarat Plutarchum pro νόμων scripsisse νομΙΜΩΝ.

urg. 4. 10. λόγοι γὰρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν καὶ ιν ἀνακλητικοὶ διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν πολὺ τὸ κόσμιον ιν καὶ κατασΑτικόν. Una literula inserta scribendum κα- ιτικόν cf. *Compar. Lycurgi et Numae* cap. 3. 17. ἡ περὶ αρθένους Φυλακὴ κατέσαλται πρὸς τὸ θῆλυ καὶ κόσμιον, pius *ad modestiam componere* κατασέλλειν dicitur. Contra sit in tali re καθισάναι, καθεσάναι, κατασατικός nemo fa- icet.

urg. 5. 5. *Reges Spartanorum Lycurgum in patriam reverti olebant* (inquit), ἀλλ' ἦλπιζον ἐκείνου συμπαρόντος ἧττον υσι χρΗCθαι τοῖς πολλοῖς. Leg. χρΗCϴσθαι.

urg. 5. 19. ἐπαρθεὶς δὲ τούτοις προσῆγϵ TOTC ἀρίσους υνεΦάπτεσθαι παρεκάλει. Duabus literis repetitis scriben- τροσήγεTO τούς.

urg. 5. 33. Archelaus rex Spartanorum de Charillo: πῶς [οὐκ] εἴη Χάριλλος ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς χα- ἐσιν; Sine mora οὐκ expungendum est. Neque enim est ι oratio et si Plutarchus negationem addidisset πῶς δ' ν εἴη dictum oportuit.

urg. 7. 19. ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων, οὐκ εὐπειθείᾳ δὲ τῶν τὰ καθεσῶτα συνταράξαντες. Mirifice et inepte οὐκ εὐπεί- dicitur. Suspicor fuisse — βασιλέων, Ἀπειθείᾳ δὲ τῶν . Confusis (ut centies alibi) α et ευ natum est εὐπειθείᾳ ente loci sententia nescio quis οὐκ addidit de suo.

urg. 8. 12. ἐπάγων δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργοN Ἔνειμε τὴν — ικὴν τρισμυρίους κλήρους. Necessarium est verbum *divi-* et revocandum ΔIένειμε, quod est in omnibus praeter , in quo ΔI a praecedente N absorptum est.

urg. 9. 22. οὐδὲ ἐπέβαινε τῆς Λακωνικῆς οὐ σοφιστὴς λό-

γων, — οὐχ ἑταιρῶν τροφεύς. Plutarchus multa in dicendo εὐφημίᾳ uti solitus et verba obscoena vitans πορνοβοσκός dicere non sustinuit.

Lycurg. 11. 4. *Lycurgus* βαλλόμενος ὑπὸ πολλῶν ἐξέπεσε τῆς ἀγορᾶς δρόμῳ. Passivum est ἐξέπεσεν *eiectus est*, quod quia cum δρόμῳ non congruit emendandum est ἐξέπΑΙσε τῆς ἀγορᾶς δρόμῳ, *concitato cursu e foro se proripuit.* Instant igitur fugienti καὶ ἔφθασεν εἰς ἱερὸν καταφυγών.

Lycurg. 11. 19. ἐν τῷ κατανοεῖν τὴν πραότητα καὶ τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Pro ἀπαθές in omnibus libris est πάθος praeterquam in C (Parisino 1673) in quo „*ex corr.*" ἀπαθές legitur. Manifesta haec est lectoris alicuius vel correctoris suspicio, quales in Codice C complures circumferuntur, multae perversae, pauculae non plane improbabiles. Aliud quid latet in Πάθος, nempe καὶ τὸ Βάθος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ut in *Marcello* 17. 16. τηλικοῦτον βάθος ψυχῆς ἐκέκτητο.

Lycurg. 12. 1. τὰ δὲ συσσίτια Κρῆτες μὲν ἀνδρεῖα, Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσιν. Inepta scriptura est ΥΑΝΔΡΙΑ pro ἀνδρεῖα.

Lycurg. 12. 7. συνήρχοντο δὲ ἀνὰ πεντεκαίδεκα καὶ βραχεῖ τούτων ἐλάττους ἢ πλείους. Non est Graecum βραχεῖ ἐλάττους, quod ex uno Codice receptum est. Caeteri βραχύ habent reponendumque quod assolet βραχύ ΤΙ τούτων ἐλάττους. In vita *Camilli* 22. 6. εἶλε τὴν Ῥώμην ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐτῶν πλείονα βραχΥΤΝ χρόνον ἀπὸ τῆς κτίσεως ἔχουσαν. Sic libri omnes. Corrigunt βραχύ, sed βραχύ ΤΙ corrigendum.

Lycurg. 12. 24. σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι σκώμματος ἀνέχεσθαι· μὴ φέροντα δὲ ἐξῆν παραιτεῖσθαι καὶ ὁ σκώπτων ΄ΕΠΕΠΑΤΤΟ. Ineptus hic est plusquamperfecti usus. Requiritur ΄ΕΠΑΤΕΤΟ. *finem faciebat*, non *fecerat.*

Lycurg. 13. 42. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ Νομιζόμενα καὶ χρησμοὺς ὄντα. Ni-

nil significat νομιζόμενα παρὰ τοῦ θεοῦ, sed restituendum est Κομιζόμενα.

Lycurg. 14. 18. ἔϛι δ' ὅτε καὶ σκώμματα λέγουσαι (*Spartanorum virgines*) πρὸς ἕκαϛον εὐχρήϛως ἐπελαμβάνοντο τῶν ἁμαρτανομένων. Difficile dictu est quid sit in tali re εὐχρήϛως. Aliquanto melius puellaribus iocis conveniet εὐχΑΡΙτως.

Lycurg. 15. 34. ἦγεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν οὐδὲ διακορεῖς καὶ ἐξιτήλους ταῖς ἀνέδην κοινωνίαις. Cuius aures haec ferre possunt? Lege ταῖς ἀνέδην CΤΝΟΤCίαις, ut in cap. 19. 9. τὸ σπέρμα τῶν πρὸς τὰς συνουσίας ἀκολάϛων.

Lycurg. 18. 6. πολλοὺς — ἑωράκαμϵΝ ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς. Miror Sintenisium non intellexisse rectissime esse emendatum 'ϵΝαποθνήσκοντας.

Lycurg. 18. 31. διετέλουν κοινῇ σπουδάζοντες ὅπως ἄριϛον ἀπεργάσαιντο τὸν ἐρώμενον. Dederat quod in tali re dici solet: ὅπως 'ΩC ἄριϛον.

Lycurg. 19. 31. οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιϛος πόλις Ἄτις ἀνδρείοις καὶ οὐ πλίνθοις ἐϛεφάνωται. Tenue vestigium Doricae dialecti docet Plutarchum, quod lubenter facit, δωριϛί haec scripta dedisse: οὔ ΚΑ εἴη ἀτείχιϛος πόλις Ἄτις ἀνδράϛιν (vel ἄνδρεϛϛιν) — ἐϛεφάνωται.

Lycurg. 20. 17. Θεόπομπος δὲ ξένου τινὸς — φάϛκοντος ὡς παρὰ τοῖς αὐτοῦ πολίταις Φιλολάκων καλεῖται „Καλὸν ἦν τοι, εἶπεν, ὦ ξένε, Φιλοπολίταν καλεῖϛθαι." Leg. κάΛΛΙΟΝ Ἂν ἦν τοι — ΦιλόπολΙΝ καλεῖϛθαι.

Lycurg. 20. 21. ῥήτορος Ἀθηναίου τοὺς Λακεδαιμονίους ἀμαθεῖς ἀποκαλοῦντος „Ὀρθῶς (ἔΦη) λέγεις· μόνοι γὰρ Ἑλλήνων ΫΑΜΜϵC οὐδὲν κακὸν μεμαθήκαμεν παρ' ὑμῶν." Doricae dialecti vestigium in ἄμμες ostendit olim sic scriptum fuisse: μόνοι γὰρ ΫΕλλΑνων Ἀμὲς οὐδὲν κακὸν μεμαθήκαμϵC παρ' ὑμῶν.

Pro formis Doricis ἀμές — ἀμέ, ὑμές — ὑμέ librarii Ho-

mericas substituere solent ἄμμες — ἄμμε, ὔμμες — ὔμμι.

Lycurg. 20. 38. ἕτερος δέ τις ἰδὼν ἐν ἀποχωρήσει θακεύοντας [ἐπὶ δίφρων] ἀνθρώπους κτέ. Qui addidit de suo ἐπὶ δίφρων non videtur loci sententiam intellexisse. Θᾶκος est *latrina* et θακεύειν *ventrem exonerare*, ut apud Theophrastum *Char.* XIV. 2. πολλὰ φαγὼν καὶ τῆς νυκτὸς ἐπὶ θᾶκον ἀνισάμενος ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι.

Ἐν ἀποχωρήσει dicitur ut ἀποπατεῖν in ea re Veteres, ἀφοδεύειν recentiores solent dicere.

Lycurg. 20. 42. ὥςε καὶ λέγειν τινὰς οὐκ ἀτόπως ὅτι μᾶλλόν ἐςι τὸ φιλοσοφεῖν ἢ τὸ φιλογυμναςεῖν λακωνίζειν. Plato in *Protagora* pag. 342. *e.* τὸ λακωνίζειν πολὺ μᾶλλόν ἐςι φιλοσοφεῖν ἢ φιλογυμναςεῖν.

Lycurg. 21. 2. τῆς ἐν τοῖς λόγοις εὐζηλίας καὶ καθαριότητος. Corrigendum esse existimo εὐΦΗΜίας καὶ καθαρΘΙότητος. In (Platonis) *Alcibiad.* II. pag. 149. *b.* φησὶν (*Ammon*) ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ ξύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά.

Εὐζηλία obiter est e Lexicis eximendum.

Lycurg. 21. 16. cantabant Spartae iuvenes:

ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἱ δὲ λῇς, πεῖραν λαβέ.

scribendum est primum: ἀμὲς δέ γ' εἰμές, deinde pro πεῖραν λαβέ reponendum quod aliis Plutarchi locis servatum est εὐγάσδεο. Factum est quod assolet; supra scripta interpretatio πεῖραν λαβέ. antiquam glossam expulit. Fuerat enim εὐγάσδεο.

Lycurg. 21. 20. τοὺς ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπΑΓοντες τοῖς πολεμίοις. *impetum facientes in hostes* Graece dicitur ἐπΙόντες τοῖς πολεμίοις.

Complura composita ex verbo ἄγειν neutra fiunt et ferme idem quod ἰέναι significant, ut συνάγειν — συναγωγή (= συνιέναι — σύνοδος), προάγειν, ὑπάγειν, sed nemo umquam ἐπάγειν dixit pro ἐπιέναι.

Mirus error obscuravit locum in Lycurg. cap. 21. 33. *ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο ταῖς Μούσαις ὁ βασιλεὺς [ἀναμιμνήσκων, ὡς ἔοικε, τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων,] ἵνα ὥσι πρόχειροι παρὰ τὰ δεινὰ καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων.* Sintenis *„τῶν μαχομένων aut deleam aut corrigam οἱ μαχόμενοι."* Cave facias, sed cogita de quibus dicatur *πρόχειροι παρὰ τὰ δεινά* aut *παρέχειν πράξεις λόγου τινὸς ἀξίας.* An de pugnantibus? Minime gentium, sed de Musis. *ὁ βασιλεὺς προεθύετο ταῖς Μούσαις ἵνα ὥσι πρόχειροι παρὰ τὰ δεινὰ καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων.* Quod si verum esse agnoveris facili negotio comperies verba [*ἀναμιμνήσκων — τῶν κρίσεων*] a sciolo contra sententiam inserta una litura deleri oportere.

Lycurg. 22. 25. *ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔχων μεθ' ἑαυTOT CτεΦανίτην ἀγῶνα νενικηκότA.* Emendandum: *μεθ' ἑαυτοῦ* TOTC *ϛεΦανίτην ἀγῶνα νενικηκότAC. Omnes* enim qui *ἐν τοῖς ϛεΦανίταις ἀγῶσι* palmam tulissent in acie stabant ante regem. In vicinia quaerit aliquis ex Olympionica: *τί σοι πλέον γέγονεν διὰ* (melius *ἐκ*) *τῆς νίκης*; Cui ille: *πρὸ τοῦ βασιλέως τεταγμένος μαχοῦμαι τοῖς πολεμίοις.*

Lycurg. 22. 33. *Spartani fugientibus hostibus non instabant οὔτε γενναῖον οὔτε Ἑλληνικὸν ἡγούμενοι Κόπτειν καὶ Φονεύειν ἀπολεγομένους.* Revoca ex fuga praepositionem ut fiat KATA-*κόπτειν*, quod in ea re perpetuum est, ubi hostes trepidi et consternati *contrucidantur.*

Lycurg. 24. 18. *τίς ἐϛιν ὁ τὴν ἐλευθερίAN ἐαλωκὼς δίκην*, sic Codices omnes. Reponunt *ἐλευθερίAC* frustra, namque adiectivum requiritur *τὴν ἐλευθέριON δίκην.*

Lycurg. 25. 3. *τοῖς δὲ πρεσβυτέροις αἰσχρὸν ἦν συνεχῶς ὁρᾶσθαι περὶ ταῦτα διατριβOTCIN.* Certa loquendi lex postulat ut scribatur *διατριβONTAC*, quod nescio quis verbis *τοῖς πρεσβυτέροις* accommodandum esse opinatus est.

Lycurg. 25. 9. *ἀλλὰ τὸ πλεῖϛον ἦν τῆς τοιαύτης διατριβῆς*

[ἔργον] ἐπαινεῖν τι τῶν καλῶν. Prorsus supervacuum ἔργον ex margine irrepsisse videtur adscriptum olim ad τὸ πλεῖστον.

Lycurg. 25. 27. δωρις\ scribendum: αἶκα τύχωμϵC δΛμοσίᾳ· αἶκα (Leg. αἰ δέ κα) ἀποτύχωμϵC ἰδίᾳ, pro τύχωμεν δημοσίᾳ et ἀποτύχωμεν. et in sqq. καλὸς μὲν γὰρ ϝHC καὶ ἀγαθὸς ὁ Βρασίδας· πολλΩC δὲ ἄνδρας (Ἀ) Λακεδαίμων ἔχει τήνΩ κάρονας, pro ἦν — πολλούς — τήνου.

Lycurg. 28. 4. ἡ δὲ καλουμένη κρυπτία παρ' αὐτοῖς. Scribe κρυπτεία ex κρυπτεύω certa analogia formatum Passim apud Sintenis. ε pro αι, et ι pro ει scriptum (aut contra) inemendatum relictum est, de qua re alio loco dicam.

Lycurg. 28. 8. τοὺς μάλιϛα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν ϝΑΛΛΩC ἐξέπεμπον. Sensu caret ἄλλως. Bona est correctio in uno Codice ἄλλον ἄλλοσε ἐξέπεμπον.

Lycurg. 28. 20. ὡς μήτε παραχρῆμα μήτε ὕϛερον ἔχειν τινὰ λέγειν ΤΩΙ τρόπῳ διεΦθάρησαν. Legendum ϝΟτῳ τρόπῳ.

Lycurg. 28. 27. καὶ ᾠδὰς ἐκέλευον ᾄδειν καὶ χορείας χορεύειν ἀγεννεῖς καὶ καταγελάϛους, ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἐλευθέρΩN. Ut locus intelligi possit scribendum τῶν ἐλευθερΙΩN.

Lycurg. 29. 17. legendum: ὅρκους λαβὼν — ἐμμενεῖν καὶ χρήσϵϵσθαι τῇ καθεϛώϛῃ πολιτείᾳ μέχρΙ ἂν ἐπανέλθῃ, pro ἐμμένειν — χρήσΑσθαι — μέχρΙC ἄν.

Similiter 29. 38. leg. ὁμωμοκόσι χρήσϵCθαι τῇ πολιτείᾳ μέχρι ἄν, pro χρῆσθαι et μέχρις.

Lycurg. 30. 28. βασιλικῆς ἐπιϛήμης ἔργον εὐπείθειαν 'ϵργάϛασθαι. Verum est 'ϵNεργάσασθαι, ut in vicinia: οὐκ εὐπείθειαν ἀλλ' ἐπιθυμίαν 'ϵNειργάσαντο τοῖς ἄλλοις. Saepius ἐμποιεῖν et ἐνεργάζεσθαι in libris praepositionem amittunt, ut in Numa 22. 54. 'ϵNεποίησε τοῖς ἄλλοις τὸ τοιοῦτον, in plerisque libris ἐποίησε mendose.

Lycurg. 30. 36. τοὺς μὲν ἄνδρας ἁρμοςὰς ΚΑΙ σωφρονιςὰς τῶν ἑκαςαχοῦ δήμων — ὀνομάζοντες. Non appellabantur σωφρονιςαί sed interpretatur Plutarchus quid sit ἁρμοςαί. Itaque corrigendum ἁρμοςὰς ΩC σωφρονιςάς.

Lycurg. 30. 44. Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας οὐδὲν αὐτοὺς ἔφη διαφέρειν παιδαρίων ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριώντων. Salsissimum dictum est, sed non Antisthenis Socratici diu ante annum 371 fato functi.

Lycurg. 31. 22. ὥςε — μαρτύριον μέγα εἶναι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Εὐριπίδην τὸ μόνῳ συμπεσεῖν αὐτῷ μετὰ τελευτὴν [καὶ γενέσθαι] ἃ τῷ θεοφιλεςάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πρότερον συνέπεσεν. Non video quo pacto inportunum et absurdum καὶ γενέσθαι retineri possit.

Praeterea scribe μετὰ ΤΗΝ τελευτήν.

Lycurg. 31. 28. τάφον Ἀριςόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαί φησι — ΠΕΡΙ τὴν ξενικὴν ὁδόν. *circa viam?* imo vero *iuxta viam*, ΠΑΡΑ τὴν ὁδόν.

Lycurg. 31. 31. οἱ δ' ἑταῖροι — ΔΙΑδοχήν τινα καὶ σύνοδον — κατέςησαν καὶ τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς συνήρχοντο, Λυκουργίδας προσηγόρευσαν. Mendosum est διαδοχήν. Ratio rei et vitae usus postulant ΥΠΟδοχήν, ut in *Numa* 20. 20. ὑποδοχαὶ καὶ φιλοφροσύναι, et saepius alibi.

NUMA POMPILIUS.

Numae cap. 1. 5. τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς — ἠφανίσθαι, τὰς δὲ νῦν ΦΑΙΝομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι. Confundi solent φέρω et φαίνω et etiam h. l. legendum ΦΕΡομένας, *quae nunc feruntur.*

Numae cap. 3. 21. Κυρίτας Ῥωμαῖοι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀναΚΗΡΤχθεῖσι Σαβίνοις προσηγόρευσαν. Legendum ἀναΜΙχθεῖσι, quo verbo in ea re omnes et Plutarchus perpetuo utitur, ut paullo ante 1. 19. ὥςε οὐκ ὀλίγα τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν Λακώνων ἀναμεμῖχθαι. Archilochus in eleganti versiculo:

εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίναις ἀναμεμίξονται τρίχες.

et sic omnes.

Numae cap. 3. 43. τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἰδιώτΟΤ ὄντος ἡσυχίαν. Plutarchus, qui tam sedulo τὴν τῶν φωνηέντων σύγκρουσιν vitare solet, dederat ἰδιωτΕΤοντος.

Numae cap. 4. 7. *Numa* Ἡγερίᾳ δαίμονι συνὼν ἐρώσῃ. Reponendum quod de *mutuo* amore dici solet: συνὼν ἘΡΩΝ ἐρώσῃ. Omisso enim participio subnascitur id quod est in Odyss. E. 155.

ἰαύεσκε — παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ.

Numae cap. 4. 14. καί που λόγον ἔχει τὸν θεὸν — μὴ δυσχεραίνειν μηδὲ ἀτιμάζειν ἀνδρὸς ΘΕΙΟΤ καὶ σώφρονος ὁμιλίαν. Verum est ἀνδρὸς ΌCΙΟΤ, quod Stephanus in quodam libro se repperisse testatur et etiam sine libris erat reponendum. Saepissime vidimus ΘΕΙΟC et ΌCΙΟC, ΘΕΙΟΤΗC et ΌCΙΟΤΗC inter se confundi. Homo autem hominem prae summa admiratione θεῖον dicere potest, ut est illud Spartanorum σεῖος ἀνήρ apud Platonem (in *Menone* pag. 99 *d.*), sed hominem a deo appellari θεῖον absurdum est.

Num. cap. 7. 19. μέχρι οὗ προὐφάνησαν ὄρνιθες ΆΓΑΘΟΙ καὶ δεξιοὶ καὶ ἐπέτρεψαν. Sintenis: „*vereor ne aut ἀγαθοί aut δεξιοί delendum sit.*" Neutrum satisfacit et verum videtur: ὄρνιθες ΑΙCΙΟΙ καὶ ἐπέτρεψαν.

Propria in ea re vocabula sunt ὄρνιθες αἴσιοι. Plutarchus in *Romulo* 9. 27. τὴν ἔριν ὄρνισιν αἰσίοις βραβεῦσαι. et in *Fabio Maximo* 19. 38. χρησάμενος ὄρνισιν οὐκ αἰσίοις. Nota est felix Meinekii emendatio in Dionysio Hal. A. R. pag. 228. ὄρνιθας μὲν πρῶτον αἰσίους (pro αἰετοὺς) λαμβάνει.

Numae 8. 4. ἀτεχνῶς γὰρ ἦν Πλάτων ἀποκαλεῖ Φλεγμαί-

νουσαν πόλιν ἐκείνη τοῦτ' ἦν. Quamquam *τοῦτ'* absurdum est tamen sprevit Sintenis bonam Bryani emendationem TOT' *ἦν*. Platonis locus est *de Rep.* pag. 372 *e.* non admodum feliciter explicatus a Boëtho apud Photium in v. *Φλεγμαίνουσαν πόλιν.*

Numae 8. 23. *μέγα γὰρ ἦν μέρος* (*Pythagorae*) — *ἡ περὶ τὸ θεῖον ἀγχιστεία*? Spernitur Bryani certa emendatio *ἀγιστεία*. cf. vs. 51. *καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἔχεται τῆς Πυθαγορικῆς ἁγιστείας.*

Nugantur multa Romanorum Antiquarii et Plutarchus quaerentes originem nominis PONTIFEX, quasi non esset id apertissimum. Sed vera notatio apud eos ridetur (*τὸ γελώμενον* 9. vs. 10), subtiliora volunt. Itaque ex POSSE et FACERE natum esse asseverant. Terentius Varro de L. L. IV. 15. „Sacerdotes *universi a* sacris *dicti:* Pontifices, *ut* Q. *Scaevola pontifex maximus dicebat, a* POSSE et FACERE." Hinc Plutarchus 9. 6. scribit: *ἕτεροι δέ φασι πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοὔνομα τῶν Δυνατῶν ὡς τοῦ νομοθέτου τὰς δυνατὰς ἐπιτελεῖν ἱερουργίας τοὺς ἱερεῖς κελεύοντος.* Si quis hoc aget sentiet *plane contrarium* scripsisse Plutarchum: *πρὸς ὑπεξαίρεσιν — τῶν Ἀδυνάτων.* Colligunt enim ex hac bellissima etymologia Pontifices ea tantum *facere*, quae fieri *possent*: itaque excepta esse ea *quae fieri non possent* (*τὰ ἀδύνατα*). Non cogitant sic omnes homines esse *Pontifices.*

Numae cap. 9. 18. de ponte sublicio: *λέγεται δὲ τὸ πάμπαν ἄνευ σιδήρου κατὰ δή τι λόγιον συγγεγομφῶσθαι διὰ τῶν ξύλων. Ἡ δὲ λιθίνη* (*γέφυρα*) *πολλοῖς ὕστερον ἐξειργάσθη χρόνοις ὑπ' Αἰμιλίου* ΤΑΜΙ*εύοντος.* Non quaestorium sed censorium hoc opus est et legendum TIMHT*εύοντος*. Suspicor Paulum Aemilium Lepidum ultimum Censorum anno 22 a. Chr. (Dio Cass. 54. 2.) pontem lapideum fecisse, cui de more nomen a Censore inditum est ut *pons Aemilius* appellaretur.

Post pauca 9. 24. revoca *ἱεροφάντου τάξιν* Ἐπ*έχει*, ut omnibus usitatum est dicere. Ex uno Codice *ἔχει* perperam receptum est.

Num. cap. 12. 38. *πέρας Cχεῖν αὐτῷ τὴν πρεσβείαν οἰόμενος.* Lege *πέρας ϜΘχειν*, id est *πεπαῦσθαι.*

Num. cap. 20. 13. *οὐ γὰρ μόνον ὁ Ῥωμαίων ἠμέρωτο καὶ κατεκηλήτο τῇ δικαιοσύνῃ καὶ πρᾳότητι τοῦ βασιλέως δῆμος.* Inepta haec traiectio est. Transpone *δῆμος* post *Ῥωμαίων.*

Numae cap. 20. 46. *συμμετασχηματίζονται πρὸς τὸν ἀMύμενα καὶ μακάριον βίον.* Alienum est a loci sententia Homericum *ἀμύμων*, sed una literula mutata legendum *ἀKύμονα* nota et frequenti metaphora *de vita tranquilla* dici solitum. Propria dicitur in *Timoleonte* 19. 21. *τὸ πνεῦμα κατεσβεσμένον παραλόγως ἀκύμονα τὸν πόρον ἰδεῖν καὶ λεῖον παρεῖχεν.* Cf. *Var. Lectt.* pag. 52. 358. 359.

Numae cap. 21. 9. *ἀπὸ δὲ Μαμέρκου τοὺς MαMΘρκίους, οἷς διὰ τοῦτο καὶ Ῥῆγας γενέσθαι παρωνύμιον.* MAMERCIOS nemo novit, sed MARCIOS REGES novimus omnes. Repone igitur *τοὺς Μαρκίους.*

Comparat. Lycurgi et Numae cap. 1. 11. *καλὸν μὲν οὖν τὸ κτήσασθαι δικαιοσύνῃ τὴν βασιλείαν*, ΚΑΛΟΝ *δὲ τὸ προτιμῆσαι τὴν δικαιοσύνην τῆς βασιλείας*, imo vero ΚΑΛΛΙΟΝ *δέ*, quia hanc laudem illi non aequiparat, sed anteponit.

Comparat. Lycurgi et Numae cap. 3. 12. *ταῦτα μὲν ἰσχυρὰ καὶ ἄκρατος ἀπάθεια πρὸς γαμετὴν ἐκταράττοντα καὶ κατακαίοντα* [ZHN ΛΥΠΑΙC *καὶ*] *ζηλοτυπίαις τοὺς πολλούς.* Apertam vides dittographiam: ZHNΛΥΠΑΙC vitiosa lectio est, vera *ζηλοτυπίαις.* Itaque verum vidit Reiskius, qui *ζῆν λύπαις καί* expungi iussit, sed optime monentem nemo sequitur.

SOLON.

Solonis cap. 1. 16. *παρεΦύλαξε τυΦομένHN ἈΔΡΟΤ πυρὶ ἔτι ζῶσαν φλόγα.* In Codd. Euripidis *Bacch.* vs. 8. legitur:

τυΦόμενα δίου τε πυρός κτέ.

unde Plutarcho reddendum: τυΦόμενΑ ΔΙΟΤ πυρός. In huiusmodi locis fides Codicum tamquam in igne spectatur.

Solon. 1. 21. νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα δοῦλον μὴ ξηραλοιΦεῖν μηδὲ παιδεραστεῖν. Haud scio an Plutarchus ipsas Solonis leges in manibus habuerit, nam quas laudat complures ex Antiquariorum libris Hermippi et Didymi et aliorum petere potuit. Hanc certe legem non ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος ἀξόνων sumsit sed ex Aeschinis oratione κατὰ Τιμάρχου pag. 19. 25. „δοῦλον (Φησὶν ὁ νόμος) μὴ γυμνάζεσθαι μηδὲ ξηραλοιΦεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις." et post pauca: „δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μήτ' ἐρᾶν μήτ' ἐπακολουθεῖν." Quae addit Plutarchus et ipsa ab Aeschine sumta sunt, cuius verba apponam ut insulso emblemate liberem: ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τῷ αὐτῷ νόμῳ ἡγοῦντο [ᾧ ἐκείνους ἐκώλυσν] τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια.

Solon. 2. 27. ἔνιοι δὲ καὶ πόλεων οἰκίσαι γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ Μασσαλίας ΠρῶτΟC. Aristoteles ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ apud Athenaeum pag. 576 *b*. scribit: καὶ ἔστι γένος ἐν Μασσαλίᾳ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου μέχρι νῦν ΠΡΩΤΙΑΔΑΙ καλούμενον. ΠρῶτΟC γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένου καὶ τῆς Ἀριστοξένης. Forma Πρωτιάδης demonstrat ΠρῶτΙC verum esse, ut Ἄγις Ἀγιάδης et reliqua id genus. Itaque et Aristoteli et Plutarcho ΠρῶτΙC restituendum. Veri simillimum est Plutarchum, qui Aristotelis Πολιτείας sedulo lectitabat, sua ab Aristotele sumsisse.

Solon. 4. 6. Κῴων — καταγόντων σαγήνην — χρυσοῦς ἐΦάνη ῥίπτους Ἑλκόμενος. Leg. ἈΝελκόμενος. Piscatoria verba sunt ἀναστᾶν et ἀνέλκειν.

Solon. cap. 4. 15. ἐκουσίΩΝ Κῴων ἐνὶ δωρουμένων ἐκείνῳ περὶ οὗ πρὸς ἅπαντας ὁμοῦ Μιλησίους ἐπολέμησαν. Nonnulli libri ἐκουσίΩC. Verum esse arbitror ἐκουσίΩC ΤΩΝ Κῴων ἐνὶ δωρουμένων.

Solonis cap. 5. 3. Ἀνάχαρσιν μὲν εἰς Ἀθήνας Φασὶν ἐπὶ τὴν

Σόλωνος οἰκίαν ἐλθόντα κόπτειν καὶ λέγειν ὡς ξένος ὢν ἀφῖκται φιλίαν ποιησόμενος. Supplendum de more κόπτειν THN ΘΥΡΑΝ καὶ λέγειν.

Sol. 6. 3. Solon dicitur Miletum ad Thalem venisse et θαυμάζειν ὅτι γάμου καὶ παιδοποιΐας τὸ παράπαν ἠμέληκϵ. Requiritur ἠμελήκϵΙ, nam ad senem exacta aetate haec dicebantur.

Quam futilem ac levem testem et auctorem haec historiola habeat Plutarchus candide sic narrat 6. 24. ταῦτα μὲν οὖν Ἑρμιππος ἱστορεῖν φησὶ Πάταικον, ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν. Egregium vero et sanissimum testem, ut vides.

Solon. 7. 27. τοῦ μέλλοντος ὠδῖνας ἀεὶ καὶ τρόμους καὶ ἀγΩΝΑϹ εἰ ϛερήσονται παρέχοντος αὐτοῖς. Non *contentiones* sed *angores* sententia postulat. Itaque corrigendum ἀγωΝΙΑϹ. In vita *Alexandri* 6. 27. quum Alexander Bucephalo insidens rapido cursu ferebatur τῶν περὶ τὸν Φίλιππον ἦν ἀγωνία καὶ σιγὴ τὸ πρῶτον. et passim curis anxius ἀγωνιᾶν dicitur.

Solon. 7. 28. δεῖ δὲ μήτε πενίᾳ πρὸς χρημάτων ΠϵΠΑΤϹΘΑΙ ϛέρησιν μήτ' ἀφιλίᾳ πρὸς φίλων ἀποβολὴν μήτ' ἀπαιδίᾳ πρὸς τέκνων θάνατον ἀλλὰ τῷ λογισμῷ πρὸς πάντα. Miror quo pacto Sintenis πεπαῦσθαι sanum esse putaverit. Πεπαῦσθαι enim significat semper idem quod in lepido versiculo:

ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

et plane ἀδιανόητον igitur est: πρὸς χρημάτων ϛέρησιν πεπαῦσθαι aut πρὸς τέκνων θάνατον. Sententia manifesto requirit *munitum esse, munimentum aut praesidium habere* in aliqua re adversus vitae casus et impetus fortunae. Hoc ipsum inest in πεφράχθαι, quod Bryanus repperit. Erat lacuna vetus πρὸς χρημάτων ΠϵϺ****ΘΑΙ ϛέρησιν.

Solon. cap. 8. 31. τῶν δὲ νεωτέρων τοὺς μηδέπω γενειῶντας ἐνδύμασι καὶ μίτραις καὶ ὑποδήμασι τοῖς ἐκείνων Ϲκευασαμένους. Constanter omnes in tali re 'ϵΝσκευασαμένους dicebant, si quis vestem consuetam mutat aut ornamentis induitur praesertim ad fallendos hostes et omnino ad latendum. Plato in *Critone* p. 53. d.

γελοίως ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπεδίδρασκες σκευήν τινα περιθέμενος — οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες.

Solon. 9. 16. — κρατῆσαι τὸν Σόλωνα καὶ καθεῖρξαι τοὺς Μεγαρεῖς. Ἐμβιβάσαι δὲ τῶν Ἀθηναίων τοὺς κρατίστους. Necessarium est 'ANTεμβιβάσαι. *Megarenses*, inquit, *in vincula coniecit et in eorum locum Atheniensium fortissimos in eam navim imposuit.* In libro quodam legitur ταύτης κρατήσANTA, ἐμβιβάσαι δὲ, unde apparet cur 'ANT exciderit.

In sqq. lege ναῦς τις προστλεῖ pro προσέπλει, et μετὰ βοῆς θεῖ pro ἔθει; nam fiebant haec quotannis spectavitque ipse Plutarchus.

Solon. 12. 42. τυφλόν ἐστι τοῦ μέλλοντος ἄνθρωπος. quia articulus abesse non potest ἄνθρωπος scribendum. Solent sic etiam apud Plutarchum crases veteres obscurari, ut in cap. 5. 17. καὶ συνθήκας ἄνθρωποι φυλάττουσιν, pro ἄνθρωποι. Sic in *Coriolano* 1, 26 scribendum: οὐδὲν — ἀπολαύουσιν ἄνθρωποι et passim in re simili.

Perpetuo in libris et reliquorum et Plutarchi vitiantur hae crases ἄνθρωπος, ἀδελφός, ἀνήρ, ἀγών, et τἀπιτήδεια, τἀπινίκια, τἀπίχειρα, τἀργύριον et τἀργύρια, τἀνδράποδα, τἀπιχώρια, quae omnia ubique aut corrumpuntur in ἄνθρωπος et sim. aut vitiose dissolvuntur ut τὰ ἐπιτήδεια cet.

Sol. 13. 13. ἐγεώργουν ἐκείνοις (*divitibus pauperes*) ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες ἑκτημόριοι προσαγορευόμενοι. Duo in his vitia sunt: alterum librorum ἑκτημόριοι pro ἑκτήμοροι (ut γεώμοροι), alterum Plutarchi qui pauperibus pro *sexta parte quinque partes* fructuum tribuit. Melius antiquarii apud Schol. Platonis ad *Euthyphr.* pag. 3. ἑκτήμοροι ἐπὶ τῷ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν. Eundem quem Plutarchus errorem erravit Hesychius v. Ἐπίμορτος: — ἑκτήμοροι οἱ τὸ ἕκτον τελοῦντες. Non diu sic pauperes mansissent.

Post pauca legitur: οἱ μὲν αὐτοῦ δουλεύοντες, οἱ δ' ἐπὶ τῇ ξένῃ πιπρασκόμενοι. Nihil est ἐπὶ τῇ ξένῃ, non multo melius ἐπὶ τὴν ξένην. Omnes Graeci eo sensu, quem locus postulat, dicebant ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀποδόσθαι, πιπράσκειν, πωλεῖν.

Solon. 14. 8. *αὐτὸς ὁ Σόλων ὀκνῶν φησὶ τὸ πρῶτον ἅψασθαι τῆς πολιτείας* [*καὶ*] *δεδοικὼς τῶν μὲν τὴν φιλοχρηματίαν, τῶν δὲ τὴν ὑπερηφανίαν.* Sententiae inimicum *καί* delendum: *δεδοικώς* est *quia metuebat.*

Solon. 15. 42. in Solonis senario:

τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλοσύνην ἀεικέα
ἔχοντας.

elegantes st suavissimos numeros corrumpit *δουλοσύνην* scriptum pro *δουλίην*, quod servavit Aristides.

Solon. 17. 3. in Draconis legibus *μία ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥμοι τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία θάνατος. ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν.* Eximium est de ea re testimonium in Lexico Rhetorico Cantabrigiensi: *Ἀργίας δίκη: Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀρίστωνος φησὶν ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀτιμίαν ἐὰν τρὶς ἁλῷ τις, ἐὰν δ' ἅπαξ ζημιοῦσθαι δραχμαῖς ἑκατόν.*

Quis sit legis auctor inter Veteres non constat. Draco tulit, teste Plutarcho, et poena erat capitalis. Si Polluci credimus VIII. 42. Draco legis auctor est et erat *ἀτιμία τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ Σόλωνος εἴ τις τρὶς ἁλοίη ἠτιμοῦτο.* Alia mirifica narrat Diogenes Laërtius in *Solone* I. § 55. *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίου Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι.* quae verba sensu carent Herodotus narrat II. 177. *Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον Ἀθηναίοισι ἔθετο.* Dissentit Theophrastus apud Plutarchum in *Solone* cap. 31. 15. *ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστόρηκε καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν ἀλλὰ Πεισίστρατος, ᾧ τήν τε χώραν ἐνεργεστέραν καὶ τὴν πόλιν ἠρεμαιοτέραν ἐποίησεν.* Hinc apparet nihil Veteres de ea re certi scire, sed alii *ἀκοὴν μαρτυροῦσιν*, alii *παρακούσματα* nobis narrant.

Solon. cap. 18. 19. *συνέβαινεν ἀεὶ δεῖσθαι δικαστῶν καὶ πᾶν ἄγειν ἀμφισβήτημα πρὸς ἐκείνους· τρόπον τινὰ τῶν νόμων κυριεύοντας.* Loquendi usus postulat *κυριοῦντας*, quod latet in omnium librorum scriptura *κυριεύοντας* et passim in ea re apud Oratores legitur.

Solon. 18. 30. *παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος*

ἔδωκεν. Perspicuum est λαχεῖν δίκην Plutarchum scripsisse.

Post pauca: ἐξῆν τῷ [δυναμένῳ καὶ] βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα. Risum movet ineptum additamentum. Recte dicitur in *Fabio Maximo* 9. 17. τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ σώζειν ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα, quoniam in tali re saepe ὁ βουλόμενος οὐ δύναται.

Solon. cap. 20. 9. (ὁ νόμος) ὁ τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς — ὑπὸ τῶν ΨΕΓΓΙCΤΑ τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. Graecum et Atticum est ὑπὸ τῶν ΨΑΓΧΙCΤΘΩΝ τοῦ ἀνδρός.

Solon. 20. 38. φαίη τις ἄν — καὶ νέον ἐν δωματίῳ πλουσίας πρεσβύτιδος — ἐξανευρὼν μετοικίCΕΙ πρὸς παρθένον νύμφης. Barbara forma est μετοικίσει. In libris legitur μετοικήσει et μετοικήσεις. Scribendum μετοικίCΕΙΘ.

Solon. 21. 19. ἢ ἀνάγκῃ κατασχεθεὶς ἢ γυναικὶ ΠΕΙθόμενος. Requiritur aoristus ΠΙθόμενος. Addit Plutarchus: τὸ πεισθῆναι παρὰ τὸ βέλτιον οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν. Veteres enim πιθέσθαι dicebant, sequiores πεισθῆναι. Etiam πιθών dicebant Veteres πιθὼν τὴν βουλήν, τὸν δῆμον, οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους, quae sumta sunt ex legibus Solonis.

Solon. 23. 25. enumerans quatuor antiquas tribus ait ὠνομάσθαι τὸ μὲν μάχιμον Ὁπλίτας, τὸ δ' ἐργατικὸν Ἐργάδεις, δυοῖν δὲ τῶν λοιπῶν Γεδέοντας μὲν τοὺς γεωργούς, Αἰγικορεῖς δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας. Pleraque nomina corrupta sunt sed hodie vera forma neminem fugit. Leg. ΨΟΠΛΗτας, Ἀργαδεῖς et ΓεΛέοντας, ut in veterrimis inscriptionibus scriptum esse videmus.

In Euripidis *Ione* vs. 1579 libri exhibent:

Γελέων μὲν ἕξαι πρῶτος, εἶτα δεύτερον
ὃ πάντες ἀργαΛῆς τε.

pellucent ΨΟΠΛΗΤΘC ex ὃ πάντες et ΨΑργαΔῆς ex ἀργαλῆς, sed quia in libris est δεύτερΟC recte coniecit Badhamus post δεύτερος nonnulla excidisse. Manifesta est lacuna haec:

Γελέων μὲν ἕξαι πρῶτος, εἶτα δεύτερος
ΨΟΠΛΗC *****

Ὅπλητες Ἀργαδῆς τ', ἐμῆς δ' ἀπ' αἰγίδος
ἓν φῦλον ἕξυσσ' Αἰγικορῆς.

Scribae oculi ab ὅπλης ad ὅπλητες aberrarunt.

Solon. 24. 7. τὸ φαίνειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας (τὰ σῦκα) κληθῆναι συκοφαντεῖν. Confundit Plutarchus ἐνδεικνύναι et ἐνδείκνυσθαι neque quid interesset inter φάσις et ἔνδειξις satis sciebat. Si omisisset ἐνδεικνύμενον omnia optime se haberent.

Solon. 25. 10. κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δὲ ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων εἴ TI παραβαίη τῶν θεσμῶν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. Sine controversia vitiosum est καταφατίζων, quod non est Graecum. Expuncto absurdo participio omnia ordine procedunt, quia ὤμνυεν cogitatione suppletur ad ἀναθήσειν, sed unde natum esse dicamus? Praeterea scribe εἴ τιΝΑ παραβαίη τῶν θεσμῶν. Ad hunc Plutarchi locum cui non venit in mentem loci Platonis in *Phaedro* pag. 235. d. καί σοι ἐγώ, ὥσπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν οὐ μόνον ἐμαυτοῦ ἀλλὰ καὶ σήν, sed est ea res tam obscura, ut nihil sani dispiciam. Nam quae est ea, quaeso, multa, si quis Solonis legem violasset, ut statuam ex solido auro statura sibi parem Delphis poneret? Quis enim tam gravem multam solvere potuisset? Legitur idem apud Pollucem VIII. 86. ὤμνυον δὲ (οἱ ἄρχοντες) πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἐπὶ τοῦ λίθου — συμφυλάξειν τοὺς νόμους καὶ μὴ δωροδοκήσειν ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσειν. Eiusdem rei memoria servata est apud Heraclidem Ponticum in *Rebuspubl.* I. § 11. ἐννέα ἄρχοντες — ὀμνύουσι δικαίως ἄρξειν καὶ δῶρα μὴ λήψεσθαι ἢ ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀναθήσειν, sed nihil ex his ad rei intelligentiam proficimus.

Quae commemorantur *signa Iovis* (οἱ Ζᾶνες) Olympiae posita de pecunia multaticia exacta ab athletis pretio corruptis apud Pausaniam V. 21. 2. sqq. diversi sunt generis: non enim ipsi athletae, sed οἱ Ἑλληνοταμίαι haec signa ponenda curaverunt.

Solon. 26. 4. Φένωφιν τὸν ΗλιΘΤπολιτην, scribendum Ἡλιοπολίτην. Notissima enim analogia dicitur Μεγάλη πόλις Μεγα-

λοπολίτης, Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης, et sic in reliquis ad unum omnibus. Itaque et ΗΛΙΟΤ πόλις et ΗΛΙΟπολίτης.

Solon. 27. 3. Plutarchus colloquium inter Solonem et Croesum revera habitum esse arbitrabatur: ἐγὼ δὲ λόγον ἔνδοξον οὕτω καὶ ΤΟCΟΤΤΟΤC μάρτυρας ἔχοντα — οὔ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισὶ λεγομένοις κανόσιν. Non cogitabat Plutarchus revera *unum tantum et unicum* esse huius rei testem et auctorem Herodotum, quem caeteri omnes ad unum sequebantur. Plurima sunt quorum notitiam et Antiquitas et nos soli HERODOTO debeamus. Quis umquam de Arione, de Tello, de Cleobi et Bitone inaudivisset quidquam, nisi Herodotus eorum memoriam literis prodidisset?

Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?

sed omnis huius rei notitia ex uno Herodoti loco manavit. Similiter *„nubes testium"* de Croeso et Solone omnes famam a solo Herodoto servatam per manus propagaverunt.

Solon. 27. 26. *postquam Solon ingentes Croesi thesauros spectavit* ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Κροῖσος εἴτινα ΟΙδεν ἄνθρωπον αὐτοῦ μακαριώτερον. Ἀποφηναμένου δὲ τοῦ Σόλωνος ὅτι [οἶδεν] Τέλλον αὐτοῦ πολίτην. Primum pro οἶδεν ex uno libro receptum revocandum est εἶδεν, et alterum οἶδεν (vel εἶδεν) delendum Corrumpit enim compositionem loci et moleste abundat. Similiter in vicinia vs. 36. πάλιν ἠρώτησεν αὐτὸν εἰ μετὰ Τέλλον ἄλλον ἔγνωκεν ἄνθρωπον εὐδαιμονέςερον. πάλιν δὲ τοῦ Σόλωνος εἰπόντος Κλέοβιν καὶ Βίτωνα, in Aldina editione interpolatum est εἰπόντος [εἰδέναι] Κλέοβιν.

Sed etiam sic Plutarchi manum non esse restitutam arbitror. Fatuum est enim quaerere Croesum: τίνα εἶδες ἐμοῦ μακαριώτερον; et Solonem respondere: Τέλλον ἐμαυτοῦ πολίτην· quasi Telli fortunas cum Croesi comparare voluisset. Saniora et magis cum rei natura congruentia scribit Herodotus I. 30. quem Plutarchus sequebatur: ἵμερος ἐπείρεσθαί με ἐπῆλθέ σε εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον. Σόλων δὲ οὐδὲν ὑποθωπεύσας — λέγει· ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθηναῖον. Eodem modo existimo idem narrasse Plutarchum atque adeo sic scripsisse: εἴ τινα εἶδεν ἀνθρώπων πάντων μακαριώτΑΤον, et in sqq. πάλιν ἠρώτησεν αὐτὸν εἰ μετὰ Τέλλον ἄλλον ἔγνωκεν ἀνθρώπων εὐδαιμονέςΑΤον. Sic enim optime

sine ulla Croesi offensione respondere Solon potuit: *ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθηναῖον*, et *πάλιν τοῦ Σόλωνος εἰπόντος Κλέοβιν καὶ Βίτωνα*. Terminationes *-τερος* et *-τατος* confunduntur ubique locorum et sic ad *μακαριώτερον* adscripsit aliquis quod erat ad manum [*αὐτοῦ*] *μακαριώτερον*.

Solon. 27. 47. *Solon ad Croesum ita dicit*: *Ἕλλησιν, ὦ βασιλεῦ Λυδῶν, πρός τε τἄλλα* ΜΕΤΡΙΩC *ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκε καὶ σοφίας τινὸς* ΕΥθαρσοῦς, *ὡς ἔοικε, καὶ δημοτικῆς, οὐ βασιλικῆς οὐδὲ λαμπρᾶς ὑπὸ μετριότητος ἡμῖν μέτεσιν*. Saepe vidi *ἀ* et *εὐ* confusa, sed raro evidentius quam hoc loco. Quis enim praesertim admonitus non statim intelligit *Ἀθαρσοῦς* unice verum esse? Quamquam *ἀ* in *εὐ* mutatum sententiam loci prorsus pervertit, tamen satis frequens hic error est. In vita *Crassi* editur 8. 20. *ἔφραζε τὸ σημεῖον εἶναι μεγάλης καὶ φοβερᾶς περὶ αὐτὸν εἰς* ΕΥτυχὲς *τέλος ἐσομένης δυνάμεως*. Reiske *Ἀτυχές* emendavit, sed nemo recepit.

Solon. 27. 53. *ἔπεισι γὰρ ἑκάστῳ ποικίλον ἐξ ἀδήλου τὸ μέλλον, ᾧ δὲ εἰς τέλος ὁ δαίμων* ΕΘΕΤΟ *τὴν εὐπραξίαν τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν*. Nihil significat *εἰς τέλος τὴν εὐπραξίαν ἔθετο*. Nondum poenitet veteris coniecturae ΕΣΠΕΤΟ pro *ἔθετο* veram lectionem esse, qua semel reperta *τὴν εὐπραξίαν* delendum esse sequitur.

Solon. 28. 11. *Croesus rogo impositus ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖτο* [*καὶ δυνατὸς ἦν*] *τῇ φωνῇ φθεγξάμενος ἀνεβόησε τρίς· „Ὦ Σόλων.“* Expuncto puerili emblemate optime coalescunt quae dirimi non poterant: *ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖτο τῇ φωνῇ*.

Solon. 28. 14. *quaerit ex Croeso Cyrus ὅστις ἀνθρώπων — ἐστὶν ὁ Σόλων, ὃν τύχαις ἀπόροις μόνον ἀνακαλεῖται*. Intercidit necessaria praepositio: *ὃν* ΕΝ *τύχαις ἀπόροις*.

Solon. 28. 26. Cyrus *τὸν λόγον τοῦ Σόλωνος ἰσχυρὸν* [*ἐν*] *τῷ παραδείγματι βλέπων ἀφῆκε τὸν Κροῖσον*. Tollenda est importuna praepositio. *Croesi exemplum id quod Solon dixerat egregie confirmabat, verbis Solonis exemplum Croesi magnam vim addebat.*

Erat igitur *ὁ λόγος ἰσχυρὸς τῷ παραδείγματι*, non ʼϵN *τῷ παραδείγματι*.

Solon. 30. 15. confusi sunt et parte mutilati versus Solonis sic in integrum restituendi:

Τμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
σύμπασιν δ' ὑμῖν χαυνὸς ἔνεστι νόος.
εἰς ΓΑΡ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός,
εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Multis nominibus memorabile est ipsius Solonis de civibus suis iudicium, *singulos* vulpecularum instar callidos esse et astutos, sed *universos* (in concionem congregatos) stultos ac stolidos, et capi eos facunda et blanda oratione, sed quid rei interea agatur nihil cernere.

Solon. 30. 24. *postquam populus Pisistrato satellites habere permisit οὐδὲ περὶ τοῦ πλήθους ἔτι τῶν κορυνηφόρων* ΔΙεμικρολογεῖτο *πρὸς τὸν Πεισίστρατον.* ΔΙΑμικρολογεῖσθαι dicitur *quum duo inter se contendunt* uter sit *σμικρολογώτερος*, quod quum sit ab h. l. prorsus alienum reponendum esse censeo — *τῶν κορυνηφόρων* ʼϵCμικρολογεῖτο.

Solon. 30. 37. *Pisistratus arcem occupat, Solon quamquam admodum senex oratione cives ad recuperandam libertatem hortatur: οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ — ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸν ϛενωπὸν „Ἐμοὶ μὲν (εἶπεν) ὡς δυνατὸν ἦν βεβοήθηται τῇ πατρίδι.“* Plutarchus rerum et verborum et morum Atheniensium non peritissimus hinc nonnumquam in errores se implicat ut hoc loco. Cur tandem Solon quum nihil solus agere posset *arma sumsit* et *ante fores in angiportu deposuit* dicens: *„Equidem quantum potui patriae tuli opem.“* An forte arma in publicum proiecit? Nihil inde extundas quod sanum sit et Solone dignum. Meliora et veriora elici possunt ex commenticia Solonis ad Epimenidem epistola apud Diogenem Laërtium I. 65 ubi scribit: *Pisistratus palam affectabat regnum, ἐγὼ δὴ θέμενος πρὸ τοῦ ϛρατηγείου τὰ ὅπλα — ἐμαρτυράμην „Ὦ πατρίς, οὗτος μὲν Σόλων ἕτοιμός σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀμύνειν.“* Solon boni civis functus officio est idque fecit quod si omnes

fecissent libertas amissa non fuisset. Arce a Pisistrato occupata arma arripuit et ad praetorium (τὸ στρατηγεῖον) armatus se contulit τάξαι ἑαυτὸν παρέχων τοῖς στρατηγοῖς (ut Oratores Attici in ea re loqui solent) ad opem patriae ferendam paratus. Quum omnes metu trepidarent et insanire eum dicerent necessitati paruit.

Haec scriptor epistolae sine dubio suppositae sed a viro non inerudito et rerum Atticarum et verborum non ignaro. Multi enim iam olim in confingendis huiusmodi epistolis Antiquorum (quales multas Diogenes servavit) exercebant ingenium. Notum est Theopompum composuisse ἐπιστολὰς ἀρχαϊκῶς γεγραμμένας (Dionys. Halic. Tom. VI. pag. 782) et saepe suspicatus sum epistolas a Diogene descriptas non alium quam Theopompum auctorem habere.

Quod in illa epistola ἀττικιστί et proprie dicitur θέμενος τὴν τοῦ στρατηγείου τὰ ὅπλα quid esset neque docti grammatici intelligebant, veluti Harpocration in v. Θέμενος τὰ ὅπλα, neque Plutarchus neque Diogenes id sciebant. Credebant esse aut *arma sumere* aut *deponere arma*. Diogenes opinabatur esse *deponere*, ut apparet I. 50. *Solon* τοῦ Πεισιστράτου κρατοῦντος οὐ πείθων ἔθηκε (pro ἔθετο) τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου καὶ — ἀπέπλευσεν. Amissa omni spe recuperandae libertatis arma ponit et cedit patria. In similem errorem Plutarchus se induit nisi quod rem ἀπὸ τοῦ στρατηγείου εἰς τὸν στενωπὸν πρὸ τῶν θυρῶν transtulit: *omnibus metu perculsis* (inquit) *domum abiit armisque ante fores in angiportu depositis* τὸ λοιπὸν ἡσυχίαν ἦγεν. Vides veram rei rationem in his plane mutatam et perversam esse et Plutarchum ea narrare quae neque ipse satis intelligeret neque a quoquam intelligi possint.

Est operae pretium cum loco Plutarcheo duo testimonia Diodori Siculi componere, qui duplicem eiusdem rei famam memoriae prodidit, alteram fabulosam, quam et Plutarchus sequitur, alteram veram. Fabulosa legitur IX. 21. *Solon* παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους καταλύειν τὸν τύραννον —. οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσέχοντος ἀναλαβὼν τὴν πανοπλίαν προῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν — τοὺς θεοὺς ἐπιμαρτυρόμενος καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῇ πατρίδι κινδυνευούσῃ βεβοηθηκέναι τὸ κατ' αὐτὸν μέρος. Veram famam servavit IX. 4. *Solon Pisistratum a proposito regni affectandi revocavit*, οὐ προσέχοντος δὲ αὐτοῦ προῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῆς πανοπλίας παντελῶς

ἢ γεγηρακώς. Συνδραμόντος δὲ τοῦ πλήθους — παρεκάλει τοὺς πολίτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα καὶ παραχρῆμα καταλύειν τὸν τύραννον. at illi *insanire eum et senio delirare* clamabant: itaque ic obtestatus est *se pro viribus laboranti patriae tulisse opem* et ilevit.

Quam sit Plutarchus res Atticas enarrans indiligens et incuosus in Attico dicendi usu alio loco de industria ostendam.

Solon. 30. 44. in Solonis versibus:

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα
μή τι θεοῖς τούτων MHNIN ἐπαμφέρετε.
αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατ' ἐρύματα δόντες.

ro absurdo μῆνιν unice verum est μοῖραν a Diogene Laërtio ervatum. Praeterea vitiosum est ἐρύματα, quod secundam corpit. Lenissime emendabitur ηὐξήσατϵ Ῥύματα δόντες nam ῥῦμα it Φυλακή, *praesidium*.

Solon. 31. 18. Plutarchus serio credidit Solonem τὸν Ἀτλαντικὸν λόγον ἢ μῦθον audivisse ex antiquariis in Aegypto (τῶν ερὶ Σάϊν. λογίων) et in ea materia versibus elaboranda et oranda senectutem transegisse, neque Platonem haec omnia scite t lepide finxisse de suo intellexit. *Itaque* (inquit) *Solon* ἐξέκαμεν ἢ δι' ἀσχολίαν ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γήρως, *namque Solonem otio bundasse*, quod colligit ex his versiculis Solonis:

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα καὶ Διονύσου
καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

ed cui non perspicuum est Solonem in flore aetatis fervidum aventa haec cecinisse?

ἡ δ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

A Platone fictam esse fabulam de insula Atlantide Aristoteles robe perspexit, cuius est lepidum de ea re dictum apud Straonem pag. 598. ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν. nisi forte lubet redere sacerdotes Aegyptios in Commentariis scripta habuisse uae *ante* NOVEM MILLIA *annorum* Athenienses strenue ac fortiter essissent; τῶν ἀλαζονευμάτων!

VALERIUS POPLICOLA.

Poplicolae cap. 2. 16. — καὶ λόγους ἐπιεικεῖς οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς ᾤοντο διαφθείρειν, imo vero διαφθερεῖν.

Poplic. 6. 8. ὁ δὲ Βροῦτος ὀνομαστὶ τῶν υἱῶν ἑκάτερον προσειπών· Ἄγε, ὦ Τίτε, εἶπεν, ἄγε, ὦ Οὐαλλέριε, τί οὐκ ἀπολογεῖσθε πρὸς τὴν κατηγορίαν; Prorsus amissa est antiqua scriptura, nam res ipsa clamat Brutum ὀνομαστὶ προσειπόντα τῶν υἱῶν ἑκάτερον ita dixisse: ἄγε, ὦ Τίτε, ΚΑΙ CT, Ὦ ΤΙΒΘΡΙΘ, τί οὐκ ἀπολογεῖσθε;

Poplic. 6. 13. *lictores* περιερρήγνυον τὰ ἱμάτια, τὰς χεῖρας Ἀπῆγον ὀπίσω, ῥάβδοις ἔξαινον τὰ σώματα. Mendosum est ἀπῆγον cum rei natura pugnans. *Manus post terga vincire* constanter dicitur τὼ χεῖρε, τὰς χεῖρας ὀπίσω ΠΘΡΙάγειν, ut in vita *Camilli* 10. 26. προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις τοῦ ἀνθρώπου καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσω περιάγειν, et alibi saepius. Itaque restituendum: τὰς χεῖρας ΠΘΡΙῆγον ὀπίσω.

Poplic. 6. 12. *Brutus ad lictores se convertens*: ὑμέτερον ἤδη, εἶπε, [τὸ λοιπὸν] τὸ ἔργον. Sic Codices ex dittographia. Sintenis τὸ λοιπὸν ἔργον edidit, sed τὸ λοιπόν inest in ἤδη.

Poplic. 11. 18. ζημίαν γὰρ ἀπειθείας ἔταξε βοῶν πέντε καὶ δυοῖν προβάτων ἀξίαν. Apud Dionysium Halic. pag. 2124 legendum: μέγιστον ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας δύο πρόβατα καὶ βόας τριάκοντα, pro βόας καὶ πρόβατα. Plutarcho suus error relinquendus esse videtur.

Poplic. 11. 22. postquam dixerat *Romanos olim pecuniam exiguam, sed armenta et greges habuisse*, ita pergit: διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων ΠΘΚΟΤΛΙΑ καλοῦσιν. Non sic Plutarchus scripsit sed πεκουNIAM.

Deinde scribe βοῦν ΄ΘΝεχάραττον pro ἐπεχάραττον.

Poplic. 17. 24. Mucius Scaevola Porsenae dixit: χάριτι μι-

ὑειν ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσεν. Necessarium est *μη-ὐCειν.*

Poplic. 20. 14. *in Graecorum comoediis* (inquit) *κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὐτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες.* Plutarchus in eodem errore versatur, in quo grammatici omnes, qui opinabantur *ψοφῶ τὴν θύραν* eodem modo dici atque *κόπτω τὴν θύραν.* Satis ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 216 et 366. Graecum esse *ψοφεῖ ἡ θύρα.*

ἀλλ' ἐψόφηκεν ἡ θύρα, τίς οὐξιών;
sed concrepuit ostium, quis est qui egreditur foras?

In comparat. Solonis et Poplicolae 1. 19. *τοῖς περὶ Μίμνερμον ἐντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε·*

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Hinc apparet duo Solonis fragmenta nunc divisa uno tenore continuata fuisse:

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο
μηδὲ μέγαιρ' ὅτι σεῦ λῷον ἐπεφρασάμην,
καὶ μεταποίησον, Λιγυαστάδη, ὧδε δ' ἄειδε·
ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.
μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι κτέ.

Mimnermus dixerat (Diog. Laërt. I. 60):

Αἰ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑξηκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.

Colligas ex his Solonem aliquanto quam Mimnermum aetate grandiorem fuisse.

THEMISTOCLES.

Themist. 2. 44. *ἐπεδείκνυε — τὰς παλαιὰς τριήρεις ἐρριμμένας καὶ παρεωPAMένας.* Etiam hoc loco videntur inter se confusa esse *παρεωCMένας* et *παρεωPAMένας*, quae inter se locum mutare solere ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 160.

Themist. 3. 4. *ἰταμῶς ὑφίσατο τὰς πρὸς τοὺς δυναμένους ἐν τῇ πόλει καὶ πρωτεύοντας ἀπεχθείας, μάλιστα δὲ Ἀριστείδην.* Excidit praepositionis sigla et scribendum: *μάλιστα δὲ* ΠΡΟΣ *Ἀριστείδην.*

Themist. 4. 14. *καταβιβάζων τὴν πόλιν πρὸς τὴν θάλασσαν ὡς* ΤΑ *πεζᾶ μὲν οὐδὲ τοῖς ὁμόροις ἀξιομάχους ὄντας, τῇ δ' ἀπὸ τῶν νεῶν ἀλκῇ — τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν δυναμένους.* Vera lectio est: ΤΩΙ ΠΕΖΩΙ *μέν terrestribus quidem copiis.*

Themist. 6. 15. *Θεμιστοκλέους γὰρ εἰπόντος καὶ τοῦτον (Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην) εἰς τοὺς ἀτίμους [καὶ παῖδας αὐτοῦ] καὶ γένος Ἔγραψαν.* Dele emblema ne perinepte bis idem dicatur et revoca ex plurimis et optimis libris necessarium ΕΝ*έγραψαν.*

Themist. 8. 22.

Παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς ἈσίΗΣ ἀπὸ χώρΑΣ.

Saepissime vidi in huiuscemodi carminibus et epigrammatis ineptum in modum Ionica et Dorica et Attica misceri. Constabant in ea re sibi, credo, poëtae veteres. Bene habet *Ἀσίας ἀπὸ χώρας* et *Ἀσίης ἀπὸ χώρης*, sed vulgata lectio nullo modo ferri potest.

Similiter peccatur in vita *Flaminini* 9. 11.

οὓς Τίτος εὐρείΗΣ ἦγεν ἀπ' �ΙταλίΑΣ.

et multis aliis locis et apud alios et apud Plutarchum.

Themist. 9. 1. *τῶν μέντοι περὶ Θερμοπύλας εἰς τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπαγγελθέντων [πυθόμενοι] Λεωνίδαν τε κεῖσθαι καὶ κρατεῖν Ξέρξην τῶν κατὰ γῆν παρόδων εἴσω τῆς Ἑλλάδος ἀνεκομίζοντο.* Qui haec verba diligenter consideraverit agnoscet *πυθόμενοι* esse interpolatum. Ut enim Latine dicitur: *allatus est nuncius Leonidam cecidisse*, sic Graece *ἀπηγγέλθη τὸν Λεωνίδαν κεῖσθαι.*

Themist. 9. 24. *μάχεσθαι μὲν γὰρ* ΟΥ *Διενοοῦντο.* Reponendum de more Graecorum ΟΥΔΕ *Διενοοῦντο ne cogitabant quidem.*

Ad eundem modum corrigendus est locus in *Fabio Max.* 9. 2. ubi editur: *ἀπολογεῖσθαι μὲν οὐδΕΝ ἐμέλλησεν.* Verum vidit Reiskius: *οὐδ' ἐμέλλησεν*, sed spernitur.

Themist. 10. 7. Θεμιςοκλέους λόγον ΔΙΔόντος, imo vero ΔΙΑΔόν-ος. *famam sparserat* Themistocles, non *rationes reddiderat.* Confunduntur inter se passim διαδούς — διδούς — δούς, δι-όναι — διαδιδόναι, δίδοσθαι — δεδόσθαι, in quibus distinguendis atione opus est, non libris.

Themist. 10. 13. (*Themistocles*) ψήφισμα γράφει τὴν μὲν πόλιν ·αρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀθηναίων (male Sintenis Ἀθηνάων) ιεδεούσῃ, τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις, ·αῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαςον ὡς δυνατόν. Comparandus est locus Aristidis Tom. II. pag. 256. Dindorf. *Themistocles*) γράφει τὸ ψήφισμα τοῦτο τὴν μὲν πόλιν παρακατα-έσθαι Ἀθηνᾷ Ἀθηνῶν μεδεούσῃ, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροι-ῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα, τοὺς δ' ἄλλους μβάντας εἰς τὰς τριήρεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι. Extabat enim Themistoclis ψήφισμα et erat in eruditorum maibus, et Aristides melius quam Plutarchus verba Themistoclis obis conservavit.

Themist. 10. 23. οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθη-αίοις. Plutarchus dicit *Athenienses pecuniam in aerario non haere*, οὐκ ὄντων δ' ἘΝ ΤΩΙ δημοσίΩΙ χρημάτων, ut omnes in a re loquuntur. Χρήματα δημόσια sunt *quae aerario debentur* raesertim ex bonis publicatis.

Themist. 11. 6. τοῖς ἐπὶ χρόνΩΙ μεθεςῶσιν lege ἐπὶ χρόνΟΝ t post pauca μαλακοῦ δὲ ΠΑΡΑ τὸν κίνδυνον εἶναι pro περί, et ΑΠαίρειν δὲ βουλομένου pro Αἴρειν.

Themist. 12. 1. λέγεται τὸν Θεμιςοκλέα περὶ τούτων ἀπὸ τοῦ αταςρώματος [ἄνωθεν] τῆς νεὼς διαλέγεσθαι. In marginem ableandum esse ἄνωθεν vel absurda sedes satis arguit. Perspicuum st ἀπὸ τοῦ καταςρώματος τῆς νεώς dirimi non posse.

Themist. 12. 5. παρεσκευάζοντο ναυμαχήσοντες. Certo et peretuo veterum usu dicitur παρεσκευάζοντο ὡC ναυμαχήσοντες. olus Thucydides nonnumquam ὡς omittit.

Themist. 13. 6. *spectabat pugnam Salaminiam Xerxes* γραμματεῖς πολλοὺς παρασησάμενος, ὧν ἔργον ἦν ἀπογράΦεσθαι κατὰ μάχην τὰ πραττόμενα. Legendum: τὰ κατὰ τὴν μάχην πραττόμενα.

Themist. 14. 2. Plutarchus scripserat, ut omnes Graeci solent, Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς — ἐν Πέρσαις λέγει ταῦτα. In libris est: ἐν τραγῳδίᾳ Πέρσαις.

Themist. 15. 2. *fama est in proelio Salaminio* ἦχον καὶ φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον — ὡς ἀνθρώπων ὁμοῦ πολλῶν τὸν μυστικὸν ἐξαγΑΓόντων Ἴακχον. Spernitur Corais certa emendatio ἐξαγόντων. Possumus ἀκούειν τινὸς λέγοντος vel ᾄδοντος, sed εἰπόντος ἀκούειν vel ᾄσαντος nemo potest.

Themist. 16. 19. Codices: ὅπως ἀπαλλαγήσΗται τὴν ταχίστην ἐκ τῆς Ἑλλάδος. Tollunt foedum barbarismum scribendo ἀπαλλαγήσΘται, sed sexcentis aliis locis ὅπως una vocali aut diphthongo mutata suum futurum amisit.

Themist. 17. 2. Θεμιστοκλεῖ δὲ καίπερ ἀκοντὶ ὑπὸ φθόνου τὸ πρωτεῖον ἀπέδοσαν ἅπαντες. Revocandum ex aliis libris ἄκοντΕC.

Themist. 18. 19. ἀληθεύων λέγεις, εἶπεν. Plutarchus, qui non sectatur novas dicendi formas, dixerat, ut reliqui omnes: ἀληθΗ λέγεις. Scribebatur ἀλῆ. Lepidum dictum Fabii est ad Livium de recepto Tarento in *Fabio* 23. 20. Dixerat Livius „*mea opera*, Q. *Fabi*, *Tarentum recepisti.*" (Cic. *de Senect.* 4. 11.). γελάσας οὖν ὁ Φάβιος „ἀληθῆ λέγεις (εἶπεν). εἰ μὴ γὰρ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ παρέλαβον."

Themist. 19. 19. restituendum: τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς διδόσαν λόγον ὡς ἐρίσαντΟC περὶ τῆς χώρας τοῦ ΠοσειδΩΝΟC δείξας τὴν μορίαν τοῖς δικασταῖς ἐνίκησεν. Sintenis ἐρίσαντΑ — ΤΟΝ Ποσειδῶ recepit, sed Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα non est Plutarcheae aetatis, et ἐνίκησεν absolute ponitur pro *superior discessit.*

Themist. 20. 24. τὸν Κίμωνα προήγονΤΟ ταῖς τιμαῖς. Verum

vidit Reiskius προῆγΟΝ reponens sed inconsulto spernitur: *Camill.* 38. 14. ἀντὶ πάντων τοῦτον προῆγεν, et alibi saepius.

Themist. 21. 17. in Timocreontis fragmento: ὃς Τιμοκρέοντα ξεῖνον ἐόντα — οὐ κατᾶγεν εἰς πατρίδα Ἰάλυσον. Mendosum est κατᾶγεν pro κατΑΓΑγεν.

Themist. 23. 4. ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραύληθεν. Scribendum Λεωβῶτης Ἀλκμέωνος ἈγρΤλῆθεν.

Themist. 23. 7. *Pausanias Themistoclem* ὡς εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολΙΤΕΙΑC. imo vero τῆς πόλΕΩC. Tralaticius in libris error natus ex πο. Paullo ante emendate scribitur 23. 1 ἐκπεσόντος δὲ τῆς πόλεως αὐτοῦ. cf. vitam *Luculli* 43. ἐπεὶ δὲ Τιγκέρων ἐξέπεσε τῆς πόλεως. et *Syllae* 10. 23. ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως.

Themist. 23. 14. *Themistocles Pausaniae consilia non patefecit* ἵνα παύσΑσθαι προσδοκῶν αὐτὸν εἶτ' ἄλλως καταφανῆ γενΕσθαι. Stephanus sensit παύσΕσθαι et γενΗΓεσθαι unice vera esse, sed Wintenis vetera vitia diligenter conservavit.

Themist. 24. 28. narratur inepta fabula τὸν Θεμιστοκλέα πλεῦσαι εἰς Σικελίαν καὶ παρ' Ἱέρωνος αἰτεῖν τοῦ τυράννου τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον —. ἀποΣτρΕψαμένου δὲ τοῦ Ἱέρωνος οὕτως εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπᾶραι. Duplex est in ἀποστρεψαμένου vitium. Alterum ex bono Codice sublatum est, in quo est ἀποΤρεψαμένου, alterum sic tollendum ut ἀποτρΙψαμένου legatur. cf. cap. 23. 11. τὴν μὲν δέησιν ἀπετρίψατο τοῦ Παυσανίου. cf. vitam *Luculli* 35. 20. οἱ δ' ἀπετρίβοντο τὰς δεξιώσεις. et *Fabii Maximi* 16. 42. ὁ δὲ ἀπετρίψατο τὴν δέησιν, alii libri ἀπετρέψατο.

Themist. 26. 1. πολλοὺς ᾤσθετο τῶν ἐπὶ θαλάττῃ παραΦυλάττοντας αὐτὸν [λαβεῖν]. Delendum est λαβεῖν, quod cum παραΦυλάττοντας coniungi non potest, et παραΦυλάττειν αὐτόν dicuntur qui Themistoclem *observabant*, id est eius opprimendi

occasionem captabant. cf. vitam *Timoleontis* 19. 5. δεδιότες τὰς Καρχηδονίων τριήρεις, αἳ παρεφύλαττον αὐτούς.

Post pauca supplendum: ἀνεφώνησϵΝ 'ϵΝ μέτρῳ ταυτί, pro ἀνεφώνησε μέτρῳ.

Themist. 27. 5. τοῖς δὲ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι καίπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συνταΤΤομένοις. Nihil significat συνταττομένοις: emenda συνταΡΑΤΤομένοις. Rationes temporum *vehementer perturbatas* esse dicit.

Themist. 32. 32. ex Platone Comico:

χὠπόταν ἅμιλλα τῶν νεῶν θεάσεται.

recte emendavit Porson.

χὠπόταν ἅμιλλ' ΎΗΙ τῶν νεῶν.

CAMILLUS.

Camill. 1. 10. τὸ γὰρ ἓξ ἄνδρας ἀλλὰ μὴ δύο τοῖς πράγμασιν ἐΦΙϛάναι παρεμυθεῖτο τοὺς βαρυνομένους τὴν ὀλιγαρχίαν. Vera lectio est ἐΦϵϛάναι, male a Sintenisio mutata. Saepissime in libris ἱϛάναι et ἑϛάναι cum compositis confunduntur, ut ἵϛασαν et ἕϛασαν.

Camill. 2. 10. μνημονεύεται δὲ τιμητοῦ αὐτοῦ ὄντος καλὸν ἔργον. Plutarchus vocalium concursum sedulo vitans scripsisse videtur τιμητϵΤοντος αὐτοῦ.

Eadem de causa 2. 28. οὐ πολὺν χρόνον [ἅμα] ὥρᾳ θέρους ϛρατεύειν importunum ἅμα delendum. Ὥρᾳ ἔτους in ea re tritissimum est, ut in *Timoleonte* 22. 31, ὡς ἔτους ὥρᾳ διαβησομένους εἰς Σικελίαν.

Plutarchus quum legisset apud Livium V. 21. „*inseritur huic loco fabula: immolante rege Veientium vocem aruspicis dicentis*, qui eius hostiae exta PROSECUISSET ei victoriam dari, *exsanditam in cuniculo* cet. haec ita Graece vertit 5. 23: λέγεται τυχεῖν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸν ἡγεμόνα τῶν Τυρρηνῶν ἐΦ' ἱεροῖς· τὴν δὲ μάντιν εἰς τὰ σπλάγχνα κατιδόντα [καὶ] μέγα Φθεγξάμενον

εἰπεῖν ὅτι νίκην ὁ θεὸς δίδωσι τῷ ΚΑΤΑΚΟΛΟΤΘΗΣΑΝΤΙ τοῖς ἱεροῖς ἐκείνοις. Xylander primus vidit Plutarchum quid esset PROSECUISSET non intellexisse et quasi id esset PROSECUTUS ESSET vertisse sine sensu κατακολουθήσαντι.

Camill. 4. 4. sine mora scribendum ἔμπειρον λογΙΩΝ παλαιῶν pro λόγων, et post pauca 4. 11. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου προθύμως καὶ Δόντος ἑαυτὸν εἰς κοινολογίαν, pro ΔΙΔόντος.

Camill. 7. 24. ἦν μὲν οὖν διὰ ταῦτα λυπηρός· ἡ δὲ Φανεραγάτη καὶ μεγίστη τῶν ἀπεχθειῶν κτέ. Legendum: ἦν μὲν οὖν ΚΑΙ διὰ ταῦτα λυπηρός.

Camill. 12. 1. ὁ μὲν οὖν κατήγορος ἦν Λεύκιος Ἀπουλήϊος, ἔγκλημα δὲ κλοπΗC περὶ τὰ Τυρρηνικὰ χρήματα. Scrib. ἔγκλημα δὲ κλοπΗ.

Camill. 12. 10. οἱ Φίλοι — ἀπεκρίναντο — τὴν ζημίαν ὀφείλοντι συνεκτίσειν. Non videtur Plutarchus, ut sequiores Graeculi, ὀφείλειν dixisse pro ὀφλισκάνειν et ὀφλεῖν, sed scripsisse τὴν ζημίαν ΟΦΛΟΝΤΙ (ὀφλόντι) συνεκτίσειν, ut in vicinia 13. 2. ὄφλε τὴν δίκην ἐρήμην, et sexcenties alibi.

Camill. 14. 7. ἔφη γὰρ — κληθεὶς ὑπό τινος φθεγξαμένου ΜΕΓΑ ϛραφῆναι. Emenda μεΤαϛραφῆναι, ut cap. 12. 15. μεταϛραφεὶς ὀπίσω καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας, et 42. 18. μεταϛραφεὶς εἰς τὸ Καπιτώλιον. et in *Lycurgo* 23. 15. ὡς δὲ μεταϛραφέντος οὐδαμοῦ φανερὸς ὁ φθεγξάμενος ἦν. et alibi passim.

Camill. 15. 8. ἐγγὺς Σεννώνων καὶ Κελτορίων. Sintenis Σεώνων, sed media brevi Σενόνων scribendum. In Κελτορίων quid ateat non exputo.

Camill. 15. 12. *Galli ruunt in Italiam* ἀράμενοι τὰ ὅπλα καὶ Ονέας ἀναλαβόντες. Optime Sintenis γΘνεάς correxit: sic nim Plutarchus *liberos* appellare solet et γονέας non est forma Plutarchea, apud quem semper τοὺς γονΘΙC, ἱερεῖς, βασιλεῖς et

similia omnia sine exceptione scribitur. Sine vitio scribitur in *Themistocle* 10. 35. γενεὰς μὲν ἄλλῃ προπεμπόντων. sed in *Fabio Max.* 26. 7. ἀναπείθων ἀπολιπεῖν γΟνέας καὶ γυναῖκας emendandum γΘνεάς, ut recte legitur in *Timoleonte* 34. 8. χρήματα καὶ γενεὰς ἀποδιδόντες. *Prolem* significat γενεά in *Alcibiade* 8. 17. ἄνπερ αὐτῷ σωμπέσῃ μὴ καταλιπόντι γενεὰν ἀποθανεῖν, id est, ut Veteres loquuntur, ἐὰν ἄπαις ἀποθάνῃ.

Sintenis, qui in notandis et emendandis accentibus diligens est admodum et quantitatis syllabarum peritus, turpe mendum reliquit in vita *Camilli* 17. 14. in Φιδηνάται -'Αρδεάται — Κατηνέται. Quidquid adiectivorum exit in -ATHC, -ITHC et -TTHC sine ulla exceptione habet penultimam longam. Sunt adiectiva huius generis innumerabilia cum sexcentis ἐθνικοῖς, in quibus omnibus semper anceps vocalis producta est: Σπαρτιάτης Σπαρτιᾶτις, πολίτης πολῖτις, πρεσβύτης πρεσβῦτις. Sic Τεγεάτης Τεγεᾶτις, Καρυάτης Καρυᾶτις, et reliqua ad unum omnia.

Itaque Plutarcho reddendum Φιδηνᾶται, 'Αρδεᾶται, Κατηνᾶται. In Codicibus omnibus, optimis pessimis, perpetuo in his peccari videbis. Graeculi enim quantitates ancipitum vocalium prorsus ignorabant: breves habent pro longis in τεθνᾰ̃ναι, ἑσᾰ̃ναι, δεικνῦναι, et contra longas pro brevibus ut in Σπαρτιάται, Τεγεάται similibusque. Nulla igitur in his rebus Codicum ratio est habenda. Quae sit cuiusque syllabae quantitas ex usu linguae, ex analogia, ex metro nos quidem liquido cognitum habemus, quid igitur imperitos huius rei homunciones moramur? Omnis igitur huiusmodi scripturarum sentina exhauriri poterit.

Contrario errore peccavit Sintenis in vita *Marii* 42. 24. ubi retinuit θῦταί τινες pro θύται τινές. Namque nomina in -ATHC, -ITHC et -TTHC *substantiva* a verbis derivata, quae in perfecto passivo penultimam habent brevem, ut ἐλήλαται, κέκριται, πέπλυται, τέθυται, λέλυται cet. habent omnia α, ι et υ correptum, ἐλάτης (κωπηλάτης), βάτης (ἀναβάτης), κριτής, πλυτής, λυτής (καταλυτής) et sic θύτης quoque. Nulla est in his exceptio et discrepantes lectiones non sunt unius assis.

Camill. 17. 32. ἵππον ἔχων ἐξήλασΘΝ ἀντίος. Forma ἀντίος

onibus et Herodoto est relinquenda. Scrib. *ἐξήλασεν* 'ϵΝ*αντίος*.

Camill. 18. 43. *post cladem Alliensem pars Romanorum Veios e recepit* ὡς τῆς Ῥώμης Οἰχομένης καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων ἀπολωότων. Non putabant Urbem *deletam* esse, sed esse *in hostium otestate.*

Itaque scribendum: ὡς τῆς Ῥώμης 'Εχομένης, ut in *Romulo* 8. 6. ἐχομένης δὲ τῆς ἄκρας. et in *Sylla* 29. 55. ὡς τῆς Ῥώμης χομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. et in *Theseo* 33. 1. ἐχομένων τῶν ΑΦιδνῶν. De urbe *vastata et solo aequata* οἴχεσθαι ponitur, ut n *Camillo* 25. 7. ἡ πόλις οἴχεται καὶ ἀπόλωλεν, sed quum treidantes Romani ex acie Alliensi Veios confugerent stabat Urbs, ed erat in hostium potestate.

Camill. 19. 51. ἐν τῷ περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν. Inscribebatur iber Αἴτια Ῥωμαϊκά, non ΑἰτίΑΙ. Itaque *αἰτίων* rescribendum.

Camill. 20. 28. *και πλεῖϛος μὲν λόγος κατεῖχε τὸ* Τρωϊκὸν κεῖΝΟ Παλλάδιον ἀποκεῖσθαι. Recte Schaeferus κατέχει, deinde cribe τὸ Τρωϊκὸν ἐκεῖ (*in sacrario Vestae*).

Post pauca 20. 41. felicissime Coraës pro *πιθΗκων* emendarit *πιθΙϹκων*. Romani *doliola* appellabant.

Camill. 22. 6. Brennus cepit Romam ἑξήκοντα καὶ τριακοτίων ἐτῶν πλείονα βραχΤΝ χρόνον ἀπὸ τῆς κτίσεως ἔχουσαν. Reponunt *βραχύ*, sed verius est et usitatius *βραχύ* ΤΙ.

Camill. 23. 10. λαμβάνων διαλογισμοὺς οὐχὶ τὸ λαθεῖν — ἀγαπῶντος [τοῦ] ἀνδρὸς ἀλλ' ὅπως — ἀμυνεῖται σκοποῦντος. Male sprevit Sintenis certam Stephani correctionem τοῦ expungentis.

Camill. 28. 5. Plutarchus, qui solet esse admodum perspicuus ad intelligendum, nonnumquam obscura et atra verborum compositione utitur. Quis statim ad primam lectionem intelligit haec: τὸ βάθος τῆς τέφρας ἀέρα ξηρότητι καὶ δριμύτητι Φαῦλον ὑπὸ πνευμάτων καὶ καυμάτων ἀναθυμιώσης ἐλυμαίνετο τὰ τώματα διὰ τῆς ἀναπνοῆς.

Alias atque alias comminiscitur causas cur Galli Roma cedere cuperent, in his (28. 12.) *morbum pestilentem, quo tot homines perirent ut sepeliri omnes non possent.* Veriora tamen Polybius

narraverat, sed surdis cecinit auribus. Plutarchus tamen Polybii testimonium optime noverat, ut apparet ex libro *de fortuna Romanorum* pag. 325 *f.* sed maluit absurdas Romanorum fabulas iterare. Dum aurum penderetur necopinato Camillus Dictator intervenit, aurum auferri iussit et Gallis denuntiavit ut quam primum discederent. Stomachari Brennus, sed quid faceret? Nesciverat enim ὡς σιδήρῳ πάτριόν ἐϛι Ῥωμαίοις, οὐ χρυσῷ τὴν πατρίδα σώζειν. Quam sint haec omnia absurda et cum rerum natura pugnantia ostendimus ad Dionysium pag. 227.

Camill. 29. 27. ὡπλισμένος λαμπρῶς καὶ τεθαρρηκότας ἔχων [τότε] τοὺς Ῥωμαίους. Vetus est dittographia ΤΟΤϵ et ΤΟΤϹ.

Camill. 36. 11. *M. Manlius Capitolinus* μὴ δυνάμενος τὸν Κάμιλλον ἀπὸ τοῦ βελτίϛου [τρόπου] τῇ δόξῃ παρελθεῖν ΤΠΟθεσιν τυραννίδος ἐποιήσατο κοινὴν καὶ συνήθη δημαγωγῶν τοὺϛ πολλούϛ. Expungendum est τρόπου. *Bonis artibus, bona fide, candide, sincere*, Graece dici solet ἀπὸ τοῦ βελτίϛου, ut in *vita Themistoclis* 3. 13. πολιτευόμενος ἀπὸ τοῦ βελτίϛου. *de genio Socratis* pag. 594 *c.* ἀπὸ τοῦ βελτίϛου παραινοῦντες, et passim alibi. Contrarium est παρὰ τὸ βέλτιϛον. Similiter ἐκ τοῦ βελτίϛου, πρὸϛ τὸ βέλτιϛον dicebant, sed nemo τρόπου vel τρόπον addit.

Optime intelligitur ex oppositione ut in vita *Themistoclis* 3. 14. οὐ πρὸϛ χάριν — ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βελτίϛου.

Praeterea pro ΤΠΟθεσιν τυραννίδος ἐποιήσατο, quod nihil significat, emendandum ϵΠΙθεσιν. Quid notius quam ἐπιτίθεσθαι τυραννίδι, *affectare regnum*, et τυραννίδος ἐπίθεσις? Frequenti autem omnium usu pro ἐπέθετο dixit ἐπίθεσιν ἐποιήσατο. Diodorus Sic. XX. 54. (*Agathocles*) ἐφόρει ἀεὶ ϛέφανον, ὃν κατὰ τὴν ἐπίθεσιν τῆϛ τυραννίδος ἔκ τινος ἱερωσύνης περικείμενος οὐκ ἀπέθετο περὶ τῆϛ δυναϛείας ἀγωνιζόμενος.

Longe diverso sensu dicitur in *Timoleonte* 2. 10. τῆϛ ϛρατηγίας ὑπόθεσιν τὴν τυραννίδα πεποιημένος, οὐ τὴν Συρακοσίων ἐλευθερίαν, id est ἐϛρατήγησεν ὅπως τύραννος αὐτὸς γενήσεται, οὐχ ὅπως τοὺϛ Συρακοσίους ἐλευθερώσει.

Camill. 40. 21. ὡς ἀπολισθΑΙνειν ἢ κατάγνυσθαι τὰς μαχαίραϛ. Frequens hoc vitium est in Plutarchi libris et scriptis et

editis *ὀλισθαίνω* cum compositis pro *ὀλισθάνω*. Sero nati Graeculi sic loqui coeperunt. Arguunt vitiosam formam testimonia poëtarum.

Camill. 42. 8. *Senatus Camillum dictatura se abdicare passus non est ὡς μετ' ἰσχυρᾶς καὶ μεγάλης ἐξουσίας τῆς ἐκείνου μαχΗCΟμένων ἂν βέλτιον ὑπὲρ τῆς ἀριστοκρατίας.* Non multos puto nunc superesse qui serio credant *ἄν* cum futuro componi posse. Corrigamus igitur *μαχϵCΑμένων ἄν.*

Camill. 42. 20. *ὑποσχόμενος ναὸν Ὁμονοίας καταστήσειν τῆς ταραχῆς καταστάσης*, neque cuiusquam aures hoc ferre possunt et *καθιστάναι ναόν* non est Graecum. Pro *καταστήσειν* ex aliis libris recipiendum *ἱδρύσειν*, quod ex Graeci lectoris coniectura natum est, sed bona et probabili.

Camill. 43. 3. *ἐτελεύτησε δὲ καὶ Κάμιλλος ἡλικίας μὲν οὔνεκα καὶ βίου τελειότητος* [*ὡς*] *εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ὡραῖος.* Delendum est importunum *ὡς* contra dicendi usum illatum. Quid est in tali re usitatius quam *εἴ τις ἄλλος, εἴ τις καὶ ἄλλος, si quis alius.*

PERICLES.

De vita Periclis diligenter egimus in *Miscellaneis Philologicis et Criticis* (Mnemosyne. 1873. pag. 128 sqq.) quorum summam paucis verbis referemus nonnullis additis quae repetita lectio suppeditavit.

Pericl. 1. 4. *Ἡ Γεμονικῶς σφόδρα νουθετήσας.* Leg. ΚΗΔεμονικῶς.

Pericl. 2. 3. *οὐδεὶς εὐφυὴς νέος — ἐπεθύμησε γενέσθαι — Ἀνακρέων ἢ* ΦΙΛΗΜΩΝ *ἢ Ἀρχίλοχος ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν.* Leg. *ἢ* ΙΠΠΩΝΑΞ *ἢ Ἀρχίλοχος.*

Pericl. 5. 19. *ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν — ἐν ταῖς ΠεριΦοραῖς.* Leg. CTM*περιΦοραῖς.*

Pericl. 5. 23. *δοξοκοΜπίαν — δοξοκοΜπεῖν, ὡς τῆς προσποιήσεως αὐτῆς τῶν καλῶν ΤΠΘποιούσης τινὰ λεληθότως ζῆλον.* Lege *δοξοκοπίαν — δοξοκοπεῖν* et *ΘΜποιούσης τινὰ ζῆλον.*

Pericl. 6. 2. *Pericles δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερΟC ΟCην πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ΘΡγάζεται τοῖς αὐτῶν τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσιν.* Leg. *καθυπέρτερΟC ἦν ΤΟ πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ΘΝεργάζεται*, et post pauca: *τὴν — εὐσέβειαν ΘΝεργάζεται* pro *ἐργάζεται.*

Pericl. 7. 9. *ἐπειδὴ δ' Ἀριστείδης μὲν ΑΠΟτεθνήκει καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει.* Leg. *μὲν Θτεθνήκει.*

Pericl. 7. 27. *τῆς δ' ἀληθινῆς ἀρετῆς κάλλιστα τὰ ΜΑλιστα Φαινόμενα.* Leg. *τὰ Ἥκιστα Φαινόμενα.*

Pericl. 7. 35. *Φίλους καὶ ῥήτορας ἐτΑΙρους καθιεὶς ἔπραττεν.* Leg. *ἐτΘρους.*

Pericl. 8. 3. *παρενέτεινε πολλαχοῦ τὸν Ἀναξαγόραν.* Leg. *παρενΘΙΡΕ τὸν Ἀναξαγόραν.*

Pericl. 9. 16. *συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἰήθεν.* Leg. *Δάμωνος Δαμωνίδου Ὀαθεν.*

Pericl. 10. 2. *Λακεδαιμονίων — ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκήν.* Leg. *τὴν Ταναγρικήν.*

Pericl. 10. 8. *διὸ καὶ δοκεῖ Περικλῆς ἐρρωμενεςάΤΗΝ μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι.* Leg. *ἐρρωμενέςαΤΑ ΤΗΝ μάχην ἐκείνην.*

Pericl. 10. 11. *οὓς Περικλῆς συνεπητιᾶτο τοῦ Λακωνισμοῦ.* Leg. *συνεπητίατο. insimulaverat* non *insimulabat.*

Pericl. 10. 30. *γραῦς εἶ ὡς πράγματα τηλικαῦτα πράττειν.* Leg. *γραῦς εἶ ὥσΤΘ.*

Pericl. 10. 35. Ἐφιάλτην Φίλον γενόμενον καὶ κοινωνΟΝ ΟΝΤΑ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως. Dele molestum participium ὄντα.

Pericl. 11. 26. χιλίους μὲν ἔσεισεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους, — ς δὲ Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων. Supple TOTC ἡμίσεις.
Post pauca: ἄλλους δ' εἰς ΙταλίΑΝ οἰκιζομένης Συβάρεως. eg. Ἰταλίαν ΑΝοικιζομένης τῆς ΣυβάρΙΟC.

Pericl. 11. 32. Φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν [ΤΙ] παρακατοικίων τοῖς συμμάχοις. Dele τι.

Pericl. 12. 9. lege ἣ δ' ἘCΤΙΝ (pro ἔνεσιν) αὐτῷ — εὑπρεεσάτη τῶν προφάσεων.

Pericl. 12. 22. ΔΕΙ δὲ — εἰς ταῦτα τὴν εὐπορίαν τρέπειν ὑτῆς. Scribendum ΔΕΙΝ δέ.

Pericl. 13. 9. ἐγὼ ΔΕ πολλῷ χρόνῳ. Leg. ἐγὼ Δ' ἘΝ ολλῷ χρόνῳ. In talibus praepositio numquam omittitur. Cranus:

ταῦτα δυοῖν ἘΝ ἑτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

Pericl. 13. 11. ὁ δὲ — προδανεισθεὶς χρόνος — τὴν ἰσχὺν ποδίδωσιν. Leg. TON TOKON ἀποδίδωσιν.

Pericl. 13. 25. Μεταγένης ὁ ΞυπέτΙΟC τὸ διάζωμα — ἐπέσησεν. eg. ὁ Ξυπεταιών.

Pericl. 13. 38. Cratini locus sic scribendus:

ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε
προσέρχεται τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων, ἐπειδὴ τοὔσρακον παροίχεται.

xpuncto Περικλῆς (Περικλέης) post προσέρχεται.

Pericl. 13. 55. scribe τῆς ΤΓΙείας Ἀθηνᾶς pro Τγείας, et 13. 58. ἐν τῇ στήλῃ ΑΝΑγέγραπται pro ΕΙΝΑΙ γέγραπται.

Pericl. 13. 64. *εἰς τὴν Μενίππου γυναῖκα διαβάλλοντες ἀνδρὸς φίλου καὶ* 'ΤΠΟστρατηγοῦντος. Leg. *καὶ* CΤστρατηγοῦντος.

Pericl. 17. 37. *Anaxagoras τὴν χώραν ἀΦῆκεν ἀργὴν καὶ μηλόβοτον.* Scrib. *ἀΝῆκεν.*

Pericl. 18. 10. *πεπεικότα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τοὺς ἀρίστους ἐθελοντὶ στρατεύεσθαι.* Lege *ἐθελοντάς* et CΤστρατεύεσθαι.

Pericl. 24. 39. *Κρατῖνος — εἴρηκεν·*
Ἥραν τέ οἱ [Ἀσπασίαν] τίκτει.
Tolle manifestum emblema.

Pericl. 26. 11. *Πλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ Μέλισσος — ἔπεισε τοὺς πολίτας ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις.* Leg. *'ΑΠΟπλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ.*

Pericl. 26. 28. versiculus Aristophanis:
Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.
inter duos interlocutores sic dividendus est:
Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν. Β. *ὡς πολυγράμματος.*

Pericl. 28. 2. *ὁ Περικλῆς (τοὺς Σαμίους) χρήμασι πολλοῖς ἐζημίωσεν, ὧν τὰ μὲν εὐθὺς ἤνεγκαν οἱ Σάμιοι, τὰ δ' ἐν χρόνῳ ῥητῷ ταξάμενοι κατOΙσειν ὁμήρους ἔδωκαν.* Scribendum: *ταξάμενοι κατΑΘΗσειν.*

Pericl. 28. 18. *Pericles τὸν λόγον εἰπὼν ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐπὶ τῶν σημάτων ἐθαυμασΤΩθη.* Imo vero *ἐθαυμάσθη*, ut omnibus ubique consuetum est dicere.

Pericl. 29. 2. *Κερκυραίοις — ἔπεισε τὸν δῆμον ἀποστεῖλαι βοήθειαν — ὡς ὅσον οὐδέπω Πελοποννησίων ἐκπεπολεμωμένων πρὸς αὐτούς.* Requiritur *futurum* *ἐκπεπολεμωCOμένων.*

Pericl. 30. 4. *εἰπεῖν Πολυάλκη τῶν πρέσβεων* TINA. Leg. *τῶν πρέσβεων* ΕNA.

Pericl. 32. 17. *Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως.* Leg. *φοβηθεὶς 'ΤΠεξέπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως.*

Pericl. 33. 18. τῷ δὲ Περικλεῖ δεινὸν ἐφαίνετο πρὸς τοὺς ἑξακισ-ΜΤΡίους Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν ἐπλίτας — μάχην συνάψαι. Facile credimus, namque haec quidem dementia erat. Sed Plu-:archus scripsisse videtur ἑξακισχιλίους.

Pericl. 34. 8. *Pericles* κληρουχίας 'ΑΝέγραφεν, sed ἀναγράφειν est *in tabulas referre*, et Pericles de coloniis deducendis *ad po-ɔulum ferebat* Ἐγραφεν.

Pericl. 34. 21. scribendum de Hutteni sententia a Sintenisio probata: ἠγριώθησαν πρὸς τὸν Περικλέα καθάπερ πρὸς ἰατρὸν ἢ πατέρα τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες καὶ ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν. deinde pro 'ΑΝΑπεισθέντες reponendum Πεισθέντες. vera esse *credebant* quae Periclis inimici iactabant.

Pericl. 35. 16. πολιορκήσας τὴν 'ΙΕΡΑΝ 'Επίδαυρον. Vera lectio est τὴν ΑΙΜΗΡΑΝ 'Επίδαυρον. cf. *Mnemosyne* 1873. pag. 140.

Pericl. 36. 8. χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν γλίσχρΑ καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος. Leg. γλίσχρως. Pericles sumtuoso filio *maligne* sumtus praebebat. cf. vit. *Alcibiadis* 25. 4. γλίσχρως χορηγοῦντα et iterum 35. 23. γλίσχρως χορηγῶν.

Deinde expunge emblema in his: τὸ δὲ μειράκιον [ὁ Ξάνθιππος] ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθείς.

Tum scribe: ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι — τοὺς λόγους οὓς ἐποιεῖΤΟ μετὰ τῶν σοφιστῶν, pro ἐποίει.

Pericl. 37. 5. ἀθυμῶν καὶ ΚΕΙμενος οἴκοι διὰ τὸ πένθος. Leg. ΚΑΘΗμενος οἴκοι. Non *iacebat* domi Pericles sed *desidebat* omissa omni reipublicae cura.

Pericl. 37. 20. ἐπράθησαν — ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ κτέ. Nimis durum et iniquum est ἐπράθησαν. *Amiserunt civitatem* et sic opponuntur τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ μείνασιν. Itaque 'Απηλάθησαν verum esse videtur.

Post pauca: ὡς δίΚΗΝ ΤΙΝΑ δεδωκότι τῆς ὑπεροψίας. Leg. δίκην 'ΙΚΑΝΗΝ δεδωκότι. Videbatur SATIS *dedisse poenarum.*

Pericl. 38. 11. ἤδη δὲ πρὸς τῷ τελευτᾶν ὄντος αὐτοῦ ΠΕΡΙκαθήμενοι τῶν πολιτῶν οἱ βέλτιστοι — λόγΟΝ ἐποιοῦντο τῆς ἀρετῆς. Leg. ex Codice C ΠΑΡΑκαθήμενοι, deinde λόγΟΤC ἐποιοῦντο ΠΕΡΙ τῆς ἀρετῆς.

Pericl. 38. 22. οὐδεὶς — δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο. Perineptum est τῶν ὄντων Ἀθηναίων. Lege τῶν ΠΟΛΙτῶν et Ἀθηναίων expunge.

Pericl. 39. 18. reprehenduntur poëtae τοὺς θεοὺς ταραχῆς καὶ δυσμενείας καὶ ὀργῆς ἄλλων τε μεστοὺς παθῶν ἀποφαίνοντες οὐδ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι προσΗΚόντων. Lege προσόντων frequens in tali re verbum, quod saepius in προσήκοντα (pro προσόντα) depravatum vidi.

FABIUS MAXIMUS.

Fab. Max. 4. 13. τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἁπαντῶντος αὐτῷ τὸν ὑπηρέτην πέμψας ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξΑΙ καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον ἰδιώτην ἁπαντᾶν. Natura rei aliam verborum compositionem postulat et pro ἀπαλλάξΑΙ restituendum ἀπαλλάξΑΝΤΑ. *Missis lictoribus et depositis imperii insignibus consulem* ad sese *accedere iussit.*

Fab. 4. 21. οὐ δεισιδαιμονίαν ἐργαζόμενος ἀλλὰ θαρρύνων εὐσεβείᾳ τὴν ἀρετήν. Recte Bryanus ἐΝεργαζόμενος. Sprevit Sintenis alios locos similiter corruptos obmovens, sed in tali re non libri tralaticio errore vitiati consulendi sunt, sed ratio et dicendi usus. *Excitare in hominum animis* superstitionem aut fiduciam aut spem aut quidquid humana pectora commovet dicitur δεισιδαιμονίαν, θάρσος, ἐλπίδα ἐΜποιεῖν sive ἐΝεργάζεσθαι, et sicubi (ut saepissime fit) praepositio in talibus intercideret tuto reponetur. Itaque in vita *Lycurgi* 30. 38. scribendum εὐπείθειαν ἐΝεργάσασθαι, ut statim emendate scriptum est ἐπιθυμίαν ἐνειργάζοντο, in *Pericle* 6. 3. θάμβος ἐΝεργάζεται,

in *Numa* 16. 18. ἔρωτα δριμὺν 'ЄΝεργάζεται. in *Comparat. Cim. et Lucull.* 2. 14. εὐπείθειαν 'ЄΝεργάσασθαι δι' εὔνοιαν, et aliis locis.

Sine mendo ἐμποιεῖν et ἐνεργάζεσθαι et apud Plutarchum et apud alios saepissime legitur.

Fab. 4. 28. Plutarchus quod legerat apud Livium (quem solum in Fabii vita habebat auctorem ac testem) XXII. 10. „*ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus millibus trecentis triginta tribus triente.*" sic Graece reddidit: ὁ δικτάτωρ εὔξατο τοῖς θεοῖς — θέας ἄξειν ἀπὸ σηςερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔτι τριτημορίου προσόντος. τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐςιν ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί. Mirifice haec corrupta et turbata sunt non sine quadam (ut suspicor) ipsius Plutarchi negligentia. HS 333 333⅓ drachmae sunt (quarta pars) 83 333 cum triente. Quia in re tam simplici errari vix potest, corrigendum esse videtur: ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι ΤΡΙΑκόσιαι ΤΡΙΑκοντα τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί. In priore parte loci fortasse olim scriptum fuit ἀπὸ σηςερτίων μυριάδων τριάκοντα τριῶν καὶ τρισχιλίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ut scribarum, non Plutarchi, sit error. Sed tota res levis est et superstitionem hanc in numeris semel observasse sufficit.

Fab. 8. 9. διέφθειρεν οὐκ ὀλίγους καὶ φόβον ΠЄΡΙέςησε πᾶσιν ὡς πολιορκησομένοις. Summa constantia Graeci dicebant φόβον, δέος et sim. ΠΑΡιςάναι, non ΠЄΡΙιςάναι. Proprie παριςάναι est *in mentem dare*, ut παρίςασθαι *in mentem venire*, deinde ferme (ut in ἐμποιεῖν et ἐνεργάζεσθαι videmus) est in animis et mentibus hominum *excitare*, *commovere*, φόβον παριςάναι *terrorem incutere*, θάρσος π. *animos addere*, ἐλπίδα π. *spem movere* et similiter in aliis. Exempla sunt ubique obvia, ut in *Fabio* 15. 21. τοῦτο τοῖς Καρχηδονίοις ἰδοῦσι θάρρος παρίςη, et ubi non?

Fab. 12. 9. ὦ Ἡράκλεις, [ὡς] τάχιον μὲν ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἔσπευδε Μινούκιος ἑαυτὸν ἀπολώλεκεν. Eli-

minandum videtur supervacuum et molestum ὡς. Ὅσῳ τάχιον recte dicitur sed h. l. minus commodum est.

Fab. 14. 9. *Terentius Varro* ἐβόα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μένειν τὸν πόλεμον ἄχρι οὗ Φαβίοις χρῆται στρατηγοῖς ἡ πόλις. Legendum μενεῖν et χρήCΘται.

Fab. 16. 4. (ὁ ἄνεμος) αἴρων κονιορτὸν — ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐώθει καὶ προσέβαλλε τοῖς προσώποις ἀποστρεφομένοις καὶ συνταραττομένοις. Livius XXII. 46. „*Ventus adversus Romanis cortus multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.*" Participia ἀποστρεφομένοις καὶ συνταραττομένοις cum προσώποις coniungi non posse sed ad Romanos referenda esse perspicuum est. Itaque corrigendum τοῖς προσώποις ἀποστρεφομένΩΝ καὶ συνταραττομένΩΝ.

Fab. 17. 14. (*Hannibalem*) ὥσπερ λῃστὴν μεγάλῳ τῷ στρατοπέδῳ πλανώμενον καὶ περιΦΘερόμενον. Alienum est ab h. l. περιφέρεσθαι. Etiam nunc (ut toties alibi) περιΦθειρόμενον in περιφερόμενον depravatum est, quod odiose et contemtim dicitur *de praedonum agmine* huc illuc sine certo consilio circumvagantium. Cf. *Observatt. ad Dionys. Halic.* pag. 16 et 121.

Fab. 18. 17. ὡς ἄν τις αἴσχιστα καὶ δυσποτμότατα πεπραχώς. Nesciebant sero nati Graeculi *de fortuna, qua quis utitur*, πεπραγέναι dici, *de actionibus* πεπραχέναι. Itaque veterem formam et obsoletam mutare solent in eam quam solam noverant, et raro vera forma πεπραγέναι ex scribarum manibus illaesa evasit. Cf. *Philopoem.* 16. 28. τοῖς παρ' ἀξίαν πεπραχόσιν ἐπεμβαίνειν. et ibid. 20. 14. εὖ λέγεις, εἰ μὴ πάντα κακῶς πεπράχαμεν. Lepidus locus est in Plutarchi *Praeceptis reip. gerendae* pag. 803 *e*. (*Democrates*) παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον dixit: Οὐκ ἂν ἐβουλόμην κακῶς οὕτω πεπραχέναι τὴν πόλιν, ὥστε κἀμοῦ συμβουλεύοντος ὑμᾶς ἀκούειν. Haec omnia ad veram formam refingenda sunt.

Est in his quaedam peccandi constantia, qua librarii et correctores similia omnia similem in modum depravant. Leve est κακῶς πεπραχέναι pro πεπραγέναι, sed prorsus absurdum est

quod in *συνείλοχα* factum videmus. Omnibus enim locis, ubi apud Plutarchum *συνείλοχα* olim legebatur, nunc *συνείλΗχα* in omnibus libris scriptum est. vide Sintenisium ad *Syllam* p. 42.

Fab. 22. 4. *Fabius misit milites αὐτομόλους τοὺς πολλοὺς καὶ τῶν ἐκ Σικελίας — ἀτίμων τοὺς ἀχρηστοτάτους καὶ μετ' ἐλαχίστης τῇ πόλει λύπης καὶ βλάβης ἀπολΛΤμένους.* Receptam oportuit certam Bryani emendationem *ἀποΛΟΤμένους*. Sexcenties in libris *ἀπολλύμενος*, *ἀπολούμενος* et *ἀπολόμενος* inter se confunduntur.

Fab. 23. 5. *πάλαι μὲν ἐώρα χαλεπΟΝ αὐτοῖς, νῦν δ' ἀδύνατον.* Leg. *χαλεπὸν ΤΟΝ*. Saepissime sic necessarium ὄν periisse videbis, ubi — ON praecedit.

Fab. 25. 28. *Fabius Scipionis consiliis obsistens videbatur populo velle ne, si a Scipione debellatum foret, αὐτὸς ἀργὸς φανῇ καὶ κακὸς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ διαπεπολεμηκώς.* Nihil huic loco deest praeter negationem *ἐν τοσούτῳ χρόνῳ* ΟΤ *διαπεπολεμηκώς*.

Fab. 26. 7. *ἀπολιπεῖν* ΓΟ*νέας καὶ γυναῖκας.* Lege *γΘνεάς*, id est *παῖδας*, ut Plutarchus dicere solet. *Parentes* appellat *οὺς γονεῖς*, non *τοὺς γονέας*, quae Attica forma est. vide quod pag. 149.

Comparat. Pericl. et Fabii 1. 11. *Περικλεῖ αἱ τοῦ Κίμωνος ὑπραξίαι — Θορτάσαι μᾶλλον καὶ ΘΜπανηγυρίσαι τὴν πόλιν — παρέδωκεν.* Soloeca haec oratio est et certa est Stephani emendatio non recepta *ΘΝεορτάσαι*.

Comparat. Pericl. et Fabii. 2. 11. Scribe: *ὥσπερ αὖ πάλιν ΔΔΘΝ σφάλμα λέγεται Περικλέους οἷον ἐσφάλη Φάβιος*, pro *Δδὲ σφάλμα*.

ALCIBIADES.

Alcibiad. 1. 8. (*Alcibiades*) τῆς Σωκράτους εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας οὐ μικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν. Φιλανθρωπίας magnam habet a Codd. commendationem sed sententia loci φιλίας postulat. Nulla enim fuit Socratis erga Alcibiadem φιλανθρωπία singularis, unde eius gloria augeri potuit, sed propter Socratis amicitiam crebra erat Alcibiadis mentio in Socraticorum dialogis apud Platonem, Aeschinem, Antisthenem, alios. Vide duos eximios locos ex Aeschinis *Alcibiade* apud Aristidem Tom. II. pag. 292 et 369 Dindorf.

Φιλία et φιλανθρωπία (scribebatur φιλᾱνία) confusa videbis in vita *Catonis minoris* cap. 29. 29.

Alcib. 1. 29. ex Archippo Comico: βαδίζει διακεχλιδὼς θοιμάτιον ἕλκων ὅπως ἐμφερὴς μάλιστα τῷ πατρὶ δόξειεν εἶναι, κλασταυχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.

Poëta dedisse videtur:

θοιμάτιον ἕλκων ὅπως
ΠΡΟCεμΦερὴς μάλιστα δόξΕΙ τῷ πατρί,
κλασαυχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.

nihil interest inter ἐμφερής et προσεμφερής, quod ex Aristophane affert Pollux IX. 130. Quod lepide finxit Comicus παρὰ τὸ κλᾶν τὸν αὐχένα ΚΛΑΣαυχενεύεται recte Bryanus restituit.

Alcibiad. 2. 36. ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρΩΝ διατριβῶν — ὁ αὐλός. Non sunt διατριβαὶ ἐλεύθεραι ut neque δοῦλαι. Emenda igitur: ἐλευθερΙΩΝ.

Alcib. 3. 3. *quum Alcibiades ex tutoris aedibus clam elapsus lateret* βουλομένου αὐτὸν ἀποκηρύττειν Ἀρίφρονος Περικλῆς οὐκ εἴασεν εἰπών· εἰ μὲν τέθνηκεν ἡμέρᾳ μιᾷ διὰ τὸ κήρυγμα φανῆσθαι πρότερον, εἰ δὲ σῶς ἐστὶν ΆCΩCTON αὐτῷ τὸν λοιπὸν βίον ἔσεσθαι. Neque ἄσωτος dicebant Graeci pro ἄσωτος et hoc ipsum loco non convenit. Ἄσωτος enim et ἀσώτως ἔχειν proprie dicuntur aegroti *quibus nulla superest spes salutis*, deinde ioco Attico nepotes et luxuria diffluentes ἄσωτοι appellabantur, unde

ἀσωτεῖον locus est, ubi tales congregantur. Plutarchum scripsisse existimo 'ΑΒΙΩΤΟΝ αὐτῷ τὸν λοιπὸν βίον ἔσεσθαι propter rei turpitudinem ac dedecus. Simile κήρυγμα est in Plauti *Menaechmis* in Prologo 46.

propterea illius nomen memini facilius
quia illum clamore VIDI *flagitarier.*

quia autem verba sensuum inter se commutare magis est Αἰσχύλειον quam Plautinum correxerim:

clamore AUDIVI *flagitarier*,

ut omnes homines loquimur.

Tritum est Athenis βίος ἀβίωτος, οὐ βιωτός, ζῆν βίον ἀβίωτον. Philemon in Stobaei *Floril.* 98. 14.

ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βίον.

ubi ἄνθρωποι scribendum. Ut animi Graecorum facile excandescunt, ponuntur haec etiam de re non ita magna, ut in *Pluto:*

τετταράκοντα (τάλαντα) βούλεται
ἢ φησιν οὐ βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον.

Alcib. 3. 6. *insimulatur Alcibiades ab Antiphonte* ὅτι τῶν ἀκολουθΟΥΝΤων τινὰ κτείνειεν ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ ξύλῳ παράξας. Difficile dictu est quid sit ἀκολουθεῖν τινὶ ἐν παλαίστρᾳ, sed Plutarchus scripserat τῶν ἀκολούΘΩΝ τινά, *servulum* quemdam suum et *pedissequum* in palaestra necasse arguitur. Ne tenuiores quidem et pauperculi Athenienses ἄνευ ἀκολούθου in publicum prodire solebant. Parasiti apud Eupolidem (Athen. pag. 236 *e.*) ita cantant:

ἀκούσαθ' ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ
ἄνδρες, ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν,
ἀλλότριος τὰ πολλά, μικρὸν δέ τι κἀμὸν αὐτοῦ. cf. quae de ea re scripsit Naber. ad Isaei Orationes in *Mnemosyne* 1877. pag. 404. De ipso Alcibiade Plato in *Symposio* pag. 212 *d.* ἔχειν οὖν αὐτὸν παρὰ σΦᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων.

Alcib. 4. 14. ὑπὸ τῶν πρὸς χάριν 'ΕΞομιλούντων. Miror unde molesta et importuna praepositio irrepserit, nam πρὸς χάριν μιλεῖν omnibus Graecis est in ore.

Alcib. 4. 18. *Alcibiades familiaritatem cum Socrate coniunxit* λόγων ἀκούσας οὐχ ἡδονὴν ἄνανδρον ἐραστοῦ θηρεύοντος οὐδὲ φιλημάτων καὶ ψαύσεως προσαιτοῦντος. Verbum προσαιτεῖν *emendicare* non illepide in ea re positum cum accusativo coniungitur: itaque legendum φιλήμαΤΑ καὶ ψαύσΘΙC προσαιτοῦντος.

Alcib. 5. 17. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ τελῶναι ἐξηπορήθησαν. Plutarchus sedulo vitans vocalium concursum usus est verbo quo solet ΔΙηπορήθησαν, ut in *Coriol.* 13. 12. τῆς δὲ βουλῆς διαπορουμένης. et in *Catone minore* 16. 32. ἀπῆλθε σιωπῇ διηπορημένος. et passim alibi.

Confusa δι et ἐξ saepe notavimus.

Post pauca: ὁ δ' Ἀλκιβιάδης οὐκ εἴα λαβεῖν ἔλαττον ταλάντου· διδόντων δὲ [τὸ τάλαντον] ἐκέλευσεν ἀποστῆναι λαβόντα. Supervacuum τὸ τάλαντον vel auris arguit eximi oportere.

Alcib. 6. 13. ὑποψίαν τοιαύτην δίδωσιν. Usus loquendi requirit 'ΘΝδίδωσιν. Plato *de Legg.* pag. 887 *e.* ὡς ὅτι μάλιστα ἴντων καὶ οὐδαμῇ ὑποψίαν ἐνδιδόντων ὡς οὐκ εἰσὶ θεοί. Demosthenes pag. 1407. 2. τοῦ μὲν συνεξαμαρτάνειν τισὶν οὐδ' ὑποψίαν ἐνδοὺς τοῖς ἄλλοις.

Alcib. 6. 15. *Alcibiadem* οἱ διαφθείροντες ἐνέβαλλον οὐ καθ' ὥραν εἰς μεγαλοπραγμοσύνην [ἀναπείθοντες] ὡς — ἀμαυρώσοντα τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς καὶ δημαγωγοὺς εὐθύς. Ubi ἀναπείθοντες expunxeris recte et ordine procedet oratio. Nunc enim soloeca est verborum compositio ἀναπείθοντες ὡς ἀμαυρώσοντα.

Alcibiad. 7. 8. *Periclem visit Alcibiades*, πυθόμενος δὲ μὴ σχολάζειν ἀλλὰ σκοπεῖν καθ' ἑαυτὸν ὅπως ἀποδώσει λόγον Ἀθηναίοις, ἀπιὼν Εἶτα (ἔφη) βέλτιον οὐκ ἦν σκοπεῖν αὐτὸν ὅπως οὐκ ἀποδώσει [λόγον Ἀθηναίοις]; Quis tandem, in quo est aliqua scribendi facultas, verba prorsus inutilia et aurem laedentia pueriliter sic iterasset?

Ipsa historiola a recentioribus ficta videtur. An putas haec Alcibiadem ex Periclis *ianitore* audivisse? et nemo alius, si quis ianuam pulsasset, dicere poterat: οὐ σχολὴ αὐτῷ.

In talibus Plutarchus raro solet dubitandi salubritatem adhibere et quae inter se pugnent aut cum rei natura non congruant animadvertere. Scribit in vicinia 7. 11. *Alcibiades in expeditione ad Potidaeam* Σωκράτη σύσκηνον εἶχε καὶ παρασάτην ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Sed non cogitavit Alcibiadem principem iuventutis ἱππεῦσαι, Socratem tenuem ac pauperculum hominem ὁπλιτεῦσαι, nec fieri posse ut sit ὁ ἱππεὺς τῷ ὁπλίτῃ παρασάτης in acie et proelio. Nihil huiusmodi de ea re narrat Alcibiades ipse apud Platonem in *Symposio* pag. 220 *d.* quem in caeteris sequitur.

Caeterum quod scribit: ἔτι δὲ μειράκιον ὢν ἐστρατεύσατο τὴν εἰς Ποτίδαιαν στρατείαν verissimum est. Pugnatum est ad Potidaeam anno 432 et Alcibiades *annorum septemdecim* primum tum stipendium faciebat. Omnia enim suadent ut credam eum anno 449 esse natum biennio ante quam pater Clinias in proelio ad Coroneam cecidit relicto Alcibiade cum fratre Clinia (uno anno) minore. Clades ad Delium accepta et trepida Atheniensium fuga incidit in annum 424, unde Plutarchus addit: καὶ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπράχθη.

Alcib. 10. 10. μεγάλας δ' αὐτῷ κλισιάδας ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἀνοίγοντος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ πλούτου. Amat hoc loquendi genus Plutarchus, ut in Comparat. Aristidis et Catonis 2. 14: μεγάλας ἐπ' Ἀντίοχον Ῥωμαίοις ἀνεπετάσας κλισιάδας. et in libro *de Iside et Osiride* pag. 360 *a.* μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντας, ad quem locum plurima collegit undique Wyttenbachius, sed omisit eum ipsum, unde Plutarchus et caeteri id sumserant, nempe Herodotum IX. 9. μεγάλαι κλισιάδες ἀνεπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ.

Alcib. 12. 1. τοῦτο τὸ λαμπρὸν ἐπιφανέστερον ϵΠοίησεν ἡ τῶν πόλεων φιλοτιμία. Addenda vocula est in tali re addi solita: ἐπιφανέστερον ϵΤΙ ἐποίησεν. Vides cur ἔτι exciderit.

Alcib. 12. 15. λόγος Ἰσοκράτει γέγραπται περὶ τοῦ ζεύγους. Habebat Plutarchus orationem Isocrateam eodem modo mutilatam et inscriptam ac nunc habemus. Prima pars aut olim perierat aut numquam fuit in lucem edita. Itaque ne hoc quidem

scimus quo crimine Tisias Alcibiadis filium patre dudum mortuo in iudicium adduxerit: hoc tantum scimus quod reus dicit pag. 356 *d.* *νυνὶ πέντε ταλάντων φεύγω δίκην.* Titulus *περὶ τοῦ ζεύγους* ex primo orationis versiculo sumtus est et nusquam alibi *τὸ ζεῦγος* memoratur. Videmus autem hunc ipsum titulum Plutarchi aetate orationi inscriptum fuisse. Athenaeus quoque pag. 215 *e.* laudat Isocratem *ἐν τῷ περὶ ζεύγους.*

Alcibiad. 13. 27. (*Alcibiades*) *διαλεχθεὶς πρὸς τὸν* Νικίαν *κατὰ τοῦ* Ὑπερβόλου *τὴν ὀστρακοφορίαν ἔτρεψεν.* Pro *κατὰ τοῦ* Ὑπερβόλου in omnibus libris est *τῷ ὑπερβόλῳ κάτω*, in quo quid lateat neque Madvigius reperire potuit et ego diu frustra quaesivi.

Alcib. 13. 34. Plato Comicus:

καίτοι πέπραΧε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν σιγμάτων ἀνάξια,
οὐ γὰρ τοιούτων ϴΙνεκ' ὄσραχ' εὑρέθη.

Athenienses eo sensu *πέπραΓε* dicebant et *οὕνεκα*, non *εἵνεκα*, quod Homericum est.

Alcib. 14. 3. *πρόξενος μὲν γὰρ ἦν ὁ* Ἀλκιβιάδης *τῶν* Λακεδαιμονίων *καὶ τοὺς ἁλόντας αὐτῶν περὶ* Πύλον [*ἄνδρας*] *ἐθεράπευσεν.* Additur stultissime *ἄνδρας* quasi et mulieres esse potuissent, idque emblema maxime importuno loco insertum est.

Alcib. 14. 11. (*Alcibiades*) Ἀργείους *αἰσθανόμενος μίσει καὶ* ΦΟΒΩΙ *τῶν* Σπαρτιατῶν *ζητοῦντας ἀποστροφήν.* Pro *φόβῳ* in libris est *φθόνῳ*, sed et rei natura et Plutarchi usus *φόβῳ* verum esse declarant, ut in *Romulo* 8. 32. *ἐξέθεον οὐκ ὀλίγοι τῶν πολιτῶν μίσει καὶ φόβῳ τοῦ* Αἰμιλίου. In vita *Coriolani* 3. 6. (*Tarquinium*) *πλεῖστοι* Λατίνων — *συγκατῆγον ἐπὶ τὴν* Ῥώμην *οὐκ ἐκείνῳ χαριζόμενοι μᾶλλον ἢ φόβῳ τὰ* Ῥωμαίων *αὐξόμενα καὶ φθόνῳ καταβάλλοντες*, vetus est dittographia, *φόβῳ* in textu, *φθόνῳ* in margine. Legendum arbitror *ἢ* ΦΘΟΝΩΙ *τὰ* Ῥωμαίων et *καὶ φθόνῳ* expungendum.

Alcib. 14. 24. *criminatur Alcibiades Niciam ὅτι ἐκείνους μὲν* (*Lacedaemonios*) *οὐκ ἔπεισε φίλους ὢν* Βοιωτοῖς *μὴ συνόμνυσθαι μηδὲ*

Κορινθίοις, Ἀθηναίους δὲ κωλύϵIN τὸν βουλόμενον τῶν Ἑλλήνων φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον εἰ μὴ δόξειε Λακεδαιμονίοις. Primum cum Reiskio κωλύϵΙ scribendum, deinde quaerendum quid exciderit unde pendeat τὸν βουλόμενον φίλον εἶναι. Perspicuum enim est desiderari verbum significans *recipere in societatem et amicitiam. Nicias, inquit, quominus Spartani cum Boeotis societatem coniungerent prohibere non potuit, sed Athenienses prohibet quo minus* recipiant *eos, qui ipsis socii et amici esse velint.* Spartanos Nicias novos socios sibi parare coactus est pati, sed Athenienses idem facere non patitur. Periit igitur post κωλύει aliquid in hanc sententiam κωλύει προσίεσθαι, κωλύει προσδέχεσθαι, aut aliquid huiuscemodi.

Alcib. 14. 40. εἰ βούλεσθε χρῆσθαι μετρIOIC Ἀθηναίοις. Excidit articulus prorsus necessarius μετρίοις TOIC Ἀθηναίοις, nam qua de causa dicitur μέτριοι ἦσαν OI Ἀθηναῖοι, eadem dicendum χρῆσθαι μετρίοις TOIC Ἀθηναίοις. cf. vitam *Timoleontis* 1. 24. ἀνδρῶν οὐ μόνον TAIC αἱρέσεσιν ἀλλὰ καὶ TAIC τύχαις ἀγαθαῖς κεχρημένων.

Alcib. 15 11. ἐπέθεντο καταλύειν ἐν Ἄργει τὸν δῆμον οἱ χίλιοι καὶ τὴν πόλιν ὑπήκοον ποιεῖν· Λακεδαιμόνιοι δὲ παραγενόμενοι κατέλυσαν τὴν δημοκρατίαν. Non intelligitur ὑπήκοον ποιεῖν nisi additur, quibus civitatem ὑπήκοον ποιεῖν voluerint. Legendum: ὑπήκοον ποιεῖν ΛακεδαιμονίOIC. OI Δϵ παραγενόμενοι κτἐ. cf. vitam *Pelopidae* 5. 10. πρὸς τὸ Λακεδαιμονίων ὑπήκοον ἁρμόσασθαι τὴν πολιτείαν.

Alcib. 15. 22. καταπιοῦνται ὑμᾶς Ἀθηναῖοι, exemta literula scribendum καταπίOνται. et post pauca: ὀμνύουσι γὰρ ὅροις χρῆσϵσθαι pro χρήσΑσθαι.

Alcib. 16. 16. in versiculis Aristophanis:

μάλιςα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέΦειν·
ἢν δ' ἐκτρϵΦῇ τις τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

unice veram lectionem servat Codex Ravennas Aristophanis in *Ranis* vs. 1445 et 1452 ἢν δ' ἐκτρΑΦῇ τις. Recte enim dicitur τρέΦειν ἵππους, κύνας, λέοντα, παράσιτον τρέΦειν, non ἐκτρέΦειν.

Alcibiad. 16. 36. Τίμων ὁ μισάνθρωπος εὐημερήσαντα τὸν

Ἀλκιβιάδην καὶ προπεμπόμενον ΑΠΟ τῆς ἐκκλησίας οὐ παρῆλθεν. Leg. *Ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας. Tota concio* Alcibiadem prosequebatur. Saepe *ἡ ἐκκλησία* eo sensu ponitur.

Sequitur *„alii ridebant, alii conviciabantur, ἐνίους δὲ καὶ τάνυ τὸ λεχθὲν ἐπέςρεΦεν."* Vera lectio est in Codice C. *ἐπέςρεΨεν.*

Alcib. 19. 4. *ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πολυτίωνα* (leg. *Πουλυτίωνα*) *δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροΦάντου τὸν Ἀλκιβιάδην, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι μύςας προσαγορευομένους· ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται Θεσσάλου τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ θεώ.* Ipsa Thessali *εἰσαγγελία* ex Crateri *ψηΦίσμασιν* (ut alibi ostendimus) descripta apud Plutarchum 22. 19. declarat legendum esse: *τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι μύςας προσαγορευομένους καὶ ἐπόπτας. ταῦτα γάρ κτἑ.*

Alcib. 19. 26. supple: *ἠθροισμένης* (*τῆς*) *ςρατιᾶς καὶ τῶν συμμάχων.* et post pauca: *ἀλλὰ νῦν μὲν ἀγαθῇ τύχῃ* ΠΛΘΙτω pro *πλεέτω.* Graeculi dicebant *πλέεις, πλέει, πλεέτω*, quae Veteres contrahebant. Vide Phrynichum pag. 220.

Alcibiad. 20. 19. *ὁ δὲ τῇ πρὸς ἐκεῖνον ὀργῇ* ΠΑΡΑ*πεσὼν — χαλεπωτέροις αὐτοῖς ἐχρήσατο.* In tali re constanter omnes dicebant ΠΘΡΙ*πεσών.*

Alcib. 20. 24. in fragmento Phrynichi:

ὦ Φίλταθ' Ἑρμῆ καὶ Φυλάττου μὴ πεσών
αὐτὸν παρακρούσῃ καὶ παράσχῃς διαβολὴν
ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ βουλομένῳ κακόν τι δρᾶν.

legendum videtur *σαυτὸν περικρεύσῃς*, quod ferme idem est atque *περικόψῃς. Παρακρούεσθαι* est *ἐξαπατᾶν, Φενακίζειν*, quod a Phrynichi sententia penitus abhorret.

Alcib. 21. 27. *ὁ δῆμος — ἀπέςειλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτόν.* Aut scribae error est aut Plutarchi, namque *ἐπ' αὐτόν* scriptum oportuit *ad eum arcessendum.* Sequitur enim Plutarchus Thucydidem VI. 53. *καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν* [*ναῦν*] *ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν* ΘΠΙ *τε τὸν Ἀλκιβιάδην* [*ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν.* dele ineptum emblema] *ἐς ἀπολογίαν ὧν ἡ πόλις ἐπε-*

καλει καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς τῶν στρατιωτῶν. Optime vertit Cornelius Nepos in *Alcib.* 4. „*triremem, quae* ad eum *erat* deportandum *missa conscendit.*"

Alcib. 22. 8. περὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς οὐδὲ τῇ μητρὶ (πιστεύω) μήπως ἀγνοήσασα τὴν μέλαιναν ἀντὶ τῆς λευκῆς 'ΘΠενέγκῃ ψῆφον. Deleta praepositione scribendum 'Θνέγκῃ ψῆφον. namque ψῆφον φέρειν (et τίθεσθαι) de iudicibus dicitur *ferre sententiam*, ἐπιφέρειν ψῆφον est *populum in suffragium mittere.*

Alcib. 22. 10. Alcibiades ἀκούσας ὅτι θάνατον αὐτοῦ κατέγνωκεν ἡ πόλις „'Αλλ' ἐγὼ (εἶπεν) δείξω αὐτοῖς "Οτι ζῶ". Vera lectio est "Θτι ΖΩΝ, ut aliis locis emendate scribitur.

In sqq. Plutarchus servavit ipsam εἰσαγγελίαν Cimonis, filii Thessali in Alcibiadem, descriptam (ut alibi ostendimus) ἐκ τῶν Κρατέρου ψηφισμάτων et in hunc modum emendandam: ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ [τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην]. nihil erat Thessali et Alcibiadis aequalibus eo fatuo additamento opus. Deinde corrigendum δεικνύντα et οἵανπερ 'Ο ἱεροφάντης ἔχων δείκνυΣΙ τὰ ἱερά et Πουλυτίωνα et Θεόδωρον Φηγαιᾶ, pro δεικνύοντα — ὁ omissum est, δεικνύει, Φηγεέα.

Alcib. 22. 24. *Athenienses quum Alcibiadem absentem capitis damnavissent bonis publicatis* ἔτι καταρᾶσθαι προσεψηφίσαντο πάντας ἱερεῖς καὶ ἱερείας, ὧν μίαν φασὶ Θεανὼ τὴν Μένωνος 'ΑγρΑΤλῆθεν ἀντειπεῖν πρὸς τὸ ψήφισμα φάσκουσαν εὐχῶν οὐ καταρῶν ἱέρειαν γεγονέναι. Vera nominis forma est 'ΑγρΤλῆθεν, namque Grammaticorum testimonia Inscriptionum fide confirmantur.

Praeclara haec est optimae sacrorum antistitis sententia, cuius exemplum utinam sacerdotes nostri sequi voluissent!

Alcib. 23. 35. ἐν γοῦν τῇ Λακεδαίμονι πρὸς τὰ ἔξωθεν ἦν εἰπεῖν· „οὐ παῖς 'Αχιλλέως ἀλλ' ἐκεῖνος εἴη ἂν αὐτὸς οἷον Λυκοῦργος ἐπαίδευσεν". Est in his verbis lacuna sic partim explenda: ἦν εἰπεῖν·

οὐ παῖς 'Αχιλλέως ἀλλ' ἐκεῖνος (αὐτὸς εἶ.

* * * * ἐκεῖνος) εἴη ἂν αὐτός. cf. Plutarchum *de adulatore et amico* pag. 51 *c.* ὑγρὸς ὢν μεταβάλλεσθαι καὶ πιθανὸς ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις ὥς᾽ εἰπεῖν·

οὐ παῖς Ἀχιλλέως ἀλλ᾽ ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ.

Scribae oculus a priore ἐκεῖνος ad posterius aberravit. Reliquam lacunam explebit fortasse alius.

Alcib. 23. 39. *Alcibiades* Τίμαιαν τὴν Ἄγιδος γυναῖκα τοῦ βασιλέως — οὕτω διέφθειρεν ὥστε καὶ κύειν ἐξ Ἀλκιβιάδου [καὶ] μὴ ἀρνεῖσθαι. Expuncta copula Plutarchi manus restituetur, qui non impudicitiam adeo reginae sed impudentiam notavit. Fecerunt et aliae Spartanae item bonae. Hesychius v. Λακωνικὸν τρόπον: τὸ περαίνειν [καὶ παιδεραστεῖν τὸ del. cf. Photius in v.] παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις. ἤκιστα γὰρ φυλάττουσι Λάκωνες τὰς γυναῖκας. sed non fatebantur dedecus, ut Timaea.

Quod Plutarchus de Alcibiade addit: ὁ δ᾽ ἐντρυφῶν ἔλεγεν οὐχ ὕβρει τοῦτο πράττειν — ἀλλ᾽ ὅπως Λακεδαιμονίων βασιλεύσΟΤσιν οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγονότες, fieri non potest ut id Alcibiades sobrius dixerit. Sed est omnino ea fabula πλάσμα Δούριδος τοῦ Σαμίου, ut apparet e vita *Agesilai* cap. 3.

Quam sit levis ac futilis testis Duris Ἀλκιβιάδου φάσκων ἀπόγονος εἶναι (in vita *Periclis* cap. 32) nemo melius sciebat quam Plutarchus, qui in vita *Periclis* cap. 28. scripsit: Δοῦρις οὐδ᾽ ὅπου μηδὲν αὐτῷ πρόσεστιν ἴδιον πάθος εἰωθὼς κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας. et tamen Duridis testimonia cum Thucydideis componit.

Alcib. 27. 4. ᾤετο δεῖν μὴ κεναῖς χερσὶ μηδ᾽ ἀπράκτΟΙC — κατελθεῖν. Verissime Reiskius ἄπρακτΟC, quoniam aliquis ipse ἄπρακτος (*re infecta*) redire dicitur, non eius manus. Sed certa emendatio non est recepta.

Alcib. 28. 20. τοὺς μὲν CΤρατηγοὺς ἐκέλευσεν ἡσυχῇ πλέοντας ὑπολείπεσθαι, αὐτὸς δὲ κτἑ. Alcibiades et ipse erat στρατηγός: itaque emendandum: τοὺς μὲν CΤστρατηγούς.

Alcib. 28. 37. in epistola Laconica: ἔρρει τὰ καλά. — ἀπορίομες τί χρὴ δρᾶν. Praeclare emendavit Theodorus Bergkius

ἔρρει τὰ κᾶλα, sic enim Spartani contemtim *naves* aut *classem* appellabant. Vide ad Xenophontis *Hellenica* I. 1. 23.

Praeterea scribe: ἀποριῶμες ὅ, τι χρὴ δρῆν.

Alcib. 29. 20. ἀκούσας ὅτι τὴν λείαν πᾶσαν — εἰς ΒΙθυνΟΤC 'ΕΚτίθενται. Quia in simili re *in tuto collocare* constanter dicitur 'ΤΠεκτίθεσθαι, etiam nunc εἰς Βιθυνοὺς 'ΤΠεκτίθενται legendum est.

Alcib. 30. 22. *Alcibiades* ἐκέλευσεν ἕνα τῶν παρόντων ἀνειπεῖν Σηλυβριανοῖς 'Αθηναίους ἐναντία ὅπλα μὴ τίθεσθαι. Leg. ἐναντία ΤΑ ὅπλα μὴ τίθεσθαι. Dionysio Halicarnassensi pag. 1861. reddidimus: εἰ δέ τινες ἐναντία θήσονται σφίσι ΤΑ ὅπλα, ubi plura collegimus in *Observatt.* pag. 12.

Alcib. 32. 25. πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνεκέκρατο. Neque πολὺ δάκρυον Graece dicitur neque *multa lachryma* Latine. Emenda igitur: πολὺ δὲ καὶ ΤΟ δακρῦον τῷ χαίροντι ἀνεκέκρατο. Saepissime sic dicitur τὸ δεδιός (Thucyd. I. 36. qui opponit τὸ θαρσοῦν), τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ ἡδόμενον, τὸ χαῖρον et multa similia. Plutarchus *non posse suaviter vivi* cet. pag. 1089 *e.* ex Epicuro: τὸ μὲν ἡδόμενον τῆς σαρκὸς τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς ὑπερείδοντες, αὖθις δ' ἐκ τοῦ χαίροντος εἰς τὸ ἡδόμενον τῇ ἐλπίδι τελευτῶντες.

Alcib. 32. 33. οὐ μόνον [γε] τῆς θαλάττης τὸ κράτος ἀποδέδωκεν, ἀλλὰ καὶ πεζῇ νικῶσαν ἀποδείκνυσι παντα χοῦ τοὺς πολεμίους. Potuitne ineptius quam h. l. γε interponi?

Alcib. 33. 7. in Critiae elegia:

σφραγὶς δ' ἡμετέρΗΣ γλώσσης ἐπὶ τοῖσδεσι κεῖται.

scrib. ἡμετέρΑC, nam Critias in hoc carmine ἀττικίζει. Si Ionica dialecto uti voluisset non σφρΑγίς sed σφρΗγίς dixisset. Ornate sic Critias dixit pro γέγραπται δ' ἐν τῷ ψηφίσματι ὅτι ΚΡΙΤΙΑC ΕΙΠΕΝ.

Alcib. 33. 18. *quum Alcibiadem iidem illi Eumolpidae, qui eum devoverant rursus resecrare sunt coacti* Θεόδωρος ὁ ἱεροφάντης

„Ἀλλ' ἐγώ, εἶπεν, οὐδὲ κατηρασάμην αὐτῷ κακὸν οὐδὲν εἰ μηδὲν ἀδικεῖ τὴν πόλιν". Mendum est in ἀδικεῖ, quia de praeteritis, non de praesentibus, haec dicuntur. Ergo reponendum εἰ μηδὲν Ἠδίκει, *si erat innoxius.*

Alcib. 34. 6. ὅθεν ἐν ταῖς μάλιστα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην [ἄπρακτον] Ἀθηναῖοι νομίζουσιν. Vitiosa et inepta haec verborum compositio est. Scripsisse Plutarchum arbitror ἐν ταῖς μάλιστ' ἀποφράδΑ expuncto ἄπρακτον, quod olim nescio quis ad ἀποφράδα annotavit in margine. Quid notius quam ἀποφρὰς ἡμέρα (*dies nefastus et ater*) vel e Luciani libello περὶ τῆς ἀποφράδος. Neque est τῶν ἀποφράδων alia magis, alia minus ἄπρακτος, ut μάλιστα ἄπρακτος dici possit. Omnes sunt perinde ἀργαί.

Alcib. 34. 36. *plebecula adhortatur Alcibiadem* ὅπως τοῦ φθόνου κρείττων γενόμενος — ὡς ἂν πράξῃ καὶ χρήσηται τοῖς λογισμοῖς μὴ δεδιὼς τοὺς συκοφάντας. Pro verbis sensu vacuis suspicor a Plutarcho sic esse scriptum: ὅπως — Ἕως ἂν πΑράCXHI χρήσεται τοῖς λογισμοῖς *dum esset occasio.*

Παρασχόν eodem sensu legitur in T. Flaminino 13. 4. ἐλεῖν παρασχὸν οὐκ ἐθελήσας, ubi in libris est παρασχών sine sensu, παρέχον et καλῶς παρασχόν veteribus trita sunt.

Alcib. 35. 7. ἀλλὰ τοῦτο τῶν ΚΟΙνῶν ἐγκλημάτων πρῶτον ὑπῆρξε κατ' αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς. Sintenis: „τῶν ΚΑΙΝΩΝ *perperam quidam.*" Si pro *perperam* dixisset *rectissime*, melius iudicasset. Abolitis enim in reditu veteribus in Alcibiadem criminibus nunc *nova* subnascuntur, quorum primum erat insula Andros frustra bello petita. Quae sint in tali re *communia* crimina (κοινὰ ἐγκλήματα), ubi imperator solus peccasset, difficile dictu est.

Alcib. 35. 8. ἔοικε δ', εἴ τις ἄλλος, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης καταλυθῆναι καὶ Ἀλκιβιάδης. Μεγάλη γὰρ οὖσα καὶ τόλμης καὶ συνέσεως [γέμουσα] ἀφ' ὧν κατώρθωσεν ὕποπτον αὐτοῦ τὸ ἐλλεῖπον — παρεῖχεν. Inseruit nescio quis, qui locum non intellexerat, de suo γέμουσα. Ridicula est gloria συνέσεως γέμουσα:

sed ut dicitur μεγάλην εἶχεν ὁ Ἀλκιβιάδης δόξαν τόλμης καὶ συνέσεως, sic etiam μεγάλη ἦν περὶ αὐτὸν τόλμης καὶ συνέσεως δόξα. Comparandus cum his Cornelius Nepos in *Alcib.* 7. *„huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii atque virtutis*, id est τὴν δόξαν συνέσεως τε καὶ ἀνδρείας.

Alcib. 35. 16. οὐχ ὑπολογιζόμενοι τὴν ἀχρηματίαν Ἀφ' ἧς — ἠναγκάζετο — μισθοὺς καὶ τροφὰς πορίζειν. Turpe mendum pro ὑφ' ἧς.

C. G. COBET.

Phrynichus in Bekk. Anecd. pag. 11. 1. docet ἀπέδραμεν dicendum τετρασυλλάβως (id est non ἀπεδράσαμεν, ut Graeculi solebant) καὶ ἀπέδρατε καὶ ἀπέδραν βραχείας τῆς τοῦ ἀπέδραν ἐσχάτης συλλαβῆς. Tritissima haec tum vulgo ignorabantur dicebantque ἀπεδράσαμεν ἀπέδρων, prorsus barbare. Phrynichus ipse fallitur in ἀπέδραν ultima brevi. Semel legitur in Sophoclis *Aiace*:

ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν.

Ὁμηρικῶς ut ἔβαν, ἔσαν, sed caeteri omnes ἀπέδρασαν dicebant.

Subrisimus aliquando ad Theologorum errores, qui ἐσθίειν et φαγεῖν, ὁρᾶν et ἰδεῖν significatione diversa esse opinabantur. In errorem non minus pudendum incidit magister nescio quis, qui in Bekk. Anecd. pag. 359. 6. sedulo docet quid inter αἰσθάνεσθαι et αἰσθέσθαι intersit: hoc enim esse ὑπονοεῖν τι, illud ἀκριβῶς εἰδέναι τι. O hominem imperitum et impudentem! Incredibilis est in Graeculis inscitia sermonis veteris: ne aoristum αἰσθέσθαι quidem noverant et vel sic tamen eos graviter praecepta dare videmus.

C. G. C.

AD TIBULLUM.

I.

Albi Tibulli Equitis Romani carmina, quatuor libris ad nostram aetatem propagata, a diversis auctoribus esse profecta nemo hodie est, qui in dubium vocet: tertius liber dictionem Tibullianam imitatur sed ingenio, suavitate, inveniendi facultate inferior ne ipse quidem Tibulli nomen diserte memorat, sed Lygdami opus esse se profitetur (III. 2. 29) et post Ovidii Tristia confectus est (III. 5. 17 coll. Trist. IV. 10. 6); quartum qui paene totum explet Panegyricus Messallae tantam prodit ingenii imbecillitatem et rerum ignorantiam, ut mirere esse etiamnunc paucos, qui iuveni quidem, sed bono tamen poetae vindicare audeant; epistolia huic adiecta a Tibulliano genere, quod ex primo et secundo libro cognovimus, diversa a Sulpicia scripta sunt Messallae consobrina [1]) nepti [2]) eius Servii Sulpicii IC., qui in legatione ad Antonium suscepta mortuus a Cicerone egregio celebratus est praeconio. Quae cum ita sint, apparet, illum, qui primus tres quatuorve [3]) libros coniunctos

1) Hieron. adv. Iov. I. 46. Vall: „Valeria, Messallarum soror, amisso Servio, viro nulli volebat nubere". cf. Haupt, Hermes V. 33.

2) Non *filia*, siquidem Servii Sulpicii nobilis IC. filius anno 63, quo Cicero pro Murena dixit, adolescens erat; eius soror non potuit Messalla aetate minor esse (cf. IV. 8. 5).

3) Nostri MSS. tertium quartumque librum coniungunt teste Baehrensio Tib. Bl. S. 49; in Vossiano O. 59 quoque quarti libri inscriptio deest. Diligentius de tempore et ratione collectionis B. post Lachmannum et Haasium exponit p. 47, sqq.

ediderit, parum sollicitum de vero singulorum carminum auctore, quaecunque Tibulli ingenium referre et Messallae res illustrare viderentur in syllogen recepisse, nec valde miraremur si, cum nihil omnino, quod Tibulli videretur, interire vellet, passim in iis carminibus, quae sine dubio Tibulli essent, quaedam inseruisset ex chartis poetae, quae ipse tanquam prima conamina consulto omisisset aut in aliud tempus reservasset. Inveniuntur certe in genuinis carminibus, veluti II. 5 partes quaedam, quae sunt sine dubio Tibulli sed loco, quem tenent, alienae. Sed praeterea saepe nexus desideratur, sententiae semel enuntiatae post aliquot versus paucis mutatis repetuntur, „transitus" iustus omissus. Ex his quid debeatur ipsi poetae liberiore ordine uso, quid collectionis editori etsi saepe dubii haeremus, quaedam tamen sic comparata sunt, ut bono poetae excidere non potuerint, in quibus tamen veri ordinis restituendi conatus saepe frustra est; quem ubi suscipiunt editores, vix duos de uno carmine inter se consentientes invenies. Saepe aliquid hiare et iustam sententiarum consecutionem deesse sentiunt omnes, ad transponendum vero ubi transitur, in diversa abeunt. Veluti in libri primi carmine quarto aliquid esse luxati statuerunt Muretus, Scaliger, Ritschl [1]) et qui nuper Tibullum novis subsidiis instructus edidit A. Baehrens [2]). Rogatus a poeta Priapus, quibus artibus, ipse turpis, pueros capiat, respondet: „cave te puerorum committere turbae, nam habent omnes cur iure amentur; — sed ne te capiant taedia, si puer primo forte negabit" (v. 9—14). Hoc loco is qui rogat, quo modo allicere possit, monetur ne omnino amet. Atque hoc recte, modo sequeretur: nam cum amore innumera mala iuncta sunt. Sed non recte adduntur ea, quae nunc leguntur: nam pueri omnes amabiles sunt. Amori puerorum, inquit Priapus, ne indulseris, nam quisque puer te alliciet. Hoc ineptum. Video

1) *Ueber Tibull's vierte Elegie des ersten Buchs. Gelesen in der Sitzung der Kön. Sächs. Societät der Wissenschaften am 26 Mai* 1866.

2) *Albii Tibulli Elegiarum libri duo. Accedunt Pseudotibulliana. Rec. Aemilius Baehrens Lips.* 1878. Bubendey *Quaestt. Tibullianae, Bonn.* 1864 *p.* 13 in tradita lectione acquiescit, multum tribuens artificio numerorum a se invento, quo fiat ut nexus inter v. 14 et 15 minus desideretur. Sed non tantum vinculum deest, sed etiam quae antecedunt (9—14) ambigua sunt, quod infra apparebit.

tamen haec verba, si supplere ea concedatur, admittere aliquam explicationem, vel potius amplius unam; prima haec est: ne turbae te admiscueris puerorum, *nam sic puer tuus ab alio capietur;* altera haec: cura ne ipse parum venustus comparere cum pulcris pueris: ego Priapus, horridus et turpis, capto eo quod *solus* pueri consuetudine utor; tu idem fac. Tertiam etiam possum proponere: ne plures simul amaveris; *unus te capiat.* Mihi postrema interpretatio videtur reliquis anteponenda; sed cum nulla per se damnanda sit (si semel aliquid extrinsecus addendi ius tibi sumseris), apparet poetam ambigue, id est perperam locutum esse, — si modo poeta sic loqui potuit, quod mihi quidem negandum et pernegandum videtur; et negavit optimus quisque interpretum. SCALIGER versus illos alienos a dei persona existimavit, transponens eos post 74, ubi postquam peroravit Priapus, poeta sic pergit:

73. Haec mihi, quae canerem Titio deus edidit ore;
Sed Titium coniux haec meminisse vetat:
9. „O fuge te tenerae puerorum credere turbae,
„Nam causam iusti semper amoris habent.
„Hic placet, angustis quod equum compescit habenis;
„Hic placidam niveo pectore pellit aquam;
„Hic quia fortis adest audacia, cepit, at illi
„Virgineus teneras stat pudor ante genas."
75. Pareat ille suae: vos me celebrate magistrum,
Quos male habet multa callidus arte puer.

In his versus laudati apte proferuntur a Titii uxore, quae omnino turpem amorem dissuadet. Haec ratio Ritschelio displicuit; ipse dum in reliquis non minora molitur, nostro loco nescio quam poenitentiam bono Priapo adscribens (eine Warnung, die so leichthin ausgedrückt ist, dass sie fast nur wie ein Seufzer über seine eigene Erfahrungen klingt), censet vinculum, quo haec cum proximis iungantur (jedoch wenn du einmal willst, so vernimm folgende Lehren) in carmine quidem omitti posse, modo post v. 14 ponatur v. 39: Tu puero quodcunque tuo temptare licebit Cedas, rell. Sed quo magis tale consilium a Priapeia licentia alienum est, eo clarius debebat enuntiari. Merito non obsecundavit Baehrens, cum post v. 14 aliquot versus excidisse opinetur, aut pro „Sed ne te capiant" v. 15 legendum proponat

Sera haec; ne capias, primo si forte negabit,
Taedia.

ihi prior ratio multum praestare videtur; altera non ferenda, quod ima conamina amoris post „sera haec" omissa (veluti „optimum emque tibi concilia" vel simile quid), nec subiectum additum ante *gabit*, quo aegre careas. Admonitio autem, ne quis omnino ıori puerorum se tradat a salaci deo aliena est, proinde verba uge te tenerae puerorum credere turbae", si mores Priapi obe tenemus, non possunt aliud significasse quam gregem ıerorum fugiendum esse, qui facile amatorem ab uno amasio strahant. Eam sententiam superioribus vel pauca verba conliare poterant, veluti: *unus te capiat; hunc autem omni studio ıplectere; sed ne te capiant*, rell.

Traxerunt Scaligeri et Ritschelii mutationes alia non minora; :aligerus cum loco motis v. 9—14 aliud quid ante „sed" deleraret, adscivit e sequentibus v. 39 et 40; audacior alter ın tantum v. 39—56 post 14 traiecit, sed reliquorum hunc dinem esse statuit 39—56, 71, 72, 21—26, 15—20, 27—3, 73—84, 57—70. Quae pleraque sollerter excogitata esse ın nego; sed non satis demonstratum esse puto in vulgari spositione omnino tolerabilem ordinem sententiarum reıiri. V. 21 „nec iurare time" cum superioribus cohaeret :: nec iurare time, i. e. fidem promitte, ne aeternum amom spondere recusaris. Per *at* v. 27 ab hac digressione redit ıapus ad temporis vim, melius puto particula illa usus am in versibus fit transpositis. V. 57 „heu male nunc ar-s" subito sane de muneribus sermo est; sed nihilo rectius ec (57—70) collocantur post 84, ubi poeta optat ut *parcat ıi* Marathus, itaque muneribus iam ut eum sibi devinciat hil indiget. Denique v. 71 et 72 claudere sane possunt oraonem Priapi; cum in superioribus saevitiae mentio fuisset uic *blanditiae* opponuntur, adduntur quae ab omni vehementia ıena sunt (querellae et fletus), significaturque omnino obseıio opus esse, in hoc esse omnia.

Multo impeditior nexus est in el. 6; in qua non tantum turıtus est ordo sententiarum sed repugnantia inter poetae consionem et consilium; se esse amatorem Deliae ingenue fater eius marito, idem ab eo petit ut Deliam *sibi* custodiendam

tradat; laedit coniugem simulque ab eo beneficium petit. Haec repugnantia nullis machinis removeri poterit; neque assentior Baehrensio, quamvis acute et eleganter de argumento carminis exponenti (Tibullische Blätter S. 78), ordinem versuum ab eo commendatum si sequare (15, 16, 21, 22, lacuna, 17—38, 23, 24, 39, sqq.), subtiliter admodum praeparari desiderium Deliae ab ipso poeta servandae (in feinster Weise wird —); qui prudenter et acute agere vellet, eum de suo amore tacere oportebat, ne ipse suspectus marito esset; nihilque magis cavere quam ut coniugem indignum bona uxore diceret („quid tenera tibi coniuge opus?"); an vero pecuniam credes ei, qui fateatur se aliquando furatum esse, et contendat te possessorem minime illo thesauro indigere? Equidem puto qui tale consilium det aut illudere et ironia uti, aut ipsum mente turbatum consiliique inopem esse. Utra ex his sententia mihi vera vel vero propior videatur apparere potest ex iis, quae olim de hoc argumento scripsi. Ea nunc repetere nihil opus. Praestabit ea considerare, quae ad carmen restituendum B. scite excogitavit. Nam ex Ovidio, qui Trist. II. 457, sq. hunc Tibulli locum enarrans haec habet:

Denique ab incauto nimium petit illa marito
Se quoque uti servet, peccet ut illa nihil,

v. 15 legit:

At tu, fallacis coniux incaute puellae
Te quoque servato, peccet ut ille nihil.

Bezieht man (bei Ovid) „se" auf Tibull, so ist das „nimium petit" durchaus unerklärlich (Tib. Bl. S. 77). Mihi contra videtur, et fortasse ipsi Baehrensio re iterum considerata; Ovidius enim ipsum Tibullum parum castum fuisse demonstrat, quemadmodum alios, quos commemorat scriptores et poetas et propterea ipsius poetae de suo amore confessionem refert. Iam si iungamus „nimium petit" cum B. (malim ego „nimium incauto" iungere), tamen optime haec interpretationem admittunt; Tibullus enim amoris artes melius noverat quam alius quisquam; ab hoc igitur cavere difficile erat et vix postulandum: *nimium*. Ita locus non tantum potest explicari, sed altera interpretatio pugnat cum mente Ovidii, ex qua haec confessionem culpae ipsius Tibulli continere debent: ab incauto petit ut ca-

veat a se, Tibullo, eoque confitetur se illicito amori indulgere. Porro *te quoque servato* pro „observa te ipsum" (nicht allein dein Weib, sondern auch dich selbst bewache und behüte) durum est; et vix recte dictum: „alios serva, cura ne Deliam adeant, abige eos, te *quoque* serva", in quibus hoc *quoque* male habet. Non iam dicam „serva te ipsum" — *caveto, cura ne quid committas* non esse latinum, aliquid enim dandum est lusui verborum, sed tamen admodum molesta sententia est.

Separavit B. v. 23 et 24 ab 21 et 22:

21 Exibit quam saepe time, seu visere dicet
Sacra *bonae* maribus non adeunda *deae*.
23 At mihi si credas, illam sequar unus ad aras;
Tunc mihi *non oculis sit timuisse meis*.

Qui vir sacris bonae deae intererat, oculis capiebatur. Ut exspectari poterat, B. hoc non neglexit; sed post versuum viginti intercapedinem tamen tam clarum esse statuit, vocabulis *oculis timuisse* respici ad sacra Bonae Deae, ut ulteriore demonstratione non indigeat. Mihi secus videtur. Itaque quamvis libenter anaphoram, quae ex eius dispositione nascitur (37: „at mihi servandam credas" — 23 „at mihi si credas", haec enim disticha iuxta collocantur) acciperem, tamen non possum, quoniam ex ea magnum me iudice incommodum nascitur.

Saepe ubi aliena additamenta deprehendimus, non tamen apparet, unde nata sint aut quo transponenda, ac saepe quaeritur, utrum haec „emblemata" ab archetypi editore alieno loco inserta sint an numquam a poeta composita eo consilio, ut in carmine in quo nunc leguntur locum invenirent, sed alio pertinuerint. Improbandi ratio una est, emendandi multae: uno illo loco ubi nunc leguntur versus aliquot alieni sunt, quo reponas sunt multi. Inde facilius assensum invenies quamdiu negabis, quam ubi reiecta frustula inter se aut cum aliis iunxeris: plerique Peerlkampii acumen mirantur, carmen Gnomicum eiusdem nemo fere probat. Neque tamen propterea parvi faciendum est, si quid alienum esse a loco, quem teneat, certo demonstraveris. Laudo quod in elegia nona resectis aliquot versibus (39—44) carmini integritatem restituit B., sed non mihi persuadet illos versus apte inseri in octava post v. 26. Ac, si quid video, multos habebit editor sibi assentientes, ubi

libri alterius carmen quintum ex quibusdam laciniis male consarcinatum demonstrat. In singulis quibusdam potest dubitari, veluti num v. 19—22 sint poeta indigni, at in summa rei mihi faciendum cum B. videtur, cum dicit v. 23—38 non recte consociari posse cum 39—64, et 65—80, obscuros, perturbatos, ineptos non esse bono poeta dignos.

II.

Non erat propositum libri Baehrensiani hic censorem agere — si voluissem de sermone latino quaedam monerem — tamen antequam transeo ad locos quosdam singulares religio est tacere de eius in indagandis libris MSS. meritis. Contigit ei ut tres libros MSS. inveniret Italorum emendationibus immunes: Guelferbytanum, Heynio iam notum sed neglectum, cum Pontani adscriptis annotationibus, quem Puccius olim usurpavit, duos Italicos, Ambrosianum et Vaticanum, A. V, saec. XIV aut ineuntis XV, Lachmannianis igitur vetustiores. Exemplar editionis Plantinianae, cuius margini Scaliger veteris Cuiaciani adscripserat varietatem, C C notatam, postquam eius ego mentionem feci, iterum iterumque ab aliis consultum est. Excerptorum autem, quae Scal. in exemplari suo litteris V. A. („Vetus Anthologia") notavit fons inventus est, itemque Friesingensia, quae olim ex Dissenii editione imperfecte nota erant, accuratius excussa, de quibus diligenter egit Ernestus Protzen, Pommeranus in diss. philol. Gryphiswaldiae a° 1869 defensa. Tuto igitur nunc copias Lachmannianas seponere possumus, quamquam in scriptore tam male habito nihil plane neglegendum est, et ne Italorum quidem coniecturae, elegantes subinde et acute inventae, parvi faciendae. Ceterum ad explendas lacunas nihil novi contulerunt recens inventa, ut appareat fontem omnium nostrorum codicum iam fuisse mutilum, nec absterreri nos debere a divinatione multitudine testium.

I. 1. 5. Me mea paupertas vita traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Vita inerti pro olim vulgata lectione *vitae inerti* probarunt

Haupt et Haase, idque confirmatur Guelferbytano et excerptis Par. et Fries. Gravius ulcus latet: potest aliquis leniter traducere aevum, sed nec tempus, nec divitiae, nec paupertas traducunt aliquem. Eberz: möge mich durch ein thatenloses Leben begleiten. Ergo Latinum erit: traducere aliquem amne. Non credo. Fortasse scribendum: „vitae *detrudat* inerti." Nota sunt illa ad paupertatem, mendicitatem, luctum detrudere aliquem. Ceterum cf. 58 „segnis inersque vocer".

13 Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolam ponitur ante deum.

Insolens hoc; pars frugum aut fructuum libatur, non quidquid fert ager, postquam inde aliquid libatum est. Non recte puto dici: „fruges libatae" pro ea parte frugum, quae libata est; non h. l. fructus omnes libantur sed pars discerpta ex fructibus. Legendum videtur: *libandum* i. e. ut aliquid ex iis libetur. Similiter *veneranda* et *venerata* confusa sunt I. 8. 56.

4—37. Ordo versuum offensioni fuit Scaligero, (qui elegiam sic componit 1—6, 9, 10, 7, 8, 29—32, 35, 36, 11—24, 37—40, 33, 34, 41—50, 25—28, 51—58, II. 71—78, II. 65—70, I. 59—78), Haasio, O. Ribbeck, L. Muellero, Baehrensio, ita tamen, ut inter ipsos de transpositione non conveniret. Vulgaris ordo minimum offensionis habebit, si sic explicetur: postquam quomodo soleat deos agrestes colere dixit poeta, tam clare menti eius obversatur festi quam cogitat celebratio, ut se in ea praesentem fingat; itaque quasi ante imaginem Cereris collocatus deam compellat, venerationisque suae documentum ut perpetuo adsit vovet („corona spicea"). Ceres accipiat coronam, Priapi iam imago in hortulo, quem in posterum colam, ponatur; vos quoque Lares non inhonorati abitis sed accipitis dona (non: soletis accipere, sed: nunc a me accipitis). Nunc vos fertis hostiam parvam pro modico agro, quem possideo (25 Dissenius: „iam modico possum contentus vivere in arvo" talis fere fuerit sententia), in quo tamen unice ero beatus (— 32). Vos fures lupique parcite (ita post digressionem 25—32 compellationem continuat), frustra a me quidquam auferre conabimini, nam ego colo deos, eorumque utor favore

(35, 36 qui versus non a superiore diiungi debent). Tum quasi resumens: adsitis, inquit, divi, rel. Equidem certe in illa ad Cererem apostrophe v. 15 nihil agnosco insoliti. Vel sic tamen vereor, ut satisfacere plane hoc interpretationis conamen possit. Breviter dicam quae minus placeant in restitutione a B. proposita: „at vos exiguo pecori — Palem" v. 33—36 cum maiore affectu posita sunt quam ut parenthesi includantur; *donatur* v. 17 ad meum quidem sensum friget; *quae pendeat* v. 16 et *quam circum clamet* v. 23 aptius de uno quodam et certo tempore accipiuntur quam de more et consuetudine. Sed una quaeque restitutio habebit, quae opponi possint. Quod si dixero ego, remotis versibus 11—14, qui fortasse contra poetae consilium inserti hoc loco sint, omnia recte procedere, non sperare audeo, fore ut assensum inveniam. Admodum lubricum est totum hoc genus emendationis. Ceterum quoniam semel in transpositiones incidi, fuit qui v. 3 et 4 collocandos post 50 existimaret.

I. 2. Puccii emendationes quae olim videbantur unde fluxerint nunc optime apparet. Dixerat Lachmannus praeter Scaligerum unum tantum ex superioribus editoribus „libro nostris antiquiore usum videri Franciscum Puccium"; id nunc omni dubitatione maius est (cf. p. XI). Exemplo sint ex hac elegia v. 6: „clauditur et dura ianua *firma* sera", ubi „fulta" Puccius, idem G. (prima manus: *fulcta* sed *c* erasum); 52 (50 Lachm.): „cum libet aestivas convocat *ore* nives", sic Puccius et G. cum reliqui habeant *orbe*; 76 „mollis *in* inculta sit mihi somnus humo" G. et Puccius, reliqui *et*. His locis nullum iam dubium esse potest; praeterea v. 44, etsi G. habet *rapido*, solus Puccius *rabido*, tamen recte receptum est alterum. Quamquam etiam sine auctoritate (nam aliquam auctoritatem iam habet Puccius) probandum illud erat. — Minus contra placet *derepere* e Fries. v. 19 receptum: „illa docet (puellam) molli furtim derepere lecto" (non simile est I. 8. 59: „et possum media quamvis obrepere nocte" nempe ibi non de puella agitur) nec, quod in omnibus est editionibus, *tum* vel *tunc* v. 79, pro quo G. *nunc*, quod fortasse ex dittographia superioris *neque* (*nec*) natum, qua unum vocabulum interierit veluti, *nam mihi nec plumae*,

rell., cf. sequentia. Sed utique receptam mallem lectionem Guelf. hoc modo: „Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo Prodest? Cum fletu nox vigilanda venit. Nam neque nunc (ne nunc quidem) plumae", rell. i. e. etiamsi nunc mollissimus lectulus mihi paretur, tamen non possim — infelix cum sim in amore — dormire. Cum quibus apte iunguntur: „num Veneris magnae violavi numina verbo?"

I. 3. 4. „Abstineas avidas, Mors modo nigra, manus" languet illud *modo*, etsi boni libri id habent; deteriorum lectio: „mors precor atra" multo melior est. Sed auctoritati obtemperandum erat. At minus convenit de v. 13: „tamen est deterrita *nusquam*, quin fieret" ubi ex deterioribus aeque recipiendum *numquam* erat atque *respueret* („nostras respueretque vias"), quod optime restituit B.

17. Malim:

aut omina dira
Saturni sacra me tenuisse die

quam „omine diro — sacram — diem". In *omina* (V. *omnia*) *dira* consentiunt libri boni, iidem in proximo *sacram diem*, sed ea mutatio vix est

25 Quidve [mihi prodest] pie dum sacra colis, pureque lavari
Te (memini) et puro secubuisse toro?

Iure in his haeret B., qui coniicit „te, puro et (memini) sec. t." Lenior medicina est: „pie dum sacra colis pureque lavaris, te (memini) puro s. t." Paulo post v. 29 Delia secundum Scaligerum dicitur „persolvens noctes ante sacras fores" sedisse; sed Delia secumbens aliquot noctes, non agebat illas sedens ante templum Isidis.

37 Nondum caeruleas pinus *conscenderat* undas.

Sic Baehrensius cum secunda manu Guelferbytani, quae sane exigua auctoritas; non igitur videtur sollicitandum quod reliqui praebent et vulgo receptum est: *contempserat*; contemnit quotidie undas puppis, dum minas maris parvi faciens mare transit.

47. „Non *facinus*, non ira fuit, non bella" vulgo *acies*. Ne hic quidem mutationis necessitatem perspicio; contra v. 50 quid sibi velit *repente* (sc. nunc *sunt*) nemo adhuc satis explicavit. V. 79, Veneris *quae* numina laesit" G. pro *quod*, fortasse recte. In fine elegiae (91): „Tunc mihi — Obvia nudato, Delia, curre pede, Hoc precor" multo significantius est:

Hunc, precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.

4. 28. Rigleri praeclaras aliquot emendationes passim commemorat B., quo retulerim quod pro: „non segnis stat remeatque (ita O.) dies" h. l. substituit: „non segni stat remeatve dies"; vere enim iudicat B. prius illud, vel si *remeatve* legatur, minus aptum esse; itaque ex deterioribus adscivit *remanetque*, quod a re palaeographica minus habet commendationis.

44. Quamvis praetexens picea ferrugine caelum
Venturam *indicat nubifer ortus* aquam.

Vulgo: *admittat imbrifer arcus*, sed neque arcus pluvius picea ferrugine caelum praetexit, et *imbrifer* iuxta *venturam aquam* positum abundat, ut iam taceam de metro. Sed pro *imbrifer arcus* non *nubifer ortus* sed cum Heinsio, Balbo, Ritschelio malim *nimbifer Eurus*. Prius vocabulum propius ad MSS. accedit; *ortus* autem cum superiore versu non melius convenit quam *arcus*. Verg. Georg. I. 441, quem locum comparat B. T. Bl. p. 88, sol dicitur „maculis nascentem ortum variare". (ex parte nube tectus) sed sol ibi se ipsum ex parte tegit; aliud est caelum praetexere picea ferrugine, quod non facit oriens *sol*. Pro *admittat* (*indicat*) libri: *venturamamiciat*, quod cum in *-mitiat* transiisset, alii codd. *venturamannutet* et *venturamannutiat*. Sed ipsum illud *venturamamiciat*, repetita male syllaba *am*, natum ex *venturam cieat*, ut coniecit Scaliger.

65. Pauper ad occultos furtim deducet amicos.

Haeret in his B. et coniecit: „pauper ad hoc cinctos raptim deducet amictus" p. XXIII, conferens Ovid. Am. I. 7. 47, ubi: „tunicam summa deducere turpiter ora ad mediam" significat laniare vestem per iram ad poenas sumendas a summa lacinia

usque ad cingulum, et Stat. Achill. I. 347: „vestesque latentes deducit" i. e. tunicam inferiorem, quae vehementi motu venationis succincta erat et in plicas collecta latebat, explicat, ut rursus defluat ad pedes. Alibi Ovid. Metam. II. 480 „summa vestem deduxit ab ora" de ea dictum est, quae pectus nudat, ut plangat. Cf. Jahn ad i. l. et V. 398, VI. 405. Non quadrant illa in h. l.; nam de nimia festinatione non est quod cogitemus. Communes familiares significantur, ubi secura posset amori indulgere, ipsum etiam amplecti, aut clandestini Deliae amici, nam ne hoc quidem in Tibullo mirum debet videri. Cf. I. 9. 41, sq. In hoc ipso carmine v. 75 fingit se amoribus Deliae favere.

71. Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
Sedulus ac crebro prospicit ac refugit,
Et simulat transire domum, mox deinde recurrit
Solus, rell.

Haeret in limine ut adspiciat amicam, et ut lateat *prospicit*, num qui forte accedant viatores, quod cum fit, aut *refugit*, aut fingit se alio euntem forte constitisse et pergit. Legendum est „*aut* simulat".

6. 21. Exibit quam saepe time, seu visere dicet
Sacra Bonae maribus non adeunda Deae.

Propter grammaticam quidem constructionem non erat statuenda lacuna post hos versus; *seu* est *vel si*, cf. Prop. III (II) 26. 29 Lachm.: „seu mare per longum mea cogitet ire puella Hanc sequar et fidos una agat aura duos". Sed fortasse illud *quam saepe* non recte habet et scribendum *quom s.*; tum cum *saepe* exire volet, est quod metuas. *Quam saepe* non est *quoties*.

71. Et si quid peccasse *puter*, *ducarque* capillis
Immerito *pronas proripiarque* vias.

Ita fere editur; sed libri: *putat ducorque*, tum *properans* aut *properas*, *proprias*, *pronas*, denique *proripiorque*. Merito hanc stribliginem non fert B.; ipse scribit: „putor, ducatque cap. In medias properans proripiatque vias". Foedum hoc figmentum poetae, ut Delia ipsa amatorem proripiat per medias vias.

Nec „properans" aptum esse videtur; properat, qui negotiosus est, quem alia urgent. Legendum videtur *pronus*. *In medias*, a Riglero suppeditatum, melius est quam *immerito*, sed nimis a tradita lectione diversum. Fortasse: „Et, si quid peccasse puter, ducterque (Scal.) capillis Imperito pronus per rapiarque (Heins.) vias".

I. 7. 1. Hunc cecinere *diem* Parcae fatalia nentes
Stamina non ulli dissoluenda deo,
Hunc fore, Aquitanas posset qui frangere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.

Leni emendatione pro *diem* legendum *olim* coniicit B.; *d* enim et *ol* vix in MSS. diversa. Tamen aegre initio elegiae careo *diei* vocabulo, quod carmen ad diem manifesto celebrandum compositum est, cuius commemoratio est sub finem („At tu, natalis"); redeunte die Messallae natali, quo Galliam Aquitanicam domuerat, haec elegia scripta est. Tamen dies ut dicatur frangere gentes nimis, credo, audaci prosopopoeia dicitur, nec cum placidiore poesi Tibulli convenit. Num pro *qui frangere* — legendum *quo frangere?* Messalla sic per periphrasin quandam ab oraculorum sermone non alienam significatur verbis: (ille) „quem — Atax". Prius Atax victus est, tum Aquitania tota subacta. — V. 49 „Huc ades *ad cantus*; ludis geniumque choreis Concelebra" pro *et centum* propono. De liberiore ordine (pro *ludis choreisque*) omnia nota.

53. Sic venias hodierne: tibi dem turis honores
Libem et Mopsopio dulcia mella *favo*.

Six ex G., pro *liba* — *feram*, optime, ut puto. Sed in priore versu semper haereo; *hodierne venias* pro: hodie venias non satis defenditur illis, quae ad h. l. allata vidi: Prop. III (II) 15. 2, Lachm.: „lectule deliciis facte beate meis". Verg. Aen. II. 282: „quibus Hector ab oris exspectate venis?" Hor. Sat. II. 6. 20: „seu Iane lubentius audis". Pers. Sat. 3. 28: „stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?" *Hodiernus* numquam sic usurpatum est ut *matutinus*, *nocturnus* et *crastinus*, quae ipsa

quoque pro adverbiis posita rara sunt. Praeferrem: „sic venias *hodierne deus, tibi* turis," rell.

I. 8. 14. „Ansaque compressos colligit arta pedes"

Non mihi persuadet B. praef. p. XV duce Riglero illud *colligit* defendens; pedes natura longiores crepida angustiore compressos recte *colligi* dici non existimo; quaecunque dissita sunt et separata in partes, colliguntur, non quae coarctantur; in iis *compingere, cogere, cogere in breve* apta sunt. Tantum concedo *colligere* quoniam de duobus pedibus sermo sit, ambiguum esse posse, quod in vulgari usu significat: vincire, *συνδεῖν*. Quid vero si legamus *corrigit?* i. e. ad optatam gracilitatem et tenuitatem pedes nimis crassos reducit. Suet. Aug. 99: „petito speculo, capillum sibi comi ac malas labentes corrigi praecepit."

I. 9. 24. Est deus, occultos qui vetat esse dolos.
Ipse deus tacito permisit *lene* ministro
Ederet ut multo libera verba mero.

Laene G., *leve, lena, leva* reliqui. Multa excogitata sunt: *lena, saepe, nonne, vela, lora, frena, lingua.* Verba sic collocata sunt ut *tacito ministro* pro dativo haberi debeat, quare olim vulgatum *lena* minus recte se habet, ut iam omittam lenae operam in puerorum amoribus non esse. „Deus ministro permisit ut ederet" recte diceretur si ipsi ministro petenti sive volenti aliquid concederetur, quare *saepe* et *nonne* minus placent. Idem fere de *vela, lora, frena* valet; permittimus frena generosis equis, aut iis omnino, quae vix se retineri patiuntur; sed minister, de quo hic sermo, est taciturnus. Minus offendit ab hac parte quod Riglerus proposuit *lingua*, sed verba alio ordine collocata desideres:

Ipse deus tacito permisit *verba* ministro
Ederet ut multo libera *lingua* mero.

Dativus nunc iungendus, non cum *permisit*, sed cum *lingua.* Apparet quidem lenibus remediis hoc loco nihil agi. *Verba* et *lingua* (*lene*) ita locum permutassent.

60. *Emeruisse viros* non videtur sollicitandum, sed significare: gratiam iniisse a viris, iis gratificata esse, se dedisse. Non video, cur haec vulgaris significatio h. l. non satisfaciat.

Nec „properans" aptum esse videtur; properat, qui negotiosus est, quem alia urgent. Legendum videtur *pronus*. *In medias*, a Riglero suppeditatum, melius est quam *immerito*, sed nimis a tradita lectione diversum. Fortasse: „Et, si quid peccasse puter, ducterque (Scal.) capillis Imperito pronus per rapiarque (Heins.) vias".

I. 7. 1. Hunc cecinere *diem* Parcae fatalia nentes
Stamina non ulli dissoluenda deo,
Hunc fore, Aquitanas posset qui frangere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.

Leni emendatione pro *diem* legendum *olim* coniicit B.; *d* enim et *ol* vix in MSS. diversa. Tamen aegre initio elegiae careo *diei* vocabulo, quod carmen ad diem manifesto celebrandum compositum est, cuius commemoratio est sub finem („At tu, natalis"); redeunte die Messallae natali, quo Galliam Aquitanicam domuerat, haec elegia scripta est. Tamen dies ut dicatur frangere gentes nimis, credo, audaci prosopopoeia dicitur, nec cum placidiore poesi Tibulli convenit. Num pro *qui frangere* — legendum *quo frangere?* Messalla sic per periphrasin quandam ab oraculorum sermone non alienam significatur verbis: (ille) „quem — Atax". Prius Atax victus est, tum Aquitania tota subacta. — V. 49 „Huc ades *ad cantum*; ludis geniumque choreis Concelebra" pro *et centum* propono. De liberiore ordine (pro *ludis choreisque*) omnia nota.

53. Sic venias hodierne: tibi dem turis honores
Libem et Mopsopio dulcia mella *favo*.

Six ex G., pro *liba* — *feram*, optime, ut puto. Sed in priore versu semper haereo; *hodierne venias* pro: hodie venias non satis defenditur illis, quae ad h. l. allata vidi: Prop. III (II) 15. 2, Lachm.: „lectule deliciis facte beate meis". Verg. Aen. II. 282: „quibus Hector ab oris exspectate venis?" Hor. Sat. II. 6. 20: „seu Iane lubentius audis". Pers. Sat. 3. 28: „stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?" *Hodiernus* numquam sic usurpatum est ut *matutinus*, *nocturnus* et *crastinus*, quae ipsa

quoque pro adverbiis posita rara sunt. Praeferrem: „sic venias *hodierne deus, tibi* turis," rell.

I. 8. 14. „Ansaque compressos colligit arta pedes"

Non mihi persuadet B. praef. p. XV duce Riglero illud *colligit* defendens; pedes natura longiores crepida angustiore compressos recte *colligi* dici non existimo; quaecunque dissita sunt et separata in partes, colliguntur, non quae coarctantur; in iis *compingere, cogere, cogere in breve* apta sunt. Tantum concedo *colligere* quoniam de duobus pedibus sermo sit, ambiguum esse posse, quod in vulgari usu significat: vincire, *συνδεῖν*. Quid vero si legamus *corrigit?* i. e. ad optatam gracilitatem et tenuitatem pedes nimis crassos reducit. Suet. Aug. 99: „petito speculo, capillum sibi comi ac malas labentes corrigi praecepit."

I. 9. 24. Est deus, occultos qui vetat esse dolos.
Ipse deus tacito permisit *lene* ministro
Ederet ut multo libera verba mero.

Laene G., *leve, lena, leva* reliqui. Multa excogitata sunt: *lena, saepe, nonne, vela, lora, frena, lingua.* Verba sic collocata sunt ut *tacito ministro* pro dativo haberi debeat, quare olim vulgatum *lena* minus recte se habet, ut iam omittam lenae operam in puerorum amoribus non esse. „Deus ministro permisit ut ederet" recte diceretur si ipsi ministro petenti sive volenti aliquid concederetur, quare *saepe* et *nonne* minus placent. Idem fere de *vela, lora, frena* valet; permittimus frena generosis equis, aut iis omnino, quae vix se retineri patiuntur; sed minister, de quo hic sermo, est taciturnus. Minus offendit ab hac parte quod Riglerus proposuit *lingua*, sed verba alio ordine collocata desideres:

Ipse deus tacito permisit *verba* ministro
Ederet ut multo libera *lingua* mero.

Dativus nunc iungendus, non cum *permisit*, sed cum *lingua.* Apparet quidem lenibus remediis hoc loco nihil agi. *Verba* et *lingua* (*lene*) ita locum permutassent.

60. *Emeruisse viros* non videtur sollicitandum, sed significare: gratiam iniisse a viris, iis gratificata esse, se dedisse. Non video, cur haec vulgaris significatio h. l. non satisfaciat.

82. „Venerique merenti Fixa notet casus aurea *parma* meos" pro *palma* B. Sed parmam fuisse pro tabula votiva nusquam inveni. Pro *palma* (quod in omnibus est) Scaliger *lamna*. Cicero Leg. II. 23, 58 *laminam* commemorat cum inscriptione.

I. 10. 51. Mirum olim dixi Scaligero placuisse *eluco* ab „*elucus*, ἐωλοκρασία". Tamen rem iterum iterumque considerandam puto, nam in verbis Tibulli quae sunt

Rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse,
Uxorem plaustro progeniemque domum,

rusticus „*ipse* male sobrius" opponatur aliis male sobriis necesse fere est. Nomen sive adiectivum sive substantivum fuit *helucus* vel *elucus*, quod nihil cum *lucus* commune habet, sed cohaeret cum *heluo* s. *helluo*, *allucinari* s. *hallucinari*, et significat temulentum vel hesterno vino languidum aut temulentiam, ebrietatem. Docebunt Paulus p. 75 „elucum significat languidum ac „semisomnum, vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum „amatorem, sive halonem, id est hesterno vino languentem, „quod ἔωλον vocitant Graeci". Id. p. 100: „helucus ab hiatu et „oscitatione dictus" (nihil huic veriloquio tribuendum esse apparet, nihilo magis his p. 74: „heluo dictus — ab eluendo"). Placidus p. 470 „hellui crapula veterani" de quo utique amplius dispiciendum; interim corrigo: „helluci, crapulae, veterni". Gell. XVI. 12 „(Cloatius Verus) alucinari factum scripsit ex „eo quod dicitur Graece ἀλύειν, unde elucum quoque dictum „putat, *a* littera in *e* versa, tarditatem quandam animi et stu„porem, qui alucinantibus plerumque usuvenit". Iam si Paulus *elucus* recte temulentum interpretatus est, nihil obstat quominus: „rusticus *elucosque* — uxorem — progeniemque" legamus, quam quod vocabulum hodie fere evanuit et glossematica verba a Tibullo fere absunt. Sed tamen aliud vocabulum aeque aptum non succurrebat (pro somnolento et temulento), et certe ille lucus h. l. quidquid dicunt, minus aptus est.

II. 1. 43. Tum victus abiere feri, tum consita pomus,
Tum bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Legendum puto: „tunc insita pomus." „Inserere" ut maioris artis praeferendum videtur. Deinde scribendum „tunc victus",

„tunc bibit", ut in libris est. Saepe anceps iudicium est inter *tunc* et *tum;* diversa haec inter se dicunt quemadmodum, si de praesenti tempore sermo sit, *nunc* et *iam* nempe ubi (saepe cum quadam emphasi) una actio per se spectatur *tunc*, ubi accedentia simul, *tum* (simul cum alia re) usurpatur. Hinc intellegitur successionem tantum forma *tum* significari (= porro). Cf. I. 10. 11: „tunc mihi vita foret dulcis", 19: „tunc melius tenuere fidem", ibidem 3 tamen „tum caedes hominum generi, tum praelia nata", sed ibi quoque *tunc* restituendum videtur. Sed I. 9. 45: „tum miser interii"; recte ib. 31: „tunc mihi iurabas" ubi oppositum *nunc*. Sic etiam I. 1. 21, 6. 10; I. 1. 67: tum manes ne laede meos. Sic malim quoque I. 6. 39: „tum procul absitis." Recte I. 8. 43 ter *tunc*, ut oportet in anaphora. „Tum miser interii" I. 9. 45, non sollicitandum. ib. 79 „tum flebis", ante *cum*.

61. Rure etiam teneris curam exhibitura puellis
Molle *gerit* tergo lucida vellus ovis.

Rure gerit non ferendum videtur, quasi vero alibi non gerat; puto: *gerens*; „rure est ovis, gerens."

65. Atque aliqua assidue textis operata *Minervam*
Cantat.

Nollem receptum; quare caneret puella Minervam tantum? Cum *textis* in *textrix* abiisset (quod est in O.), *Minervae* non habebant quo referrent; inde mutatio nata. Recte, puto, Itali: *assiduae—Minervae*.

II. 3. 44. Praedator cupit immensos obsidere campos
Ut culta innumera iugera pascat ove.

Novi „*depascere* locum" de pastore, non *pascere;* fortasse B. exemplum afferet. Interim tenebo: „ut multo innumeram iugere pascat ovem". Libri unde habeant „ut multa innumera iugera pascat ove" facile explicatur. Sequitur:

Cui lapis externus curae est, *urbisque tumultu*
Portatur validis mille columna iugis,

alii libri *tumulti*, *tumultus*. Sed columna non dici potest *tumultus;* requiritur: *urbique tremenda*.

Traiecti, m. Januario 1878. C. M. FRANCKEN.

ADNOTATIONES CRITICAE
AD
CHARITONEM.

SCRIPSIT S. A. NABER.

Nihil attinet dicere de elumbi compositione octo librorum, quibus Chariton persecutus est τὰ περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιρρόην, nam Erwinius Rohdius, cuius doctrina plurimum delector, hoc argumentum ita pertractavit, ut eius iudicio videatur esse acquiescendum. Suspicor autem fore quibus non vacet spissum librum totum perlegere, cum in aliis studiis occupati sint; horum in gratiam non tentabo facere quod fieri non potest nec contraham in brevius quae Rohdius acutissime observavit et exquisita doctrina ornavit; sed ut cognoscere possint, quam ridicule Chariton veteres imitari soleat, unum alterumque locum describam. Sic statim et quasi uno obtutu apparebit, nihil esse cur eum eximamus ex choro reliquorum Eroticorum scriptorum, de quorum ineptiis satis vidimus in superioribus Mnemosynes voluminibus. Callirrhoe filia Hermocratis Syracusani gravida est e Chaerea et Venerem ita precatur, simul ostendens quam sedulo pater filiam instituerit, quae Homerum memoria teneret: Δὸς δή μοι γενέσθαι τὸν υἱὸν εὐτυχέστερον μὲν τῶν γονέων, ὅμοιον δὲ τῷ πάππῳ· πλεύσειε δὲ καὶ οὗτος ἐπὶ τριήρους στρατηγικῆς, καί τις εἴποι, ναυμαχοῦντος αὐτοῦ· κρείττων Ἑρμοκράτους ὁ ἔγγονος· ἡσθήσεται μὲν γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἔχων τῆς ἀρετῆς διάδοχον, ἡσθη-

σόμεθα δὲ οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ τεθνεῶτες, p. 64. 12. Haec dum scribebat Chariton, non intellexit sane quid esset τὸ πρέπον, quo nihil est Ἀττικώτερον. Rideo quoque Dionysium illum Milesium, qui Callirrhoen duxit οὐκ ἐθέλουσαν ἐθέλων, dum apud regem Persarum ita perorat nec metuit ne Artaxerxes intelligat, unde eos flosculos furatus sit: τὰς μὲν οὖν δεήσεις τὰς Μιθριδάτου καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν παρασκευήν, ὅσῃ χρῆται πρὸς τὸν ἀγῶνα καὶ ὅτι οὐκ ἐξ ἴσου καθεσήκαμεν, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶ, p. 95. 23. Non magis latet unde Chariton profecerit, quum quinti libri initio id facit quod facere amat et breviter ea omnia percenset quae ante narrata sunt, deinde adscribit notam clausulam: ταῦτα ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται. Atque omnino permulta sunt apud eum ex Anabasi petita, quae Dorvillius jam indicavit. Sed φιλαυτίας palma Charitoni tribuenda propter p. 136. 23. Suspicor, inquit, hunc postremum librum lectoribus prae ceteris placiturum esse: νομίζω δὲ καὶ τὸ τελευταῖον τοῦτο σύγγραμμα τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἥδιον γενήσεσθαι· καθάρσιον γάρ ἐσι τῶν ἐν τοῖς πρώτοις σκυθρωπῶν. Οὐκέτι λῃσεία καὶ δουλεία καὶ δίκη καὶ μάχη καὶ ἀποκαρτέρησις καὶ πόλεμος καὶ ἅλωσις, ἀλλ' ἔρωτες δίκαιοι ἐν τούτῳ καὶ νόμιμοι γάμοι. Adeo sua cuique placent! Quam bellum illud καθάρσιον est! Si Heliodorum exceperis, fateor me Charitonem ceteris Eroticis scriptoribus longe anteponere, sed tenuis ea laus est necdum mediocrem esse judico qui non est omnium pessimus.

Admirabile est, quam multa quinque Erotici scriptores communia habeant; in fabulae dispositione pleraque omnia ad nauseam usque recurrunt. In ipso etiam sermone saepe eadem vitia obvia, ut de duobus difficile dictu sit, uter fuerit antiquior. Animi affectus verbi causa describuntur apud Charitonem eodem modo, quo apud Achillem Tatium, cuius locos olim exscripsi. Conferat quis p. 16. 14: τὴν Καλλιρρόην κατελάμβανεν ὁμοῦ πάντα, φόβος, χαρά, λύπη, θαυμασμός, ἐλπίς, ἀπισία. P. 54. 16: ἦν ὁμοῦ πάθη ποικίλα κλαόντων, θαυμαζόντων, πυνθανομένων, ἀπισούντων. P. 58. 8: ἦσαν ὁμοῦ εὐχαί, δάκρυα, σεναγμοί, παραμυθία, φόβος, θάρσος, ἀπόγνωσις, ἐλπίς. P. 80. 23: κατελάμβανεν κὐτὸν πάθη ποικίλα θυμός, ἀθυμία, φόβος, ἀπισία. P. 99. 14: πάντα ἦν ὁμοῦ δάκρυα, χαρά, θάμβος, ἔλεος, ἀπισία, εὐχαί. Denique p. 144. 27: πάθη διάφορα εὐχομένων,

συντασσομένων, χαιρόντων, λυπουμένων, ἀλλήλοις ἐντολὰς διδόντων, τοῖς οἴκοι γραφόντων. Sed de Charitonis oratione et stilo καὶ περὶ τῆς παρεφθορυίας αὐτοῦ λέξεως praestat tacere, nam Cobetus olim hoc argumentum diligenter tractavit et professus est se aliquando eodem esse rediturum, Mnemos. VIII p. 303. Id tantum videbo, num forte loci supersint quos satis evidenti medicina sanare possim.

Quod in Florentino Codice legitur p. 3. 13: ὁ δ' Ἔρως ζεῦγος ἴδιον ἐθελήσας συλλέξαι, reposuit Hirschigius quod necessarium est ἠθέλησεν, sed Hercheri correctio συμπλέξαι mihi non magno opere arridet. Malim equidem συζεῦξαι, sicuti ζεῦγος συναρμόσαι legitur p. 29. 27. Facile συζεῦξαι in συλλέξαι abire potuit et alibi etiam Λ, ΛΛ, Z et Ξ confusa reperies. Ecce exemplum. Scribit Dio Cassius LVII. 1. de dissimulatione Tiberii: πολλοὺς οὐδὲν ἄλλο σφίσιν ἢ ὅτι συνενόησαν αὐτὸν ἐγκαλέσαι ἔχων ἀπέκτεινεν, quod a Tacito habet, qui Patres notat, quibus unus metus esset, si absurdum Imperatoris ingenium intelligere viderentur. Deinde pergit Dio: ὥστε χαλεπὸν μὲν ἦν μηδεμίαν αὐτοῦ σύνεσιν ποιεῖσθαι, πολλοὶ γὰρ ἅτε πρὸς τὸ λεγόμενον ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βουλόμενον συναινοῦντές οἱ ἐσφάλλοντο, χαλεπώτερον δὲ συνιέναι. Hinc διεγένετο ille tantum, qui οὔτ' ἠγνόησε τὴν φύσιν αὐτοῦ οὔτ' ἤλεγξεν· itaque reliqui omnes non διεγένοντο nec tantum ἐσφάλλοντο, sed aliquid gravius passi sunt et ἐσφάζοντο.

In *duarum* rerum enumeratione non fero τὸ ἀσύνδετον p. 5. 17: μεσαὶ δὲ αἱ ῥῦμαι σεφάνων, λαμπάδων· ἐρραίνετο τὰ πρόθυρα οἴνῳ καὶ μύροις. Quid desit ad loci integritatem, monstrabit in vicinia locus p. 7. 30: ἐσεφάνωσαν τὰ πρόθυρα, μύροις ἔρραναν, οἴνου πηλὸν ἐποίησαν, δᾷδας ἔρριψαν ἡμικαύτους. Quia Chariton perpetuo describit se ipsum, etiam priore loco mentionem requiro earundem quatuor illarum rerum, σεφάνων, μύρων, οἴνου et δᾴδων. Itaque supplendum esse arbitror: σεφάνων, λαμπάδων, (δᾴδων). Quorum κῶμος describitur pag. 7, hi lampades non reliquerant, sed secum tulerant domum; hinc earum non fit mentio inter σημεῖα κώμου, quae postero die deprehensa fuerunt, verum rectissime memorantur p. 5, ubi Chaereas deducitur ad domum novae nuptae et ὑμέναιος ᾄδεται.

P. 9. 2 de corruptela constat, non prorsus constat de emendatione: τὴν ἄβραν γὰρ τῆς Καλλιρρόης προσπίπτων φιλεῖν ἐποίει. Suspicatur Dorvillius legendum esse φιλεῖν προσεποιεῖτο· equidem dubitanter coniicio: τὴν ἄβραν οὖν τ. Κ. φίλην ἐποίει, quo modo legitur p. 37. 23: (τὴν ξένην) ποιεῖ φίλην ἡμῖν.

P. 13. 14 in funere Callirrhoes conspiciuntur αἱ γυναῖκες τῶν πολιτῶν μελανείμονες. Sed in novissimo agmine ἐπηκολούθει τὸ πλῆθος, hinc, uti suspicor, in medio agmine post equites et senatum non ibant αἱ γυναῖκες τῶν πολιτῶν, quae mira est locutio, sed nobiles matronae, αἱ γυναῖκες τῶν πολυτελῶν. Incedebant autem, p. 13, 11, ἐν μέσῳ τῷ δήμῳ πάντες Ἑρμοκράτην δορυφοροῦντες. Inserto articulo scribit Hercherus: πάντες (οἱ) Ἑρμοκράτην δορυφοροῦντες. Itaque secundum Hercherum Chariton in eo splendido funere omnes urbe eduxit, unum oblitus est urbe educere fecitque eum domum servare, Callirrhoes patrem Hermocratem. Sed aderat Hermocrates, sicuti aderat etiam Chaereas cum patre Aristone. itaque Codicis lectio non est sollicitanda et retinendum est: πάντες Ἑρμοκράτην δορυφοροῦντες. Itidem dubito de vera scriptura p. 15. 8: καὶ τινος αἱρέσεως ταῖς ἀπολῃφθείσαις ἀναπνοαῖς ἐκ τῆς ἀσιτίας ἐγγενομένης μόλις καὶ κατ' ὀλίγον ἀνέπνευσεν. Dorvillius coniecit ἀνέσεως, affert autem Homeri versiculum:

ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἐγέρθη.

Hinc malim fere ἐγέρσεως legere, quae mutatio satis exigua est et praeterea ἡ τοῦ θυμοῦ ἔγερσις apud Graecos haud raro dicitur, v. c. Plat. Tim. p. 70 c: τῇ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει.

Facile est statuere de p. 15. 19: πολλὴ δ' ἦν ἀρωμάτων εὐνή, quae Codicis lectio Dorvillio non suspecta est nec tamen aliis placuit. Jacobsius reponit ἐκπνοή vel ὀσμή, Hercherus εὐωδία. Sed hae quidem medicinae nimis violentae. Equidem probo θυμηδία. Postquam ΘΤΜΗ in ΕΤΝΗ abiit, resectae sunt tres literae, nam praepositio διὰ superesse videbatur, quae abundabat. Veram scripturam ostenderunt mihi duo loci, p. 75. 29: θυμηδίας οὐδὲν ἐνέδει et p. 108. 3: πάντων ἐν θυμηδίαις ὄντων. Quod continuo sequitur p. 15. 22: ἔρρηξεν οὖν φωνὴν ὅσην ἐδύνατο· ζῶσα καὶ βοηθεῖτε, edidit Hercherus Reiskium secutus: σώζετε, βοηθεῖτε. Nuper Hilbergus propo-

suit: ζῶ, βοῶσα, καὶ βοηθεῖτε. Conieceram equidem quod nunc quoque malim: ἔρρηξεν οὖν φωνὴν ὅσην ἐδύνατο βοῶσα· προσβοηθεῖτε, quae medicina etiam lenior est. Denique eadem illa p. 15. 31 Callirrhoe pergit flebiliter queri: ἀλλ' ἤδη τάχα τι βουλεύῃ περὶ γάμου. Vertit Reiskius: *Sed forte jamdudum cogitas de* novis *nuptiis*. Hoc ut dicat misera puella, corrigendum erit περὶ (ἄλλου) γάμου. Vides cur vocabulum exciderit. Recte legitur p. 30. 1: πάλιν ἄλλον ἐπολιτεύετο γάμον.

Deliberant praedones de Callirrhoe, quam in sepulcro vivam invenerant; unus ex iis auctor est, ut puellam patri et marito reddant: δυνάμεθα γὰρ ἀκινδύνως εἰργάσθαι. Quam contorte haec dicta sunt, si id significant quod Reiskius opinatus est: *Sic enim quidquid fecimus, fecisse indemnes et sine periculo poterimus*. Equidem melius intelligo: δυνάμεθα γὰρ ἀκινδύνως ἀργυρίσασθαι, quod primum quatuor literulis omissis abiit in ἀργάσθαι, deinde correctum fuit ut esset εἰργάσθαι. Praeterea in eiusdem praedonis verbis p. 17. 29 malim: ὀρκίσωμεν δὲ τὴν γυναῖκα ταῦτα ἡμῖν μαρτυρεῖν, non πάντα.

P. 19. 21: νήσους μικρὰς καὶ πόλεις παρέπλεον, adiectivum nisi fallor excidit, quod cum nomine πόλεις coniunctum fuit: supple πόλεις (πενιχράς). Itidem literulae quaedam mihi periisse videntur p. 20. 15: λαβόντες ἀπὸ τῶν παρουσῶν ὀλκάδων ἐπισιτισμόν, nam quam otiosum est illud παρουσῶν. Corrigam παρορμουσῶν. Simillimum vitium est apud Plutarchum in vita Artaxerxis 17: τῶν ἐρωτικῶν ἐκοινώνει συμπράττουσα καὶ παροῦσα. Quam indecore! Lege: παρορμῶσα. P. 23. 2 et 74. 31 ὁρμεῖν legitur, p. 61. 17 ὑφορμεῖν, p. 14. 1 ἐφορμεῖν et apud Xenophontem Ephesium p. 342. 13: πειραταὶ παρορμοῦντες αὐτοῖς. Quod legitur p. 21. 1: ἀπολέλοιπε ἤδη τοσαύταις ἡμέραις, dubito sitne vitium ipsius Charitonis an librariorum; recte legitur p. 63. 9: περιμείναντες ὀλίγας ἡμέρας, sed difficilis est quaestio est, qui errores in Charitonem cadant, qui non cadant.

Quod vitium est in Codice p. 24. 6, id occupavit emendare Cobetus: τῆς πάλαι εὐγενείας τὴν πρᾶσιν εὐτυχεστέραν ὑπελάμβανεν, requiritur enim τῆς ταλαιπωρίας. Simile vitium mihi observasse videor in Euripidis fragmento 1019:

τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν Φρενῶν
εἰς πημονὰς καθῆκε πολλὰ δὴ βροτούς.

Alia mitto, quae in his versibus merito suspicionem movent, sed imprimis me offendit articuli repetitio: legam: τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο κἀταλαίπωρον Φρενῶν, quo sensu Thucydides dixit: οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας et Aristophanes: οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο. Ceterum minime intelligo, cur Meinekius pro ὠκὺ reponere voluerit ὀξύ. Non potuit Euripides, uti opinor, vituperare τὸ ὀξὺ τῶν Φρενῶν nam laudi ducitur *acumen* ingenii et admiramur τοὺς ὀξεῖς τὴν διάνοιαν.

Obiter p. 24. 13 pro συγκαλυψαμένη corrigemus ἐγκαλυψαμένη, sicuti recte legitur p. 19. 10 et 53. 8 et venio ad p. 24. 15: πᾶς γὰρ τόπος θαλάσσης καὶ τάΦου κρείσσων. Non solemus eroticos scriptores eadem diligentia perlegere qua Platonem vel Thucydidem; hinc vitium tamdiu latere potuit. Quum Callirrhoe significabat se Mileti manere velle, quod scilicet in mari jactationem reformidaret, non potuit sepulcri mentionem facere neque ullus metus erat, ne viva iterum defoderetur. Sed vocabula γάμος, γένος, λόγος, νόμος, ψόΦος, ψόγος, Φόνος, σκάΦος sim. frequenter confunduntur, quae nota res est neque nunc eget novis exemplis. Legam equidem: πᾶς γὰρ τόπος θαλάσσης καὶ σκάΦους κρείσσων. Myoparo Theronis erat proprie κέλης, sed Callirrhoe, uti aequum est, usurpat generale nomen. Id certe apparet, eam sepulcrum non potuisse nominare *post* maris pericula, nam Chariton semper accurate servat rerum ordinem, verbi causa p. 40. 27: τάΦῳ καὶ χερσὶ λῃστῶν παρεδόθης.

Absurda in paucis scriptura est p. 25. 24: τίνα δὲ ἐνταῦθα καλέσω; Γινώσκεις., nam quod Hercherus verissime observavit illud γινώσκεις non coniungendum est cum sequentibus et nova sententia incipit a verbis: Τύχη βάσκανε, quod ostendunt p. 71. 16 et 85. 24. Quid autem si lacuna esset in Codice et nihil eo loco legeretur? Nonne unusquisque suppleret: τίνα δ' ἐνταῦθα καλέσω; τίνος ἀκούσω; Scilicet ΤΙΝΟΣΑΚΟΤΣΩ primum in γινώσκουσα abiit, deinde ulterius corruptum est ut fieret γινώσκεις. Saepe hoc modo Chariton rectissime utitur aoristorum coniunctivis.

Admodum leve mendum nondum sanatum est p. 26. 5: παρ-

ἐδόθην οὐκ οἶδα τίσιν, Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις πάλιν ἢ λῃσαῖς, scribendum enim: παλιλλῃσαῖς, quod vocabulum quantum scio alibi non occurrit, sed formatum est eodem modo quo παλινέμπορος, παλίμβολος, παλιγκάπηλος, παλιμπράτης vel παλιμπώλης Optimum autem fortasse fuerit deleta coniunctione ita scribere: παρεδόθην οὐκ οἶδα τίσιν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις παλιλλῃσαῖς.

Solemne vitium est p. 27. 22: Ἄδραστος ὁ ἐμπειρότατος τῶν νόμων διοικήσει τὰς καταγραφάς. Non erat arduum negotium syngrapham conscribere nec Papinianum requirebat; satis erat dummodo Adrastus esset ἔμπειρος τῶν νόμων. Deinde quod editur p. 27. 25 περιιών, sic Abreschius correxit Codicis lectionem παριών, sub qua latet fortasse sincera forma περιών, nam Athenienses certe in hoc participio τὸ ἰῶτα semel scripsisse videntur; conferantur ea quae nuper ad Isaeum adnotavi p. 417.

Aliquid excidit p. 32. 26: βαπτιζόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας γενναῖος ἀνὴρ ἐπειρᾶτο ἀντέχεσθαι, καθάπερ δὲ ἐκ κύματος ἀνέκυπτε, κτἑ., cf. Cobet. Mnem. VIII. 257. Quid exciderit ostendet p. 48. 13, nam Chariton amat perpetuo eadem dicere eodem modo: τὴν ψυχὴν ἐβαπτίζετο, ὅμως δ' ἀνακύπτειν ἐβιάζετο καθάπερ ἐκ τρικυμίας τοῦ πάθους. Καὶ τότε οὖν ἐπέσησε τοιούτοις λογισμοῖς, κτἑ. Itaque supplendum: ἀντέχεσθαι (τῶν λογισμῶν).

Quod Callirrhoe interrogata respondet p. 35. 5: Σύβαριν δ' οὐκ εἶδον, displicet aoristus. Graeci hoc sensu sic dicunt: Σύβαριν δ' οὐκ οἶδα. Antigone apud Sophoclem: τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ. Euripides Herc. fur. 4: τίς τὸν Διὸς σύλλεκτρον οὐκ οἶδεν βροτῶν; Anaxandridis est versiculus: τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα; Potuisset Callirrhoe etiam sic dicere: Σύβαριν δ' οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα, sicuti Demosthenes locutus est de Coron. p. 248: τὴν Πεπαρήθου πόρθησιν οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα, de quo usu Cobetus egit Mnemos. IV. p. 303. Sed aoristus εἶδον in hac sententia tam est absurdus, quam si laudato loco Callirrhoe dicere voluisset: ἐγὼ νῦν πρῶτον ἐπράθην pro πέπραμαι. Non memini apud quem poetam senarium legerim: τίς οὐκ Ἀθήνας οἶδε καλλίσην πόλιν; sed multi sunt qui Athenas neque εἶδον neque ἑοράκασι neque ὄψονται.

Satis est verbo indicare p. 36. 7: Ἕλλην γὰρ εἶ καὶ πόλεως

φιλανθρώπου καὶ παιδείας μετειλήφας, nam quia de ea Dionysii doctrina Callirrhoe hucusque nihil inaudiverat, necessario Chariton scripsit μετειληφυίας. Est quoque facile emendare p. 36. 17: ἔκλαε προφάσει μὲν Καλλιρρόην, τὸ δ' ἀληθὲς ἑαυτόν, nam verum est πρόφασιν et Chariton Homerum animo cogitabat. Sic p. 38. 1: ἐνδιέτριβε τοῖς χωρίοις προφάσεις μὲν ἄλλοτε ἄλλας, τὸ δὲ δὴ ἀληθές, κτέ., quae Hercherus ultro corrupit scribendo προφάσεσι — ἄλλαις. Ipse Chariton recte p. 147. 3: ἐπένθουν δὲ καὶ Περσῶν οἱ ἐντιμότατοι Στάτειραν πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἕκαστος, quocirca miror et correctum velim p. 50. 26: ἦκεν ἐπὶ τὸν τάφον προφάσει μὲν σεφάνους καὶ χοὰς ἐπιφέρων, sed nihil est cur sollicitemus p. 110. 19: προφάσει δὲ δίκης ἦλθεν ἐπ' ἐμέ.

Contra morem Charitonis scribitur p. 37. 16: φύσει γὰρ εὔελπίς ἐστιν ὁ ἔρως, nam requiritur εὔελπι, sicuti p. 21. 18 Cobetus correxit: περίεργον γὰρ ἄνθρωπος φύσει — nam hoc malo quam ἄνθρωπος — quum in Codice legatur: περίεργον γὰρ ἀνθρώπου φύσις. Sic p. 9. 7: γυνὴ εὐάλωτόν ἐστιν, p. 47. 32: εὐκαταφρόνητόν ἐστι γυνὴ μόνη καὶ ξένη, p. 53. 25: φύσει δὲ φιλόζωόν ἐστιν ἄνθρωπος, p. 65. 15: φύσει περίεργόν ἐστιν ἔρως, quod recte emendavit Hercherus, p. 88. 8: φύσει δέ ἐστι τὸ βάρβαρον γυναιμανές, p. 116. 1: πάντων δέ μοι βαρύτατον ὁ ἔρως ὁ βασιλέως, quod Cobetus correxit, p. 122. 25: εὐεξαπάτητον γὰρ ἄνθρωπος δυσυχῶν, denique p. 149. 20: οὕτω κοῦφόν ἐστιν ἔρως et p. 150. 27: φύσει γὰρ ὄχλος ἐστὶ περίεργόν τι χρῆμα. Amant ita loqui recentiores, v. c. Aristaenetus Epist. 15: φύσει γὰρ εὐδιάλλακτον ἄνθρωπος ὅταν εὐτυχῇ. Sed eodem modo etiam veteres. Eurip. Med. 898: γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ. Helen. 830: γυναικὶ πρόσφορον γυνή. Soph. Ai. 580: κάρτα τοι φιλοίκτισον γυνή. *Varium et mutabile semper femina. Femmina è* cosa *garrula e fallace.* Et de amore, ut illuc redeam, Euripid. in Danae: ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ.

Leve mendum est p. 38. 8: ἐμέμψατό που καὶ τὰ περὶ τὸν οἰκονόμον, nam καί τι requiritur. Deinde displicet p. 38. 17: παρέξει γάρ σοι Διονύσιος ἡδέως αἰτουμένῃ χάριν πρώτην. Hertlinius supplevit: πρώτην ταύτην. Sed p. 35. 19 recte quidem fortasse se habent Dionysii verba: ταύτην αἰτοῦμαι παρά

σου χάριν πρώτην· nunc nihil causae est cur *prima* gratia dicatur, nam Callirrhoe praeterea nihil Dionysium rogatura est. Scribam: παρέξει γάρ σοι Διονύσιος ἡδέως αἰτουμένῃ χάριν. Πρῶτον μὲν οὖν ὤκνει, κτέ.

Recte intellexit Hercherus particulam ἄν deesse p. 39. 5: οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐρρύσατο μὴ ἀπολέσθαι Φωκᾶν, sed perperam nisi fallor retinuit id quod est ἀνθρώπων. Malim equidem: οὐδεὶς ἂν ἐρρύσατο, sicuti recte legitur p. 38. 15: οὐδεὶς ἂν ῥύσαιτο ἡμᾶς. Causa corruptelae in aprico est. In vicinia p. 39. 15 miror: καταπεσοῦσα περιέπεσε τῇ δεξιᾷ τοῦ Διονυσίου. Rectius multo est quod invenitur p. 58. 11: περιέφυ τῷ τραχήλῳ. Misere corrupta verba sunt p. 42. 11: ἡ δὲ τὸ ἄκαιρον τῆς βουλῆς οὐ παρέλαβεν. Cobetus suspicatur Charitonem fere dedisse: ἡ δὲ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιβουλῆς οὐ παρῆκεν. Equidem conieci: ἡ δὲ τὸ εὔκαιρον τῆς βουλῆς ὑπέλαβεν, sed rem incertam esse concedo. P. 43. 12: δύνασαι γὰρ δοκεῖν ἐπταμηνιαῖον ἐκ Διονυσίου τετοκέναι, malim sane δυνήσει, quod futurum recurrit p. 83. 4. Pariter p. 44. 8: ἐγὼ μὲν οὖν πρώτη τὴν ἐμὴν γνώμην ἀποφαίνομαι, arridet ἀποφανοῦμαι.

Legitur in Codice p. 47. 21: τολμήσει δὲ τίς εἰπεῖν ἀνάξιον τὸν ἐξ ἐμοῦ γεννώμενον, κρείττονα τοῦ πατρὸς ἔχων τὸν πάππον. Scripsit Hercherus τὸν ... ἔχοντα, neque animadvertit Dorvillium jam incidisse in veram lectionem: τὸ ... ἔχον. Sic genus neutrum eodem modo usurpatum est p. 45. 5: οὐ θρέψει τὸ ἐξ ἄλλου γεννώμενον. P. 49. 14 perducitur Callirrhoe ad domum, ἥτις ἦν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λιμένος, sed supplendum est ἥτις ἦν (αὐτῷ). Leve hoc peccatum est, paulo gravius est quod me offendit p. 49. 16. Sola vult Callirrhoe deam Venerem adorare καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸν νεὼν πάντας ἐκβαλοῦσα ταῦτα εἶπε πρὸς τὴν θεόν. Hic Dorvillius non admodum apposite ex Evangelio Matthaei laudavit: εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας, cuius loci Charitonem fortasse memorem fuisse scribit, quae ludicra suspicio est. Plus proderit contulisse p. 63. 28: Καλλιρρόη δὲ μόνη ἠθέλησε πρὸς τὴν Ἀφροδίτην λαλῆσαι Nimirum deam precata est, non πάντας ἐκβαλοῦσα, sed πάντας λαθοῦσα. Nimis rusticum est ἐκβαλοῦσα· verius scribitur p. 64. 4: μόνην

δὲ Πλαγγόνα προεμεῖναι κελεύσασα, τοὺς λοιποὺς προὔπεμψε, p. 68. 2: πάντας ἐκέλευσεν ἀπαλλαγῆναι et p. 85. 22: πάντας ἀναχωρῆσαι κελεύσασα. Notum est confundi solere βαλεῖν, καλεῖν, λαβεῖν, λαθεῖν, λαχεῖν et θανεῖν.

Compositum verbum περικλείειν male legitur p. 50. 24: τὸν τάφον περιέκλεισαν ἀμελῶς et verum esse iudico ἐπέκλεισαν. Deinde p. 51. 11: καί τις εἶπεν ἐσῴς· τὰ ἐντάφια σεσύληται, Hirschigius scripsit παρεσῴς, sed stabat ille, uti credibile est, in monumento ipso: hinc scripserim: ἐνεσῴς. Pariter corrige p. 53. 20: μόνη (ἐν) τοῖς ἐνταφίοις ἡ νεκρὰ λείπει. Minutum mendum superest in vicinia p. 53. 18: τοῦτο ὁ πατήρ σοι δέδωκε, quia haec verba sunt Chaereae ad Callirrhoen absentem, requiro ἔδωκεν.

Persaepe apud Charitonem fama admirabili celeritate rumores spargit et antevertit festinantes; nusquam tamen id fit absurdius quam p. 54. 13. Chaereas in medio mari capit myoparonem Theronis et properat Syracusas redire: verum προεπεδήμησεν ἡ φήμη. Excurritur undique in littus: ἐξέπληττε γὰρ αὐτοὺς τὸ καινὸν διήγημα. Quis narraverit, Chariton neque addit neque, etiamsi talia curasset, probabiliter fingere potuisset; sed neque animadvertit neque suspicatus est umquam fore qui talia quaererent. Deinde Chaereas in patriam reversus vix dicere inceperat, οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, et theatrum populus universus compleverat, qui τὰ περὶ Χαιρέαν audire gestiebat. Ibi igitur miser adulescens totam rem exponit, p. 55. 10,... πλοῖον γὰρ ἐθεασάμην ἐν εὐδίᾳ πλανώμενον... At mentiris, o mi bone Chaerea: quo tempore socii conspexerunt Theronis navigium, tu ἐν κοίλῃ νηὶ ἐγκεκαλυμμένος ἔκλαες, p. 53. 8. Aliquanto post demum, invento thesauro et θορύβου γενομένου ἤρου τίς ἦν ἡ αἰτία, quam postquam audivisti, ipse quoque ἐβουλήθης τὸ καινὸν θεάσασθαι. Sed tu vere dixisti; culpa penes librarios est, qui fecerunt te mendacem; ita enim scribendum: πλοῖον γὰρ ἐθαυμάσαμεν ἐν εὐδίᾳ πλανώμενον.... θαυμάσαντες ἤλθομεν πλησίον.

Haec quidem correctio certa est, minus certa est ratio, qua corrigenda mihi videntur proxime sequentia. Theron interrogatur, p. 55. 23: Τίς εἶ; Δημήτριος. Εἰπὲ πόθεν. Κρής. Τί οἶδας; εἰπέ. Πρὸς ἐμαυτοῦ ἀδελφὸν πλέων εἰς Ἰωνίαν ἀπε-

λείφθην τῆς νεώς. Oportet mendacem esse memorem. Olim interrogatus p. 54. 3 responderat sic: πλέων δ' εἰς Ἰωνίαν ἀδελφὸν ἐμαυτοῦ ζητῶν στρατευόμενον κατελείφθην, κτέ. Idem quoque dixit Syracusis in judicio sed alio modo, nempe sic: Τί οἶδας; Ἐπὶ πατρὸς ἐμαυτοῦ ἀδελφὸν πλέων εἰς Ἰωνίαν ἀπελείφθην τῆς νεώς, quod si probabitur, reponendum fortasse erit altero loco: ἀδελφὸν (πατρὸς) ἐμαυτοῦ ζητῶν. Sentit unusquisque quam mire scribatur hodie: τί οἶδας; εἰπέ et praeterea notum est πατρὸς et πρὸς saepe confundi. Deinde fieri potest ut mutato accentu vera scriptura sit: Τίς εἶ; Δημήτριος, εἶπε. Πόθεν; Κρής. Morem Charitonis in talibus vide p. 21. 30: Τί καλεῖ; Λεωνᾶς, alibi. Praepositionem ἐπί vide p. 5. 13: οἱ νέοι ἀπήεσαν ἐπὶ Χαιρέαν, p. 75. 14: ἔπεμψε Μιθριδάτης ἐπὶ Χαιρέαν, p. 85. 5: Χαιρέου πλοῦν ἐπὶ ζήτησιν τῆς γυναικός.

P. 56. 1 malim: μὴ οὖν ὑμεῖς γένησθέ μοι θαλάσσης ἀγμώτεροι, quam γένεσθε et p. 56. 6: ἔμελλε γὰρ τὸ σχετλιώτατον ἔσεσθαι πάντων πραγμάτων, coniicio emendandum esse: ἔμελλε γάρ τοι. P. 56. 15 pro καταβῆναι legendum est ἀναβῆναι et p. 56. 22 supplendum: μόλις μὲν γὰρ καὶ βραδέως ἀλλ' (ὅμως) ὡμολόγησεν ὁ Θήρων.

Hermocratis verba sunt p. 57. 11: πέμψατε πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῆς· τὴν ἐλευθέραν ἀπολάβωμεν. Quomodo Chariton loqui amet, cognoscitur ex his exemplis: p. 43. 7: τίς οὕτως ἀνόητος, ἵνα τεκτοκτονίαν ἀντ' εὐδαιμονίας ἕληται; p. 45. 17: παρεκάλει Καλλιρρόην ἵνα αὐτῷ προσέλθῃ, p. 49. 30: τῆς Ἀφροδίτης ἐρχομένης ἵνα ἐμβῇ· p. 97. 19: τίς οὕτως ἀνόητος ἵνα ἕληται τὰ τηλικαῦτα ἀγαθὰ ἀπολέσαι; p. 137. 3: ἀνίσαται ἵνα διατάξῃ τὰ πρὸς τὸν πλοῦν. De ea vitiosa dicendi consuetudine, quae Latium potius quam Atticam redolet, Cobetus dixit Mnemos. VIII. p. 259 et 272. Collatis locis quos descripsi, verosimiliter reponemus: πέμψατε πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῆς (ἵνα) τὴν ἐλευθέραν ἀπολάβωμεν. Pariter p. 14. 28: μήνυε τὴν πρᾶξιν καὶ τὸν καιρὸν μὴ ἀπολλύωμεν, utere eadem medicina qua Cobetus sanavit p. 68. 25 et repone ἵνα. Apertum est etiam, quid requiratur p. 77. 6: ὄφελον μηδὲ Σικελίας ἐξήλθετε μηδὲ συνέβη τὸ δεινὸν ἀμφοῖν, nam legendum (ἵνα) μηδὲ συνέβη, quo sensu ἵνα cum Indicativo construitur sicuti p. 68. 25, quem locum Cobetus, uti dixi, emendavit: τί δὲ καὶ ἡ τριήρης ἠ-

κησεν ἵνα βάρβαροι κατέκαυσαν αὐτήν; Denique p. 145. 17 ex Charitonis more suppleverim: Δέομαί σου (ἵνα) μηδὲν ὀργισθῇς. Aliquid excidit p. 59. 14: Εὔχομαί σοι, Πόσειδον, ἢ κἀκείνην μεθ' ἡμῶν ἢ μηδ' ἐμὲ χωρὶς ἐκείνης ἐνταῦθα. Lege: (διασῶσαι) ἐνταῦθα. Etiam maiore cum evidentia idem verbum reddi poterit Xenophonti, apud quem ita scribitur in Hellenicis II. 2. 1: οἱ προδόντες Ἀλκιβιάδῃ τὸ Βυζάντιον τότε μὲν ἔφυγον εἰς τὸν Πόντον, ὕστερον δ' εἰς Ἀθήνας καὶ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι. Lege: ὕστερον δ' εἰς Ἀθήνας διεσώθησαν (ΔΕΙΣΑΘΗΝΑΣΔΙΕΣΩΘΗΣΑΝ). Verbum διασώζειν vide apud Charitonem p. 60. 22.

Intrat Chaereas templum Veneris Milesiae ibique deprehensa statua aurea Callirrhoes καταπίπτει σκοτοδινιάσας. Accurrit sacerdos et ἀνακτᾶται τὸν ἄνθρωπον, p. 60. 6. Non potuit Chariton Chaeream hoc modo ἄνθρωπον appellare. Scribe: τὸν ἄθλιον, coll. p. 62. 6, 73, 27 et 81. 4.

Vel puer corrigat p. 64. 20: τέθνηκα, ἀνέζησα, λελήσευμαι, πέφευγα, πέπραμαι, δεδούλευκα, nam verum est ἀνέζηκα, sicuti p. 93. 24 perfecta rectissime copulantur: τέθνηκα καὶ κεκήδευμαι, τετυμβωρύχημαι, πέπρακα, δεδούλευκα. Contrarium vitium est p. 40. 8: πρᾶγμα παράδοξον κατώρθωκεν, ubi malo κατώρθωσεν. Adde p. 97. 15: τὸν ἄλλον βίον ἔζησα σωφρόνως καὶ πρώτην ταύτην ἔσχηκα διαβολήν. L. ἔζηκα. P. 98. 10: Χαιρέας μὲν τέθνηκε, σὺ δ' ὀνόματι τοῦ νεκροῦ τὴν γυναῖκά μου διέφθειρας. L. διέφθορας.

Postquam Callirrhoe certior facta est, duos juvenes in aede Veneris visos fuisse, statim coniicit Chaeream adesse qui Miletum appulerit et sacerdotem ita interrogat: ποταποὺς εἶδες; ἀναμνήσθητι τὸν χαρακτῆρα αὐτῶν. Dixerat vetula: μόνον εἶδον αὐτούς, οὐδὲν ἤκουσα. Itaque nunc minus recte sequuntur Callirrhoes verba: ποταποὺς εἶδες; sed mihi certe arridet: ποταποὺς τὸ εἶδος, nam pronomen ποταπός, quod olim ποδαπός pronunciabatur, nunc non refertur ad patriam, sed ad corporis formam. Nec rogat Callirrhoe, cuiates adulescentes sint; qui enim anus hoc scire poterat? sed utrum nigris capillis an flavis, procera statura an exigua sint. Deinde ἔφρασεν ἡ γραῦς οὐκ ἀκριβῶς μέν, sed ita ut Callirrhoe Chaeream agnosceret.

Phocae verba p. 66. 11: μεγάλων ἀγαθῶν φέρω σοι διηγή-

ματα, malo διήγημα et prorsus eodem modo olim erratum fuit p. 18. 19 et 32. 30. Paulo gravius vitium continuo sequitur: περίμεινον ἕως οὗ πάντα ἀκούσῃς· χρησὸν γὰρ ἔχουσι τὸ τέλος, scribit Hercherus ἔχει, sed libarii, nisi fallor, hoc modo errare non solent. Legerim: ἔχει σοι.

Solemne vitium recurrit p. 68. 4: ἠρεμίας λαβομένη pro ἐρημίας itidemque corrige p. 80. 19: βουλόμενος ἠρεμίας μετασχεῖν. Recte p. 78. 1: ἐπ' ἐρημίας γενόμενος, p. 82. 12: ἐν ἐρημίᾳ γενόμενοι, sed perperam p. 101. 25: ἐπεθύμει γὰρ ἠρεμίας, quod nimis est ridiculum pro ἐρημίας. Conf. Mnemos. VIII. p. 251.

Novi abusum coniunctionis ὥστε apud Charitonem nec tamen feram p. 69. 18: νόμος οὗτος ἀρχαῖος Ἑλλήνων ὥστε καὶ τοὺς ἀφανεῖς τάφοις κοσμεῖν. Intelligo: νόμος οὗτος ἀρχαῖος Ἑλλήνων ἐστί. Sequenti pagina 70. 24 soloecum est: οὐδὲ Ἀριάδνης οὐδὲ Λήδας pro οὔτε...οὔτε· sed eundem errorem vide p. 72. 21: οὐδὲ ἰδὼν αὐτοὺς οὐδὲ ἀπολογουμένων ἀκούσας. P. 70. 28 suppleverim: ὑπὲρ τὴν Λευκώλενον καὶ (τὴν) Καλλίσφυρον itidemque articulus periit p. 96. 4: οὗ καὶ (ὁ) τάφος ἐστὶ παρ' ἡμῖν, p. 101. 1: οὐ γάρ ἐστι δίκαιον μέλλουσαν αὐτὴν κρίνεσθαι περὶ (τ)ἀνδρὸς μετ' ἀνδρὸς ἥκειν ἐπὶ τὴν κρίσιν, p. 101. 7: (οἱ) εὐνοῦχοι παραλαβόντες ἤγαγον πρὸς τὴν βασιλίδα, p. 102. 31: οὗ (τὸν) τάφον ἔχω et p. 135. 30: αὐτὴ γὰρ ἴσως (τὸν) ἄνδρα πενθεῖ. Plus autem proderit simile vitium sustulisse p. 70. 32. Postquam in publicum prodiit Callirrhoe, Milesii omnes tantae pulcritudinis amore perculsi obstupescunt: ἔπαθόν τι καὶ παῖδες. Insere articulum: non est satis. Chariton qui nunquam Homeri immemor est, illud debuit notare etiam senes amore correptos fuisse. Parum est pueros τι πάσχειν, sed etiam senes Callirrhoes adspectu commovebantur. Lenis mutatio faciet, ut Chariton hoc dixisse videatur: ἔπαθόν τι καὶ (οἱ δὶς) παῖδες. Norunt omnes, uti opinor, senes apud Graecos δὶς παῖδας vocari, vide Schol. ad. Arist. Nub. 1407. Est verbi causa Theopompi senarius:

δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ,

dixitque ipse Aristophanes:

ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἂν ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

P. 71. 6 describitur pompa: καλλίστην δ' οὖσαν τὴν Χαιρέου

εἰκόνα προσέβλεψεν οὐδεὶς Καλλιρρόης παρούσης. Usque ad monumentum Callirrhoe lectum comitata est, in quo Chaereae imago exposita erat: itaque Chariton scribere non potuit: *quamdiu Callirrhoe aderat*, nam adfuit donec solemnibus peractis omnes domum redirent. Sed scribe: τὴν εἰκόνα οὐδεὶς προσέβλεψεν Καλλιρρόης παριούσης.

Leve est rescribere p. 73. 14: ἔξαρνος ἦν εἰδέναι, μηδὲν γὰρ ὅλως τῆς πράξεως κεκοινωνηκέναι, pro μηδέ et p. 98. 26: οὐδὲν γὰρ ἐξαπατήσεις με σοφίσμασι, pro οὐδέ, sed aliis eiusmodi minutis vitiis omissis venio ad p. 75. 15. Mittit Mithridates qui Chaeream ad se adducant, quem legimus jam in eo fuisse ut cum aliis quibusdam in crucem suffigeretur: εὗρον δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἀνῃρημένους, ἄρτι δ' ἐκεῖνον ἐπιβαίνοντα τοῦ σταυροῦ. Miseris illis vitam aliquantulum producemus, nam fieri non potest ut tam cito animam exhalarint; brevi ante cruci affixi erant necdum credibile est eos ἀνῃρῆσθαι, nam robusti homines erant et Jesus corpore quamvis debilitato horrendos cruciatus per plures horas tamen sustinuit. Sed qui missi erant, invenerunt eos ἀνηρτημένους. Deinde exclamarunt: φεῖσαι, κατάβηθι, μὴ τρώσῃς, ἄφες. Carnifex adscenderat in crucem non τρώσων τὸν Χαιρέαν sed τρήσων nec pendet quis τετρωμένος τὼ χεῖρε καὶ τὼ πόδε, sed τετρημένος. Legitur apud Homerum:

ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε.

Apollonides ille apud Xenophontem in Anabasi non erat τετρωμένος τὰ ὦτα, sed τετρυπημένος vel, quod eodem redit, τετρημένος, sicuti apud Aristophanem est Thesm. 18: δίκην δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο. Legendum igitur: μὴ τρήσῃς, non τρώσῃς. Simul Chariton nobis ostendit, condemnatos primum dispessis manibus ad patibulum alligatos fuisse, tum in crucem fuisse actos, postremo manus et pedes perforatos fuisse. Potuisset carnufex manus perforare, antequam damnatum cruci affigeret; sed Chaereas certe pependit dispessis manibus patibulum tenens et integra membra inde retulit. Possunt praeterea de hoc argumento conferri quae Xenophon Ephesius habet p. 374. 26, ubi docemur quod esset τῆς ἀναστανρώσεως ἔθος apud Aegyptios, qui σπάρτοις τὰς χεῖρας ἔσφιγγον καὶ τοὺς πόδας nec perforabant. Quo hic modo apud Charitonem erratum est, eodem

modo olim apud Aeschylum errabatur. Editur hodie in Agamemnone vs. 848: *ἀνὴρ ὅδε — τέτρηται δικτύου πλέον*, quae est Ahrensii emendatio, nam in Codicibus legitur *τέτρωται*. Eiusdem poetae notissimum fragmentum est 41:

ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.

Displicuit illud *τρῶσαι* viris doctis: Heathius *χρῶσαι* reponit, *πλῆσαι* Meinekius: equidem cogitavi de *τρῆσαι*, sicuti de ipso coelo legitur apud Herodotum IV. 158: *ἐνταῦθα ὁ οὐρανὸς τέτρηται*. Verum esse *τρῆσαι* ostendet quod de tellure legitur, quae *ἐρᾷ γάμου τυχεῖν*, nam quo sensu dicantur *τρύπημα* et *τρυμαλιὴ* et *εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς*, notum esse arbitror.

P. 78. 8 supple: *ζῶ διὰ Μιθριδάτην τὸν ἐμὸν εὐεργέτην, ἐλπίζω δὲ καὶ (τὸν) σόν*, uti et p. 78. 9: *ἐνέπρησαν (τὴν) τριήρη τὴν καλήν* itidemque p. 78. 27: *ἔδωκεν Τγίνῳ (εὐνούχων) τῷ πιστοτάτῳ*. Deinde prorsus certum est quid sit rescribendum p. 82. 30: *ἐβουλεύετο μὴ βαδίζειν ἄνω δεδοικὼς τὰς διαβολὰς καὶ τὸν θυμὸν τὸν βασιλέως, ἀλλὰ Μίλητον μὲν καταλαβὼν* (non *καταλαβεῖν*) *καὶ Διονύσιον ἀνελὼν* (non *ἀνελεῖν*) *τὸν τούτων αἴτιον, Καλλιρρόην δ' ἁρπάσας ἀποστῆναι βασιλέως*. Prorsus idem vitium est quod deprehendi p. 87. 32: *πάντων δὲ ἀσεβέστατος ἐγώ μὴ βλέπων* (non *βλέπειν*) *σε κεκελευσμένος καὶ ὁ δειλὸς καὶ φιλόζωος μέχρι τοσούτου φέρων* (non *φέρω*) *τυραννούμενος*.

Mire editur p. 83. 3: *εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἀθετήσειεν, οὐδὲν δυνήσῃ χεῖρον παθεῖν*. Cobeto res non successit Mnem. VIII. p. 282; mihi placet: *εἰ δὲ καὶ ἀλῶναι δεήσειεν*, nam optativus apud Charitonem non debet offensioni esse. Sic legitur p. 83. 15: *εἰ δ' ἀποθανεῖν δεήσειε, πάλιν ὄψομαι Καλλιρρόην*. Circa hoc verbum *ἁλῶναι* librarius iterum peccavit p. 91. 19: *ἐπέπεισο ἁλῶναι μὴ δύνασθαι*, quod hodie sic recte editur, sed in codice absurda scriptura est: *ἐπέπεισο ἀγνὸν εἶναι μὴ δύνασθαι*. Mox p. 84. 5 Chariton appellat Amoris arma *τὰ κουφότατα καὶ ῥᾳστα μὴ θέλοντα*, sed malo: *τὰ κοῦφα ταῦτα* et supplebo p. 84. 13: *οὐ γὰρ ὅμοιον (ἦν) ἐν Μιλήτῳ Φυλάττειν Καλλιρρόην καὶ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ὅλης*, sicuti p. 52. 26 requiro: *ὅτ' ἦν* (non *ὅτε*) *οὐδὲν ὄφελος*.

P. 84. 24: *ἐγαμήθη καλλίῃ γυναικῶν ἀνδρὶ καλλίῳ*, in

nitidula Charitonis compositione requiro ἀνδρῶν itidemque p. 138. 7: εἴληφε τὸν εὐμορφότατον ἄνδρα, verum est ἀνδρῶν. P. 86. 12: φοβοῦμαι ὡς μὴ δόξω κἀκεῖ καλή τινι, malim: καλὴ εἶναι. P. 86. 21 supple: ἥδε ἡ γυνὴ μέγα δυνήσεται (παρὰ βασιλεῖ), quae verba neutiquam abesse possunt, ut reliqua recte intelligantur. Itidem aliquid excidit p. 88. 17: κἀκεῖ δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἐφυλάττου (μόλις), quod praecedens narratio satis clare demonstrat. Vocabulum τολμηρέ quod continuo sequitur, fecit ut μόλις excideret, quod adverbium crebro legitur apud Charitonem, v. c. p. 4. 13, 15. 9, 27. 31, 28. 26, alibi. Deinde p. 89. 30 supple: ἐν δὲ τῷ περιφανεστάτῳ (τόπῳ), quod non eget commendatione.

Paulo gravius vitium est p. 90. 10: Διονύσιος μὲν ἄκων καὶ ξένων ὑπ' αἰδοῦς τὴν Καλλιρρόην προελθεῖν ἠξίωσεν. At nihil erat cur Dionysium *puderet*, sed multum *metuebat* ne uxor circumstantium oculos in se converteret: itaque scribe: ὑπὸ δέους. Recte legitur p. 99. 24: εἰ μὴ διὰ τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς βασιλέα, κἂν χεῖρας ἀλλήλοις ἐπέβαλλον. Contra p. 92. 7 sedent Persae in aula regia μετὰ σιγῆς καὶ δέους, sed quia tunc nihil prorsus erat quod timerent, nam causam oraturi erant Dionysius et Mithridates, Hercherus rectissime suspicatur Charitonem dedisse: μετὰ σιγῆς καὶ αἰδοῦς, *cum veneratione*. Cf. p. 57. 32.

Aliquid excidit p. 91. 16: θαρρῶν ταῖς ἐπιστολαῖς αἷς ἔγραψε Μιθριδάτης πρὸς Καλλιρρόην· at Mithridates nullas dederat ad Callirrhoen litteras, sed Dionysius Mithridatem scripsisse putabat, quas litteras revera scripserat Chaereas: hinc supple: αἷς ἔγραψε (δῆθεν) Μιθριδάτης. Cf. Mnem. VIII. p. 297.

Mira locutio est p. 94, 26: μέχρις ἔξω πλήρεις οἱ ξενῶποι. Malim equidem: μέχρις τειχῶν. Sic p. 50. 18: μέχρι κεράμων ἀνέβη τὸ πλῆθος. Tum p. 96. 16 in Dionysii oratione: ἡ δὲ σὴ τύχη, βασιλεῦ, ἄξιον ὄντα κατέστησε καὶ ἡ πρόνοια τῶν ἄλλων θεῶν φανερὰς ἐποίησε τὰς ἐπιβουλάς, quem hic dicit Dionysius fuisse ἄξιον? Quanam re hic perhibetur dignus fuisse? Participium ὄντα cur additum? Apparet corrupta verba esse. Est aliquid audendum, scribam: εὐεξέλεγκτα ταῦτα κατέστησε. Certior tamen medicina suppetit p. 97. 4. Causa perorata Dionysius statim εἶχε τὴν ψῆφον. Vertit Reiskius, quem nunc quidem nemo sequetur: *statim omnium ferebat suf-*

fragia. Sed fretus innocentia sua postulavit orator ut statim ferrentur suffragia neque εἶχε τὴν ψῆφον, sed ἤτει τὴν ψῆφον.

Mirum in Mithridatis oratione p. 97. 12: βαρεῖ με πρὸς ὑποψίαν τὸ κάλλος τῆς γυναικός. Aliud enim est quod legitur p. 106. 4: ἐβάρει γὰρ αὐτὸν τὸ κάλλος τῆς γυναικός et p. 71. 24: πολλὰ γὰρ αὐτὸν ἐβάρει. Intelligam: βαρὺ μὲν πρὸς ὑποψίαν. Falsum quoque est quod Mithridates dicit p. 97. 23: Διονύσιος γὰρ οὐχ ὑπὲρ γυναικὸς ἐγκαλεῖ κατὰ νόμους αὐτῷ γαμηθείσης, ἀλλὰ πωλουμένην ἠγόρασεν αὐτήν. Sed justae illae nuptiae fuerunt, sicuti tertio libro copiose narratum est. Unica res defuerat ἡ ἐγγύη· quin legimus κατὰ νόμους αὐτῷ ἐγγυηθείσης· nemo fuerat qui Callirrhoen desponderet, sed Dionysius eam ἐκδιδομένην ἑαυτὴν Φανερῶς κατὰ νόμους ἔγημεν, ut est p. 48. 31 et 99. 29.

Solemnis recurrit confusio verborum νομίζειν et ὀνομάζειν, p. 97. 31: Γυναῖκα τολμᾷς ὀνομάζειν ἣν ἀπέδοτό σοι ὁ λῃστής, exclamat Mithridates, verum hoc mittamus: nolo tibi molestus esse: γάμον νόμιζε τὴν πρᾶσιν καὶ προῖκα τὴν τιμήν. Apparet quid velim. Γάμον νόμιζε τὴν πρᾶσιν· hoc quidem Dionysius secundum Mithridatis sententiam quantumvis vellet non poterat facere; sciebat enim quid esset actum. Sed γάμον ὀνόμαζε τὴν πρᾶσιν, h. e. *non intercedo quominus hoc tibi sumas et arroges, quamquam apertum est te mala fide agere.* Possum addere alia exempla. Dio Cass. XLIII. 19: ἡ Ἀρσινόη γυνή τε οὖσα καὶ βασιλὶς ποτε νομισθεῖσα. Lege: ὀνομασθεῖσα. Idem LI. 24: Φίλος τε ἐπὶ τούτῳ καὶ σύμμαχος αὐτοῦ ἐνομίσθη. Lege: ὠνομάσθη. Herodot. II. 51: ὅθενπερ καὶ Ἕλληνες ἤρξαντο νομισθῆναι. Lege: ὀνομασθῆναι. Plutarch. Num. 17: ἀνεῖλε τὸ λέγεσθαι καὶ νομίζεσθαι τοὺς μὲν Σαβίνους τοὺς δὲ Ῥωμαίους. Lege: ὀνομάζεσθαι. Plutarch. Crass. 2: ἐπώλει τὰς οὐσίας τῶν ἀνῃρημένων ὑπ' αὐτοῦ λάφυρα [καὶ νομίζων καὶ] ὀνομάζων. Atque omnino saepissime hoc modo erratur.

Librarius grammaticam ignoravit quum scriberet p. 99. 19: ἐδόκει ἄν μοι καὶ βασιλεὺς τότε θέλειν Χαιρέας εἶναι, neque intellexit quo pertineret particula ἄν. Chariton scripsit: δοκεῖ ἄν μοι — θέλειν. *Voluisset rex:* ἤθελεν ἄν· *videtur mihi voluisse:* δοκεῖ ἄν μοι θέλειν· sed librarios hoc ignorare mirum non est: id miror doctissimos editores non sentire. Simile vitium recurrit p. 121. 9, de quo loco infra videbimus.

Postquam ad jurgia ventum est, faciunt Dionysius et Chaereas quod mortales facere solent et conviciis ad convicia respondent. Δεῖξον γάμου διάλυσιν, dixerat Chaereas; tum Dionysius, τὸν τάφον ὅρα, inquit, nam respondet imperativus imperativo et vitiosum est quod editur ὁρᾷς. Sic loquuntur non semel sed saepius: Σὺ τὴν ἀλλοτρίαν κρατεῖς: Σὺ τὴν σὴν ἀπέκτεινας. — Μοιχέ: Φονεῦ. Egregie hoc Charitoni videbatur adumbratum.

P. 100. 12 legimus fuisse qui regi auctores essent ne de Callirrhoe pronunciaret, utrum Dionysii uxor esset an Chaereae: τῆς μὲν γὰρ Μιθριδάτου κατηγορίας εἰκότως ἤκουσας, σατράπης γὰρ ἦν, τούτους δὲ ἰδιώτας πάντας εἶναι. Quia infinitivus prorsus non habet unde pendeat, vitium subesse certum est: facillimum est rescribere: τούτους δὲ ἰδιώτας ὄντας ἐᾶν δεῖ, nec certe πάντες possunt dici qui duo tantum erant. Deinde corrigemus p. 102. 9: ὥςε πολυανθρωποτάτην γενέσθαι τὴν βασιλέως οἰκίαν pro πολυανθρωποτέραν. Tum minus bene dictum est p. 102. 30: τίνα τῶν ὑποχθονίων ἠσέβησα ἵνα εὕρω μοι νεκρὸν ἀντεραςήν· nihil nunc curo abusum coniunctionis ἵνα, sed necessarium mihi videtur scribere εὕρωμαι. Contra periit pronomen personale p. 104. 16: οἴχῃ, Χαιρέα, νῦν ἀληθῶς νῦν ἀπέθανες· praefero: νῦν ἀληθῶς μοι ἀπέθανες.

Stultum est quod editur p. 104. 3: ἐμοῦ παρεςῶτος ἄλλον ᾔδειτο. Hoc quidem non erat quod Chaereas aegre ferret, si quidem noluit uxorem habere ἀναιδῆ. Sed praesente Chaerea ἄλλον εἵλετο. Stetit illa quidem, ut est p. 100 5, Χαιρέαν φιλοῦσα, Διονύσιον αἰδουμένη, sed Chaereae Callirrhoe, quae priore marito conspecto neque προσῆλθεν neque κατεφίλησεν, elegisse videbatur Dionysium.

Initio sexti libri p. 105. 17 duplex est vitium. Qui in judicio Dionysio favebant ita dicebant: Χαιρέας δὲ γήμας ἀπέκτεινε· μνημονεύειν ὀφείλει Καλλιρρόη τοῦ γάμου· χρηςὸν δὲ Διονυσίῳ πρόσεςιν εἰς τὸ νικᾶν ὅτι καὶ τέκνον ἔχουσι κοινόν. Verum id ipsum nolebant, Callirrhoen recordari pristini matrimonii, hinc mulieres, uti legimus p. 105. 25, quotquot Dionysio favebant, dictitabant: τί δ' ἂν πάλιν ὀργισθῇ Χαιρέας; πάλιν τάφος. Hoc ipsum priore quoque loco scriptum fuit: μνημονεύειν ὀφείλει Καλλιρρόη τοῦ τάφου. Similem corruptelam

notavimus supra ad p. 24. 15 et conf. Mnem. VIII. 246. Quod autem editur: χρηϛὸν δὲ Διονυσίῳ πρόσεϛιν, est ea Hercheri conjectura, nam in Codice γνωϛὸν legitur: nihil aliud latet nisi λῷϛον. Perspicua res est.

Non magis res Herchero feliciter successit p. 106. 27. Ipse rex adamabat Callirrhoen et ita secum loquitur: ἀρνῇ μὲν ἀλλ' ἐρᾷϛ. Tune negas, ὦ βασιλεῦ; At nemo hunc tibi exprobravit amorem; nemo suspicatur te amore Graecae mulierculae captum esse; solus jaces in lecto; frustra somnum captare cupis; quod te ipsum non latet, id nec negas nec negare potes, etiamsi ea res fortasse alios lateat. Sed legitur in Codice ἀγνοεῖϛ et scribendum est nisi fallor: Λανθάνειϛ μὲν ἀλλ' ἐρᾷϛ. Quam sit exigua mutatio, apparet. Hinc concidit argumentum quo Cobetus fuerat usus Mnem. VIII. 284.

Nunc juvat promere incertam suspicionem. Legitur p. 107. 19: ἦν δὲ τὸ ἆθλον οὐ κότινος — ἀλλὰ κάλλος τὸ πρῶτον, ὑπὲρ οὗ δικαίως ἂν ἤρισαν καὶ θεοί. Malim: κάλλους τὸ πέρας, sicuti Damoxenus dixit apud Athenaeum I. p. 15:

πέρας ἐϛὶ κάλλους, ἄνδρες, οὔτ' ἀκήκοα
ἔμπροσθεν οὔθ' ἑόρακα τοιαύτην χάριν.

Minutum est corrigere p. 107. 22: θεοὶ θυσίας ἀπαιτοῦσι pro θυσίαν, nam perpetuo in ea parte narrationis θυσίαι memorantur plurali numero, veluti p. 107. 31, 119. 22 alibi. Deinde p. 107. 25 Asiam rex jubet ἑορτάζειν ἀφεμένην δικῶν τε καὶ πραγμάτων, sed necessario Chariton scripsit ἀφειμένην. P. 108. 19 supplendum est: ἀπαιτοῦσιν αὐτὸν θυσίας (θεοί), οἷϛ καθ' ἡμέραν θύει. Causa corruptelae in aprico est. Ecce alia exempla. Plut. Moral. p. 931 E.: Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Πίνδαρον ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον (θεὸν) κλεπτόμενον καὶ μέσῳ ἄματι νύκτα γενομένην. Plat. Legg. IV. 721 B: ἔϛιν ἢ τὸ ἀνθρώπινον γένος Φύσει (θείᾳ) τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας. Plut. Mor. p. 331 A: τῶν δ' Ἀλεξάνδρου φωνῶν ἂν ἀφέλῃϛ τὸ δίκδημα καὶ τὸν Ἄμμωνα καὶ τὴν εὐγένειαν Σωκράτους ἢ Πλάτωνος ἢ Πυθαγόρου σοι φανοῦνται. Lege: θεογένειαν. Non dissimilis corruptela est Plut. Moral. p. 593 D: ἑτέρους ἀσκοῦντας ὁρῶντεϛ ἥδονται καὶ παρακαλοῦσι καὶ συμπαραθέουσι. Imo verum est συμπαθοῦσι. Denique Plut. Mor. p. 1050 B: ἐν γὰρ πᾶσι τοῖϛ γινομένοις καὶ τὰ αἰσχρὰ δή

που θεῶν ἐστιν. Non intelligo cur Wyttenbachius non scripserit in textu, quod ante eum jam repertum fuerat: *δήπουθεν.*

Nunc lepida interpolatio cognoscenda est. Rex Persarum perdite amat Callirrhoen, cui eunuchus suadet ut regi morem gerere velit. Ni faciat, audiat modo quae sors maneat regis inimicos: *μόνοις γὰρ τούτοις οὐδὲ ἀποθανεῖν θέλουσιν ἔξεστι*, nam eunuchus eo die forte legerat Xenophontis Anabasin. Ridet minas illas generosa virgo. Non sum, inquit, ignara mali. Viva defossa sum. Tradita sum praedonibus. *Ἄρτι τὸ μέγιστον τῶν κακῶν πάσχω· παρόντα Χαιρέαν οὐ βλέπω.* Quibus verbis auditis eunuchus *δεινὸς ὢν τὴν φύσιν ἐνόησεν ὅτι ἐρᾷ.* Etiam paulo stultior hoc potuisset intelligere, nam Callirrhoe dixerat satis diserte. Sed jam vides, opinor, quid velim. Exclamaverat mulier: *ἄρτι μέγιστον τῶν κακῶν πάσχω.* Quid dicere vellet, eunuchus statim intellexit, erat enim *δεινὸς τὴν φύσιν.* *Τοῦτο τὸ ῥῆμα προὔδωκεν αὐτήν*, ut ait Chariton, unde videmus Callirrhoen non aperte locutam fuisse, sed tecta verba, quae imprudenti exciderant, ab eunucho rectissime intellecta fuerunt. Itaque expungenda illa sunt: *παρόντα Χαιρέαν οὐ βλέπω.*

Pag. 119. 28: *παρῆσαν ἡγεμόνες τῶν ἐθνῶν μεθ' ὧν εἰώθει τὰ μεγάλα χρηματίζειν.* Requiritur praesens tempus *εἴωθε.* Deinde p. 121. 9 quum bellum paratur, Artaxates eunuchus apud regem nullam amplius mentionem facit Callirrhoes nec quaerit num rex eam secum in castra trahere velit: *ἄσμενος ἀπηλλαγμένος καθάπερ ἀγρίου θηρίου.* Supplendum est *καθάπερ ἀγρίου θηρίου* (*τῆς Καλλιρρόης*), nam sic Chariton perpetuo abutitur coniunctionibus *ὥσπερ* et *καθάπερ*, verbi causa p. 23. 26, 48. 12, 95. 5, 114. 9 et 148. 1. Cf. Mnem. VIII. 289.

Statim sequitur p. 121. 10: *ἐδόκει δέ μοι καὶ χάριν ἔχειν τῷ πολέμῳ διακόψαντι τὴν βασιλέως ἐπιθυμίαν.* Scribit Hercherus: *ἐδόκει δὲ μονονουχὶ χάριν ἔχειν*, quae infelix admodum coniectura est. Medicina simplex sufficit: *δοκεῖ δέ μοι καὶ χάριν σχεῖν τῷ πολέμῳ.* Rex autem *ᾐδεῖτο εἰπεῖν τὸ περὶ αὐτῆς.* Imo *εἰπεῖν τι περὶ αὐτῆς.*

P. 122. 6: *Χαιρέᾳ παρήγγειλεν οὐδείς*, supplendum censeo *οὐδεὶς* (*οὐδέν*), etsi scio esse qui negent Graeculos hoc modo locutos fuisse, sed non video quid possit latere nisi illud ipsum

οὐδεὶς οὐδέν. Pag. 124. 14 in Chaereae verbis: σπεύδωμεν, ἀπίωμεν. Δίκας ἐν τῷ πολέμῳ λήψομαι παρὰ τοῦ δικαστοῦ, malim λησόμενοι. Deinde postquam in Syriam perventum est, Chaereas cum amico ἠὐτομόλησαν πρὸς τὸν Αἰγύπτιον, cuius castra quum intrarent, non transfugae habiti sunt sed speculatores, non enim habebant σχῆμα πρεσβευτῶν p. 124. 23. Itane? Num transfugae oratorum similes esse solent? Dummodo habuissent σχῆμα πρεσβευτῶν, statim Aegyptii intellexissent esse eos transfugas: nonne hoc absurdum? Sed inermes erant et regem in bellum secuti fuerant sicuti Xenophon olim cum Cyro minore in Asiam profectus est; hinc mox ab Aegyptiorum rege arma accipiunt p. 125. 14. Σχῆμα γὰρ Περσῶν οὐκ ἔχοντες ὑπωπτεύοντο κατάσκοποι μᾶλλον. Vides ut ΠΕΡΣΩΝ abierit in ΠΡΕΣΒΕΩΝ, deinde in ΠΡΕΣΒΕΤΤΩΝ.

Hercules est apud Tyrios, ᾧ μόνῳ σχεδὸν ἀνατεθείκασι τὴν πόλιν. Supple τὴν πόλιν (ὅλην). Recurrit p. 126. 14 verbum εὐπλοεῖν quod itidem usurpatur p. 52. 19 et 60. 22, uti et εὔπλοια p. 144. 22. Hinc suspicor p. 18. 30 Theronem non clamavisse: ἐμβαίνετε, πλέωμεν, sed εὐπλοῶμεν, sicuti apud Lucianum legitur noto loco in Dialog. Mort. 10.

Oratio Chaereae est ad milites p. 128. 8: Στρατηγῶ καὶ τὴν ἀρχήν μοι ὑμεῖς δεδώκατε· malim: στρατηγῶ τὴν ἀρχὴν ἣν ὑμεῖς μοι δεδώκατε. Tum p. 131. 31 rex Aegyptiorum non dixit Chaereae: ἔχεις τριήρεις Αἰγυπτίας, sed ἔχε, sicuti statim sequitur eodem modo: ἔχε καὶ τούτους καὶ ἄλλους ὅσους ἂν θέλῃς. P. 132. 11 legimus pedestres copias ἀθυμοτέρους fuisse factas, ὅτι μετ' αὐτῶν οὐκ ἐστρατεύσατο Χαιρέας. Facile vincam veram scripturam esse: ὅτι μετ' αὐτῶν οὐκέτι στρατεύσοιτο Χαιρέας. P. 133. 12: δῶρον τὸ ἥδιστον, οὗ μάλιστα πάντων αὐτὸς ἐπιθυμεῖς. Lege: ἀεί. Idem vitium deprehendi apud Demosth. in Timocratea § 4.

Venimus ad octavum librum. Jam placata Venus est itaque Chaereae non ἤδη διηλλάττετο, ut est p. 136. 14, sed διήλλακτο et pro συνεβόησαν p. 137. 19 reposuerim ἀνεβόησαν, sicuti legitur p. 27. 4, 31. 3, 53. 16, 141. 15; ἀνέκραγεν p. 43. 13 et 142. 15: ἀνεστέναξεν p. 143. 3; ἀνέκλαυσεν p. 40. 23 et ἀνεκώκυσεν p. 54. 19. P. 139. 21 petit quis ut Chaeream convenire liceat; Polycharmus rem nunciat

mperatori, qui occlusis foribus in thalamum cum uxore secesserat cubitum; tum ille utpote στρατηγὸς ἀγαθός, κάλει, φησί, πόλεμος γὰρ ἀναβολὴν οὐ περιμένει, sed necessarium est ἐπίσκαλει. P. 141. 9 non plane intelligo, cur Hercherus pro ἐσφαλῶς scripserit ἀσφαλοῦς. Deinde in concione militum Chaereas p. 141. 17, ποῖ τοίνυν ἄπιμεν, inquit. Pronunciavit illa verba quasi consilii inops itaque unus militum surgit et ita dicit: τί δὲ ζητοῦμεν ποῖ φύγωμεν βασιλέα; Hinc suspicor Charitonem scripsisse: ποῖ τοίνυν ἀπίωμεν. Accedit quod apud hunc scriptorem futurum non εἶμι est, sed ἐλεύσομαι. Contrarium vitium est apud Demosthenem de Corona § 32: ὅπως μὴ ἀπίωμεν ἐκ Μακεδονίας. Sincera lectio ἄπιμεν servata est in Anecdotis Bekkeri p. 129. 4.

Pergit dicere miles ille ita: ἔχομεν θάλασσαν καὶ τριήρεις· ἀμφότερα δὲ ἡμᾶς εἰς Σικελίαν ἄγει, ubi malim: εἰς Σικελίαν ἂν ἄγοι. P. 142. 11 καὶ Στάτειραν ἄγεις, leve est corrigere: ἢ Στάτ. ἄγεις; P. 145. 21 epistula est Callirrhoes ad Dionysium; scribit in ea de filio, quem pepererat ipsa et de filia quam Dionysius ex alia uxore habebat. Ἔχεις οὐ μόνον υἱὸν ἀλλὰ καὶ θυγατέρα· ἀρκεῖ σοι δύο τεκνα. Ὃν γάμῳ ζεῦξον, ὅταν ἀνὴρ γένηται. Suasit Callirhoe ut faceret Dionysius quod moris erat: Ὃν γάμον ζεῦξον, sicuti legitur p. 153. 11: τὸν γάμον ὑμῶν αὐτὸς ἔζευξε. Ceterum Callirrhoe novercae potius quam matris partes agit et pergit decipere Dionysium, qui Chaereae filium suum esse putabat. Verisimiliora Chariton fingere debuerat.

P. 146. 1 Callirrhoe rogat Persarum reginam, ut crebro ad se literas dare velit: ῥᾴδια γὰρ πάντα βασιλεῖ· hoc quidem verum, sed dixerat tamen Callirrhoe: ῥᾴδια γὰρ πάντα βασιλείᾳ. Denique p. 146. 18: πολλὴ μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα καὶ ἐκδέχεταί με φοβερὰ πελάγη· malo: ἐκδέξεται.

Venio nunc ad locum flagitiose corruptum, p. 146. 30: ὄντι δ' αὐτῷ περὶ Χίον καὶ Τύρον. Tyri rex erat, nam θύοντι τῷ Ἡρακλεῖ τὰ ἐπινίκια allatus ei est nuncius Aradum esse captam. Itaque absurde hic mentio fit insulae in Aegaeo mari. Coniicit Cobetus Mnem. VIII. p. 301: ὄντι δ' αὐτῷ περὶ Φοινίκην καὶ Τύρον, sed nemo dixerit, qui Φοινίκην in Χίον abire possit. Sed rex erat in ora maritima; hinc scribam: περὶ παραλίαν καὶ

Τύρον. Vides quam exigua mutatio sit. Eadem medicina proderit etiam Dioni Chrysostomo, qui p. 190 C. scribit Aeneam ἀναλαβεῖν τὸν Διομήδη ἔχοντα ὀλίγας ναῦς καὶ μέρος τι παραδοῦναι τῆς στρατιᾶς, ἐπειδὴ πᾶσαν ἔσχε τὴν χώραν. Regionis nomen requiritur itaque Reiskius scripsit Βρεττίας, quod Geelius merito improbavit, quia Diomedes non Bruttium occupavit, sed Apuliam. Quod autem ipse coniecit τῆς Ἰταλίας, id non magis arridet, nam otiose additur Aeneam *in Italia* agros Diomedi adsignasse, quasi alibi potuisset assignare. Repone: τῆς παραλίας. Corruptelae originem ostendet Bastius in Commentatione p. 931. In prima Commentatione Platonica p. 12 olim multa exempla dedi ut ostenderem quam frequenter Π et ΣΤ confundi soleant. Nunc imprimis ad rem facit quod tunc observavi apud Platonem in Theage 129 D. confundi πραγματεία et στρατεία. Scilicet ΠΑΡΑΛΙΑΣ primum esse videbatur ΠΡΑΛΙΑΣ, deinde ΣΤΡΑΛΙΑΣ, denique ut Graecum vocabulum esset, scriptum fuit στρατιᾶς.

Redeo ad Charitonem. Non minus foeda corruptela est p. 151. 1: καὶ γὰρ ἦν ἄπιστον, ὡς ἀληθῶς ἤδη πεπυσμένων αὐτῶν ὅτι Χαιρέας τέθνηκε, ζῶντα δόξαι καταπλεῖν. Quid est illud δόξαι? Nemo dicet. Nempe latet: ζῶντα ἐξ Αἰγύπτου καταπλεῖν. Unde corruptela oriri potuerit, monstrabit Bastius in Commentatione p. 791. Non minus certum est quid reponi debeat p. 151. 22: καὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ σχῆμα τὸ μετὰ τὴν ναυμαχίαν τὴν Ἀττικήν. Supplendum enim: ἦν ἐκεῖνο τὸ σχῆμα ὅμοιον τῷ μ. τ. ναυμ. P. 153. 5 λυπηρότερον ἢ μικρότερον, ipse Dorvillius jam invenerat πικρότερον sed inconsiderate abiecit.

In Chaereae oratione ad populum haec leguntur p. 154. 16: τρέφεται γὰρ (lege ἄρ') ὑμῖν πολίτης ἐν Μιλήτῳ πλούσιος ὑπ' ἀνδρὸς ἐνδόξου· καὶ γὰρ ἐκείνου τὸ γένος ἔνδοξον Ἑλληνικόν. Μὴ φθονήσωμεν αὐτῷ μεγάλης κληρονομίας. Rectissime sensit Hercherus hunc locum vitium alere, sed quod eiecit vocabulum ἔνδοξον, id factum nollem. Affirmat Chaereas filium suum apud nobilem virum educari: nihil attinebat addere Dionysium esse Graecum natione, qui praesertim Milesius esset. Καὶ γὰρ ἐκείνου τὸ γένος ἔνδοξον. Nobilis est Mileti Dionysius, sicuti Hermocrates Syracusis. Quid autem faciemus adiectivo Ἑλληνικόν? Num eiiciemus? Refingemus in coniunctionem: Ἀλλὰ μὴ

φθονήσωμεν αὐτῷ μεγάλης κληρονομίας. Noli mirari ἀλλὰ abiisse in ἑλληνικὸν· Ἑλλήνων, ἀλλήλων, ἄλλων, ἄν saepius locum permutant. Scribit Photius: πατριῶται· οἱ δοῦλοι Ἑλλήνων πολῖται δὲ οἱ ἐλεύθεροι. Absurdam scripturam correxit Cobetus in Variis Lectionibus p. 244: πατριῶται· οἱ δοῦλοι ἀλλήλων. Editur apud Demosthenem de Corona § 200: τότε δὲ ἀξιοῦσα προεσάναι τῶν ἄλλων, εἶτ' ἀποσᾶσα τούτου, Φιλίππῳ προδεδωκέναι πάντας ἂν ἔσχεν αἰτίαν. Dionysius Halicarnassensis qui hunc locum laudavit tom. VI. p. 1051 R., Ἑλλήνων habet et πάντως, quas lectiones in textum recipiendas duco. Miror id nondum observatum fuisse, cum praesertim Codex Parisinus illud Ἑλλήνων in margine habeat. Legitur in eadem oratione § 254: τὸ μὲν προελέσθαι τὰ κάλλιστα καὶ τὸ τῶν οἰηθέντων Ἑλλήνων, εἰ πρόοιντο ἡμᾶς, ἐν εὐδαιμονίᾳ διάξειν, τούτων αὐτῶν ἄμεινον πράττειν τῆς ἀγαθῆς τύχης τῆς πόλεως εἶναι τίθημι. Quantum praestat rescribere: τῶν οἰηθέντων ἄν. Particula ἂν in hac compositione abesse non debet et nihil est cur Demosthenes patriae suae hostes honorifico nomine Graecos appellet. Sed jam apparet quo jure apud Charitonem reponam: Ἀλλὰ μὴ φθονήσωμεν. Corruptelae origo perspicua fiet consulentibus Bastium p. 800 et 807. Vide modo, quo compendio Ἕλληνες scriptum sit in Moeridis Codice, tabul. I. n. 7.

P. 154. 20: τότε δὲ καταχθεὶς ἐν τῷ χωρίῳ, malo: τούτου. P. 155. 26: εἰ μὴ Πολύχαρμος ἔσωσεν, praefero ἐκώλυσεν. P. 155. 29 rex Persarum Callirrhoen οὔτε ἔπεισεν οὔτε ὕβρισεν· potestne hoc Chaereas satis decore affirmare de uxore sua? Quasi hoc unquam quisquam de casta matrona posset suspicari, eam vel maximis illecebris posse πεισθῆναι. Sed rex eam οὔτε ἐπείρασεν οὔτε ὕβρισεν. Pag. 156. 7: ἐδυνάμην οὖν ἀποδεῖξαι, lege: ἄν.

Ultima corruptela quam notabimus, satis gravis est. Verba sunt Chaereae p. 156. 14: ἐλεύσεται καὶ ἄλλος τόλος ἐξ Ἰωνίας ὑμέτερος· ἄξει δ' αὐτὸν ὁ Ἑρμοκράτους ἔγγονος. Quando veniet Syracusas illa classis? Nempe post annos minimum viginti. Primum igitur reponendum censeo ὕστερον pro ὑμέτερος, nam ὕστερον paene necessarium est addere et ὑμέτερος propemodum absurdum est. Deinde pro ἐλεύσεται multum malo: πλεύσεται. Legitur quidem πλεύσειν p. 44. 17 et 48. 23, sed

sincera forma πλεύσεσθαι p. 41. 30 et 57. 16. Cur autem Chariton Chaereae et Callirrhoes filiolum Mileti reliquit? Mater eum secum duxerat Babylonem et Statira infantem libenter videbat p. 146. 3. Rex autem secum traxit ad bellum καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα, ut est p. 121. 21. Itaque urbe Arado capta statim cum matre patri reddi potuerat, sed Chariton maluit puerum Dionysio Milesio tradere educandum. Fuit fortasse de ea re aliquid dictum ea pagina, quae secundum Hilbergi verissimam conjecturam excidit post p. 134. 28. Videor autem mihi intelligere, cur Chariton rem ita finxerit depinxeritque Callirrhoen novercae quam matris similiorem. Nempe hunc Chaereae filium, qui a patre adoptivo Dionysii nomen nactus erat, Chariton eundem esse voluit illum Dionysium maiorem, qui postea Syracusis rerum potitus est. Fecit igitur Hermocratis *nepotem* eum qui, uti notum est, Hermocratis τῷ πάνυ *gener* fuit, *filius* autem alterius cuiusdam Hermocratis, itidem Syracusani, qui ignobilis fuisse fertur. Atque hoc quidem Charitoni, qui tam multa improbabilia fingit, fingere licuit, nam in Hermocratis historia multa obscura et perplexa, quod bene notavit Georgius Grotus in Historia Graeca Vol. X. p. 420 Edit. Amer., neque admodum verisimile est quod traditur, Dionysii maioris patrem et socerum fuisse cognomines.

Atque sic Eroticos scriptores de manibus depono, nam Eustathium et Theodorum Prodromum et si qui sunt his etiam absurdiores, pertractare non juvat.

Amstelodami,
d. 6 m. Jan. 1878.

GALENUS.

Tom. V. pag. 713. perridiculum mendum est in loco Platonis: διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλε ΔΙοἰΚησις γενέσθαι τῶν θυμουμένων. Apud Platonem in *Timaeo* pag. 70 c. vera lectio servata est haec: ἔμελλεΝ οἵΔησις γενέσθαι, sed in plerisque libris ut in optimo Parisino A. οἴκησις circumfertur.

C. G. C.

AD ANTHOLOGIAE PALATINAE

PARTEM PRIOREM (CAPP. V, VI, VII)

CONIECTANEA.

(*continuantur ex Tom.* V. *p.* 438).

Epigr. 75, sive Rufini, sive Palladae:

Γείτονα παρθένον εἶχον Ἀμυμώνην, Ἀφροδίτη,
ἥ μου τὴν ψυχὴν ἔφλεγεν οὐκ ὀλίγον.
αὕτη μοι προσέπαιξε, καί, εἴ ποτε καιρός, ἐτόλμων.
ἠρυθρία. τί πλέον; τὸν πόνον ᾐσθάνετο. κτλ.

Controversia fuit de sententia quarti versus, quem ita Latine dedit Dübnerus: „quid multa? laborem sentiebat," cum hac nota: „Grotius et Jacobsius de amore accipiunt, quem puella sentiebat. Legens equidem intelligebam, quod statim sequitur, πολλὰ καμών." Grotium et Jacobsium recte locum cepisse, quod vel praecedenti τί πλέον; id est, „nihil proderat," confirmatur, statuit Herwerdenius, V. Cl. et adsentior, modo scribatur: τί πλέον; τὸν πόθον ᾐσθάνετο, *amoris desiderium sensit.* Perpetuo πόνος et πόθος et in nostro Codice et ubique de loco certant; saepe emendata lectio reposita est, saepius reponenda. Usurpatur quidem plerumque πόθος de amore iuvenis in puellam, sed et de puella recte dici demonstrat ex pluribus vel hic unus locus (IX, 132): Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρὸς πόθος Ἱππολύτοιο.

Leve est, quod epigr. 102, Marci Argentarii:

Τὴν ἰσχνὴν Διόκλειαν, ἀσαρκοτέρην Ἀφροδίτην
ὄψεαι, (ὄψομαι Jac. recte) ἀλλὰ καλοῖς ἤθεσι τερπομένην.
Οὐ πολύ μοι τὸ μεταξὺ γενήσεται, ἀλλ' ἐπὶ λεπτὰ
στέρνα πεσών, ψυχῇς κείσομαι ἐγγυτάτω,

admonendum videtur, nempe ut pro ἐγγυτάτω scribatur comparativus ἐγγυτέρω, quem recte glossator quidam explicat: ὡς ἐμποδὼν οὔσης τῆς παχύτητος τοῦ τῇ ψυχῇ πλησιάζειν.

Neque maioris momenti est, quod in sequenti Rufini epigrammate (103):

Μέχρι τίνος, Προδίκη, παρακλαύσομαι; ἄχρι τίνος σε
γουνάσομαι, στερεή, μηδὲν ἀκουόμενος;

equidem praetulerim: μηδὲ ἀκουόμενος, *cum ne audiar quidem*, hiatu post οὐδέ et μηδέ frequentissimo. Eodem modo V, 308: ὦ σοβαρή, ὑγίαιν'. οὐδ' ὑγίαινε, λέγεις; et saepe alibi.

Intricatior res est in Philodemi carmine (V, 132), quod totum apponendum erit:

Ὦ ποδός, ὦ κνήμης, ὦ τῶν ἀπόλωλα δικαίως
μηρῶν, ὦ γλουτῶν, ὦ κτενός, ὦ λαγόνων,
ὦ ὤμοιν, ὦ μαστῶν, ὦ τοῦ ῥαδινοῖο τραχήλου,
ὦ χειρῶν, ὦ τῶν μαίνομαι ὀμματίων,
ὦ κατατεχνοτάτου κινήματος, ὦ περιάλλων
γλωττισμῶν, ὦ τῶν * θύεμε Φωναρίων.
εἰ δ' ὀπικὴ παῖς (Cod. καὶ) Φλῶρα, καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφοῦς,
καὶ Περσεὺς Ἰνδῆς ἠράσατ' Ἀνδρομέδης.

Obiter moneo, hunc locum addendum esse iis, ubi ὁ κτείς, interprete Psello, περὶ τοῦ γυναικείου αἰδοίου usurpatur, — οὕτω γάρ, inquit, ὀνομάζουσι τὴν αἰδὼ αἰσχυνόμενοι, — ut apud Callimachum: οὐ δ' ἥσιν ἐπὶ κτενὸς ἦλθον ἔθειραι. Sed merito suspectum fuit viris doctis versu sexto: ὦ τῶν θύεμε Φωναρίων. Unice necessarium θύομαι repperit Boissonadius, vitium metricum frustra excusans exemplo miselli cuiusdam extremae aetatis Byzantinae versificatoris, Ignatii (XV, 31). Cui vitio ut occurrerent Jacobsius coniecit: ὦ τῶν θύμεθα Φων., Heckerus: ὦ τῶν θῦψ' ἐμὲ Φῶν. Scio equidem τὰ Φωνάρια in carminibus amatoriis quem locum habeant, sed tamen illa *suada loquelae, qua me totum ussit*, quam interpretatur Heckerus, mihi quidem et in puella extranea ac Opica, et in hac gradatione, perquam

inepte commemorata videtur. Itaque *θύομαι* pro *θύεμε* a Boissonadio gratus accipio, quod vel aequalitas membrorum, — *ὦ τῶν ἀπόλωλα, ὦ τῶν μαίνομαι*, — verum esse comprobat, sed et sequens *φωναρίων* non minus corruptum esse existimo, cui quid substituendum sit sententiarum ordo et nexus suppeditabunt. Nempe Philodemus, ut Caligulam quondam fecisse auctor est Suetonius, (c. 36) singula enumerat et extollit puellae suae bona, *corporis* primum, deinde *concubitus*. Quae sit in his gradatio, docet Automedon: (ep. 129): *γλωττίζει, κνίζει, περιλαμβάνει*, plane ut nostro loco *κινήματα* et *γλωττισμοί* commemorantur. Sed quomodo *περιλαμβάνει* expressit? Poterat *ἔργον ἔρωτος* dicere, ut Paulus Silentiarius infra (275, vs. 7) sed exquisitiore, credo, vocabulo uti maluit. Nempe legendum coniicio: *ὦ τῶν θύομ' ἐρωμανιῶν*, quo verbo poëtae nostri saepe et libenter utuntur, v. c. Rufinus (ep. 47): *Πολλάκις ἠρασάμην σε λαβὼν ἐν νυκτὶ, Θάλεια, || πληρῶσαι θαλερῇ θυμὸν ἐρωμανίῃ*, et infra epp. 255 et 256 et saepius. De confuso *φ* et *ρ* conferatur Bastius, p. 848, de *μ* et *ν*, ibid p. 725 et 726.

Ep. 174. Meleagri.

Εὔδεις, Ζηνοφίλα, τρυφερὸν θάλος. Εἴθ' ἐπὶ σοὶ νῦν
ἄπτερος εἰσῄειν ὕπνος ἐπὶ βλεφάροις,
ὡς ἐπὶ σοὶ μηδ' οὗτος, ὁ καὶ Διὸς ὄμματα θέλγων,
φοιτήσαι, κάτεχον δ' αὐτὸς ἐγώ σε μόνος.

Versu quarto recte Herwerdenius legit *φοίτησεν*, sed praeterea impeditum simul est et auribus ingratum illud ter repetitum *ἐπὶ σοί, ἐπὶ βλεφάροις, ἐπὶ σοί*, ne dicam, cum his temporibus *εἰσῄειν* et primae personae sit et tertiae, ita plane obscurari oppositionem, quae rei caput est. Scribendum propono: *εἴθ' ἐπὶ σοῖς νῦν || ἄπτερος εἰσῄειν Ὕπνος ἐγὼ βλεφάροις*, quae et concinnitate membrorum cum secundo disticho, — *ὡς ἐπὶ σοὶ μηδ' οὗτος κτλ.* sequente *αὐτὸς ἐγώ*, — commendantur.

Eiusdem est ep. 178, iocosa Amoris venalis prostantis descriptio, ut praecedens epigramma 177 ex celebratissimo Moschi Idyllio (1) expressa: *Πωλείσθω*, inquit, *καὶ ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισι καθεύδων*, — etenim:

καὶ γὰρ σιμὸν ἔφυ καὶ ὑπόπτερον, ἄκρα δ' ὄνυξιν
κνίζει, καὶ κλαῖον πολλὰ μεταξὺ γελᾷ.

πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν ἄτρεπτον, ἀείλαλον, ὀξὺ δεδορκός,
ἄγριον, οὐδ' αὐτῇ μητρὶ Φίλῃ τιθασόν.

Pro ἄτρεπτον in Codice est ἄθρεπτον, sed magis probo quod H. Stephanus et Brunckius ediderunt, ἄτρεστον. Damnat hoc Graefius, „quod etiam ad laudem trahi potest," quasi non in epigrammate praecedenti, eiusdem poëtae et eiusdem argumenti, dicatur: ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς, ἀείλαλος, ὠκύ, ἀταρβής, cuius synonymon ἄτρεστος est, ἄτρεπτος non est. Sed hoc obiter. Magis me offendit intolerabilis tautologia in iis quae statim praecedunt: πρὸς δ' ἔτι λοιπόν. Poterat πρὸς δέ, poterat etiam πρὸς δ' ἔτι, sed his etiam λοιπόν addere, id vero nimium et propre infantis videtur. Excusat tamen ea Jacobsius, „familiaris sermonis negligentiae" tribuens. Quanto melius Lobeckius: „pro λοιπόν, quod mirifice languet, succurrit significantius λιρόν sive λῖρον, i. e. ἀναιδές." Equidem proposuerim: πρὸς δ' ἐπίλυπον, ἄτρεστον, ἀείλαλον, ὀξὺ δεδορκός, κτλ. Ἐπίλυπος nonnunquam activa significatione occurrit, i. q. λυπηρός, ut apud Aristotelem, Eth. Nicomach. XI, 4.

Epigr. 180 eiusdem Meleagri in eodem fere argumento versatur.

Τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς Ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πικρὰ γελᾷ;
οὐ μάτηρ στέργει μὲν Ἄρη, γαμέτις δὲ τέτυκται
Ἀφαίστου, κοινὰ καὶ πυρὶ καὶ ξίφεσιν;
ματρὸς δ' οὐ μάτηρ ἀνέμων μάστιξι Θάλασσα
τραχὺ βοᾷ; γενέτας δ' οὔτε τίς οὔτε τίνος. κτλ.

Ita editur ex Jacobsii correctione, Codex habet γενέτης (superscr. α) δ' οὔτε τις οὔτε τινός. Subauditur ἴσμεν, inauditum ellipsis genus. Sed praeterea, quam fatue dictum est! Ignoratur, quis Amori pater fuerit, optime se habet, sed quis sanus dicat: ignoti patris pater ignotus est? Sed in οὔτε verbum mihi latere videtur, quemadmodum in superioribus est: στέργει, τέτυκται, βοᾷ, quamobrem scripserim: γενέτα δ' οὐδέ τις οἵδε τίνος, cui coniecturae non parum probabilitatis affert, quod e Salmasio enotavit Dübnerus V. Cl. in Add. Vol. I: „τραχὺ βοᾷ, γενετις, ita paret in V. C. reliqua correcta sunt." Librarium fefellisse videtur usitatissima dicendi formula: τίς τίνος ὤν et οὖσα, quae tamen hic absurda est. Emendatio-

nem stabiliat Meleagri epigr. 177 vs. 5, de eodem Amore: *πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος.*

Meleager ad periuram puellam, ep. 184:

ταῦτ' ἦν, ταῦτ' ἐπίορκε; μόνη σὺ πάλιν, μόνη ὑπνοῖς;
ὦ τόλμης· καὶ νῦν, νῦν ἔτι φησί, μόνη.

Aliquanto incitatiora et affectu pleniora haec erunt, si scribatur: *καὶ νῦν, νῦν ἔτι φὴς σύ, μόνη*; Nullam video causam, cur, cum poëta in toto hoc carmine puellam deprehensam irate alloquitur, hic subito personam mutet et quasi intus mussitet. Contrarium factum est XI, 139, ubi *φὴς σύ* editum est, codex recte *φησίν* praebet.

Multorum scopulis infame est hoc Leonidae epigramma 188:

Οὐκ ἀδικέω τὸν Ἔρωτα. Γλυκύς· μαρτύρομαι αὐτήν
Κύπριν· βέβλημαι δ' ἐκ δολίου κέρας,
καὶ πᾶς τεφροῦμαι· θερμὸν δ' ἐπὶ θερμῷ ἰάλλει
ἄτρακτον, λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβολῶν.
**χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει· θνητὸς ὁ δαίμων·*
**τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος.*

Ultimum distichon ita scriptum, ut Codex perhibet et Planudes, non modo nullum idoneum sensum, sed nullum prorsus sensum praebet. Primus, monente Dübnero, has tenebras aliquantisper dispellere aggressus est Piccolos, apte recordatus proverbii apud Theocritum X, 17 memorati: *εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν*, quod ingeniose invertit Leonidas, homini in deum tribuens, quod proprie est deorum in homines. Haec igitur iam patefacta sunt, itemque, ut mox apparebit, ultimus versus. Sed quid faciendum his: *ἐσώκει θνητὸς ὁ δαίμων*? Innumerae sunt in haec verba coniecturae Lennepii, Heckeri, Brunckii, Ott. Scheideri, aliorum, quas omnes enumerare et refutare longum est, praesertim cum, ut Sardi, aliae aliis nequiores sint. Animi causa duas commemorabo, alteram Ungeri, ita se habentem:

χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρόν — ἐσῴκει θνητῷ ὁ δαίμων —
τίσομαι· ἐγκλεισμῷ δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος.

quam coniecturam facilius erit admirari quam intelligere; alteram Heckeri, quam Dübnerus dignam habuit, quae in textum reciperetur, hanc: *Χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρόν· — ἔοικεν θνητὸς ὁ δαίμων.* Hanc ita illustrat Dübnerus: „en, deprehendi noxium; deus, quem iustum putabam, apparuit mortalis iniustus. Ul-

ciscar." Amorem deum non habendum esse, quippe qui malis gaudeat, expressis verbis dicitur in epigrammate ἀδεσπότῳ, IX, 157: Τίς θεὸν εἶπεν Ἔρωτα; θεοῦ κακὸν οὐδὲν ὁρῶμεν || ἔργῳ· ὁ δ' ἀνθρώπων αἵματι μειδιάει, sed a nostro loco, si quid iudico, ea sententia quam maxime abhorret. Ut taceam miram constructionem; ut taceam, aliud esse, Amorem in deorum numero habendum esse negare, aliud dicere, eum similem esse mortali; ut taceam, sententiam ita languide et inepte et insulse esse enunciatam, ut haec omnia praetermittam, id quod nunc in textu legitur, scriptoris mentem mihi pervertere videtur. Quid enim? Si mortalis subito apparuit, quem quidquid est Deorum pavet, quid admirationis habet, si mortalis mortali restiterit? Cur defendendi necessitate se excusat? Plane contraria iis, quae Dübnerus probavit, poëta voluisse mihi videtur, nempe:

χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγώ — κεἰ δεινὸς ὁ δαίμων —
τίσομαι· ἐγκλήμων δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος;

Ego mortalis deum scelestum, — licet tremendum numen sit, — ulciscar; reusne ero, si me defendam? Eadem fere est sententia in Rufini epigr. (V, 93); ὅπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν, || — — θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συστήσομαι. Ac in ultimis interrogationem iam posuerant Boissonadius et Meinekius, probantibus Heckero et Piccolo. Etiam in iis, quae ipse proposui, laetus vidi, in eandem prorsus coniecturam partim incidisse et Meinekium, V. Cl., qui ita: χὠ θν. τὸν ἀλ. ἐγώ· κεἰ θνητὸς (?) ὁ δαίμων, quae parum probabilia iudicabat Dübnerus. In θνητὸς nihil aliud quam δεινός latere, mihi persuasum est, quoniam, cum θνητός recte praecederet, scriba, ut saepe fecit, idem vocabulum pro affini posuit. Talia maledicta quam saepe et quam libenter a poëtis in Amorem iaciantur, quis nescit! Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός, pastor inquit apud Theocritum (III, 15) et Meleager in Nostris (ep. 176): Δεινὸς Ἔρως, δεινός. τί δὲ τὸ πλέον, ἢν πάλιν εἴπω, || καὶ πάλιν, οἰμώζων πολλάκι, δεινὸς Ἔρως; Sed in re perspicua non opus est pluribus.

Epigr. 195 Meleagri:

Αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμ' ἀπένειμαν
Ζηνοφίλᾳ, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας·
ἃ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἃ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἃ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος.

τρισσάκις εὐδαίμων, ἅς καὶ Κύπρις ὤπλισεν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

is iam de hoc epigrammate corruptissimo egimus, sed nonum omnia in integrum restituta sunt. Primum et quintum ersum palmaribus emendationibus sanavit Jacobsius, ita ut reliuae Virorum Doctorum de iis hariolationes tuto abiici posse iihi videantur. Sed de quinto versu dubitavit Graefius, ita isputans: „contortum est quod, quum ante Gratiarum donum iceretur γλυκύμυθον ἔπος, nunc Πειθὼ μύθους instruxisse peribetur. Fortasse omnes coniecturae vanae sunt in epigramate lacero aut male consarcinato." Haec ille; et addere potuat, ineptius etiam esse, quod, cum in praecedentibus omnia enophilae dona tribus tantum Gratiis tribuantur, haec subito a fine pro parte etiam Veneris Cupidinisque perhibeantur muera. Heckerus epigramma 140 et 196, quae eiusdem Meleari sunt et in prorsus eodem argumento versantur, cum nostro a unum coniungere voluit, sed recte Dübnerus, „neutrum epiramma, qualia ex binis composuit Heckerus, ita scriptum uisse a Meleagro legenti cuique statim patebit." Epigramma utem 196, quod statim sequitur, ita se habet:

ΖηνοΦίλᾳ κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ Φίλτρα
Κύπρις ἔδωκεν ἔχειν, αἱ Χάριτες δὲ χάριν.

Iuic igitur epigrammati equidem ultimum epigrammatis 195 istichon subiungerem, ut ita se totum haberet:

ΖηνοΦίλᾳ κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ Φίλτρα
Κύπρις ἔδωκεν ἔχειν, αἱ Χάριτες δὲ χάριν.
τρισσάκις εὐδαίμων, ἅς καὶ Κύπρις ὤπλισεν εὐνάν,
καὶ Πειθὼ μύθους, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

ta Graefii, opinor, scrupulus remotus erit; etenim, ut annotait Dübnerus, Πειθὼ a quibusdam poëtis, ut Hermesianacte, a Gratiarum numerum refertur. Superius autem epigramma, 195) aut quarto versu absolutum, aut quod mihi quidem veroimilius videtur, ultimo disticho truncatum esse censendum est.

Epigr. 197, eiusdem:

Ναὶ μὰ τὸν εὐπλόκαμον Τιμοῦς Φιλέρωτα κίκιννον,
ναὶ μυρόπνουν Δημοῦς χρῶτα τὸν ὑπναπάτην,
ναὶ πάλιν Ἰλιάδος Φίλα παίγνια, κτλ.

„Glossator in margine Codicis," monet Boissonadius, „ἐγὼ

νομίζω ὅτι καὶ τὸ Ἰλιάδος ὄνομα ἑταίρας ἐστίν. Et recte νομίζει," ut Viro Clarissimo videtur, mihi non item. Nomen meretricis requiri in aprico est, sed ut Ἰλιάς nomen proprium feminae sit valde vereor. Brunckio Ἰσιάδος placuit centies lectum, mihi legendum videtur: ναὶ πάλι Μηλιάδος φίλα παίγνια, quod muliebre nomen apud Theopompum (in Photii Biblioth. ed. Bekkeri. t. I. p. 120, sec. col.) commemoratur in his: καὶ περὶ Μόψου τοῦ μάντεως καὶ τῶν θυγατέρων Ῥόδης καὶ Μηλιάδος καὶ Παμφυλίας. Occasione data et aliud nomen proprium restituere conabor. Perses in Dedicatoriis (VI, ep. 112) haec habet:

Τρεῖς ἄφατοι κεράεσσιν ὑπ' αἰθούσαις τοι, Ἄπολλον,
ἄγκειναι κεφαλαὶ Μαιναλίων ἐλάφων
ἃς ἕλον ἐξ ἵππων Γύγεω χέρε Δαΐλοχός τε
καὶ Προμένης, ἀγαθοῦ τέκνα Λεοντιάδου.

Codex versu tertio haec praebet: ἃς ἕλον ἐξ ἵππων γυγερῶι (cum corruptelae nota) χέρε, de qua lectione ita disputat Dübnerus: „scripsi cum Jacobsio Γύγεω χέρε, ut lector non haereat, sed non puto veram sic esse restitutam lectionem." Nec ego puto, sed tamen optime fecit Vir Cl., quod in γυγερῶι nomen proprium latere intellexit, Brunckii Reiskiique inventum: βριαρὼ χέρε, Salmasii σθεναρῇ χερὶ, Bothii στυγερᾷ χερὶ aeque repudians; nam „tres esse fratres apparet." Iam lemmatis auctor corruptum γυγερῶι invenerat, sed callide dissimulavit scribens: ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ χαιρε (intr. lin. correct. χερε) Δαϊλόχου καὶ Προμένους. Ex corruptissimo vocabulo elicuerim:

ἃς ἕλον ἐξ ἵππων Πίγρεω χέρε Δαΐλοχός τε κτλ.

Πίγρης vulgatissimum inter venatores nomen est; cfr. v. c. VI. epp. 10—16 et 179—187, quod plerumque quidem Πίγρητος flectitur, sed ut Θαλῆς facit Θάλητος et Θάλεω, ita et Πίγρητος et Πίγρεω dixisse videntur. Genetivi nullum mihi exemplum in promptu est; Dativus Πίγρῃ legitur infra, ep. 185. i. f. Vocem Πίγρεω δισυλλάβως per synizesin efferendam esse, vix est quod moneam. Contra in Philippi Thessalonicensis epigrammate (VI, ep. 114) in honorem Philippi Macedoniae regis nomen proprium iniuria mutatum esse mihi videtur. Est autem eiusmodi:

Δέρμα καὶ ὀργυιαῖα κέρα βοὸς ἐκ βασιλῆος
Ἀμφιτρυωνιάδᾳ κείμεθ' ἀνὰ πρόπυλον,

τεσσαρακαιδεκάδωρα, τὸν αὐχήεντα Φιλίππῳ
ἀντόμενον, κατὰ γᾶς ἤλασε δεινὸς ἄκων
βούβοτον Ὀρβηλοῖο παρὰ σφυρόν· ἀ πολύολβος
Ἡμαθία τοίῳ κραίνεται (πικραίνεται Cod.) ἀγεμόνι.

Jacobsius et Boissonadius: ἄ πολ. || Ἡμαθί', ἆ τοίῳ κ. τ. λ. elisione non ferenda in longa vocali, quamobrem Meinekius scripsit: ἄ πολ. || Ἡμαθὶς, ἆ τοίῳ κ. τ. λ. At Ἡμαθίς in Antipatri epigrammate (VI, 335, vs. 4) adiectivum gentile est; regio in nostris semper et ubique appellatur Ἡμαθία. Quare legendum propono: ἄ πολύολβος || Ἡμαθία, τοίῳ κραίνεαι ἀγεμόνι, ut VII, 440 i. f. γαῖ' ἐρατή, τοῖον ἔχεις Φθίμενον et Theocritus, I, vs. 87, ἄ, δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανός ἐσσι, et saepius alibi.

Epigr. 204 Meleagri descriptionem habet pulchrae quondam puellae, quam obrepens senectus et morbi et rugae foedissimam ex formosissima reddiderant, cuius generis descriptionibus et ante Horatium et post plurimi poëtae delectati sunt. In nostris reperiuntur epp. 21, 27, 28, 76 caett. In fine carminis satis immundi haec leguntur:

δύστανός τοι ζωὸς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην
πλεύσετ' ἄνωθ' ἐπιβὰς γραὸς ἐπ' εἰκοσόρῳ.

In Codice est: δύστανός τε ζωὸς ἔτ' ὢν δ' (ex sequenti A male repetitum) Ἀχ. κ. τ. λ.; quod editur est e Salmasii coniectura. Brunckius dedit δύστανός γ' ὃς ζ., „et alii aliter relativum inferentes," quam et ipse, secus ac supra, hic maxime necessariam iudico. Ipse enim Dübnerus confitetur, „nostro tamen loco ambiguitatem habet δύστηνος, ac si de uno quopiam diceretur," cum requiratur: *infelix*, *quicumque* caet. Sed obloquitur Meinekius: „relativum in tali verborum iunctura non esse necessarium, docet Homerus δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν." Cuius maximae auctoritati aliam opponam, ipsius Meleagri, eandem verborum et sententiarum seriem saepe et libenter repetentis (XII, 63):

Δύστανος, παίδων ὃς ἐδέξατο τοῦ μὲν ἀπ' ὄσσων
λαμπάδα, τοῦ δὲ πόθοις τυφόμενον γλυκὺ πῦρ.

Itaque et nostro loco relativum restituerim, ita scribendo: δύστανός τοι ζὼς ὃς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην κ. τ. λ. De

forma ζὼς docta est et copiosa observatio Ludovici Dindorfii, in Praef. ad Cyrop. (ed. 4ª min. p. XII et XIII).

Ep. 205, per Cephalae errorem in Amatoria relatum continet Iyngis dedicationem:

Ἰϋγξ ἡ Νικοῦς, ἡ καὶ διαπόντιον ἕλκειν
ἄνδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισταμένη,
χρυσῷ *ποικίλλουσα, διαυγέος ἐξ ἀμεθύστου
γλυπτή, σοὶ κεῖται, Κύπρι, φίλον κτέανον.

Vitiosum est ποικίλλουσα intransitiva, quae dicitur, significatione. Jacobsius duplicem protulit coniecturam: χρυσωπὸς, στίλβουσα, postea: ποικίλη οὖσα. Simplicius erit corrigere: χρυσῷ ἀποστίλβουσα. (cfr. ep. 26, in.)

(*Continuabitur*). H. J. POLAK.

Anecd. Bekk. p. 86. 8. Βότινον: Ἀριστοφάνης Βατράχοις. Dixit poëta vs. 295.

καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.
Β. νὴ τὸν Ποσειδῶ. καὶ βολίτινον θάτερον.

Anecd. Bekk. p. 96. 7. Εὐόμιλος: καίτοι γε τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν ἐκβαλλόντων, imo vero τὴν ΘΤομιλίαν.

GALENUS

XII. 2. pag. 146.

τοῦ ἰατροῦ ἐκδιδάσκοντος τὸν κάμνοντα πείθεσθαι τοῖς ΠΡαττομένοις ὑΦ' ἑαυτοῦ. Leg. ΠΡΟΣΤαττομένοις. Passim haec confundi notissimum est.

C. G. C.

ΆΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ.

Πολιορκητικά. Poliorcétique des Grecs, par C. Wescher. Paris 1867.

In nobilissimo Codice saeculo X post Christum exarato, quem Minoides Minas ex monte Atho Parisios transtulit et C. Wescher edidit in lucem, praeter Poliorcetica et Historicorum Excerpta continetur nescio cuius Ἀριστοδήμου historia Graeciae initio et fine mutila inde a pugna Salaminia usque ad bellum Peloponnesiacum, quam quum Parisiis ferias agerem totam fideliter et summa cura descripsi. Quid de eo scriptore sentiam iuvat paucis libere exponere et eadem opera locos quosdam Aristodemi in unico Codice negligentissime scripto male habitos emendare. Si umquam, in Aristodemo ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀνεπέφηνεν. Levis enim et nugatoria haec omnis opella est, sermone putido, stilo et oratione puerili concepta et erroribus ineptiisque differta. Quum haec recens edita primum legerem feriit animum suspicio insulsam hanc et inficetam farraginem Minoidis Minae fraude, ut fabulas Babrianas, suppositam esse et ab hoc ipso indocto et imperito impostore consarcinatam. Ubi primum Parisiis Codicem inspexi, hanc quidem suspicionem vanam fuisse vidi; namque librum esse veterem ac bonae notae et multis ante Minam saeculis exaratum[1], sed auctorem habere hominem tam rerum quam verborum veterum ignarum et non multo Mina meliorem. Relegam iterum librum et simul errores quosdam turpiores breviter redarguam et menda quaedam scribarum cor-

rigam praemissis nonnullis de ipso Codice, quia Wescheri liber in paucorum manibus est.

Pag. Cod. 81 R. in summo folio scriptum est:

Οἱ τὸν σάμιον πυθαγοραν επαινουντεσ. τὰ δὲ ἑπαυτωΦασιν. usque ad τὰ δὲ ἐξ ὧν ἕτεροι πρὸσ αὐτὸν· ἐπέϛελλε δὲ βασιλεῦσι, σοΦιϛαῖσ, ΦιλοσόΦοισ, ἡλείοισ, δελΦοῖσ.

Fol. 81 v.

ἱνδοῖσ, αἰγυπτίοισ ὑπὲρ θεῶν ὑπὲρ ἐθῶν ὑπὲρ ἠθῶν ὑπὲρ νόμων παρ' οὓσ ὅτι ἂν πράττοιτο, τὰ δὲ ἀκριβέϛατα ὧδε συνελεξάμην. ἐγένετο δαμισ ἀνὴρ οὐκ ασοΦοσ τὴν ἀρχαίαν ποτὲ οἰκῶν νίνον. οὗτοσ τῶ ἀπολλωνίω προσΦιλοσοΦήσασ ἀποδημίασ τε αὐτοῦ ἀναγέγραΦεν ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτόσ Φησι ΖΗ (ζήτει) ΤΟ ΛΙΠΟΝ (λεῖπον) ΤΟΤΤΟΤ ΟΠΙCΘΕΝΕΝΩCΗΜΕΙΟΝ ΕCΤΙΝ ΤΟΙΟΤΤΟΝ (adpingitur nota). Η ΔΕ ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΓΕΓΡΑΦΕΝΩΝΚΟΙΝΩΝΗCΑΙ ΚΑΙ ΑΥΤΟC ΦΗCΙΝ ΚΑΙ ΓΝΩΜΑC ΚΑΙ ΛΟΓΟΥC ΚΑΙ ΟΠΟCΑ ΕΙCΠΡΟΓΝΩCΙΝ ΕΙΠΕΝ εἰσ τὴν μνημοσύνην ἤδετο ἐν ὧ πάντα μὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεσθαι Φησιν usque ad finem folii: περιέϛηκε κύκλω τὸ ἱερον καὶ πηγὰσ ἐκδίδωσιν ὁ χῶροσ ἀΦθόνουσ τε καὶ et subscriptum

(ζή)ΤΕΙ ΤΟ
(λ)ΕΙΠΟΝ
(Φιλοϛρ)ΑΤΟΥ.

Sumta haec sunt ex Philostrati *vita Apollonii* initio et nullius sunt pretii.

Sequitur folium 82 R. et V. scriptum manu antiquissima. Continet Poliorcetica Bitonis et negligentia huc aberravit.

In Folio 83 R. manu antiquissima scripto leguntur praescriptiones quaedam medicae. Ex una disce omnes.

ΠΡΟCΤΟΜΗ ΕΠΙΘΥΜΗCΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΝΔΡΑ (leg. ἀνδρός).

Ὠὰ τρυγῶνοσ ἐν ἡλίω κλάσασ καὶ χύσασ αυτὰ ἑασον ξηρανθῆναι καὶ τρίψασ πότισον αὐτὴν μεθύδατοσ καὶ οὐκέτι ἐπιθυμήσει: —

Sequitur folium 83 v. ubi incipit farrago Aristodemi. Appicta nota legitur ΚΑΙΤΟCΗΜΕΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΕCΤΙΝ ΤΟ ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΑΡΙCΤΟΔΗΜΟΥ. αἰτησάμενοσ γὰρ μίαν ἡμέραν μόνην ἔπεμψε κρυΦα σικινον τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν πρὸσ ξέρξην. et reliqua deinceps ordine.

Pag. 349. 6. ὁ δὲ Ξέρξης — ἐκυκλώσατο τοὺς Ἕλληνας εἰς τὸ

μένειν αὐτΟΤΣ. Repone adverbium loci αὐτοῦ. Herodotus VIII. 60. ἢν ἐμοὶ πείθῃ (leg. πίθῃ) ναυμαχίην αὐτοῦ μένων ποιέεσθαι. et passim μένειν αὐτοῦ legitur.

Pag. 349. 7. ἐσπούδαζεν δὲ ὁ Ξέρξης ζεῦγμα κατασκευάσας πεζῇ ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα. Παράκουσμα hoc est vitio natum ex Herodoto VIII. 97. Non ante proelium Xerxes hoc molitus est, quod non una de causa esset absurdum; sed post cladem prae metu se id facere velle simulavit.

Iam dudum haec falsa fama nata erat. Strabo pag. 395. ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμὸς ὅσον διςάδιος, ὃν διαχοῦν ἐπειρᾶτο Ξέρξης (Herod. VIII. 97. χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν), ἔφθη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη καὶ ἡ φυγὴ τῶν Περσῶν. In Excerptis, quae sub Ctesiae nomine circumferuntur, §. 26 legitur: ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ςεινότατον τῆς Ἀττικῆς (Ἡράκλειον καλεῖται) ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. Quantum sit illi testi tribuendum ostendent quae statim sequuntur: βουλῇ δὲ Θεμιςοκλέους καὶ Ἀριςείδου τοξόται ἀπὸ Κρήτης προσκαλοῦνται καὶ παραγίνονται. Hoc vero est historiam scribere!

Pag. 349. 10. (*Xerxes*) καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ Πάρνηθος ὄρους — ἐώρα τὴν ναυμαχίαν. Nesciebat bonus Aristodemus ubi locorum esset ὁ Πάρνης ὄρος. Spectavit proelium Xerxes κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως, teste Herodoto VIII. 90. Aristodemus, qui putatur Herodotum et Thucydidem auctores sequi, ne legisse quidem eorum scripta videtur sed ex turbidis rivulis multo etiam deterioribus quam Diodorus Siculus est sua corrasisse. Ἐώρα τὴν ναυμαχίαν pro ἐθεᾶτο sive ἐθεώρει vitiose dictum est, sed Graeculi, qui θεᾶσθαι pro ὁρᾶν dicebant, etiam contrario errore peccabant.

Demosthenes *in Timocr.* pag. 741. 4. ταμιεύσας ἐν ἀκροπόλει τὰ ἀριςεῖα τῆς πόλεως ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ὑφῃρημένος (ἐξ ἀκροπόλεως del.) τόν τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου: quo spectat Harpocration v. Ἀργυρόπους δίφρος: ὁ Ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἐφ' οὗ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν. Ad Demosthenis locum annotavit Ulpianus (Zosimus): ἐφ' οὗ ἐκαθέζετο ὁ Ξέρξης ἐν τῷ Αἰγαλέῳ ὄρει τῆς Ἀττικῆς θεωρῶν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν.

Pag. 349. 11. ἤρξατο δὲ τοῦ ναυμαχεῖν Ἀμεινίας Ἀθηναῖος υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς δὲ Αἰσχύλου τοῦ τραγῳδοποιοῦ. Aminias non magis Aeschyli frater fuit quam aut ego aut tu, qui haec legis. Κυνέγειρος ὁ Εὐφορίωνος frater Aeschyli ad Marathonem cecidit Herodot. VI. 114. Aminias, qui primus omnium cum hoste conflixit, neque πατρόθεν ὀνομάζεται, quia non erat nobili loco natus, et erat Παλληνεύς. Herod. VIII. 93. Euphorionem et duos filios constat Ἐλευσινίους fuisse.

Est haec κατεψευσμένη ἱστορία non ita recens. Diodorus XI. 27. ἀρισεῦσαι Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον τὸν ἀδελφὸν Αἰσχύλου τοῦ ποιητοῦ. Peius etiam Aelianus V. H. V. 19. qui confundit Aminiam et Cynegirum et omnia miscet.

In media pugna, συνεσηκυίας τῆς μάχης, pag. 350. 3. ὁ Ξέρξης ἱκανὰς μυριάδας ἐπεβίβασεν (leg. Ἀπεβίβασεν) εἰς τὴν πλησίον νησῖδα — Ψυττάλειαν. Ain' vero? ἱκανὰς μυριάδας? *viginti* aut *triginta millia armatorum* idque in medio proelio. Nugae! Saniora dabit Herodotus VIII. 76. et testis oculatus Aeschylus in *Persis* vs. 441. quo auctore in insula Psyttalea misere perierunt:

Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν,
ψυχήν τ' ἄρισοι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς,
αὐτῷ τ' ἄνακτι πίσιν ἐν πρώτοις ἀεί.

Aristides pag. 350. 10. *ad Themistoclem venit* καὶ σρατὸν αὐτὸν ἤτησεν εἰς τὸ ἀμύνασθαι τοὺς ἐν τῇ Ψυτταλείᾳ. Poteratne magis importuno tempore a Themistocle petere quidlibet? et *exercitum* quidem! Vera vide apud Herodotum VIII. 95.

Pag. 350. 16. Ἀρτεμισία — κινδυνεύουσα ἀπολέσθαι τὴν ἔμπροσθεν ναῦν ΙΔΙΑΝ οὖσαν ἐβύθισεν. Absurdum est ἰδίαν. Emenda ΦΙΛΙΑΝ ex Herodoto VIII. 87. *Artemisia* Φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ.

Pag. 351. 2. ἡττηθέντων δὲ τῶν βαρβάρων καὶ φευγόντων οἱ Ἕλληνες ἐβούλοντο λύειν τὸ ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου ζεῦγμα. — Θεμισοκλῆς δὲ — δεδοικὼς μήποτε ἐὰν ἀπογνῶσιν τὴν σωτηρίαν οἱ βάρβαροι φιλοκινδυνώτερον ἀγωνίσονται (leg. φιλοκινδυνότερον ἀγωνίσωνται) ἐξ ὑποσροφῆς ἀντέπρασσε. Mera sunt haec παρακού-

σματα et omnium rerum perturbatio et confusio. ἐξ ὑποσροφῆς ἀντέπρασσεν in hac narratione sensu vacuum est, nam dicitur de eo qui quod primum suaserat deinde dissuadebat. Quid rei sit luculenter aperiet Herodotus VIII. 108 et 109. qui ostendet quam callide Themistocles ἐξ ὑποσροφῆς ἀντέπρασσεν.

Pag. 351. 11. in Codice est: ἴνεοσ γὰρ ὁ θεοκυδουσ ἀνὴρ ἀθηναιοσ ἔφη θεασασθαι ἐν τῶ θριασίω πεδίω κονιορτόν. Leg. Δίκαιος ex Herodoto VIII. 65. Omissa litera initiali scriptum erat *ΙΚΘΟC pro *ΙΚΑΙΟC et sic vulgata nata est.

Pag. 351. 15. in Codice scriptum est: μαρδονιοσ ῡσ γωβρύου — συμπ****κω* καὶ αὐτὸσ ξερξην σρατευσαι ἐπὶ την ελλαδα. Supplendum συμπΘΠΘΙκὼC καὶ αὐτός.

Pag. 351. 17. *Mardonius* ᾐτιᾶτο τὸ πολὺ πλῆθος τῶν βαρβάρων ὡς αἴτιον γεγονὸς τῆς ἥττης. Quam puerilis est haec sententia et quam pueriliter dictum: ᾐτιᾶτο ὡς αἴτιον γεγονός. Saniora videbis apud Herodotum VIII. 100.

Pag. 351. 20. *Alexander Macedo missus a Mardonio venit ad Athenienses* ὑπισχνούμενος δώσειν αὐτοῖς μυρία τάλαντα καὶ γῆν ὅσην αὐτοὶ βούλονται τῆς Ἑλλάδος. Aristodemus liberaliter *decem talentorum millia* de suo addidit. vid. Herodotum VIII. 140.

Pag. 352. 4. *Athenienses* ὑβρίσαντες τὸν Ἀλέξανδρον ἀπεπέμψαντο. Pugnat hoc cum Atheniensium moribus et cum rei natura legatum *contumeliose* dimittere. Non esse verum Herodotus ostendet VIII. 143.

Pag. 352. 4. ὁ δὲ Μαρδόνιος ἀποτυχὼν ἐν τούτοις ἐΠῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τὰ ἔτι περιλειπόμενα μέρη προσενέπρησεν. Ἐπιέναι (et ἔφοδος) est *impetum facere in hostem, adoriri*, quod quum sit ab h. l. alienum restitue ἐΠΑΝῆλθεν *rediit*. In eadem re Diodorus XI. 29. ἐπανελθόντος δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας τοῦ Μαρδονίου.

Pag. 352. 8. τὰ δὲ μεταξὺ Θηβαίων καὶ Πλαταιῶν σάδιά

ἑξιν Π (ὀγδοήκοντα). Scribe Θηβῶν pro Θηβαίων. Thucydides II. 5. ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα.

Pag. 353. 3. διὸ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἔδωκαν αὐτῷ (*Aristodemo*) τὸ γέρας τῆς ἀριστείας. Facile credimus, namque in pugna Plataeensi ceciderat Herodot. IX. 71.

Pag. 353. 8. ἐξάκις δὲ μυρίων ἐπιστρεφόντων ἐπὶ τὴν οἰκείαν 'Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἰδίᾳ πρεσβευσάμενος πρὸς τοὺς 'Αθηναίους περὶ ὧν ἀπεστάλη ὑπὸ Μαρδονίου πάντας αὐτοὺς γενομένους κατὰ Μακεδονίαν ἐφόνευσεν ἀπολογούμενος ὅτι ἄκων ἐμήδισεν. Mendosum est ἰδίᾳ πρεσβευσάμενος: nemo enim potest *privatim* legationem obire et Alexander iussu Mardonii legatus ad Athenienses venerat. Emenda: 'Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ὁ ΔΙΑπρεσβευσάμενος πρὸς τοὺς 'Αθηναίους περὶ ὧν ἀπεστάλη ὑπὸ Μαρδονίου. Recentiores dicebant διαπρεσβεύομαι pro πρεσβεύω *legatione fungor*, ut ἐγκελεύομαι pro κελεύω pluraque id genus. Quod autem scribit Aristodemus *sexaginta millia barbarorum in Asiam redeuntium ab Alexandro in Macedonia occidione occisos esse*, sciendum est quadraginta millia duce Artabazo in tempore proripuisse sese, quorum in Macedonia nemo periit, sed in Thracia plures fame, frigore, aerumnis, ferro hostili absumti sunt teste Herodoto IX. 89.

Redeuntes barbaros Macedoniam sine clade transiisse apparet ex aequali poëta Aeschylo in *Persis* vs. 492 sqq.

Pag. 353. 12. οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν Ἕλληνες — πλεύσαντες σταδίους ΤΘCCAPAC τοὺς ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Μίλητον κατέλαβον τὰς ναῦς τῶν βαρβάρων. Credebam intervallum inter Salaminem et Miletum aliquanto maius esse. Quid sit reponendum pro $\overline{\Delta}$ (τέσσαρας) quaerat alius.

Fallitur iterum Aristodemus ubi scribit Graecorum classem ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Μίλητον vela dedisse, namque ἐν τῇ Δήλῳ ἐκατέατο οἱ Ἕλληνες οἱ ἐν τῇσι νησί, teste Herodoto IX. 90. et Samiis opem laturi ἀνῆγον τὰς νέας ἐκ τῆς Δήλου πρὸς τὴν Σάμον. ibid. IX. 96.

Pag. 354. 4. *reportata ad Plataeas victoria Graeci* ἑορτὴν ἤγαγον

'ΕλευθερίΑΝ προσαγορεύσαντες. Ex certa analogia in nominibus feriarum rescribendum est 'Ελευθέρια. Diodorus Siculus XI. 29. ἔδοξε τοῖς προέδροις τῶν 'Ελλήνων — εὔξασθαι τοῖς θεοῖς ἐὰν νικήσωσιν ἄγειν κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερίαν κοινὴν (recte Dindorf. 'Ελευθέρια κοινῇ) καὶ τὸν ἐλευθέριον ἀγῶνα συντελεῖν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς, ubi corrigendum: τὸν ΤΩΝ 'ΕλευθερίΩΝ ἀγῶνα. Strabo pag. 412. *Graeci post Plataeensem victoriam* ἱδρύσαντο 'Ελευθερίου Διὸς ἱερὸν καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν 'Ελευθέρια προσαγορεύσαντες.

Sequitur pag. 354. 4. Θηβαίους τε καθὼς ὤμοσαν ἐδεκάτευσαν. Cave quidquam homini credas. Anno 369 a. Chr. Spartanorum legati Atheniensibus ita dicunt: ἐὰν ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, ὀμονοήσωμεν νῦν ἐλπὶς τὸ πάλαι λεγόμενον δεκατευθῆναι Θηβαίους. Xenophon *Hellen.* VI. 5. 35. cf. VI. 3. 20. Thebanis foedere exclusis (anno 371) οἱ 'Αθηναῖοι οὕτως εἶχον τὴν γνώμην ὡς νῦν Θηβαίους τὸ λεγόμενον δὴ δεκατευθῆναι ἐλπὶς εἴη. Sed ne id fieret Epaminondas providit. Quum Xerxi in Graeciam descendenti civitates quaedam se suaque omnia dedidissent ἔταμον ὅρκιον οἱ Ἕλληνες οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι· τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε· ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφᾶς αὐτοὺς Ἕλληνες ὄντες μὴ ἀναγκασθέντες κατασάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. Hoc decreto soli Thebani petebantur, nam soli „*non coacti florentibus rebus suis*" deditionem fecerant et a barbaris stabant. Sed pace Aristodemi dictum esto numquam Thebani has poenas luerunt.

Multae olim de hoc decreto fabulae ferebantur ex posterorum vanitate natae, quas Theopompus confutavit. Theon *Progymn.* cap. 2. παρὰ δὲ Θεοπόμπου (ἔστι λαβεῖν) ἐκ τῆς πέμπτης καὶ εἰκοστῆς τῶν Φιλιππικῶν ὅτι 'Ελληνικὸς ὅρκος καταψεύδεται, ὃν 'Αθηναῖοί φασιν ὀμόσαι τοὺς Ἕλληνας πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ αἱ πρὸς βασιλέα 'Αθηναίων συνθῆκαι (sic leg.) — „καὶ ὅσα ἄλλα (φησὶν) ἡ 'Αθηναίων πόλις ἀλαζονεύεται καὶ παρακρούεται τοὺς Ἕλληνας." Theopompus non Herodoto obloquitur, sed Atheniensium vanitatem redarguit, qui formulam iuris iurandi ἐν στήλῃ λιθίνῃ incisam Athenis monstrabant, quam commenticiam et fraude Atheniensium suppositam esse probavit eodem, ut puto, argumento usus, quo de-

monstravit ἐσκευωρῆσθαι τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐ τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐξηλιτεῦσθαι ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων, apud Harpocrationem v. Ἀττικοῖς γράμμασιν. Eandem formulam Lycurgus κατὰ Λεωκράτους pag. 158 iudicibus recitari iussit ταύτην πίστιν (inquit) ἔδοσαν αὐτοῖς ἐν Πλαταιαῖς πάντες οἱ Ἕλληνες ὅτε ἔμελλον παραταξάμενοι μάχεσθαι πρὸς τὴν Ξέρξου δύναμιν, sed quae formula decreti apud eum nunc legitur non habet antiquitatis colorem et a falsario quodam aut Graeculo magistello, qualis Aristodemus fuit, ficta est, nisi forte putas antiquitatem spirare verba huiuscemodi: καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοὺς βαρβάρους τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάσατον ποιήσω, τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας ΑΠΑCΑC δεκατεύσω.

Quo melius fraus appareat componam cum Lycurgi testimonio Diodorum Sic. XI. 29.

DIODORUS.	LYCURGUS.
ὁ δὲ ὅρκος ἦν τοιοῦτος.	ΟΡΚΟC.
Οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας οὐδὲ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας οὔτε ζῶντας οὔτε ἀποθανόντας ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων πάντας θάψω. καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων οὐδεμίαν τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνάσατον ποιήσω, καὶ τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων οὐδὲν οἰκοδομήσω ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγινομένοις ἐάσω καὶ καταλείψω τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.	Οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας οὐδὲ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας οὔτε ζῶντας οὔτε ἀποθανόντας ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων ἅπαντας θάψω. καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοὺς βαρβάρους τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάσατον ποιήσω, τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας ἁπάσας δεκατεύσω· καὶ τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω παντάπασιν ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγινομένοις ἐάσω καταλείπεσθαι τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.

Evidens est haec ex eadem officina prodiisse, itaque Diodoro reddenda quae exciderunt: — ἀνάσατον ποιήσω (τὰς δὲ τὰ τῶν βαρβάρου προελομένας ἁπάσας δεκατεύσω), namque haec iuris

iurandi praecipua pars est. Eiusdem monetae, id est τοῦ πονηροῦ κόμματος, est Ὅρκος τῶν Ἀθήνησιν ἐφήβων apud Stobaeum *Floril.* 43. 48. Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερὰ οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην ὅτῳ ἂν στοιχήσω, ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὑπὲρ ὁσίων καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν κτέ. Decrepitae Graecitatis talia sunt, qualia multa legas in Scholiis ad Aristophanem, ad Oratores Atticos, ad Aristidem, aut apud Suidam, quae Aristodemo digniora sunt quam scriptoribus antiquis. Quis sanus credat Graecos ad Plataeam ius iurandum dedisse: τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων ἅπαντας θάψω. quasi periculum esset ne quis in Graecia natus non ita faceret? Et risum movent Athenienses iurantes: τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω, quibus nihil erat antiquius quam primo quoque tempore contrarium facere? De linguae sordibus nihil dico, satis enim ipsae apparent.

Ad haec quis sine risu apud Aristodemum releget: Θηβαίους τε καθὼς ὤμοσαν ἐδεκάτευσαν?

Pag. 354. 5. post ἐδεκάτευσαν. in Codice scriptum est:

ΤΕΛΟC ΤΟΥ $\overline{\Delta}$.

et in pag. sq. ΑΡΧ***** id est

ΑΡΧΗ ΤΟΥ $\overline{\epsilon}$.

ubi lacuna sic explenda: Ἀπὸ δὲ τῆς Περσικῆς στρατείας ἐπὶ τὸν Πελοποννησ(ιακὸν πόλεμον ἔτη ἑς ὶ σχεδὸν $\overline{\text{Ν}}$ (πεντήκοντα) ἐν οἷς) ἐπράχθη τάδε.

Pag. 354. 12. vide mihi quam putida lingua Aristodemus utatur: συντεθειμένος γὰρ ἦν Ξέρξῃ προδόσεσθαι αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὸ λαβεῖν θυγατέρα παρ' αὐτοῦ πρὸς γάμον. Barbarum quidem est et mendosum προδόσεσθαι: videtur fuisse προήσεσθαι, nam προδώσειν sic corrumpi non poterat. Deinde scribe ἐπὶ ΤΩΙ λαβεῖν.

Pag. 355. 5. *Pausaniae* ἦρχε τυραννικῶς τὴν μὲν Λακωνικὴν δίαιταν ἀποτεθειμένος, ἐπιτετηδευκὼς δὲ τὰς τῶν Περσῶν ἐσθῆτας φορεῖν καὶ Περσικὰς τραπέζας παρατεθειμένΑC πολυτελεῖς. Mirificum ζεῦγμα vides ἐσθῆτας φορεῖν καὶ τραπέζας, sed scribae hic error est: emenda παρατεθειμένΟC.

Pag. 355. 10. *Athenienses urbem munire volebant*, Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἐπέτρεπον αὐτοῖς πρόφασιν μὲν ποιούμενοι ὁρμητήριον εἶναι τὰς Ἀθήνας τῶν ἐπιπλεόντων βαρβάρων, τὸ δ' ἀληθὲς φθονοῦντες καὶ μὴ βουλόμενοι πάλιν αὐξηθῆναι· οὓς Θεμιστοκλῆς συνέσει διαφέρων κατεστρατήγησεν αὐτῶν τὸν φθόνον. Ultima manifesto labem et vitium conceperunt *οὓς — αὐτῶν*. sed facile deprehendimus qui male lateant in ΑΥΞΗΘΗΝΑΙΟΤΣ. Nempe *μὴ βουλόμενοι πάλιν αὐξηθῆναι Ἀθηναίους· Θεμιστοκλῆς δὲ συνέσει διαφέρων κτἑ.*

Pag. 355. 18. *Themistocles Lacedaemonios ἔπεισε πρέσβεις πέμψαι τινὰς ἐξ αὐτῶν εἰς τὰς Ἀθήνας τοὺς γνωσομένους εἰ* ΚΤΙΖΟΙΤΟ *ἡ πόλις*. Quamquam puerili oratione Aristodemus utitur non erat tamen tam ineptus ut *condere* urbem diceret quum *munire* vellet dicere. Itaque corrigendum: *εἰ* ΤΕΙΧΙΖΟΙΤΟ *ἡ πόλις*.

Pag. 356. 8. scribendum arbitror: Ἡ δεξιὰ δὲ ἄκρα τοῦ Πειραιῶς ἥ ἐστιν ἔτι νῦν Δία καλεῖται, pro ΤΑ δεξιά, et mox: ἐφ' οὗ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἵδρυται pro ἐφ' ὅν.

Pag. 357. 8. διεπράξατο δ' ἔτι καὶ τοιοῦτον, lege δέ τι, et post pauca pro ἐπαράμενος ξιφίδιον ἐπερόνησε τὴν κόρην verum est CΠΑCάμενος ξιφίδιον ΔΙεπερόνησε τὴν κόρην *stricto pugione puellam transverberavit*. De eadem re scribit Plutarchus in *Cimone* cap. 6. τὸν δὲ (*Pausaniam*) σπασάμενον τὸ παρακείμενον ἐγχειρίδιον — πατάξαι καὶ καταβαλεῖν τὴν παρθένον.

Pag. 358. 4. in Codice est: — ἔν τε τῷ τοῦ ποσειδῶνος τεμένει (appictum hic est σημεῖον). γέγραφεν· ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτὸς φησὶν (e vita Apollonii) quae continuantur per tres paginas fol. 85 R et V. et 86 R. usque ad: τῆς ἡρακλειτου σοφίας ἐκεχρησμωδει· ὁ μὲν γὰρ δεῖσθαι ἔφη τοῦ ποιήσοντος. Sequitur fol. 86. V. ubi idem σημεῖον appictum est et adscriptum: ΤΟΤΤΟ ΕCΤΙ ΤΟ ΖΗ(τούμενον σημεῖον τοῦ Ἀριστοδήμου, ut recte Wescher explevit) et continuatur in hunc modum: ἱκέτευεν· οἱ δὲ ἔφοροι παραγενόμενοι καὶ αὐτοὶ εἰς τὸ τοῦ ποσειδῶνος ἱερὸν διπλῆν σκηνὴν κατασκευάσαντες κτἑ. Paullo ante pag. 358. 3. scribe κατά-

φῶρον δείξειν pro κατάφορον. Sic Graeculi loquebantur pro ἐπ' αὐτοφώρῳ.

Pag. 358. 19. ἀνελθόντες τὴν στέγην ἐξείλκυσαν τοῦ ναοῦ ἔτι ἐμπνέοντα τὸν Παυσανίαν. Scribendum una litera minus ἀνελθόντες. Caeterum fides horum esto penes auctorem. Thucydides I. 134. ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἔτι ἔμπνουν ὄντα. Reliqua omnia: *mater prima templum obstruens, tectum rescissum, ira deorum et pestilentia* ab Aristodemo et Aristodemo similibus λελήρηται.

Ineptiora sunt etiam quae pag. 359. 7. narrat de disco, ἐφ' οὗ κυκλοτερῶς ἐπέγραψαν τὰς πόλεις. Habet ea res unum solum auctorem ac testem Aristodemum.

Vel ex hoc uno loco apparet neque Herodotum neque Thucydidem ab Aristodemo lectos esse. Ab Herodoto memoratur IX. 81. ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ὁ ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος ἑπεσεώς, de quo Thucydides I. 132. (*Pausanias*) ἐπὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε·

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ κρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἔσησαν τὸ ἀνάθημα. Vidit Delphis Pausanias X. 13. ἐν κοινῷ δὲ ἀνέθεσαν ἀπὸ ἔργου τοῦ Πλαταιᾶσιν οἱ Ἕλληνες χρυσοῦν τρίποδα δράκοντι ἐπικείμενον χαλκῷ. Ὅσον μὲν δὴ χαλκὸς ἦν τοῦ ἀναθήματος σῶον καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἦν· οὐ μέντοι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸν χρυσὸν οἱ Φωκέων ὑπελίποντο ἡγεμόνες. Deinde Constantinus nobile hoc antiquitatis monumentum in urbem a se conditam transtulit. Scholiasta Thucydidis ad verba ἐπὶ τὸν τρίποδα (I. 132) annotavit: οὐκ ἐν ᾧ ἐμαντεύετο ὁ Ἀπόλλων, ἀλλ' ἕτερόν τινα, ὃν ἔλαβον οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς (*Constantinus*) καὶ μετέθηκαν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τοῦ Βυζαντίου.

Notum est τὸν τρικάρηνον ὄφιν Constantinopoli exstare et praeter Lacedaemonios et Athenienses reliquarum civitatum nomina inscripta habere τῶν ξυγκαθελουσῶν τὸν βάρβαρον.

Habeat igitur sibi Aristodemus suum discum, ἐφ' οὗ κυκλοτερῶς ἐπέγραψαν τὰς ἡγωνισμένας πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι.

Pag. 359. 2. Codex: *θεοῦ δὲ χρίσαντοσ. ἐπὰν ἐξιλάσωνται τοὺσ δαίμονασ τοῦ παυσανίου παύσασθαι τὸν λοιμόν.* Perinde certum est *χρήσαντος* pro *χρίσαντος* verum esse atque *παύσεσθαι* pro *παύσασθαι*. Utrumque vitium tralaticium est, sed docti homines aoristum pro futuro aequissimo animo ferre solent.

Pag. 359. 16. *ἡ γυνὴ τοῦ 'Αδμήτου ὑπέθετο Θεμιστοκλέα ἁπάσαι τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα.* Recoxit Aristodemus vetus verbum *ὑποθέσθαι* pro *παραινέσαι*. sed utrumque verbum dativum postulat et rescribendum *ὑπέθετο Θεμιστοκλεῖ*.

Deinde pro *πράξαντος δὲ* ΤΟΥ *Θεμιστοκλέους* corrigendum *τοῦτ* pro *τοῦ*.

Pag. 359. 20. *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς οὐκ ἔχων ὅπΟΥ ὑποστρέψει.* Legendum *ὅπΟΙ ὑποστρέψΗΙ*. Veteres dicebant *ὅποι τράπηται, non habebat quo se verteret.*

Pag. 360. 1. *Themistocles ἠπείλησε τῷ κυβερνήτῃ ἀναιρήσειν αὐτόν*, non hoc se facturum minatus est, nam solus erat, sed quod scribit Thucydides I. 137. quem Aristodemus flos historicorum non videtur legisse.

Pag. 360. 5. *Themistocles venit ad Artaxerxen, ᾧ οὐκ ἐνεφανίσθη ἀλλὰ διατρίψας ἐνιαυτόν.* Supple *ᾧ οὐκ ΕΤΟΤΟ ἐνεφανίσθη*, et post pauca *σωτηρίας αὐτῷ Γεγενῆσθαι αἴτιος* pro *γενήσεσθαι*. Themistocles Xerxi se salutem *attulisse* dixit, non Artaxerxi se *allaturum*, quod ridiculum est.

Praeterea pro *'Επέμνησεν αὐτΩΙ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς ἔδόκει κατατεθεῖσθαι εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ Ξέρξην.* Graecum est *'Υπέμνησεν αὐτΟΝ τῶν εὐεργεσιῶν.*

Pag. 360. 11. *ὑπέσχετο — χειρώσασθαι*, imo vero *χειρώσεσθαι.*

Pag. 361. 13. *ὡρμημένων τῶν 'Αθηναίων ἐν τῇ καλουμένῃ Προσωπίτιδι νήσῳ ἐπί τινος ποταμοῦ.* Alienum ab hoc loco est *ὡρμημένων* ab *ὁρμᾶσθαι*. Emenda *ὡρμΙΣμένων*, nam de *classe* haec dicuntur cf. Thucyd. I. 109. Lepidum est *ἐπί τινος ποτα-*

μοῦ, perinde ac si Latine dicas: *in Aegypto ad nescio cuius fluminis ripam.*

Pag. 362. 14. Καλλίαν τὸν ἐπίκλησιν λακκόπλουτον. Codex τὸ ἐπίκλιν. Legendum τὸν ἐπίκλην, ut Graeculi solent.

Pag. 363. 1. ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν ὁδοῦ ἣν ἂν ἵππος ἀνοίσῃ, turpe mendum pro ἀνύσῃ. In κατιῶσιν pro κατίωσιν Codex consentit. Veteres καταβῶσιν in tali re dicebant.

Pag. 363. 11. Ἀθηναῖοι περιπλεύσαντες τὴν Πελοπόννησον Θύγιον (leg. Γύθειον) εἷλον καὶ Τολμίδης χιλίους ἔχων Ἀθηναίους ἐπιλέκτους διῆλθε τὴν Πελοπόννησον. Dixeris terra marique bellum hoc esse gestum et Tolmidam per mediam Peloponnesum transiisse. Nihil est minus verum. Audi Thucydidem I. 108. καὶ Πελοπόννησον περιέπλευσαν Ἀθηναῖοι Τολμίδου τοῦ Τολμαίου στρατηγοῦντος καὶ τὸ νεώριον τὸ Λακεδαιμονίων ἐνέπρησαν, ubi supplendum puto: καὶ (Γύθειον) τὸ νεώριον κτέ.

et c'est pourtant ainsi que l'on écrit l'histoire.

Pag. 363. 15. Ἀθηναῖοι Σάμον πολιορκήσαντες εἷλον στρατηγοῦντος αὐτῶν Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους. Quis exspectasset Themistoclem ex Orco reversum in bello Samiaco fuisse cum imperio? Poterat dixisse: καὶ Σοφοκλέους, nam satis constat poëtam in hoc bello Periclis collegam fuisse. Sophocles ipse apud Athenaeum pag. 604 *d.* ita dicit: μελετῶ στρατηγεῖν, ὦ ἄνδρες, ἐπειδήπερ Περικλῆς ποιεῖν μέν με ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. sed praestat indocto homini suum errorem relinquere.

Pag. 364. 1. Aristodemus enumerans belli Peloponnesiaci causas leves et futiles, ut apud Diodorum et Plutarchum circumferuntur, profert Aristophanis versiculos flagitiose corruptos, qui emendate apud ipsum Comicum leguntur cf. Diodor. Sic. XII. 40.

Quid prodest scire pro:

πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μέγαράδε.

apud Aristodemum scribi:

πόρνην εἰς μέθην ἰοῦσαν Μεγαρίδα?

Haec omnia non sunt unius assis. Quod si quis de tota hac Aristodemi opella dixerit οὐκ ἂν ἁμάρτοι.

C. G. Cobet.

Pag. 359. 2. Codex: *θεοῦ δὲ χρίσαντος. ἐπὰν ἐξιλάσωνται τοὺς δαίμονας τοῦ παυσανίου παύσασθαι τὸν λοιμόν.* Perinde certum est *χρήσαντος* pro *χρίσαντος* verum esse atque *παύσεσθαι* pro *παύσασθαι*. Utrumque vitium tralaticium est, sed docti homines aoristum pro futuro aequissimo animo ferre solent.

Pag. 359. 16. *ἡ γυνὴ τοῦ 'Αδμήτου ὑπέθετο Θεμιστοκλέα ἁρπάσαι τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα.* Recoxit Aristodemus vetus verbum *ὑποθέσθαι* pro *παραινέσαι*. sed utrumque verbum dativum postulat et rescribendum *ὑπέθετο Θεμιστοκλεῖ*.

Deinde pro *πράξαντος δὲ* ΤΟΥ *Θεμιστοκλέους* corrigendum *τοῦτ* pro *τοῦ*.

Pag. 359. 20. *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς οὐκ ἔχων ὅπΟΥ ὑποστρέψει.* Legendum *ὅπΟΙ ὑποστρέψΗΙ*. Veteres dicebant *ὅποι τράπηται, non habebat quo se verteret.*

Pag. 360. 1. *Themistocles ἠπείλησε τῷ κυβερνήτῃ ἀναιρήσειν αὐτόν*, non hoc se facturum minatus est, nam solus erat, sed quod scribit Thucydides I. 137. quem Aristodemus flos historicorum non videtur legisse.

Pag. 360. 5. *Themistocles venit ad Artaxerxen, ᾧ οὐκ ἐνεφανίσθη ἀλλὰ διατρίψας ἐνιαυτόν.* Supple *ᾧ οὐκ ΕΤΟΤΟ ἐνεφανίσθη*, et post pauca *σωτηρίας αὐτῷ Γεγενῆσθαι αἴτιος* pro *γενήσεσθαι*. Themistocles Xerxi se salutem *attulisse* dixit, non Artaxerxi se *allaturum*, quod ridiculum est.

Praeterea pro *'Επέμνησεν αὐτΩΙ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς ἔδοξε κατατεθεῖσθαι εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ Ξέρξην.* Graecum est *'Υπέμνησεν αὐτΟΝ τῶν εὐεργεσιῶν.*

Pag. 360. 11. *ὑπέσχετο — χειρώσασθαι*, imo vero *χειρώσεσθαι.*

Pag. 361. 13. *ὡρμημένων τῶν 'Αθηναίων ἐν τῇ καλουμένῃ Προσωπίτιδι νήσῳ ἐπί τινος ποταμοῦ.* Alienum ab hoc loco est *ὡρμημένων* ab *ὁρμᾶσθαι*. Emenda *ὡρμΙCμένων*, nam de *classe* haec dicuntur cf. Thucyd. I. 109. Lepidum est *ἐπί τινος ποτα-*

μοῦ, perinde ac si Latine dicas: *in Aegypto ad nescio cuius fluminis ripam.*

Pag. 362. 14. Καλλίαν τὸν ἐπίκλησιν λακκόπλουτον. Codex τὸ ἐπίκλιν. Legendum τὸν ἐπίκλην, ut Graeculi solent.

Pag. 363. 1. ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν ὁδοῦ ἣν ἂν ἵππος ἀνοίσῃ, turpe mendum pro ἀνύσῃ. In κατιῶσιν pro κατίωσιν Codex consentit. Veteres καταβῶσιν in tali re dicebant.

Pag. 363. 11. Ἀθηναῖοι περιπλεύσαντες τὴν Πελοπόννησον Θύγιον leg. Γύθειον) εἷλον καὶ Τολμίδης χιλίους ἔχων Ἀθηναίους ἐπιλέκτους διῆλθε τὴν Πελοπόννησον. Dixeris terra marique bellum hoc esse gestum et Tolmidam per mediam Peloponnesum transisse. Nihil est minus verum. Audi Thucydidem I. 108. καὶ Πελοπόννησον περιέπλευσαν Ἀθηναῖοι Τολμίδου τοῦ Τολμαίου στρατηγοῦντος καὶ τὸ νεώριον τὸ Λακεδαιμονίων ἐνέπρησαν, ubi supplendum puto: καὶ (Γύθειον) τὸ νεώριον κτἑ.

et c'est pourtant ainsi que l'on écrit l'histoire.

Pag. 363. 15. Ἀθηναῖοι Σάμον πολιορκήσαντες εἷλον στρατηγοῦντος αὐτῶν Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους. Quis exspectasset Themistoclem ex Orco reversum in bello Samiaco fuisse cum imperio? Poterat dixisse: καὶ Σοφοκλέους, nam satis constat poëtam in hoc bello Periclis collegam fuisse. Sophocles ipse apud Athenaeum pag. 604 *d.* ita dicit: μελετῶ στρατηγεῖν, ὦ ἄνδρες, ἐπειδήπερ Περικλῆς ποιεῖν μέν με ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. sed praestat indocto homini suum errorem relinquere.

Pag. 364. 1. Aristodemus enumerans belli Peloponnesiaci causas leves et futiles, ut apud Diodorum et Plutarchum circumferuntur, profert Aristophanis versiculos flagitiose corruptos, qui emendate apud ipsum Comicum leguntur cf. Diodor. Sic. XII. 40.

Quid prodest scire pro:

πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μέγαράδε.

apud Aristodemum scribi:

πόρνην εἰς μέθην ἰοῦσαν Μεγαρίδα?

Haec omnia non sunt unius assis. Quod si quis de tota hac Aristodemi opella dixerit οὐκ ἂν ἁμάρτοι.

C. G. Cobet.

ADNOTATIONES CRITICAE

IN

ALCIPHRONEM ET ARISTAENETUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

In Alciphronis Epistula I. 8. deprehendi turpe vitium, quod certa atque evidenti ratione corrigi poterit. Verba ibi leguntur nescio cuius, qui de piscatore volebat praedo fieri: ὁ λέμβος οὗτος ὃν ὁρᾷς ὁ κωπήρης τοῖς πολλοῖς ἐρέταις κατηρτυμένος, Κυρύκιον τὸ σκάφος, λῃσαὶ δὲ θαλάττης τὸ ἐν αὐτῷ σύστημα. Absurdum est λῃσὰς θαλάττης appellare, neque umquam λῃσὰς γῆς dici opinor. Sed Aegeum mare incursionibus τῶν λῃστῶν olim perpetuo infestum fuit; solent coniunctim memorari λῃσαὶ ac καταπονταῖ et certe in navigio satis apparebat, cuiusmodi illi λῃσαὶ essent. Pestem in illis regionibus quotiescumque oppresseris, toties mox renascetur, sicuti ante quinquaginta annos statim renata est postquam maris accolae occasionem nacti sunt. Cui non dictus Pompeius et quam frequenter memorantur λῃστήρια et λῃσαί eorumque πλοῖα cum apud veteres tum apud recentissimos Graecos scriptores; veluti in fabulis Eroticis latrones perpetuo miseris amantibus insidiantur. Sed quid plura in re aperta? id tantum quaeritur, possimusne vitiosam lectionem emendare. Strabo autem narrat XIV p. 923 in *Ionia* esse Corycon *montem* Erythris imminentem. Εἶτα, inquit, Κώρυκος ὄρος ὑψηλὸν καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ Κασύσης καὶ ἄλλος Ἐρυθρᾶς

λιμὴν καλούμενος καὶ ἑφεξῆς πλείους ἕτεροι. Φασὶ δὲ τὸν παράπλουν τοῦ Κωρύκου πάντα λῃστήριον ὑπάρξαι τῶν Κωρυκαίων καλουμένων. Deinde pergit narrare, quomodo inde originem ceperit proverbium:

τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο,

ὅταν δοκῇ τις πράττειν δι' ἀπορρήτων ἢ λαλεῖν, μὴ λανθάνῃ δὲ διὰ τοὺς κατασκοποῦντας καὶ φιλοπευσοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα. Itaque dixeris indidem esse τὸ Κωρύκιον σκάφος, cuius apud Alciphronem fit mentio. Sed fuit etiam *oppidulum* in *Pamphylia*, de quo Strabo ita refert: Εἶτα πόλις Ἀττάλεια ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον καὶ μικρὸν περίβολον περιθέντος, Uterque locus ad hunc usque diem nomen servavit: *promuntorium* in Ionia hodie dicitur *Coraca*, in Pamphylia autem *urbs* est *Adalia*; id tantum dubitatur utra regio praedonibus infamis fuerit ansamque dederit proverbio, quod crebro laudatur. Ephorum si sequemur, de promuntorio in Ionia cogitandum erit; scripsit enim ille, quem locum Pausanias servavit apud Photium in voce Κωρυκαῖος· ὑπ' ἄκρᾳ ᾤκουν οἱ καλούμενοι Κωρυκαῖοι ἀνατεινούσῃ εἰς πέλαγος σύμμικτοί τινες κατασκευασάμενοι πολισμάτιον, γείτονες Μυοννήσῳ· τοῖς οὖν ὁρμοῦσιν ἐμπόροις προσῇσαν ὡσεὶ ὠνούμενοι ἢ σύμπλοοι· εἶτα μαθόντες τί τε κομίζουσι καὶ ποῖ πλέουσι, τοῖς Μυοννησίοις ἀπήγγελλον κἀκεῖνοι ἐπετίθεντο αὐτοῖς· ἐλάμβανον δὲ καὶ αὐτοὶ μέρη τινὰ τῶν λύτρων, quae verba sunt luce clariora, modo rescribas μέρη τινὰ τῶν λαφύρων, quod nunc miror quomodo me fugere potuerit, quum Photium ederem. Vides autem Ephorum de Ionia cogitare, nam Myonnesus urbs est μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου, ut scribit Stephanus Byzantius. Strabo, uti vidimus, cum Ephoro facit; consentit etiam Stephanus, qui ita scribit in voce Κώρυκος· ἐστὶ καὶ Κώρυκος ὄρος ἀρσενικῶς λεγόμενον, ὑψηλόν, πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας καὶ ἐρυμνόν, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Καὶ λιμὴν ὁμώνυμος καὶ νησίον ὁμώνυμον, οὗ κατὰ τὸν παράπλουν λῃστήριόν τι μέγα τῶν Κωρυκαίων, ὠτακουσούντων ἐν τοῖς αὐτόθι λιμέσι τοὺς φόρτους καὶ τοὺς πλοῦς τῶν ἐμπόρων καὶ οὕτως αὐτοῖς ἐπιβουλευόντων. Ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν περιεργαζομένων τὰ ἀπόρρητα·

τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

Mihi quidem satis manifestum est Stephanum e Strabonis copiis

profecisse; Strabo autem ipse, nisi fallor, sequitur Ephorum. Omnes illi tres testes, uti vides, de Ioniae promuntorio cogitant; reliqui vero suspicantur fere in Pamphylia latrocinium fuisse. Veluti Pausanias apud Photium — nam minime est dubium ad quem grammaticum ea patriarchae adnotatio referenda sit — ita scribit: Κωρυκαῖος· θεόν τινα παρεισάγουσιν οἱ κωμικοὶ ἐπακροώμενον ἀπὸ παροιμίας τινός. Κώρυκος γὰρ τῆς Παμφυλίας ἀκρωτήριον, παρ' ᾧ πόλις Ἀττάλεια· ἐντεῦθεν οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἵνα μηδὲν αὐτοὶ κακῶς πάσχωσιν ἀπὸ τῶν ἐφορμούντων τὴν ἄκραν λῃστῶν ὑπαλλαττόμενοι πρὸς τοὺς ἐν ἄλλοις λιμέσιν ὁρμοῦντας κατηκροῶντο καὶ τοῖς λῃσταῖς ἀπήγγελλον καὶ τίνες εἰσὶν καὶ ποῖ πλέουσιν· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία·

Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο,

Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ. Διώξιππος Θησαυρῷ·

Μὴ κατακούσειεν δέ μου
ὁ Κωρυκαῖος. Β. ἀλλὰ μὴν κατακήκοα
σοῦ κατακολουθῶν ἔνδοθεν.

Deinde pergit Pausanias et affert Ephori locum, de quo supra vidimus, neque animadvertit Ephorum Corycaeos in Ionia quaerere, quum ipse dixerit Corycon Pamphyliae promuntorium esse. Nunc autem discimus Menandri versiculum esse, qui toties laudatur. Quod autem Pausanias Corycaeum quendam deum facit, hoc Alciphron arripuit cum scriberet 3. 26. ἐφάνη δέ μοί ποθεν ὁ Κωρυκαῖος δαίμων. Comicorum poetarum locos eodem modo Phrynichus intellexit; sunt enim eius verba apud Photium in Bibliotheca p. 101. 18: οὐδ' εἴτις δαίμων ὁ μυθολογούμενος Κωρυκαῖος εἰ ἐπεγχάνοι χαιρήσειεν. Equidem quid statuam nescio, quum Dioxippi versiculi nondum ab omni parte perpurgati sunt. Legitur in unico codice μὴ κατακούσειεν δέμας et κατακολουθῶν ἔνδοθεν σου. Kusterus δέ μου scripsit. Porsonus autem tertio versu verba transposuit: malim equidem ut in incerta re:

μὴ κατακούσειεν δ' ἐκὰς
ὁ Κωρυκαῖος. Β. ἀλλὰ μὴν κατακήκοεν
(δ) κατακολουθῶν ἔνδοθέν σου.

Quae scriptura si probabitur, sequitur sane τὸν Κωρυκαῖον esse δαίμονα, qui quidem possit ἐκὰς κατακούειν. Illuc redeo. Suidas de more Photium describit et convenit etiam Zenobius Proverb.

375: Κωρυκαῖος ἠκροάζετο ταύτης Μένανδρος μέμνηται ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ· πειραταὶ γὰρ περὶ Κώρυκον τῆς Παμφυλίας ἦσαν, κτέ. Eustathius autem ad Dionys. Perieg. vs 855 confusionem notavit: ἰσέον δέ, inquit, ὅτι ἡ παροιμία ἡ λέγουσα

τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο,

οὐκ ἀπὸ ταύτης τῆς Κωρύκου εἴρηται (in Pamphylia), ἀλλ' ἀπὸ νησίου τινὸς καὶ λιμένος ὄντος πλησίον τῆς Τέω νήσου καὶ τῶν Ἐρυθρῶν, ἔνθα λῃστήριον ἦν τῶν ἐκεῖ Κωρυκαίων, κτέ. Quid autem legendum est Alciphronis loco, a quo fecimus quaerendi initium? Sed hoc quidem iam apertum est. Scribit Stephanus Byzantius in voce Ἀττάλεια· οἱ δὲ τῆς Κιλικίας Κώρυκον οὕτω φασὶ λέγεσθαι, ὡς Δημήτριος, ἀπὸ Ἀττάλου Φιλαδέλφου κτίσαντος αὐτήν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀτταλεύς. Non scripsit Alciphron: Κωρύκιον τὸ σκάφος, λῃσαὶ δὲ θαλάττης τὸ ἐν αὐτῷ σύσημα, sed λῃσαὶ Ἀτταλῆς τὸ ἐν αὐτῷ σύσημα. Simul videmus Atticam formam usurpavisse Alciphronem nec dedisse Ἀτταλεῖς, sed Ἀτταλῆς. Id quod verum est, sub corruptela tuto per multa saecula delituit.

Fecit deus quod piscator voluit, licet ei esse beato, sed conditionem recusat: ἀνδροφόνον δ' οὐχ ὑπομένω γενέσθαι. Revocant ea verba mihi in memoriam Luciani locum, quem nihil impedit quominus obiter emendem. Satis nota historiola est in Lucio s. Asino § 51: τοῦτό μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε, μὴ σὺ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθείη κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος καλὴν δώσω δίκην. Dudum est ex quo correctum fuit δῶ δίκην, sed etiam reliqua laborant. Legam: κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος (ὄνος) καινὴν δῶ δίκην. Novum in paucis crimen erat atque inauditum asinum caedis postulare.

Absurde editur l. 11, quod vitium lectionis nuper ad Novum Testamentum correxi: σόλον Ἀθηναῖοι διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν ναυμαχεῖν ἐθέλοντες. Lege: εἰς τὴν ὑσεραίαν, sicuti recte invenitur 3. 32. 2: ἔδει γὰρ αὐτοὺς εἰς τὴν ὑσεραίαν ἐσιᾶν, 3. 47. 3: ὡς μηδὲ τὰ ἀκρωτήρια εἰς τὴν ὑσεραίαν περιλειφθῆναι, 3. 72. 2: εἰς τὴν ὑσεραίαν δὲ παρὰ τὸν ἑαυτῆς ἦγε πατέρα. Deinde, quod continuo sequitur: χρεία ταῖς λοιπαῖς ναυσὶ τὸ στρατιωτικὸν τάγμα δεχομέναις ἑρετῶν πλειόνων, multo rectius erit futurum δεξομέναις, nam copiae naves nondum conscenderant. Excidit aliquid l. 13: ἐγὼ δὲ ὅπῃ ποτὲ

τἀμά σοι διηγήσομαι· supplendum enim in fine ἀπορῶ, quod nemo mirabitur excidisse, quum proxime sequatur vocabulum ἔρως. Deinde nimis est ridiculum: ἔστι δὲ ἡ παῖς ἧς ἐρῶ τὸ τῶν μετοίκων θυγάτριον, quod non assequor quomodo doctos viros latere potuerit: requiritur enim indefinitum pronomen: ἔστι δὲ ἡ παῖς ἧς ἐρῶ του τῶν μετοίκων θυγάτριον. Pro ἧς ἐρῶ του Codices exhibent εἰς ἔρωτα estque igitur admodum exigua mutatio. Eodem modo legitur 3. 42. 3: ἡ γάρ τις τῶν ἐκεῖ νεανίσκων.

Venio ad epistulam 1. 14. Invenit quis in litore rete vetustate corruptum interrogavitque ὅτου εἴη καὶ τίνα τρόπον σὺν ἐξωγκωμένον ἀποσχισθέν. Recte Meinekius edidit ἀποσχισθείη, sed praeterea corruptum est participium ἐξωγκωμένον, nam sic scilicet correctum fuit, quod Codices habent ἐξογκούμενον, nec debuerant editores tam malesanas παραδιορθώσεις recipere in textum. Est autem in Vaticano Codice ἐξωκούμενον, quod manu ducit ad ἐξακούμενον, nam ἀκεῖσθαι et ἐξακεῖσθαι etiam passive interdum usurpantur. Cum Alciphrone Heliodorus componi poterit, qui p. 308. 12 piscatorem describit δικτύου διερρωγότος βροχίδας ἐξακούμενον. Tum Meinekius ultro corrupit: οἱ δὲ ἔφρασαν σὸν κτῆμα γεγονέναι, nam olim recte edebatur ἔφασαν. Ibidem est inaudita oppositio: σοῦ δὲ μήτε ἀκέσασθαι μήτε ἀνελέσθαι βουληθέντος, sed voluit ille lacerum rete nec sarcire nec *vendere*, h. e.: μήτε ἀκέσασθαι μήτε ἀποδόσθαι.

Exciderunt quaedam in epistula 1. 18: πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, μουσικῆς σοι διάτονον καὶ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον μέλος ἐστίν; Supplebo equidem: πόθεν — μουσικῆς σοι (φροντὶς οὐδὲ διαγιγνώσκοντι τί) διάτονον καὶ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον μέλος ἐστίν; Sunt multi docti viri hodie illo piscatore non multum doctiores. In sequenti epistula: θεῷ μυσαγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοφόρῳ πειθόμενος, additum malim ipsum dei nomen: τοξοφόρῳ (Ἔρωτι) πειθόμενος. Facile intelligimus cur illud vocabulum exciderit. In Epistula 1. 22. 3: οἷος ἦν ὕπνῳ κατέχεσθαι, si Alciphron accurate cogitavit quid diceret, scripsit ὕπνου κατάρχεσθαι et quod statim additur: ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, quum „rumor esset in casa" et „omnes loquerentur", malo ἄλλος ἄλλο τι διελέγετο. Denique video iam Nauckium expunxisse ἐπράττετο, quod inutiliter additum est.

In epistula 1. 25. 3: ἐπὶ ναυτιλίαν βαδιοῦμαι καὶ ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι, praestare arbitror ὁμιλήσων et 1. 26. 2: μόλις με προσεῖπε, ζημίαν ἡγούμενος τὴν προσηγορίαν, inseram necessariam coniunctionem: ὥσπερ ζημίαν ἡγούμενος et § 3: μή μοι γένοιτο — μὴ λύκον ἔτι μὴ δανειστὴν ἰδεῖν, multo malim μηδὲ δανειστήν. Sed epistula est 1. 28, quam scribit meretrix ad senem amatorem, qui ἐπείρα τὰς ἐφ' ἡλικίας ἀνθούσας, ὥς τις ἄρτι νεάζειν ἀρχόμενος. Nauckius, cui ἄρτι νεάζειν mire dictum videbatur, coniecit γενειάζειν nec tamen persuasit Car. Fr. Hermanno, qui in Museo Rhenano XI p. 74 apposite laudavit Pollucem II 20, ubi adnotantur synonyma verba ἡβᾶν καὶ ἡβάσκειν καὶ εἰς μειρακίων ἡλικίαν ἐξαλλάττειν, ἀκμάζειν, σφριγᾶν, νεάζειν, νεανιεύεσθαι. Equidem non assequor, qui illa verba, quorum significationes tam parum inter se conveniant, synonyma possint haberi et adulescentulus νεάζει quidem, nec tamen recte dicitur ἄρτι νεάζειν, h. e. ἄρτι γενέσθαι νέος. Hercherus illud Nauckii γενειάζειν in textu posuit, sed lenior medicina suppetit. Qui πρῶτον ὑπηνῆται sunt, quorum est χαριεστάτη ἥβη, hi nondum γενειάζουσι neque ἄρτι γενειάζειν ἄρχονται necdum barbam ii alunt, quorum vix lanugo apparuit. Hi autem ἄρτι χνοάζειν ἄρχονται atque illud ipsum verbum χνοάζειν, nisi fallor, satis tuto apud Alciphronem reponi poterit.

Quum Alciphronis libri admodum mendose scripti sint, saepe ut vix intelligatur, quid dicere voluerit, fortasse violentiore remedio uti licebit 1. 31. 3. Euthias Phrynen accusarat ἀσεβείας, defenderat Hyperides; de ea re epistula est Bacchidis, quae amicae suae gratulatur et suadet ne umquam cum Euthia in gratiam redeat. Uterque te, inquit, amat, sed plus te amat Euthias quam Hyperides; hic enim jure suo propter collatum beneficium amari postulat, ille τῷ ἀποτεύγματι τῆς δίκης παρώξυνται. προσδέχου δὴ πάλιν ἀπ' αὐτοῦ δεήσεις καὶ λιτανείας καὶ πολὺ χρυσίον, μὴ δὴ καταδιαιτήσῃς ἡμῶν, ὦ φιλτάτη, τῶν ἑταιρῶν μηδ' Ὑπερείδην κακῶς δόξαι βεβουλεῦσθαι ποιήσῃς, τὰς Εὐθίου ἱκεσίας προσιεμένη. Aut non intelligo quid dicat Bacchis illa, aut scripsit Alciphron: (μὴ) προσδέχου. Notum est quam saepe negatio a librariis omissa sit. Deinde Graecum est παρ' αὐτοῦ, non ἀπ' αὐτοῦ. Praeterea credibile est, olim quoque Euthiam multa pretiosa dona mittere fuisse solitum,

unde malim: (τὸ) πολὺ χρυσίον. Denique necessarium est μηδὲ pro μὴ δὴ καταδιαιτήσῃς et in extrema epistula γένοιτο pro γένηται.

Lepidum est quod legitur 1. 33. 3. de meretricula, quae Φανερῶς ποιήματα ᾄδεν εἰς τὸν οὐκέθ' ἡμῖν προσέχοντα ἐρασήν. Sapphus fuerunt ποιήματα, at illa ποιημάτια cantabat, nam sic deminutiva vocabula usurpantur ad contemtum significandum, veluti apud Isocratem c. Sophist. 4: λέγουσι μὲν ὡς οὐδὲν δέονται χρημάτων, ἀργυρίδιον καὶ χρυσίδιον τὸν πλοῦτον ἀποκαλοῦντες. Amat Alciphron eiusmodi vocabula; sic habemus 1. 36. 2: κτημάτιον, μισθωμάτιον et θεραπαινίδιον, quocirca reponam itidem 1. 37. 2: γραμματίδια μὲν οὖν καὶ θεραπαινιδίων διαδρομαί pro θεραπαινίδων. Contra 3. 9. 1: τὰ δὲ σκυλάκια οὐμοὶ υἱεῖς ἐκ τῶν ἱμαντίων ἀπέλυσαν, prorsus requiritur ἱμάντων. Sunt eiusmodi corruptelae minime rarae. Quod legitur apud Dionysium Halicarnassensem VII. 69: ἀνὴρ Ῥωμαῖος οὐκ ἀφανὴς θεράποντα ἴδιον ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου παραδοὺς τοῖς ὁμοδούλοις ἄγειν, quia prorsus otiosum est adiectivum ἴδιον, coniicio veram Dionysii manum esse θεραποντίδιον vel, si id forte mavis, θεραπόντιον, quomodo Romani *servulum* appellant. Legimus apud eundem VII. 72 in triumpho Romanos milites rudia et incondita carmina cecinisse: ποιήματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια. Suetonius, ut alios taceam, satis ostendit fuisse ea ποιημάτια, non ποιήματα. Memorantur ibidem οἱ τὰ πομπεῖα παραφέροντες ἀργυρίου καὶ χρυσίου πεποιημένα, quae tamen fuerunt ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποιημένα, sicuti recte legitur VIII. 30: λαβεῖν ἐκ τῶν λαφύρων πολὺν μὲν χρυσόν, πολὺν δ' ἄργυρον. Tantum interest quantum inter argentum *factum* et *signatam* pecuniam. Simile mendum Cobetus notavit ad Dion. Halic. p. 59. Apud Platonem in Apologia p. 35 B: οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι, ridens corrigo γυναίων, quod quam sit necessarium, ostendet Plato ipse in Theaeteto p. 171 E. Eodem morbo laborat Plutarchus in Moralibus p. 252 E: φειδόμενοι παιδαρίων καὶ γυναικῶν et persaepe sic erratur.

In epistula 1. 34. 4, quam meretricula dedit ad adulescentem, qui animum appulerat ad philosophandum, excidit pronomen relativum: πόσῳ δὲ ἀμείνους ἡμεῖς καὶ εὐσεβέστεραι (αἱ)

οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι; Novit enim mulier quibus de rebus philosophi in schola disputent: αὐτὴ (γὰρ) παρὰ τούτοις ἐσχόλακα et vides quid exciderit. Deinde hortatur juvenem ut ad se redeat: ἵνα ..... ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς καὶ σοὶ νῦν μάλιστά γε Φανοῦμαι σοφή, in quibus verbis primum abesse malim adiectivum καλόν, nam eam quoque locutionem mulier traxit e scholis philosophorum, tum Φανῶμεν σοφαί rectius pendebit a coniunctione ἵνα.

Epistula 1. 35 adulescentis est, cui meretrix fores occluserat; narra, inquit, meas miserias iis qui nunc te habent, οὐκ εἰς μακρὰν δέ, ἄνπερ ὡς ἡμεῖς ἔχωσιν, ἀνιασομένοις. Insanit adulescens, sed si cum ratione insaniit, scripsit: ἄνπερ ὡς ἡμεῖς ἐρῶσιν. In sequenti epistula 1. 36. 2: τοιαῦτα μάτην διήνυσαι καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὄφελος, Graecum est, nisi fallor, οὐδὲν ἔτι αὐτῶν ὄφελος. Denique in postrema epistula huius libri stulte editur § 4: ἓν μόνον ἡμῖν ἔλιπε, σύ, τὰ δ' ἄλλα οὔ. πολλάκις ἐκραιπαλήσαμεν, οὕτω δ' ἡδέως ὀλιγάκις. Mutata interpunctione melius intelligam: ἓν μόνον ἡμῖν ἔλιπε, σύ· τὰ δ' ἄλλα οὐ πολλάκις ἐκραιπαλήσαμεν, οὕτω δ' ἡδέως, quo facto excidet quod est in fine positum ὀλιγάκις. Quo sensu hic κραιπαλᾶν dicatur, nam fateor me non prorsus intelligere, colligi debebit ex § 7 eiusdem epistulae: πολλὰ κατὰ τὴν ὁδὸν κραιπαλήσασαι ἐπεκωμάσαμεν Δεξιμάχῳ et 1. 34. 8: ἵνα καὶ μικρὰ κραιπαλήσαντες ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ τέλος τῆς ἡδονῆς, sed imprimis ex omnium postrema epistula, cuius non nisi pars aetatem tulit, in qua mulier profligatae pudicitiae describit ἀρκοῦντα τῇ τότε κραιπάλῃ θάλαμον.

Venio ad alterum librum, in quo 1 § 6. Lamia ita scribit ad Demetrium de meretricularum officio: λοιπὸν οὖν ἡμᾶς τὰ μὲν σκώπτειν, nam ita Hercherus edidit, τὰ δὲ ᾄδειν, τὰ δὲ αὐλεῖν, τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι, τὰ δὲ μαλακίζεσθαι, τὰ δὲ δειπνοποιεῖν, τὰ δὲ κοσμεῖν τὸν οἶκον. Taceo de reliquis quae sunt in hoc loco dubia, sed non solebant illae, uti suspicor, μαλακίζεσθαι ut placerent. Magis eas decuit το ἀκκίζεσθαι, quod quid sit Ruhnkenius ostendit, qui ad Timaeum et alios locos laudavit et Philonis verba: ὁ γὰρ ἀκκισμὸς ὑποκνίζων τὰς ὁρμὰς ἐπεγείρει. Significat, ut ait, *ficto et astuto mimo recusantis specie flagrantissime cupere*; tot enim Latinis verbis opus esse

ad unius Graeci vim declarandam. Non est tamen Latina lingua tam inops, quam Ruhnkenio visa est. Ἀκκίζεσθαι, nisi fallor, idem est quod *verecundari*. *Verecundari neminem apud mensam decet*, verba sunt Plauti in Trinummo 2. 4. 77. Nec dissimile est Ciceronis illud, Orat. 3. 9: *Alterum exsultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat.* Verbum ἀκκίζεσθαι apud Alciphronem legitur 3. 8.

Sequitur epistula Leontii ad Lamiam; queritur de sene quem habet amatorem: εἰ Ἄδωνις ἦν ἤδη ἐγγὺς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμην. Hoc quidem fieri non potest, ut quis octoginta annos natus florem aetatis retinuerit et Adonidis sit similis; hinc lege: μηδ' ἐγγὺς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Deinde quod mulier appellat se ipsam ἀσομάχητον, id cum Meinekio non scribam αὐτομάχητον, sed ἐρασομάχητον. Sed amatorem suum amplius ferre non potest et ἀναξᾶσα ὁπόποτε γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι μᾶλλον ἢ τὰς ἐπισολὰς αὐτοῦ ἀνέξομαι. Qui festinat, is Graece dicitur πέτεσθαι et scribam ἀναπτᾶσα, nam aoristus πτῆναι apud Alciphronem offensioni non est. Sic legitur 2. 3. 17: εὐθὺς πετομένη πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἀσράβης φέρου. Aristoph. Av. 169: ἄνθρωπος ὄρνις ἀσάθμητος πετόμενος.

Tertia epistula Menandri est ad Glyceram. Rex Ptolemaeus utrumque comicum poetam rogarat ut ad se in Aegyptum veniret: καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Φιλήμων ἐπέσειλέ μοι τὰ ἴδια δηλῶν ἐλαφρότερα καὶ ὡς οὐ Μενάνδρῳ γεγραμμένα ἧττον λαμπρά. Ne stulta arrogantia sit, malim: καὶ οὐχ ὡς Μενάνδρῳ γεγραμμένα, quibus vocabulis transpositis ultro excident postrema verba ἧττον λαμπρά. Sunt alia multa in ea epistula corrigenda, verbi causa § 8: ἀφεὶς τὴν ἐμὴν βασιλείαν τῆς σῆς φιλίας, placet τὴν σὴν φιλίαν, § 10: ὁρώσης καὶ καθημένης ἐν τῷ θεάτρῳ, quia ὁρᾶν et καθῆσθαι mire copulantur, cum praesertim in theatrum venire soleamus *spectatum*, θεασόμενοι non ὀψόμενοι, multo malo: παρούσης καὶ καθημένης, § 15: εἰ μέλλω πάντας τοὺς (μεγάλους) ποταμοὺς ὁρᾶν· vides quid exciderit. Alia mitto, quia nimium incerta sunt.

In quarta epistula Glycera Menandro respondet. Menander laudare solebat nescio cuius mulierculae τὸν ἐπιχώριον ἀττικισμόν ut est § 1. Donec mihi aliquis commonstraverit cuius-

modi ὁ ἐπιχώριος ἀττικισμός et quid intersit inter τὸν ἐπιχώριον ἀττικισμόν et τὸν ξένον ἀττικισμόν, tenebo lectionem, in quam statim incidi, quum ante multos annos Alciphronem prima vice perlegebam: τὸν ἐπίχαριν ἀττικισμόν. In tertia paragrapho recurrit idem vitium quod supra iam notavimus et ἔφασαν requiritur, non ἔφρασαν. Quod continuo sequitur: τοῦτο μὲν οὐδενὶ τρόπῳ πεισθείην ἂν ὅτι βουλήσεταί μέ ποτε ἢ δυνήσεται Μένανδρος ἀπολιπὼν ἐν Ἀθήναις Γλυκέραν τὴν ἑαυτοῦ μόνος ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύειν. *Poterit* quidem hoc facere Menander, sed neque βουλήσεται neque διανοήσεται. Alios locos, ubi prorsus idem vitium recurrit, adscripsi ad Achillem Tatium, Mnemos. XV. 348. In sexta paragrapho: ὅγε ταῖς φίλαις τότε χαίρειν ἔφην, τοῦτ' ἦν Μένανδρος, at non dixerat illa se gaudere; amicae quae aderant, interrogarant: χαίρεις οὖν ἀπολειπομένη; hinc verum videtur ἐφάνην. Sed alia multa in hac epistula supersunt, quae non intelligo et a quibus satius est abstinere manus.

Sequitur tertius liber, in quo legimus 1 § 4: ἢ τούτῳ μιγήσομαι ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφὼ ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὦσω. Primum eiiciam proprium Sapphus nomen, quod inutiliter nec suo loco adscriptum fuit. Deinde memor praecepti quod Lucianus inculcavit in Pseudosoph. 6 iam reposueram γαμήσομαι pro μιγήσομαι — nam apud Alciphronem noli exspectare veram et sinceram formam γαμοῦμαι —, cum inciderem in Bastii Epistulam Criticam, qui p. 199 pronunciat eam coniecturam inutilem esse. Sed ille non satis accurate attendit, quando μίγνυσθαι de muliere dici possit, quando non possit. Scilicet viri interdum dicuntur *nubere* et γήμασθαι, si forte uxor non convenit marito in manum, sed contra potius maritus delenitus dote ultro etiam uxori ancillatur, quae Titinnii verba sunt apud Nonium, a Valckenaerio laudata in Animadversionibus ad Ammonium p. 59. Itidem inversa rei natura est, quando immortalis dea cum mortali viro rem habet, neque Anchises Venerem duxit, nupsit potius et Venus οὐκ ἐγήματο ἀλλ' ἔγημεν, nam sicuti apud Isocratem est in Helen. Encom. § 60, πολλὰς ἄν τις ἐπιδείξειε τῶν ἀθανάτων αἳ θνητοῦ κάλλους ἠττήθησαν, ὧν οὐδεμία τὸ λαθεῖν τὸ γεγενημένον ὡς αἰσχύνην ἔχον ἐζήτησεν, ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι περὶ αὐτῶν ἐβουλήθησαν. Iam

quae mulieres deaeve dicuntur γαμεῖν, eaedem recte dicuntur viris μίγνυσθαι, quod non cadit in Alciphronis locum, ubi γαμήσομαι necessario reponendum est. Anacreon διασύρων τινὰ ἐπὶ θηλύτητι negavit eum γῆμαι, qui ἐγήματο. Apud Aegyptios aliquando, ut apud Herodotum est II, 42, γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν· *prodigium* id erat et ipse Herodotus τέρας appellat, nam sub hirci specie Pan latere credebatur; nefandum *flagitium* fuisset, si γυνὴ ἐμίσγετο τράγῳ. Sic rectissime apud Homerum legimus Iocastam filio γήμασθαι, hunc autem γῆμαι τὴν μητέρα· quod enim fecerunt, id fecerunt ἀϊδρείῃσι νόοιο. Recte quoque apud Euripidem in Medea vs 605:

Ἰάσ. αὐτὴ τάδ' εἶλου· μηδέν' ἄλλον αἰτιῶ.

Μή. τί δρῶσα· μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;

Quae mulier γαμεῖ, quod nostra aetate Victoriam Reginam fecisse novimus, ea *denubere* dicitur a Tacito Annal. VI. 27; contra qui γέρων γαμεῖ τοῖς γείτοσιν et omnibus dormit, is γαμεῖται potius et uxori *nubit*, quod Martialis se nolle dixit. Ad hanc lucem interpretandi loci sunt, quos Bastius laudavit ut suam sententiam tueretur. Legitur apud Antoninum Liberalem c. 39: ἐπειράθη τῆς παιδὸς εἴπως αὐτῷ δύναιτο κρύφα μιχθῆναι τῶν γονέων. Miror Bastium non intellexisse Piersonum ad Moeridem p. 310 jam verissime correxisse αὐτῇ. Non erat dubium, quin *puella* sui copiam facere posset, cum praesertim nutrix lenam ageret, sed *adulescens* expertus est, num forte posset convenire puellam. Deinde Bastius affert Scholiastam ad Apollonium Rhodium I. 932: Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, quod recte dictum est, nam Venus immortalis dea erat, Bacchum autem mortalis mulier pepererat: cupiebat igitur Venus *denubere*. Denique laudato Alciphronis loco provocat ad Lamb. Bosium, qui de verbo μίγνυσθαι egit ad Thomam Magistrum p. 616, qui nunc quidem recte: μίγνυται ὁ ἀνὴρ τῇ γυναικὶ, οὐχ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Bosius autem affert Apollodorum, qui in Bibliotheca ita scribit: Κεφάλου ἐρασθεῖσα Ἠὼς ἥρπασε καὶ μιγεῖσα ἐν Συρίᾳ παῖδα ἐγέννησε Τιθωνόν. Scilicet Aurora ἔγημεν, οὐκ ἐγήματο, opinor. Scio quidem apud veteres Iones discrimen quod dixi, non servari: apud Homerum legitur: Φόρκυνος θυγάτηρ Ποσειδάωνι μιγεῖσα et de Alcmena: ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα, uti et apud Hesiodum: πατρὶ

μιγεῖσα Μνημοσύνη, nam excusabile est quod Herodotus habet I. 199: δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης ἅπαξ ἐν τῷ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. Sed apud reliquos non erratur. De more certe Aristophanes noto loco, quo omnes utuntur: καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς, quod flagitium longe turpissimum est. Quae μίγνυνται fratribus, scientes peccant, ὥστε εἶναι ἀναπολόγητοι κατὰ τὸν Ἀπόστολον, sicuti virgines illae apud Lucianum in Veris Historiis, quae μίγνυσθαι ἐπεθύμουν τοῖς ξένοις. Sed jam mihi dabitur fortasse apud Alciphronem γαμήσομαι requiri, cum praesertim de justis nuptiis sermo sit. Honesta virgo est et amat ἀστικὸν ἔφηβον, neque ἀνέχεται γήμασθαι ᾧ κατεγγυήσειν ἐπηγγείλατο ὁ πατήρ. Non illi dissoluti mores sunt neque satis pudice scriberetur τούτῳ μιγήσομαι, quod vix ἱππόπορνον dicere addecet. Verum in epistula ad matrem praesertim virguncula θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι potuit: ἢ τούτῳ γαμήσομαι ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη — ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὦσω. Quo tempore Alciphron vixit, γάμος nondum praetextatum verbum erat, sicuti apud Aristaenetum, cui videtur σφόδρα ποθεινὸς μετὰ δή τινα συμβᾶσαν δυσκολίαν τοῖς ἐρῶσιν ὁ γάμος, Epist. 2. 4.

Facili opera emendari potest quod legitur 3. 3. 2: καὶ δῆτα τοῦτο λόγου θᾶττον ἐγένετο. Scribendum enim: καὶ τοῦτο δή, τὸ τοῦ λόγου, λόγου θᾶττον ἐγένετο, sicuti recte scribetur 3. 56: βαδίζεις ἴσα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου Πυθοκλεῖ. Itidem satis certum est, quid requiratur 3. 8. 2: οὗ φησιν ἑαυτὴν ἐπιδώσειν, εἰ μὴ τὸ χωρίον πρὸς τοῖς ἀργυρίοις λάβοι. Praedia rustica meretriculae flagitare non solent, sed praesentem pecuniam. Quibus rebus iis opus est? Una nobis pro omnibus respondebit, 1. 36. 2: δεῖ χρυσίων ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινιδίων. Sunt meretrices equestris ordinis pleraeque apud Alciphronem, sed stultus est adulescens, de quo legimus 3. 50: οὐ γὰρ δαπανᾶται εἰς τὴν ἱππόπορνον χρυσίον μόνον καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ἤδη καὶ συνοικίας καὶ ἀγρούς. Contentae sunt illae, dummodo aurum accipiant. Si quis argentum daret, imitabantur fortasse vatem illum apud Photium in voce νεοττός et rogabant: τοῦ δὲ νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως; sed quis credat eas agros vel possedisse vel expetivisse ab amatoribus suis? Quotidie aliquod munusculum exspectabant, ut Philotis illa 1. 36.

4, sed amatores non poterant quotidie agellos donare. Ne Lamiis quidem, quam ipse Demetrius Poliorceta amabat, domi suae epulas parabat, sed ἐν τῇ Θηριππίδου οἰκίᾳ, 2. 1. 7, nam ipsa habitabat in tugurio. Quid igitur scribendum est? Sed hoc quidem jam apertum est. Οὗ φησιν ἑαυτὴν ἐπιδώσειν, εἰ μή τι χρυσίον πρὸς τοῖς ἀργυρίοις λάβοι. Contrarium vitium apud Demosthenem agnovit Usenerus in Museo Rhenano XXV p. 602. Legitur in Oratione de Corona § 36: τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτ' εὐθὺς οὐκ εἰς μακράν; τοὺς μὲν Φωκέας ἀπολέσθαι καὶ κατασκαφῆναι τὰς πόλεις αὐτῶν, ὑμᾶς δ' ἡσυχίαν ἀγαγόντας ..... μικρὸν ὕστερον σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν, τοῦτον δὲ χρυσίον λαβεῖν. Imo tunc χωρίον Aeschines a Philippo accepit.

Triplex vitium est in brevi epistula 3. 23: Πάντα φιλῶ τρυγᾶν· lege: περὶ πάντα φιλῶ τὸ τρυγᾶν et ἐξαιρέτως ἐθέλω βλίττειν· lege: ἔχω πρὸς τὸ βλίττειν et εἰς νέωτα δὲ δέχοιο παρ' ἡμῶν μείζονα τουτωνὶ καὶ ἡδίονα, malim: κἄτι ἡδίονα, ne munusculum elevare videatur, quod supra impense laudarat. In epistula 3. 28. 1 requiro: καίτοι τὴν νύκτα οὐκ ἔφυγον pro καί et 3. 32. 2 queritur parasitus se tantum vini bibisse ὅσον οὔπω πρότερον ἐν ἀσκῷ βασάσας οἶδα, quia illud πρότερον admodum ridiculum est, refingam in οὐπώποτε. Ex eodem librariorum errore dittographia nata est in Dionysii Halic. Vita Dinarchi: αὐτὸς οὐδεπώποτε [πρότερον] εἰς δικαστήριον παρελθών. Similiter Philostratus in Apollonii Vita initio: γένοιτο δ' ἐν Τροίᾳ ποτὲ Εὔφορβος, lege πρότερον et utere eadem medicina p. 309, ubi legimus Ulyssem Polyphemi antrum intravisse μήτε ὁπόσος ἐστὶ προακηκοότα πρότερον μήτε οἷα σιτεῖται, ubi ποτὲ necessarium. In epist. 3. 33 supple: εἴ γε (σὺ) οὕτως ἀφηλικέστερος γεγονὼς ἐρᾷς κιθαρῳδοῦ et si Alciphron bene descripsit mores illarum malarum mercium non dedit: ἡ ἱππόπορνος μεθ' ὑποκορισμῶν ἐκθεραπεύεται ὅλον σε αὐτοῦ; ἀγροῖς καταπιοῦσα, sed καταπίνουσα, nisi meliore ingenio ea fuerit, quam Megara illa, 1. 38. 8, cuius amator, postquam bonis omnibus spoliatus est, abiit latrocinatum.

Epistula 3. 36, quae ad Megalotelem data est, incipit sic: χαλεπὸς ἦν ἡμῖν ὁ στρατιώτης, χαλεπός. Mire illud χαλεπὸς iteratur et fortasse sub illo adiectivo latet proprium nomen: ὦ Μεγαλότελες. Miles ille gloriosus convivis molestus fuit:

τῷ δ' ἐγκανάξας κύλικα εὐμεγέθη φλυαρίας φάρμακον ὤρεγον, ἡ δὲ καὶ ταύτην καὶ πλείονας ἐπὶ ταύτῃ καὶ ἀδροτέρας ἐκπιὼν οὐκ ἐπαύσατο ἀδολεσχίας. Ut aptus sit finis narratiunculae, suspicor in extrema epistula tria vocabula excidisse: οὐκ ἐπαύσατο ἀδολεσχίας (εἰ μὴ μόλις).

Quod legitur 3. 42. 2: καθ' ἓν γὰρ ἕκαστον τῶν ἱματίων ἐκ προκλήσεως ἀποτιθεὶς τέλος ἁπάντων ἐψιλώθην τῶν ἐνδυμάτων, quod non in balneis haec aguntur sed in ganea et lusit in vestem qui hoc scripsit, requiritur ἐκτιθεὶς, sicuti olim ostendi ad Heliodorum p. 321. Recte alibi Alciphron 3. 54. 2: εἰς ἐμαυτὸν ὅλας τὰς ἐκθέσεις. Sophocles apud Athenaeum X 466 B:

πολὺν δ' ἀγῶνα πάγξενον κηρύσσεται,
χαλκηλάτους λέβητας ἐκτιθεὶς φέρειν.

Epistula 3. 45 inscribitur: Τραπεζολείκτης Ψιχοδιαλέκτῃ. Absurda nominis forma Seilero displicuit, qui malebat Ψιχοδιαλείκτῃ scribere. Meinekio homo significari videtur qui *rem habet et consuescit cum frustulis*, *i. e. qui frustulis vescitur*. Nescio quomodo factum sit, ut Meinekius verbum διαλέγεσθαι hoc modo usurpatum commendare potuerit. Non Anglos advocavit qui ita loquuntur; sed etiamsi advocasset, quid tum? Num Graeci Anglice fabulantur? Quae affert exempla ut eum usum verbi διαλέγεσθαι stabiliat, parum accommodata sunt. Veluti quod ex Alciphrone ipso laudat: εἶτα ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, quod Meinekium si audiemus, significabit: *alius alia in re occupatus erat*, cum scripserit Alciphron quod supra ostendimus: εἶτα ἄλλος ἄλλο τι διελέγετο. Sed quid cesso veram scripturam promere? Τραπεζολείκτης Ψιχιδιαλείκτῳ, sicuti proxima epistula incipit: Στεμφυλοχάρων Τραπεζοχάροντι.

Narrat parasitus in epistula 3. 59 de somnio quod vidit, quum esse sibi videretur εὐπρεπὴς νεανίσκος, nempe ὁ τοῦ Τρωὸς παῖς, nam equidem expunxerim quod additum est proprium Ganymedis nomen. Deinde videbatur τιάρᾳ Φρυγίῳ σέφειν τὴν κεφαλήν· quia autem plurimum interest inter σέφανον et τιάραν, malo equidem σκέπειν τὴν κεφαλήν. Deinde quod in extrema epistula legitur οἳ φέρει τὸ ὄναρ, reponere voluit Cobetus ῥέπει, sed dubitationem iniicere poterunt Valckenaerius ad Ioannem Chrysostomum p. XLIV et Bastius in Epistula

Critica p. 208. Quod pauper parasitus scribit 3. 61. 2 esse se filium Anthemionis, τοῦ πλουσιωτάτου τῶν Ἀθήνησι, supplendum est: τοῦ (πάλαι) πλουσιωτάτου. Contemnuntur οἱ νέοπλουτοι, ut 3. 34. Supple quoque 3. 64. 2: οὐ πρότερον γὰρ (τῶν) λόγων γενέσθαι μαθητὴς ἀλλὰ (μιμητὴς) τοῦ βίου καὶ τῆς ἀγωγῆς ἐσπούδασε. Denique 3. 71. 3. dicitur ὁ τῶν ἐπαίνων κρότος τὸν θροῦν τῶν σκωμμάτων παραλῦσαι. Non opinor θροῦν esse, quum diversi undecumque tollantur clamores spectatorum, qui malum histrionem conviciis proscindunt. Malo equidem scribere: τὸν θόρυβον τῶν σκωμμάτων. Θέατρα ἐπαινοῦντά τε βοῇ καὶ ψέγοντα sunt θορύβου μεστά, uti ait Plato Legg. IX 876 B. Spectatores ἐπισημαίνονται καὶ θορυβοῦσιν apud Isocratem Panathen. 2. Θροῦς autem est, quum omnes *idem* vociferantur; jam apud Homerum est: οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς. Etiam Demosthenes κρότον et θόρυβον coniunxit in Midiana § 14. Confundi haec vocabula Cobetus docuit Var. Lect. p. 290.

Pergo ad Aristaenetum. Primam correctionem mihi Hercherus praeripuit. Legitur in prima epistula: τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν αἱ κόραι μελάνταται καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν αἴγλην λευκότατον. Recte vidit Hercherus interpolatum esse vocabulum αἱ κόραι, quo expuncto scribendum erit μελάνταται, deinde itidem supervacaneum esse id quod est αἴγλην, sub quo nihil lateat nisi αἱ γλῆναι. Scilicet Aristaenetus ante oculos habuit Alciphronis locum, qui apud Meinekium legitur p. 79: καὶ τὸ μέλαν αἱ κόραι μελάνταται καὶ τὸ κύκλῳ λευκόν et ibi quoque emendandum est: καὶ τὸ μέλαν αὐτῶν μελάνταται· id tantum nescio quomodo fugit Hercherum apud Alciphronem in fine itidem supplendum esse: καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν (λευκότατον).

Non intelligo quid velit Aristaenetus quum in eadem illa epistula laudat virginis cuiusdam βάδισμα τεταγμένον, βραχὺ δέ. Interpretes accurate ostendunt quod nihil opus erat probare, virgines Athenis lente incedere solitas fuisse. Illud paulo utilius animadvertere potuissent Athenis utique dedecus fuisse etiam viro si πέτοιτο et nimis celeriter curreret. Eo pertinet locus in Demosthenis oratione adversus Pantaenetum. Illud vitium habebat is, in cuius gratiam orator defensionem conscrip-

sit. Τοιοῦτος, ὦ Πανταίνετε, inquit § 55, ἐγὼ ὁ ταχὺ βαδίζων καὶ τοιοῦτος σὺ ὁ ἀτρέμας· ἀλλὰ μὴν περὶ τοῦ ἐμοῦ γε βαδίσματος καὶ (sic lege) τῆς διαλέκτου τἀληθῆ πάντ' ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, μετὰ παρρησίας. Deinde cum alia affert quae nunc nihil ad nos, tum illa: τἄλλα δὲ ταῦθ' ἕκαστος ἡμῶν ὅπως ἔτυχε πέφυκεν, οἶμαι καὶ φύσει μάχεσθαι μὲν ἔχοντα οὐκ εὔπορόν ἐστιν (οὐ γὰρ ἂν ἀλλήλων διεφέρομεν οὐδέν), γνῶναι δ' ἰδόντα ἕτερον καὶ ἐπιπλῆξαι ῥᾴδιον. Plerique interpretes senserunt locum vitium alere nec tamen potuerunt tollere. Quid enim est ἔχοντα? Deinde, etiamsi id explices, quo referes illa: οὐ γὰρ ἂν ἀλλήλων διεφέρομεν οὐδέν? Est tamen facillima res: φύσει μάχεσθαι μὲν τρέχοντα οὐκ εὔπορόν ἐστιν. Nunc reliqua quoque aperta sunt. Verum ut ad Aristaenetum redeam, quid est βάδισμα βραχύ; intelligam: βάδισμα τεταγμένον μὲν βραδὺ δέ. Hic non me teneo quin addam Sophoclis fragmentum 707:

καὶ τὸν θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσαμαι
σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί,
σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἂν βραχεῖ διδάσκαλον.

Hic quoque idem adiectivum eliminandum est. Emenda:

σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἂν βράχῃ διδάσκαλον.

Κἂν βράχῃ· etiamsi clamorem tollat, sicuti Mars apud Homerum.

Sequuntur quaedam Codicis vitia, quae verbo notasse satis est. Veluti itidem in prima epistula: οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος ἐν ἐλαχίστῳ μωμήσαιτο· lege: κἂν ἐλάχιστα. Epist 1. 3: ἅπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος, dele praepositionem et scribe: καταφαίνεσθαι. Epist. 1. 7: κόρη κάλλος αὐτοφυὲς φέρουσα· lege: φαίνουσα. Epist. 1. 9: γυνή τις ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσα· lege: περιιοῦσα· recte legitur Epist. 1. 10: εἰς διδασκάλου προϊόντα. Deinde continuo sequitur: ὅπως ἂν εὐπροσώπως ἅψηται τοῦ ποθουμένου καί τι, τυχόν, καὶ λαλοῦντος ἀκούσῃ· lege: κἄτα. Epist. 1. 10: μιᾶς ἀκίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναι· lege: μικρᾶς, sicuti recte Epist. 1. 15: μικρᾶς ἀκίδος βολῇ. Epist. 1. 13: ψυχῆς δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐρωτικὴν αἰτιώμενος νόσον, praeferam Pauwii correctionem: ἐρωτικῇ ἀνιώμενος νόσῳ, neque arridet quod Hercherus commendavit αἰνιττόμενος. Verbum ἀνιᾶσθαι recte usurpatur Epist. 2. 5. Tum in eadem epistula, in qua muta-

tis nominibus de Antiocho et Seleuco nota historiola narratur, medici verba sunt ad patrem: τῆς ἐμῆς γαμετῆς οὗτος ἐκτόπως ἐρᾷ καὶ παρανόμῳ τήκεται πόθῳ καὶ ζηλοτυπῶ τὸν ἄνθρωπον ἤδη καὶ οὐ φέρω θέαν ἀπειλουμένου μοιχοῦ. Quid est ἀπειλουμένου; Si id dicere non habes, num probabis Douzae et Abreschii lectionem ἀπειλημμένου vel Reiskii ἀπαιδουμένου; Non facies. Simplicissimum id est, in quod nunc video etiam Hescherum incidisse; ἀπολουμένου. Fieri potest ut corrigendum sit κάκις' ἀπολουμένου; sed fortasse eo supplemento non est opus. Tum pater rogat ut medicus uxorem filio commodare velit; ille autem ira excandescit, φάσκων οἷάπερ εἰκὸς ἦν φθέγγεσθαι δεινοπαθοῦντα τὸν αἰτιώμενον ἐξ ἰατροῦ μεταβάλλειν εἰς μαγειρικὸν μοιχείας. Neque Reiskii αἰνιττόμενον satis placet neque Merceri αἰτούμενον. Mihi verum videtur: τὸν ἀξιούμενον, quae mutatio admodum lenis est. Verbum convenientius, opinor, haud facile reperies.

Legimus in epistula 1. 14 meretriculas unice lucro inhiare. Τί οὖν μάτην, ὦ νέοι, διαρρήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύριγγι; οὐδὲν ὑμᾶς ὀνήσει τὰ κιθαρίσματα. Τί πράγματα παρέχετε ταῖς χορδαῖς; τί δὲ καὶ ᾄδοντες ἔφητε, κτἑ.; Apertum est praesens tempus requiri et commendo φωνεῖτε. In Epist. 1. 15: κατατοξευόμενος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὴν κόρην τὴν πρώτην αὐτίκα φανεῖσαν. Imo: τὴν κόρην τότε πρῶτον φανεῖσαν. Ex Demosthene profecit Aristaenetus, quum scriberet in eadem illa epistula versus finem: αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ τὰς ὀργὰς ὑφαρπάζειν καὶ τοῖς εὐτυχήμασι τὰ ἐγκλήματα διαλύειν. Hercherus vult delere τοῖς εὐτυχήμασι· equidem cum non intelligam unde ea interpolatio oriri potuerit, malim: τοῖς εὐτυχήσασι.

In Epist. 1. 16 adulescens misere amore captus, animi affectus describit et inter alia hoc quoque ponit: μηνύομαι ταχύ. Nondum fuit qui hoc emendaret, nam absurda nonnullorum commenta praestat oblivioni tradere et sunt in Boissonadii farragine adnotationum ad Aristaenetum quaedam mire stulta. Quid autem est illud μηνύομαι; ostendet ipse Aristaenetus Epist. 1. 22: ἐκλύομαι ἀπὸ τῆς ἀπορίας, modo ibi scribas ὑπό. Hoc ipsum verbum illic quoque reponendum. Deinde adulescens describit amicae festivum ingenium et utitur etiam his verbis:

συμπαραθεῖ τοῖς ῥήμασι χάρις. Risum movet illud συμπαραθεῖ. Apud Dionem Cassium memorantur ἄνδρες ταύροις συμπαραβλέποντες atque hoc quidem recte, sed alio sensu metaphorice παραθεῖν et συμπαραθεῖν non dicitur. Lege: συμπαρακολουθεῖ.

In Epist. 1. 22 describitur colloquium Charisii adulescentis et lenae. Ταύτην ὁ Χαρίσιος ἰδὼν, χαίροις, εἶπε, φιλτάτη. Ἡ δὲ, καὶ πόθεν ἂν ἐμοί, φησὶν, γένοιτο χαίρειν; Ὁ δ' οὖν νεανίας ἐπύθετο· τί δ' ἐστὶ πρὸς θεῶν; νεώτερόν τι συμβέβηκεν; Mutata interpunctione ita scribam: γένοιτο (τὸ) χαίρειν et τί δ' ἐστί; πρὸς θεῶν (μῶν) νεώτερόν τι συμβέβηκεν; Deinde ὅπως ἔχει συμβάσεως περὶ σέ, Graecum est, nisi fallor, πρὸς σέ. Neque intelligo neque quemquam, uti arbitror, intelligit in Epist. 1. 26: πλέον ἄγαμαί σε τοῦ κάλλους, ὅσῳ γε μᾶλλον ἢ κατὰ Φήμην ὁρῶ. Nemo dixerit quid sit pulchritudinem μᾶλλον vel ἧττον ὁρᾶν, sed admiratur adulescens mulierculae τὸ κάλλος, ὅσῳ γε μεῖζον ἢ κατὰ Φήμην ὁρᾷ. ΛΛ et Z confunduntur, qua de re nuper dixi ad Charitonem p. 192. Quia autem nunc forte de Charitone mentio injecta est, lubet obiter uno exemplo ostendere, quam soleant librarii, quod dicitur, iisdem chordis oberrare et quam sint eorum errores inter se perquam similes. Quod enim legitur apud Charitonem p. 124. 23 σχῆμα πρεσβευτῶν, id refinximus in σχῆμα Περσῶν, quod contextus planissime flagitat. Dixeris fortasse hunc tamen errorem mirum esse ac prorsus singularem; certe non bis umquam eodem modo fuisse peccatum. Non est ita. Incidi nuper in Schol. ad Aristoph. Acharn. 649, ubi memoratur ὁ τῶν πρέσβεων βασιλεύς. Est tamen rex Persarum satis nobilis.

Non potest sane ferri quod legitur initio libri alterius: ταῦτα μὲν δή, φασὶν, εὐξάσθω· sed quod reponunt viri docti εὔχθω, id quidem parum placet. Postquam invocavit Suadam is qui eam epistulam scripsisse fingitur, addidit: ταῦτα μὲν δή, φασὶν, εὖ κείσθω. Turpius est vitium in sequenti epistula: μετεσράφην πρὸς σὲ καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τῷ σῷ τετόξευμαι κάλλει· ὡς γὰρ εἶδον, οὐχ οἷός τε ἦν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄλλοσε μεταφέρειν. Non minus est μεταφέρειν ridiculum in ea sententia, quam si quis hoc sensu Latinum verbum *transportare* usurpare velit. Sed ipse Aristaenetus qui supra dixit μετεσράφην, satis diserte

ostendit emendandum esse μεταστρέφειν. Contrarium vitium non minus liquido agnoscitur apud Platonem in Cratylo p. 411 B: ὑπὸ τοῦ πυκνὰ περιστρέφεσθαι ζητοῦντες ὅπῃ ἔχει τὰ ὄντα, ἀεὶ ἰλιγγιῶσι κἄπειτ' αὐτοῖς φαίνεται περιφέρεσθαι τὰ πράγματα. Vide modo Piersonum ad Moeridem p. 196. Apud Lucianum in Asino 6: ὡς εὐρύθμως τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις malim sane συμπεριστρέφεις.

Quod omnes consentiunt, ferri nequit Epist. 2. 4: χθὲς ἐν τῷ στενωπῷ τὸ σύνηθες ὑπεσύριττον τῇ Δωρίδι· ἡ δὲ ὑπερκύψασα μόλις ὡς λαμπρὸν ἀνέτειλεν ἄστρον. Hercherus προκύψασα scribit, facilius poteris: ὑπεκκύψασα· exserto capite prospectabat illa in viam *clam* domino. In epist. 2. 5: τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ νέου χαριέντως ἀτενίζοντος εἰς ἐμὲ καταθέλγει μου τὴν ψυχήν, multo malim ἀτενίζον. Certius est in iis quae continuo sequuntur: οὐκ οἶδα ἐφ' ᾧ τοῦτό γε πάσχω, sinceram scripturam esse: ἐφ' ὅτῳ τοῦτο πάσχω. Mox: Ἔρωτος ὁ πυρσὸς καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰσρυείς, quia non satis bene copulantur διελθεῖν et εἰσρυῆναι et quia virguncula non intelligit quomodo amor pectus suum invaserit, nam caeco uritur igni, praefero: λέληθεν εἰσρυείς vel fortasse διαλέληθεν.

Multa minuta vitia etiam in nova Parisina editione supersunt corrigenda, sed quia ridiculus scriptor est Aristaenetus longeque peior quam Alciphron, cui dii et homines concesserunt esse mediocrem, satis est quaedam insigniora notare. Veluti in epist. 2. 5: ἀπερυθριάσω καὶ τὴν ἐμὴν ἴσως ἐκ τῆς περιωδυνίας ἀνακτῶμαι ψυχήν, Hercherus scribit ἀνακτήσομαι, sed satis καὶ in ἵνα refingere, quomodo saepe erratur. In Epist. 2. 7: ἀποκαλεῖσα προσκαλέσασθαι τὸν μοιχόν, dicitur hoc εἰσκαλέσασθαι, nam apud Aristaenetum ferre poterimus formam mediam. In Epist. 2. 9: ὅτι δή με τοσοῦτον ἐρῶντα κατέλιπες, multum praefero τὸν οὕτως ἐρῶντα, nam ἐρᾶν cum adverbiis construitur et articulus abesse non debet; sed nihil opus est talia eos docere qui Aristaenetum lecturi sunt. In epist. 2. 22 queritur adulescens se pariter amare uxorem et amicam. Ἑταίρας ἐρῶν uxorem duxit, καὶ νῦν τῆς τε πόρνης οὐδὲν ἧττον ἐρῶ καὶ ὁ τῆς ὁμοζύγου προσετέθη μοι πόθος. Eam mulierculam non magis πόρνην appellare potuit quam *prostibulum*. Scribe: τῆς τε προτέρας οὐδὲν ἧττον ἐρῶ. Ridicule meretrix ad ama-

orem absentem, epist. 2. 13, ὅσον ἡμῶν ἐκδεδήμηκας χρόνον ὃν ἔρωτα βεβαίων ἀνεπίλησον διετήρουν ἀεί. Quod requiritur μεμπτον, id non est ἀνεπίλησον, nam ἐπιλανθάνεσθαι est oblivisci, sed ἀνεπίληπτον. Simile vitium est in Anecdotis Bekkeri p. 400. 23. Mox legebatur olim: καίτοι με καθεύδουαν ἀφεὶς με γὰρ ἅδε προσέπτης. Scribitur hodie ex praelara Canteri et Merceri coniectura: Μέγαράδε, sed num Aristaenetus dare potuit προσέπτης pro ἀπέπτης? Non pinor. In epist. 2. 17 init. requiritur pro praesenti tempore uturum παραμενεῖς. In epist. 2. 18: οἷον ὑπόσεμνος συνεείπνησεν ἐγκεκαλυμμένη, impudica mulier volebat casta matrona ideri neque ὑπόσεμνος erat in eo convivio, sed πολύσεμνος. Υπό et πολύ frequenter confunduntur, cuius rei exempla quaeam dedi ad Heliodorum in Mnemos. XII p. 160. Adiectivum εμνὸν quomodo usurpetur ostendet ipse Aristaenetus in epist. . 16: τὸ βλέμμα πάλαι μὲν σεμνὸν νῦν δὲ γέγονεν ἐξαίφνης ρωτικόν. Nicocles apud Isocratem § 42 negavit se umquam isi concessa venere uti voluisse, οὐδ' ᾠήθην δεῖν τοὺς μὲν ἐκ απεινοτέρας ποιήσασθαι τῶν παίδων τοὺς δ' ἐκ σεμνοτέρας. ed de eadem illa muliere, cuius amator metuebat τὴν ἐμφαιομένην σεμνότητα et quae ἐπλάττετο σώφρονος ἤθη neque gitur ὑπόσεμνος erat, sed πολύσεμνος, qualem opinor poeta uidam comicus descripsit, a quo Aristaenetus uti saepe alias pistulae suae argumentum mutuatus est, ea igitur subdola nulier deinde hoc modo depingitur: πολλάκις παρεδάκρυε τῷ ειρακίῳ, νῦν μὲν ἀποσένουσα τὸν πόθον, νῦν δὲ πικρῶς ὀλοφυρέννη ἣν ἐζημίωται σωφροσύνην καὶ ὁ Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλατταν γνοεῖν. Qui addiderunt articulum, locum non satis recte intelexerunt et verum est: Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν, nam erbi ἐδόκει subjectum non est quod videtur. Κρητὸς δίκην ἡ υνὴ ἐδόκει ἀγνοεῖν recte enunciatur hoc modo: Κρὴς ἐδόκει ἀγνοῖν, sed articulo in talibus non est locus. Attigit hunc usum obetus in Mnemos. VIII p. 35. Exempla primae personae em extra dubitationem ponunt, veluti ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ομαι et ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύσηνος κύων et ἀετὸς κάνθαρον ιαιεύσομαι et Φράζε τοίνυν ὡς ἐγώ σοι πᾶς ἀνέρριμμαι κύβος et ιὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄψωμαι μάχης, alia. Eodem pertinet pud Aristophanem in Pluto: ἔπεσθ' ἀπεψωλημένοι, τράγοι δ'

ἀκρατιεῖσθε. Apud Lucianum est adv. Indoct. 4: ὄνος λύρας ἀκούεις κινῶν τὰ ὦτα et Somn. s. Gall. 11: εἰσῄειν μάτην λύκος χανών. Perperam autem editur in Apol. p. Merced. Conduct. 3: κατὰ σαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον, quem locum additus articulus haud uno nomine ridiculum facit. Nec feram apud Alciphronem 3. 47, ut iterum illuc redeam, πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπιτήδευσιν τρέψομαι οὐδὲ γὰρ κύων σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα τῆς τέχνης ἐπιλήσεται, nam elegantius multo est ἐπιλήσομαι. Itidem mulier illa apud Aristaenetum Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν. Potuisset fortasse ferri ἡ Κρῆσσα, sed ὁ Κρὴς absurdum est, cum de muliere sermo sit. Demto articulo in diverso genere nulla offensio.

Ultimum vitium quod notabimus est in epist. 2. 20. Altercatio in ea describitur mulieris et adulescentis. Mulieris verba sunt, nam cetera referre nihil opus est: τὸν λόγον ἀμυνοῦμαι κλᾶταί σου μᾶλλον ἡ γλῶττα, κτέ. Si interpretem Parisiensem audimus hoc significat: *fracta tibi lingua est*; olim vertebant: *tibi sola lingua stridet*. Fracta lingua quae sit non assequor nec Sappho invocata auxilium feret, nam quod dixisse putatur: ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε, nisi fallor Cobetus emendavit πέπαγε, sed quicunque emendavit, verissime hoc emendatum esse concedes. Quid autem Aristaenetus? Nempe lege: καταιτιᾶταί σου μᾶλλον ἡ γλῶττα. Confusa sunt epist. 1. 13 αἰτιώμενος et ἀνιώμενος, epist. 1. 13 αἰτιώμενον et ἀξιούμενον et epist. 1. 21 ἀνιάσεις et αἰτιάσει, cf. Mnemos. IX p. 164.

Amstelodami,
d. 14 m. Aprilis 1878.

PLATO.

de Rep. pag. 400 D. εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία εὐηθείᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἥν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν [ὡς] εὐήθειαν κτέ. Hunc locum describens Galenus Tom. XVIII. 2. pag 237. dedit: ὑποκοριζόμενος τὴν καλουμένην εὐήθειαν, unde expuncto molesto ὡς Platoni redde: ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν εὐήθειαν.

C. G. C.

STICHOMETRICA.

Vir doct. CH. GRAUX nuperrime edidit (*dans la Revue de Philologie* 1878 pag. 97—143.) dissertationem inscriptam: *Nouvelles recherches sur la Stichométrie*, in qua quidquid de hoc argumento sciri potest docte et diligenter collegit et exposuit. Una tantum res eruditum virum effugit, quae quum magni momenti sit ut ex vetustissimis Antiquitatis monumentis ad nostram memoriam servata, operae pretium me facturum esse arbitror si has novas notitias in lucem protulero. *Volumina* sunt *Herculanensia*, libri papyracei post tot saecula tamquam ex Orco reversa, in quibus complura ad Stichometriam pertinentia reperiuntur. Prodiit primum Oxonii anno 1824. HERCULANENSIUM VOLUMINUM *pars prima*, et anno post *pars secunda* sine nomine Editoris, sed ex Bakio meo olim audivi hanc editionem a Thoma Gaisfordo esse curatam. „*Herculanensium voluminum — apographa stilo plumbeo affabre delineata — munificentiae regiae Georgii IV accepta refert Academia Oxoniensis*" ut in Praefatione scriptum est. Subiicitur „*Herculanensium voluminum catalogus*" unde haec excerpimus:

N. 207. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.
subnotatum legimus ΑΡΙΘ. ΧΧΙΔ.

N. 1027. ΚΑΡΝΕΙΣΚΟΥ ΦΙΛΙΣΤΑ Β̄.
ΑΡΙΘ. ΧΧΧΗΗΔΔΔΠΙΙΙ.

N. 1151. ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΙΕ̄.
**** ΧΧΧΗΗ.
excidit ΑΡΙΘ.

N. 1389. ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ.
(ἀ) ΡΙΘ. *ΗΗΗΔΔΔ* ΠΙΙΙ.
N. 1414. ΦΙΛΟΔΗΜΟΤΠΕΡΙΧΑΡΙΤΟC.
CEΔΙΟΗ.
scriptum erat olim. CEΛ. OH, id est σελίδες ἑβδομήκοντα ὀκτώ.
N. 1426. ΦΙΛΟΔΗΜΟΤΠΕΡΙΡΗΤΟΡΙΚ**
ΑΡΙΘΜ. ΧΧΧΘ.
N. 1506. ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ**ΡΙΡΗΤΟΡΙΚΗC.
ΤΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΟΝ. ΑΡΙΘ. ΗΧΧΗΗ*.
N. 1674. ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ
(περὶ ῥητ)ΟΡΙΚΗC
ΧΧΧΧΗΗ.
Hunc librum Gaisford. edidit in *parte secunda* pag. 46—116. In fine libri nihil subscriptum.

Ex ipsis *Voluminibus Herculanensibus* Neapoli editis haec addo:

Tom. IV. 1. in titulo scriptum est:
ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ
ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗC.
ΑΡΙΘΜΟC $\overline{\text{Χ}}$Ε.
et in fine libri:
ΠΟCΕΙΛΩΝΑΤΤΟC·
ΤΟΤΒΙΤΩΝΟC
CEΛ $\overline{\text{Ο}}$Δ.
editur mendose $\overline{\text{Ε}}$Δ.

Tom. VIII. pag. 1.
ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ
ΑΡΙ** ΧΧΘ.

Tom. IX. pag. 1.
ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ
ΠΕΡΙΘΑΝΑΤΟΤ
CE***ECEKA
ΤΟΝΔΕΚ*ΟΚΤΩ.
id est „*paginae* CXVIII." σελίδες ἑκατὸν δέκα ὀκτώ.

Tom X. pag. 1.
ΦΙΛΟΔΗΜΟΤ
ΠΕΡΙΧΑΡΙΤΟC

ΑΡΙΘΜ* ΧΦCΗ.
CΘΛΙΔΘC ΞΑ.
„*versus* 1608, *paginae* 61."
Tom. XI. pag. 1.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΘΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗC
Δ
ΤΩΝΘΙCΑΤΟΤΟΠΡΟΤΘΡΟΝ.

in hoc libro singulae *paginae* (columnae versuum XXX. *σελίδες*) in infima parte numero notatae sunt in hunc modum: in septem primis columnis ima pars papyri periit. In col. VIII in infima pagina adscriptum est ΡΛϛ.

in columna	IX	. . . . .	ΡΛΖ.
„ „	X	. . . . .	periit papyri pars infima.
„ „	XI	. . . . .	ΡΛΘ.
„ „	XII	. . . . .	ΡΜ.
„ „	XIII	. . . . .	ΡΜΑ.
„ „	XIV	. . . . .	ΡΜΒ.
„ „	XV	. . . . .	ΡΜΓ.
„ „	XVI	. . . . .	ΡΜΔ.
„ „	XVII	. . . . .	ΡΜΘ.
„ „	XVIII	. . . . .	ΡΜϛ.
„ „	XIX	. . . . .	ΡΜΖ.

Denique in papyraceo libro unde GOMPERTZ. anno 1864 Philodemum *περὶ ὀργῆς* edidit titulus est:

(ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ)
(ΠΘΡΙ)ΟΡΓΗC
(ΑΡΙΘ) ΧΧ|Η̄|ΗΗΔΔΔ**.

amissa sic explevit Editor.

Ex his igitur comperimus *primum* in magno voluminum numero perpauca tantum esse in quibus annotationes stichometricae inveniantur. In longe plurimis in initio et fine ponitur nomen auctoris et libri sine ulla versuum mentione,

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΘΡΙΚΑΚΙΩΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΠΘΡΙΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

et sic in caeteris. *Versus* (*στίχοι*), ut vides, nusquam nominan-

tur. Notavit vir doct. GRAUX l.l. pag. 115: *„Détail caractéristique: ni dans Σ, ni dans les mss. d'Hérodote, le chiffre n'est jamais accompagné du mot στίχοι, soit écrit en entier, soit en abréviation. Qu'il s'agissait de stiques, cela s'entendait suffisamment."*

In voluminibus Herculanensibus videmus constanter API, APIΘ, APIΘM, APIΘMOC numero versuum praeponi, neque ullam *τῶν στίχων* mentionem reperiri, satis enim intelligebatur.

Deinde vidimus in nonnullis voluminibus *paginae* (*τὰς σελίδας*) numerari, aut plane secundum consuetudinem nostram singulas paginas suo numero esse notatas praeterquam quod paginae numerus non in summa, sed in ima parte adscribitur.

Vidimus in aliis voluminibus paginarum tantum numerum notari, in aliis versuum tantum, sed sunt etiam paucula, in quibus et versuum numerus et paginarum indicatur, ut in:

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙ ΧΑΡΙΤΟC
ΑΡΙΘΜ** ΧΦCΗ.
CΕΛΙΔΕC ΞΑ.

ubi certa et indubitata scriptura est. Mirum tamen videtur quo pacto pro MDCVIII scribatur ΧΦCΗ contra Graecorum morem, sed plane ex consuetudine Romana ΦC ut DC.

Contra incerta et dubia est lectio in Tom. IV

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗC
Δ
ΑΡΙΘΜΟC $\overline{\text{ΧΕ}}$.

et in fine libelli CΕΛ $\overline{\text{ΟΔ}}$ (vitiose editur $\overline{\text{ΕΔ}}$, quod nihil est). Hoc igitur testimonio tutius est non uti, sed in altero satis est unde ratio inter *τοὺς στίχους* et *τὰς σελίδας* colligatur. In eo libro, ubi *αἱ σελίδες* suo numero notatae sunt, habet *ἑκάστη σελὶς* versus triginta. Ipsorum *στίχων* longitudinem ex his exemplis cognosces.

Tom. XI col. VIII.

ΤΕΡΟΝΟΤΙΤΟΥΚΛΕΙΤΑΡ
ΧΕΙΟΥΠΡΟCΤΙΝΑCΟΥΝ
ΑΝΘΡΩΠΟΥCΑΡΜΟCΩ
ΜΕΘΑΚΑΙΤΑΥΤΑΤΗΛΙ
ΚΟΥΤΟΥΠΟΝΟΥΠΡΟC
ΟΝΤΟC.

in primo versu legendum: (ψυχρό)τερον Ἔτι τοῦ Κλειταρχείου.
Tom. XI col. IX.

ΙCΟΚΡΑΤЄΙΓΑΡ
ΗΠΑΝΤΑΠΑCΙΝΟΤΔЄΙC
ΗΔΤΗΤΡЄΙCΟΜΟΙΟΤΡΟ
ΠΩCΔΙЄ** ΘΗCΑΝ.

ubi supplendum ὁμοιοτρόπως δι∈(τέ)θησαν.
Tom. XI. col. XI.

ΑΛΛΟΙ
ΔЄΤΟΤΒΑΡΒΑΡΙΖЄΙΝ
ΤΟΔΑCΤΝЄΙΝΗΨΙΛΟΤΝ
ΗΤΑΙCΠΡΟCΩΔΙΑΙC
ЄΤΘΡΩCΤΗCCΤΝΗΘЄΙ
ΑCЄΚΦЄΡЄΙΝΔΙΑΦЄ
ΡЄΙΝΝΟΜΙΖΟΤCΙΝ.

Videmus τοὺς στίχους in aliis libris esse paullo longiores, in aliis breviores. Non est necesse ἐν ἑκάστῃ σελίδι *eundem* versuum numerum contineri. Sic in Philodemi libro περὶ κακιῶν apud Gaisf. Part. I pag. 1—26 paginae sunt versuum 36, 37 aut 38. In alio libro eiusdem pag. 83—105 pagina habet versus 46 aut 47. Part. II. pag. 1—45 versus sunt 25, 26 aut 27. Ibid. pag. 46—116 sunt versus 35. Itaque ubi sunt versus 1608 et paginae 61, consequitur paginas esse versuum 26.

$$1608 = 26 \times 61 + 22.$$

Ergo in quo Codice legimus versus esse 1005 (ΧЄ) et paginas 74 (ΟΔ), fortasse scripturae vitium ita tollemus ut pro ΧЄ suppleatur ΧΧЄ. Si versus insunt 2005 et paginae 74, in unaquaque pagina versus erunt 27.

$$2005 = 27 \times 74 + 7.$$

Sed manum de tabula; non enim eo consilio haec colligo ut iis ipse utar, sed ut ex his amicus suas opiniones et suspiciones aut stabiliat aut emendet aut denique suppleat.

Prodiit Neapoli secunda series Voluminum Herculanensium, cuius inspiciendae copia mihi non fuit, sed Parisiis facile erit.

C. G. Cobet.

AD POETAS SCENICOS GRAECORUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuatur ex Mnemos. pag.* 84).

SOPHOCLES in Aiace vs. 40 scripsisse traditur:

Ul. καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα;

Permira dicendi ratio non sine causa quibusdam criticis suspecta fuit. Potuit fortasse Sophocles scribere quod placuit Bergkio, qui cl. vs. 97 coniecit

καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ἥμαξεν χέρα;

licet mihi quidem displiceat δυσλόγιστον χέρα, sed nimis audax videtur mutatio. Mihi venit in mentem quod et lene est et simplex:

καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ἦρξεν (ἔρξεν?) χερί;

i. e. *et quo consilio tam inexputabile facinus manu patravit*? Amat verbi ἔρδειν usum Sophocles, velut in hac ipsa fabula vs. 905, ubi postulante metro Hermannus pro ἔπραξε reposuit.

Τίνος ποτ' ἄρ' ἔρξε χειρὶ δύσμορος;

Cf. Philoct. 117, 1353, 1406, Trach. 935, 1201. cett. Hoc ambigo utrum in dialogo ἦρξεν poeta scripserit an ἔρξεν, quia illa forma ab ἄρχω duci solebat. In anapaestis Aeschyleis Agam. 1528

θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν

utique verius videtur ἔρξεν, quod a Nabero correctum recepit Dindorfius.

Aiac. 103 ἀλλ' ἄνα ἐξ ἐδράνων, ὅπου μακραίωνι
σηρίζει ποτὶ τᾷδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ
Vitium metricum tolli potest reponendo μακρᾷ λίαν.
Aiac. 310 κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι, συλλαβὼν χερί. Malim χερός.

Aiac. 669 καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
τιμαῖς ὑπείκει.
In *Analectis tragicis* (post Oed. Reg. ed. meam) p. 200 conieci πολλάκις pro τιμαῖς, idemque proposuit Nauckius. Nunc hauscio an et lenius et probabilius sit:
μάλισθ' ὑπείκει.
collato simili loco Antig. vs. 473:
ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκληρ' ἄγαν Φρονήματα
πίπτειν μάλιστα, καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖς' ἂν εἰσίδοις.

Aiac. 789 τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει Φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ.
Nihil eorum quae ad tuendum ἀλγεῖν iunctum cum casu quarto allatum est huc pertinet. Nam χαίρω σ' εὐτυχοῦντα et similia alius generis esse vix est quod moneam. Non laudari solet locus, qui cum aliqua specie laudari potuerat, Agamemnonis e Choephoris, vs. 1016
ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος γένος τε πᾶν.
sed ibi vere corrigere mihi videor:
κλάω μὲν κτἑ.
Sophocli autem reddiderim aut ᾗ 'πήλγησ' ἐγὼ, quod iam placuit Blaydesio, aut ἧς ἤλγησ' ἐγώ, qui est genetivus causalis, qualis legitur et in Hecuba vs. 1232 et in Agamemnone vs. 571
Τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου,
ubi corrigendum esse:
τὸν ζῶντα, κἀλγεῖν κτἑ,
alibi docui.

Aiac. 874 πᾶν ἐςίβηται πλευρὸν ἔσπερον νεῶν.

Annotat Blaydesius: *Has been trodden*: I „suspect the true reading is ἐσκόπηται, has *been surveyed, explored*. Στιβεῖν occurs nowhere else". Ecce quid faciat mutandi prurigo, qua vir acutus laborat. Pro ἅπαξ εἰρημένῳ recte formato et sententiae aptissimo substituit verbi longe minus apti forma qua Graeci antiquiores non utuntur, quippe quos a verbo σκοπεῖν non formare Perfectum nec Futurum nec Aoristum, sed a cognato σκέπτομαι derivare ἔσκεμμαι, σκέψομαι, ἐσκεψάμην constet. Neque ἐςίβηται h. l. significat *has been trodden*. Ut enim ςίβος non raro ponitur pro ἴχνος, ita ςιβεῖν significat ἰχνεύειν, ἐξιχνεύειν, *investigare*, quae notio quam egregie loco conveniat, non est quod doceam. Qui tantopere horret semel dicta, quidni potius substituendum proposuit quod Graecis usitatissimum est verbum venatorium ςιβεύειν

πᾶν ἐςίβευται πλευρὸν ἔσπερον νεῶν?

Haec sane probabilis est emendatio, illa vera esse nequit.

Aiac. 875 ἔχεις οὖν; Hanc quaerendi rationem tragicis familiarem obscoeno ioco traducere videtur Comicus in Nubibus vss. 733 sqq.

Aiac. 898 sqq. Lamentantibus nautis et frustra quaerentibus Aiacem, Tecmessa acerbissimum dolorem in pectore comprimens verbum nullum edit, sed acriter investiganti mox ingens amor viam monstrat ad dilecti mariti cadaver, quo reperto in eiulatus affectus plenissimos erumpit. Quae res quam egregie a poeta administrata sit, pluribus persequi nihil attinet. Compares velim Heinii, poetae Germanici, pulcherrimum carmen, quod *Edith Schwanenhals* inscriptum in eius *Romanzero* reperitur.

Aiac. 921 ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος εἰ βαίη μόλοι
πεπτῶτ' ἀδελφὸν τόνδε συγκαθαρμόσαι.

Coniecturarum nubem tam alienarum quam suarum ad h. l. congessit Blaydesius, cuius editionem consulas. Bene is perspexit, quod ceteros latuit, sedem vitii esse verba εἰ βαίη, sed quae coniecit ἐνθάδ' ἂν vel ἂν τανῦν (reliqua enim tentamina silentio premere praestat) etsi ferri possunt, mihi tamen

non persuadent. Requiro quod lene est et simplex remedium:

ὡς ἀκμαῖος ἡμὶν ἂν μόλοι.

Aiac. 1024 πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ
τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος, ὦ τάλας, ὑφ' οὗ
φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας;

Longe melius me iudice locum sic interpunges:

πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ
τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος: Ὦ τάλας, ὑφ' οὗ
φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας.

i. e. *O miser, quo ergo occisore* (i. e. qui per huiuscemodi occisorem) *animam efflasti!* Notus est omnibus hic relativorum in exclamando usus. In sequentibus Blaydesius contra notam Porsoni regulam peccavit coniciens: ᾔδη σ' ὡς χρόνῳ ἔμελλεν pro εἶδες — ἔμελλέ σ', quod optime habet.

Aiac. 1206 κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως,
ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις
τεγγόμενος κόμας
λυγρᾶς μνήματα Τροίας.

Prorsus non intelligo, quomodo in medio bello haec belli incommoda vocari potuerint Troiae *monumenta*. Legendum puto:

λυγρᾶς πήματα Τροίας. Cf. Aesch. Ag. 562.

Aiac. 1295 αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ
λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ Φιτύσας πατὴρ
ἐφῆκεν ἑλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.

Blaydesius bene intellexit pisces quales alat mare Graecum non διαφθείρειν vivos, sed devorare haustorum cadavera, itaque vitiosum esse διαφθοράν. Quod autem inter alia minus probabilia proposuit

ἐφῆκεν ἑλλοῖσιν νιν ἰχθύσιν βοράν.

eadem laborat ambiguitate, qua vulgaris lectio, quod scil. non apparet utrum Catreus, pater Aeropes, hanc an eius adulterum eo supplicio affecerit. Quoniam vero aliunde constat significari Aeropen, scribendum conieci:

ἐφῆκεν ἑλλοῖς ἰχθύσιν κείνην βοράν.

ELECTR. 92: τὰ δὲ πανυχίδων ἤδη συγεραὶ
ξυνίσασ' εὐναὶ μογερῶν οἴκων,
ὅσα τὸν δύσηνον ἐμὸν θρηνῶ
πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν,

Pro corrupta vocula ἤδη coniectum est sine probabilitate aut ἔνδον aut αἰαῖ, quorum vocabulorum neutrum facile ita corrumpi potuit. Facillime potuit quod utroque aptius est:

τὰ δὲ πανυχίδων κήδη συγεραὶ κτέ.

Cf. Aesch. Choeph. 469, Hom. Il. IV 270, V 156, XXII 272. Pro ἐξένισεν recte Reiskius ἐξήνυσε i. e. *confecit*. Nam Mars potius dicendus fuerat ξενίσαι quam οὐ ξενίσαι, eum qui in pugna occubuit. Idem verbum obiter redde Aeschylo in Agam. vs. 641

πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων
ἄνδρας διπλῇ μάσιγι κτέ.

ubi ἐξανυσθέντας verum videtur.

Electr. 100 κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης
ἢ 'μοῦ φέρεται.

Recte Blaydesius τρέφεται, sed praeterea requiro ὑπ' ἄλλης. Fieri tamen potest ut recte Hamakerus suadente metro antisystematis deleverit verba ἢ 'μοῦ φέρεται, quod si recte coniecit, bene habet ἀπ' ἄλλης, sc. γίγνεται.

198 ἔρος ἦν ὁ φράσας, δόλος ὁ κτείνας,
δεινᾶν δεινῶς προφυτεύσαντες
μορφάν, εἴτ' οὖν θεὸς εἴτε βροτῶν
ἦν ὁ ταῦτα πράσσων.

Recte tandem Blaydesius mihi aliisque obtemperavit ita transponens pro:

δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας

sed praeterea vitiosum esse μορφάν iam agnovit Wakefieldus, cuius tamen coniectura μομφάν non est aptior. Nec placet quod Blaydesius suspicatur βουλάν. Sententia enim requirit vocabulum quod significet *noxam*, *exitium*, *perniciem*, quare conieci λωβάν. Cf. 864.

Elect. 601 ὁ δ' ἄλλος ἔξω, χεῖρα σὴν μόλις φυγών,

τλήμων Ὀρέσης δυσυχῆ τρίβει βίον.

Aliorum coniecturis accedat haec mea:

Ὁ δ' ἄλλοσ' ἄξας, χεῖρα κτέ.

Electr. 749: στρατὸς δ', ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα
δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν,
οἵ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά.

Neque ὁλολύζειν neque ἀνολολύζειν est huius loci. Non magis correxerim ἀνηλάλαξε, sed:

ἀνωτότυξε τὸν νεανίαν.

Cf. Aesch. Choeph. 327. Agam. 1072, Eur. Hel. 376.

Electr. 825 ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός, ἢ που Φαέθων Ἅλιος, εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες

κρύπτουσιν ἔκηλοι.

Schol. οἷον οὐκ ἄγουσιν εἰς φῶς τὴν τούτων παρανομίαν. Utrique tamen subiecto nescio an melius conveniat:

θρύπτουσιν ἔκηλοι

positum eo sensu quo Plato de legg. VI p. 778 A scripsit: ἃ δὴ πρὸς δούλους φιλοῦσι πολλοὶ σφόδρα ἀνοήτως θρύπτοντες χαλεπώτερον ἀπεργάζεσθαι τὸν βίον ἐκείνοις τε ἄρχεσθαι καὶ ἑαυτοῖς ἄρχειν.

Electr. 846 ἐφάνη γὰρ μελέτωρ ἀμφὶ τὸν ἐν πέν-
θει· ἐμοὶ δ' οὔτις ἔτ' ἐσθ'. ὃς γὰρ ἔτ' ἦν,
φροῦδος ἀναρπασθείς.

Hic locus non emendatione indiget sed interpretatione. Falli enim mihi videntur omnes quot novi interpretes in eo quod τὸν ἐν πένθει de Amphiareo accipientes ad coniecturas confugiunt. Nisi omnia me fallunt, ὁ ἐν πένθει non est alius quam Amphirai filius et ultor, Alcmeon, et μελέτωρ intelligendus est Apollo, qui filium matris Eriphylae caedem iussisset. Sententia: *Alcmeoni erat qui curam eius haberet, mihi nemo est; qui enim erat, morte mihi ereptus est.* Ipsa oppositio de Amphiarao sermonem non esse docet, siquidem necessario sibi opponuntur, qui in eadem aut simili versantur conditione patre orbati ambo. In extremis ob repetitum ἔτι fere malles: ὃς δέ ποτ' ἦν. Sed nihil muto. Cf. infra 1198.

Electr. 1148 ἐγὼ δ' ἀδελφή σοι προσηυδώμην ἀεί.

Merito fortasse hunc vs. damnavi in Anal. Trag. p. 200. Parum certe probabilia sunt, quae ut tolerabilior fieret excogitata sunt velut: ἐγὼ δὲ μήτηρ, ἐγὼ δὲ τίτθη. Si genuinus sit, potius mutatione propemodum nulla corrigam:

ἐγὼ δ', ἀδελφέ, σοι προσηυδώμην ἀεί.

i. e. *semper tu, mi frater, me* (ante alios) *alloqui solebas.*

Elect. 1234 γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων, ἐμόλετ' ἀρτίως
ἐφηύρετ', [ἦλθετ'] εἴδεθ' οὓς ἐχρῄζετε.

Expunxi glossema ad praecedens ἐμόλετε. Nam praesertim inter duo verba notionis diversissimae locum tueri prorsus nequit. Incertum est quid exciderit,

Possis: ἐμόλετ' ἀρτίως·
(χρόνῳ τ') ἐφηύρετ', εἴδεθ' οὓς ἐχρῄζετε.

vel. ἐμόλετ' ἀρτίως
ἐφηύρετ', εἴδεθ' οὓς (πάλαι γ') ἐχρῄζετε.

Electr. 1370 φροντίζεθ' ὡς τούτοισι καὶ σοφωτέροις
ἄλλοισι τούτων πλείοσιν μαχούμενοι.

Pro inepto σοφωτέροις non male legeretur συφλωτέροις, cl. Aesch. Pers. 79. Forma syncopata, qua Aeschylus usus est Pers. 306 et Prom. 748 male exarari solet παροξυτόνως. Analogia favet lectionibus συφλοῦ et στυφλοῖς, quas ibi praebent quaedam apographa. Cf. νεόγονος, νεογνός, Τρώιος-Τρῳός, cett. Vid. meae *Quaestiunculae Epicae et Elegiacae* pag. 62 sq. et Ionis ed. pag. 75.

Antig. 59. εἰ νόμον βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.

Malim καὶ κράτη. Nota est crebra utriusque voculae in libris confusio.

Antig. 69. Ant. οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἂν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.

Ἡδέως, *libenter*, contra poetae mentem, solam spectare potest Ismenen, non Antigonam, ut oportuit. Est autem glossema genuinae lectionis, quam credo fuisse:

ἐμοῦ γ' ἂν ἀσμένης δρῴης μέτα.

Antig. 235. τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι πεφραγμένος. Verissima mihi videtur varia lectio lecta a schol. ad h. l. δεδραγμένος, i. e. ἀντειλημμένος. Cui lectioni, nisi fallor, exitiosa fuit vicinitas verbi ἀποφράγνυσαι vs. 241. In vulgata lectione Genetivi quoque usus suspectus est.

Antig. 280. παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μεσῶσαι λέγων. Quemnam igitur alium praeter Creontem. Corrigatur καί με. Hyperbaton est pro πρὶν καὶ ὀργῆς με μεσῶσαι λέγων.

Antig. 287. καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν.

Probabilius videtur δόμους. Etiam dubito num satis recte dicatur διασκεδαννύναι νόμους.

Antig. vs. 300 sq. supervacanei sunt nec stilo Sophocleo compositi. Spurios eos iudico.

Antig. 308.

οὐχ ὑμὶν Αἴδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν
ζῶντες κρεμασοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν.

E sequentibus apparet non sermonem esse de exemplo statuendo aliis, quapropter suspectum habeo δηλώσηθ'. An fuit:

Τήνδε δὴ λύσηθ' ὕβριν?

Verbum λύω *rependendi* sensu poeta adhibuit O. R. 101 et Philoct. 1224.

Antig. 350. λασιαύχενά θ'
ἵππον ὀχμάζεται ἀμφὶ [λόφον] ζυγὸν
οὔρειόν τ' ἀκμῆτα ταῦρον.

Optima haec est Franzii emendatio pro libri Medicei scriptura ἕξεται; nihili autem est quod Dindorfius edidit ἀέξεται. Sed corrupta restant sequentia, quae non corriguntur scribendo ἀμφιλόφῳ ζυγῷ nec ἀμφὶ λόφον ζυγῷ, ut recte animadvertit Nauckius. Equidem λόφον glossema esse crediderim, quo deleto rescripserim quod sententia flagitat:

λασιαύχενά θ'
ἵππον (ὀχμ)άζεται ἀμφι(βαλὼν) ζυγὸν.
οὔρειόν τ' (an ὕβρισάν τ'?) ἀκμῆτα ταῦρον.

Cf. Aesch. Pers. 50 *ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι* et 72 *ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου.*

Antig. 411 *καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι.*

Malim *ἐπὶ* pro *ἐκ*. Nam qui tragicorum loci comparantur Electr. 742 et Troad. 523 hunc praepositionis usum vix satis tuentur.

Antig. 593 *ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὀρῶμαι*
πήματ' ἄλλ' ἄλλοις ἐπὶ πήμασι πίπτοντ'
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις οὐδ' ἔχει λύσιν.

Οἴκων neque eleganter adiectum est neque genuinum esse apparet e vs. antithetico 581, qui habet iambicae mensurae vocabulum (*ἄγευστος αἰών*). Deinde vs. 595 pro *ἐρείπει* requiro verbum quod apte dicatur de iis quae *οὐκ ἔχει λύσιν*. Conieci:

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν σκοπῶν ὀρῶμαι
πήματ' . . . . . .
. . . . . ἀλλ' ἐνείρει
θεῶν τις οὐδ' ἔχει λύσιν.

Ad *σκοπῶν*, considerans, cf. O. R. 68. 286, al. Sententia: *Deus aliquis Labdacidarum calamitates singulis generibus tamquam indissolubilem catenam innectit et inserit.*

Antig. 785 *φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς*
καί σ' οὔτ' ἀθανάτων Φύξιμος οὐδεὶς
οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων, ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

Corrige: *οὔθ' ἁμερίων σέγ' ἀνθρώπων, κτἑ.*

Antig. 1042 *οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ*
θάπτειν παρήσω κεῖνον· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.

Si Sophocles revera dedit *οὐδ' — μὴ*, syntaxis postulat *παρῶ τῳ*, quod coniecit Blaydesius. At potius propter sequentia, non sine ironia scripsisse mihi videtur:

οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο δὴ τρέσας ἐγὼ κτἑ.

istud quod tu crepas piaculum.

Antig. 1140 καὶ νῦν, ὡς βιαίας
ἔχεται πάνδαμος (ἀμὰ)πόλις ἐπὶ νόσου
Ut νόσος dicitur λαμβάνειν et ἔχειν τινά, ita h. l. expectabam ὑπὸ νόσου.

Antig. 1344 πάντα γὰρ
λέχρια τάδ' ἐν χεροῖν, [τὰ δ'] ἐπὶ κρατί μοι
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.
Ubi semel agnoveris alterum τὰ δ' dittographiam esse, non difficilis est horum verborum emendatio. Corrigendum puto:
πάντα γὰρ
ἐχθρὰ τάδ' ἐν χεροῖν· ἐπὶ (δὲ) κρατί μοι
πότμος δύσποτμος εἰσήλατο.
i. e. *Omnia enim haec praesentia infesta* (mihi sunt) cett. vel potius:
πάντα γὰρ
τάδ' ἔχθρ' ἐν χεροῖν· ἐπὶ (δὲ) κτέ.

Oed. Col. 173:
Oed. πρόσθιγέ νύν μου. Ant. ψαύω καὶ δή.
Transpone καὶ δὴ ψαύω. Nusquam ap. Sophoclem καὶ δὴ postponitur. Cf. supra 31, Phil. 818, El. 317, 558, 892, 1436, 1464, Ai. 49, 544, fr. 330.

Oed. Col. 290 τὰ δὲ
μεταξὺ τούτου μηδαμῶς γίγνου κακός.
Usus et ratio postulant τούτων.

Oed. Col. 330
Oed. ὦ σπέρμ' ὄμαιμον. Ism. ὦ δυσάθλιαι τροφαί.
Oed. ἦ τῆσδε κἀμοῦ; Ism. δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.
Arguunt tam Oedipi quaestio quam Ismenae responsum hanc non exclamasse quod Dindorfius reposuit in ed. Vta Scen. ὦ δύ' ἀθλίω τροφά. Melius certe in Oxoniensi ed. olim dederat ὦ δισάθλιαι τροφαί; Sed usus requirit:
ὦ τρισάθλιαι τροφαί.
Quia in tali compositione non δίς sed τρίς usurpari assolet.

Oed. Col. 538 ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

Nondum quicquam, quod probabile sit, coniectum esse video. Scribendum conieci: ((ἂν ἠ)θέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

Oed. Col. 570 Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
παρῆκεν ὥσε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι.

Non fero δεῖσθαι sine exemplo usurpatum pro δεῖν. Correctio incertior. Possis enim:

ὥσε βραχέα μοι δεῖν σοι φράσαι
vel ὥσε βραχέα μ' ἔτι δεῖσθαι φράσαι.

Oed. Col. 586 ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν.

Verum videtur:

ἀλλ' ἢ βραχεῖαν τήνδε κτἑ.

i. e. φαύλην, μικράν.

Oed. Col. 653 ἥξουσιν ἄνδρες. Legerim ἄνδρες.

Oed. Col. 700 ὃ τῇδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ. Imo μάλιστα.

Oed. Col. 707.

ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος, εἰπεῖν. χθονὸς αὔχημα μέγιστον
[εὔιππον] εὔπωλον, εὐθάλασσον.

Sic verba constituerim, deleto manifesto sequentis vocabuli glossemate. Collatis numeris vs. antithetici 697:

φύτευμ' ἀχείρητον αὐτόποιον

supplendum conicias:

(γένεθλον) εὔπωλον, εὐθάλασσον.

i. e. *genus equis et nautica arte insigne.*

Oed. Col. 775 ὥσπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν
μηδὲν διδοίη μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,
πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις τότε,
δωροῖθ' ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι.

In exemplo, quod hic proponitur, iure expectes aliquid ma-

gis definiti, quam generale istud τυχεῖν, quo parum ἐναργῶς praegressa illustrantur. Quapropter τυχεῖν corruptum esse suspicor e φαγεῖν, quo etiam ducere videtur locutio πλήρη ἔχειν τὸν θυμὸν (s. τὴν ψυχήν) quae de ciborum satietate usurpari assolet.

Oed. Col. 885 ἐπεὶ πέραν περῶσ' οἵδε δὴ
Requiro πέρα, *ultra* pro πέραν, *trans.*

Oed. Col. 924 οὔκουν ἔγωγ' ἂν σῆς ἐπεμβαίνων χθονὸς
οὐδ' εἰ τὰ πάντων εἶχον ἐνδικώτατα,
ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅστις ἦν, [χθονὸς]
οὔθ' εἷλκον κτἑ.

Pro altero χθονὸς elegantius legeretur πόλεως, quod non raro a Sophocle, admissa synizesi, ponitur in senarii fine.

Oed. Col. 945 οὐδ' ὅτῳ γάμοι.
ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.
Recte iam Usenerus: τέκνῳ.

Oed. Col. 1097 τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ
τάσδ' ἄσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.

Pro participio merito suspecto Weckleinius coniecit πρός σ' ὁρμωμένας, Rauchensteinius πρός σ' ἱκνουμένας. Equidem requiro rarius vocabulum, quod facilius corrumpi potuerit simulque lenius sit depravatum. Tale est:

πρός σ' ὁδουμένας

i. e. *quae ad te ducuntur* (a Theseo). Ὁδοῦν significat πορεύειν, ἄγειν. Verbo usi sunt Aeschylus Prom. 498, 813, Agam. 176, Euripides Ion. vs. 1050.

Oed. Col. 1231 τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω; τίς
οὐ καμάτων ἔνι;

In *Anal. trag.* p. 201 correxi: τίς πλαγὰ κτἑ. Cf. Aesch. Eum. 893, Ag. 358, 461. Eandem coniecturam diu post proposuit H. W. Stoll in Jahrbücher f. kl. ph. 1875 p. 839. Superfuit olim ΠΛΑΓ, quod male supplevit librarius.

Oed. Col. 1249 καὶ μὴν ὅ δ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν ὁ ξένος
ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὄμματος
ἀσακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

Dindorfius „verba interpolata, fort. δίχ' ἄλλων." Equidem malim: ἀνδρῶν ἐρῆμος.

Oed. Col. 1333. πρός νυν σε κρηνῶν καὶ θεῶν ὁμογνίων. Iniuria sollicitatur a criticis κρηνῶν. Recte iam Meinekius attulit Sophoclis locum ap. Schol. Pind. Pyth. IV 221. Nunc mihi aliquis comparato inscriptionem cretensem apud Rangabé Ant. Hell. n. 2477 s. apud Cauerum (delect. inscr. Graec. p. 42 sqq.) vs. 30, ubi in iureiurando enumeratis multorum deorum nominibus haec sequuntur: καὶ (sc. ὀμνύω) ἥρωας καὶ ἡρωάσσας καὶ κράνας καὶ ποταμοὺς καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας. Vid. etiam Schol.

Oed. Col. 1693. ὦ διδύμα τέκνων ἀρίσα
τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς
μηδὲν ἄγαν φλέγεσθον.

Explicatur *res a deo oblatas s. illatas*. Sed certum requiro exemplum verbi φέρειν sic usurpati. Conieci: τὸ παρὸν ἐκ θεοῦ καλῶς κτέ. Ut supra legitur vs. 1540

ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν.

Trach. 115 πολλὰ γὰρ ὥς' ἀκάμαντος ἢ νότου ἢ βορέα τις
κύματ' ἐν εὐρεῖ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ
οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' ἄξει βιότου
πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον.

Sic scriptum est prim. man. in codice Mediceo. Altera correxit αὔξει, quod receptum est ab editoribus, qui Scholiastam sequi solent interpretantem: ὥσπερ γὰρ ἄν τις θεωρίῃ κυματωμένην τὴν θάλατταν ἢ νότου πνέοντος ἢ βορέου, τῶν δὲ κυμάτων τὰ μὲν ἐπιόντα τὰ δὲ ἐπερχόμενα, οὕτω καὶ τὸν Ἡρακλέα καθάπερ τι πέλαγος κακῶν, τὸ μέν τι παρὸν λυπεῖ τὸ δ' αὐξανόμενον ἀπόκειται(?). Recte Dindorfius in ed. Oxon. vidit corrigendum esse τρέφει, sed ne sic quidem locum satis expedio. Ut enim paulisper concedamus verba τρέφει — πολύπονον posita esse pro: τὸ μὲν βιότου πολύπονον τρέφει, τὸ δὲ (β. π.) αὔξει

τὸν Ἡρακλέα, parum tamen apta mihi videtur comparatio, siquidem procellosum mare subsidentibus fluctibus non placatur, quia eodem tempore alii fluctus attolluntur, Herculem contra alii quidem labores versare dicuntur, alii vero αὔξειν *augere*, quod siquid significabit, significare debet *augere honore* vel *felicitate*. Vel denique *viribus* et *virtute*. Nec sane *hi* labores poterant excitare amantissimae uxoris sollicitudinem, quae in proxime praegressis dicta est: οὔποτε εὐνάζειν ἀδακρύτων βλέφαρον πόθον κτἑ. Nisi igitur fallor, in comparatione verba βάντ' ἐπιόντα τε nimis urgenda non sunt sed adiecta a poeta, ut Herculeae vitae, tanquam procellosi maris, perturbationem depingeret. Quod si ita est, mendosa sunt verba τὸ δ' ἄξει. Conieci:

οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ φρέφει τάραξις βιότου πολύπονον

vel potius:

πολύδονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον ut dicatur Hercules *multum iactatus et agitatus, ceu mare Creticum*. Cf. Aesch. Prom. 788 cum Pers. 274. Ad τάραξις βιότου comparetur Arist. Thesm. 185 τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου, quae verba Comicus ex Aeschyli Lycurgea una cum praegressis sumpsisse videtur.

Trach. 125 Φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν
χρῆναί σ'.

Haud assequor quo pacto ἀποτρύειν i. e. *deterere fatigare* Sophocles usurpare potuerit pro ἀποβάλλειν vel ἀποδοκιμάζειν, ut duce scholiasta homines doct. verbum h. l. explicant. Facilius credam olim fuisse ἀποκρούειν.

Trach. 280 ὕβριν γὰρ οὐ φέργουσιν οὐδὲ δαίμονες.

Quasi a dis aliud expectaverit quisquam! Versum inutilem et subabsurdum spurium esse crediderim.

Trach. 547 ὁρῶ γὰρ ἤβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω
τὴν δὲ φθίνουσαν· ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα.

Madvigius in *Adversariis criticis* coniecit:

ὧν δ' ἀφερπύζει φιλεῖ
ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπειν πόδα.

hac addita interpretatione *„quorum flos sensim labitur, ab iis oculus solet pedem (mariti) avertere.* Quae egregia foret correctio, nisi prorsus inaudita foret eiusmodi traiectio qua verbum φιλεῖ medium ponatur inter vocabula arctissime cohaerentia.

Possis fortasse:

ὧν ἀφερπύζον δ' ἴδῃ
ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα. i. e. *ab iis vero, quorum florem sensim labentem oculis viderit, pedem* (mariti) *avertit.*

Trach. 1175 δεῖ σ' αὖ γενέσθαι τῷδε τἀνδρὶ σύμμαχον
καὶ μὴ 'πιμεῖναι τοὐμὸν ὀξῦναι στόμα

Praestiterit ὠξύνθαι.

Philoct. 104 Neopt. οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;
Ul. ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

Responsi ratio postulat ἰούς γ' κτἑ. Cf. me ad Oed. Reg. p. 129 et ad Ion. p. 108 et 113.

Phil. 158 τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα; τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον ἢ θυραῖον.

Malim ἔναυλος ἢ θυραῖος. Praeterea, quia sententia est ποῦ ἔστηκεν ἢ κάθηται ἢ βαδίζει; pro τόπος expectaveram στάσις. Cf. infra 833 sq.

Phil. 183 ἃ δ' ἀθυρόστομος
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

Vulgo recepta est Hermanni correctio ὕπ' ὀχεῖται. Sed quo sensu Echo eiulatu *ferri* dicatur, non optime perspicio. An fuit ὕπ' ὀχλεῖται i. e. *gravatur, molestatur, fatigatur,* quippe quae acerbas Philoctetae querelas identidem repetere cogeretur? Neque inepte legeretur

οἰμωγᾶς ὑποφῆτις (scil. ἐστίν).

Sed illud lenius.

Philoct. 699 εἴ τις ἐμπέσοι
Φορβάδος ἐκ γαίας ἐλεῖν.

Dindorfius correxit: εἴ τι ἐμπέσοι. Equidem malim: εἴ τι συμπέσοι, i. e. συμβαίη.

Phil. 776 μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά, μηδ' ὅπως
ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοῦ κεκτημένῳ.
Lege: αὐτὰ μήποθ', ὡς ἐμοὶ κτέ.

Phil. 791 ὦ ξένε Κεφαλλήν, εἶθέ σου διαμπερὲς
στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε.
Pronomen est emphaticum, itaque legatur σοῦ.

Phil. 830 ὄμμασι δ' ἀντίσχοις
τάνδ' αἴγλαν, ἃ τέταται τανῦν.
Non admitto artificiosam huius loci interpretationem qua αἴγλα dicta sit *caligo offusa oculis Philoctetae, quae ipsi lux esse videatur*. Corrigendum arbitror: τὰν δ' ἀχλύν, producta ultima huius vocis syllaba, ut constanter producitur ab Homero Hesiodoque.

Phil. 921 καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς; Imo ἀληθῶς.

Phil. 950 νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ. Tralaticio errore librarii sic dedere pro σαυτοῦ, quem genetivum non expediebant.

Phil. 1092 εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'. οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.
Conieci:
ἴτ' αἴθρας τέκνα
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος·
ἑλεῖν γὰρ οὐκέτ' ἀρκῶ.
Cf. Eur. El. 897 ἢ σκῦλον οἰωνοῖσιν, αἰθέρος τέκνοις. Possis quoque: ἴτ' αἰθρηγενεῖς κτέ. Verbum ἰσχύω esse glossema τοῦ ἀρκῶ suspicor.

Phil. 1139 ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν.
Conieci τὸ μέν οἱ δοκῆσαν, i. e. *suam opinionem*.

Phil. 1204 ξίφος, εἴ ποθεν,
ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε
Frustra affertur vs. 115. Hic legerim προτείνατε, *protendite, porrigite*.

FRAGM. CIII τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἔστι σοι; An ἐπαξιοῖς?

CLXIII τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεσάτει; λέων
δράκων τε πῦρ, ὕδωρ.

Fortasse ἐπεζάρει: cf. Eur. Phoen. 45, Rhes. 441.

CCXXV Νῦν δ' εἰρὴ ὕποφρυς ἐξ αὐτῶν ἕως
ἀπώλετό τε καὐτὸς ἐξαπώλετο

Fortasse:

Νῦν δῆρις ἦν ὕπαφρος ἐξ αὐτῶν, ἕως κτέ.

Quod si recte conieci, propter asyndeton probabile est haec verba ordiri interlocutoris orationem, qua alteri respondet. Νῦν de tempore praeterito non rarum esse vix est quod moneam. Ἐξ αὐτῶν intelligo *ex causis supra commemoratis*. Ad δῆρις cf. Aesch. Ag. 942, Suppl. 412.

CCXXXII B Μουσομανεῖ δ' ἐλάμφθην δακέτῳ ποτὶ δειρὰν
ἔρχομαι δ' ἔκ τε λύρας ἔκ τε νόμων,
οὓς Θαμύρας περίαλλα μουσοποιεῖ.

Conieci:

Μουσομανεῖ θάλφθην δακέτῳ, ποτὶ δ' οὐρανὸν αἴρομαι
ἔκ τε λύρας ἔκ τε νόμων, κτέ.

Iam Brunckius coniecit ἐθάλφθην, sed numerorum ratio unicum dochmium respuit.

CCCLX πόλις δὲ Μυσῶν Μυσίᾳ προσήγορος.

Perperam ita Dindorfius pro Μυσία προσήγορος (sc. ἐστι) i. e. προσαγορεύεται.

CCCLXXVII τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ ἐστιν· εὖ πάθόντα [εἷθ' ἑτέρα θανεῖν].

Frustra corrigitur corruptum veteris lacunae supplementum, qualia apud Stobaeum permulta legi constat. Conieci:

εὖ πάσχοντι (δὲ μία μυρία).

Nam infelici una nox plurimarum est instar, sed fortunato plurimae instar sunt unius.

CCCLXXX de Palamede: (Scal. τῶνδ')

οὐ λιμὸν οὗτος τόνδ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφηῦρε.

Etymologia postulat ἀπέωσε, quod admissa synizesi fortasse ferri potest. Nisi verius est

οὐ λιμὸν οὗτος τῶνδ' (τοῖσδ'?) ἔπαυσε, κτἑ.

CDXXIX καὶ πλῆρες ἐκπιόντι χρύσεον κέρας
τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης.

Aut nihil horum intelligo, aut poeta dedit ἐκπιόντα. Subiectum verbi τρίψει est aut muliercula aut παῖς καλός. Γέμοντα si sanum est, est *vini plenum*. Nisi forte verius est γέροντα. Sed id quidem sciri nequit.

CDLXX B vs. 3 ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

De tertia persona sermonem esse declarant duo vss. praecedentes, nec γῆρας λαμβάνω Graecum est pro γῆρας με λαμβάνει. Corrige:

ἔπειτα γῆρας λαμβάνει σΦ' Αἰγύπτιον.

Cf. Dindorfii adnot.

CDLXXXII τάδ' ἐςὶ κνισμὸς καὶ Φιλημάτων ψόφος
τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίθημι καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

Male haec cohaerent. Scribe: ψόφος

τῷ καλλικοσσαβοῦντι νικητήρι' ἃ
τίθημι κτἑ.

DLXXXIA πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀχρείων
τὸ λίαν κακός· βρότῳ δὲ πιςὸν οὐδέν.

Verborum πολλῶν-κακός, in quibus Iacobsius post ἀχρείων addidit ἄπο et Nauckius correxit πάλιν pro τὸ λίαν haec est sententia: *hominum vitia et virtutes non pendere ab eorum origine.* Cum qua sententia pessime cohaeret quod subiungitur: *mortali confidi non posse.* Suspicor igitur

σπορᾷ (σπόρῳ?) δὲ πιςὸν οὐδέν.

i. e. τῷ γένει.

DCLVI *θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.*
Imo *ὑπεκπηδᾷ.*

DCXCIII. *Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεται δ' ἄλη.*
Ἄλη pro ἄλλη certa est Berghii emendatio, quam tamen non perfecit, siquidem ipsa vagantium umbrarum caterva non recte vocatur ἄλη. Lege:

ἄρχεται δ' ἄλη.

Incipitque (umbrarum) *vagatio.*

DCCLVII. *Χῶρος γάρ ἐστιν οὗτος ἀνθρώπου φρενῶν*
ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει.
Φύειν pro φύεσθαι quia nemo Atticorum dixit, conieci:
ὅπου τὸ τέρπον καὶ τὸ πημαῖνόν σφ' ἕφυ.

DCCXCI. *Καὶ τὰν νέορτον, ἅς ἔτ' ἄσολος χιτὼν*
θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν
πτύσσεται, Ἑρμιόναν.
Poeta indignum istud θυραῖον, i. e. ἴδιον. Gracili puellae aptum ἀραιόν, i. e. λεπτόν, *tenerum circa femur*, ut Veneri ab Homero ἀραιὴ χεὶρ tribuitur. Similiter, ut alibi ostendam, ἀραῖος in θυραῖος corruptum est in Aesch. Agam. 1608.

Traiecti ad Rhenum
m. Aprili a. 1878.

Quinti medici dicta.

γναφεύς — γραφεύς confusa.

Galenus Tom. VI. pag. 228 *φασὶν ἀποκρίνασθαι Κόϊντον ἐρομένῳ τινὶ γυμνασῇ, τίνα δύναμιν ἔχει τὸ ὑποσυγχρίεσθαι, φάμενον „ἀφανίζειν τὰ ἱμάτια." — Ὅμοιόν τι τοῦ Κόϊντου περιφέρεται ἀπόφθεγμα τά τε περὶ τῶν οὔρων ὡς ΓΡαφέως ἐστὶ καταμανθάνειν αὐτὰ, καὶ τὸ περὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ ὅτι βαλανείων* (leg. *βαλανέων*) *ἐστὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων.* Bonus interpres: *quod de urinis circumfertur nempe eas nosse ad* PICTOREM *pertinere.* Imo vero ad *fullonem*, vid. Casaubonum ad Sueton. Vespas. cap. 23.

Etiam alibi γραφεύς et γναφεύς inter se confusa vidi. cf. Tom. XVII. 1. pag. 198 et 199. C. G. C.

] CICERONIS ORATIONE AGRARIA SECUNDA.

)rationes Agrariae, non nisi recentioribus codicibus nobis t proditae, quos ad unum omnes ex eadem stirpe prognatos ı communium probant errorum et locorum mutilorum copiae. vero unus est eorum, Lagomarsinus 9, qui et a reliquis icis libris m. s. et a Germanicis tantopere distat, ut notis- a *Zumptii* editio, quae ex illius auctoritate unice pendet, ;um amplius locis iisque gravissimis, diversam a prioribus ionem exhibeat.

'ositum est illud discrimen et in lectionum varietate et in ınis.

ıacunis autem illius codicis, quae fere sunt numero XXXV, ·iris doctis, praeter *Zumptium*, qui superstitioso libri amore tus temere in omnibus fidem ei habuit, nihil ponderis esse utum, facile probabit quisquis mecum compertum habet, ctas e sordida librarii negligentia traxisse originem. At tra in varietate lectionum eiusdem codicis auctoritas ab edi- bus iniuria et non sine magno orationis incommodo spreta ıi videtur.

)e historia Codicis atque natura pluribus disserere iam nunc lubet. Rem et antea multi tractarunt et nuperrime in ipsa Bibliotheca vir clarissimus C. M. Francken, cuius ıcio, quoniam convenit cum iis quae ipse indagavi, lubenter scribo, huicce: „Lag. 9, scriptus ab homine Italo imperito, et mendis ex mala condicione archetypi aut librarii negle- tia repetendis; saepius singula omittit vocabula, nec correc- ibus plane vacat; sed correctiones sunt sine ulla arte factae;

quae hic liber priva habet, non debentur librarii ingenio, quod non habuit, nec sunt ab illo sollerter inventa."

Sed quod mihi proposui hoc est, ut ostendam, quantum fructus atque commodi in oratione agraria *altera* recensenda etiamnunc ex illo libro in iis „quae priva habet" possit percipi; simul autem, si fors tulerit, a difficilioribus quibusdam locis explicandis aut tentandis non prorsus abstinebo, et separatim eos notabo, ubi orationem iam olim a docto quodam interprete otiosa interpolatione vexatam esse mihi persuasi [1]).

Loci sunt fere *sexaginta*, exceptis lacunis, in quibus a ceterorum codicum lectione diversa praebet unus Lag. 9. Ex his de *duodecim* locis, si quid video, dubitari potest, utrum nostri an illorum librorum sit sequenda auctoritas: *tredecim* vero locis librarius erravit: denique supersunt fere *triginta* loci, in quibus nostrum illis esse anteponendum, demonstrari posse confido.

Videamus de singulis.

Initium faciam a triginta illis quos ultimo loco designavi et quidem eas lectiones praemittam, quas iam a *Baitero* „ex doctorum coniecturis" receptas esse video. Sunt hae numero novem.

§ 21 *collegas excipit*; „ex emendatione Naugeri." Praeter 9 omnes *excidit*, nisi Salisburgensis 5. Monacensis Halmii *excludit*: hic ut alias docte emendatus.

§ 27. *Nunc, Quirites, prima illa comitia tenetis.* Praeter 9 omnes aut *quia* aut nihil. *Madvigius* proposuit *una*; verum vidit ipse Baiterus.

§ 40. *Quod certe publicum est populi Romani factum.* „Emendavit Angelius". Praeter 9 omnes *terre, terne*, sed Erfurtensis, hic ut saepius ridicule emendatus *terrae*.

§ 57. *Sed quae haec impudentia?* „Emendavit Madvigius." Praeter 9 omnes *quid*.

§ 70. *Sullanus ager habet tantam invidiam, ut — perferre non possit.* „Emendavit Nic. Angelius". Praeter 9 omnes *posset*.

---

1) In seqq. prorsus nitor collatione Lag. 9 quam Zumptius editioni subiunxit. Ceterum doleo Ebelingii libellum, de auct. Lag. IX in orr. agr. recensendis a. 1863, iamdudum e Germania arcessitum ad me nondum pervenisse.

§ 83. *Atqui idem populus Romanus de hoc vectigali potest dicere.* „Emendavit Lauredanus". Praeter 9 omnes *at* s. *ad fidem* s. *fide*, sed codex Graevii, docte passim interpolatus, ut affirmat Baiterus, *at quidem.*

§ 92. *Neque te... omina illa M. Bruti atque auspicia deterrent.* Emendavit Angelius. Praeter 9 codices *omnia.*

§ 97. *Singularis homo privatus... vix facile sese regionibus officii continet.* Praeter 9 omnes *continetur* et praeterea aut *facilis* s. *facili sese* aut ex infelici coniectura (Erf. et Erlang.) *facilis esset.*

§ 98. *Ut... ad certameu dignitatis opponeretis „P. Manutius".* Praeter 9 codices *opponere vis.*

Haec iam nunc omnibus editoribus probata sunt.

Sed praeter haec Klotzius etiam alia quaedam e nostro codice in editionem recepit, quae prodiit a. 1873, et merito quidem. Sunt autem haecce:

§ 17. *Sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem vocare.*

Omnes reliqui male *fortuitu*; de quo vide Handium II 743.

§ 22. *Idem maiore parte populi suffragiis spoliata comitia habebit quae volet, atque in iis se ipsum renuntiabit et videlicet collegas suos, ascriptores legis non repudiabit.*

Codices praeter Lag. 9 *quos volet... renuntiabit.* Minus recte, etenim praeter se ipsum et ascriptores suos nullum alium decemvirum renuntiabit, et quidem initium faciet a se ipso renuntiando; uti est in praecedentibus: *quem principem renuntiabit? Rullum.* Itaque legendum est *comitia habebit quae volet* i. e. earum tribuum quas *nullo custode sortitus vocavit* et quae ad ipsius nutum suffragia ferent. Rem illustrant quae proxime antecedunt, haecce: *quis maiorem partem populi suffragiis prohibuit? Rullus... Quis tribus quas voluit* (scil. novem ex XXXV tribuum numero) *evocavit nullo custode sortitus? Quis decemviros quos voluit renuntiavit? Idem Rullus.* Simul vides unde *quos* pro *quae* in nostrum locum irrepserit.

§ 39. *Asiam, quae post L. Sullam Q. Pompeium consules recuperata est.* Codices praeter Lag. 9 et plerique editores perperam *sit.*

§ 44. *An Quirites ii, qui per cursum rectum regnum* (Aegyptum) *tenere non potuerunt, nunc caecis tenebris et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt?*

En genuina lectio, quam servavit Lag. 9; pro quo reliqui omnes *taetris*, ex coniectura nimirum cuiusdam magistelli, cui *caecae* tenebrae nimis absurdae videbantur.

§ 86. *Tunc illud vexillum Campanae coloniae ... Capuae a decemviris inferetur.*

Reliqui *Capua*, pro quo e Lauredani coniectura plerique editores *Capuam;* sed non est quod a nostro codice recedas.

Restant adhuc sedecim loci, quibus, aeque atque in iis quos percensui, ea quae exhibet Lagomarsinus 9, licet spreta adhuc ab editoribus praeter Zumptium, tamen ceterorum codicum lectionibus praestare ac pro genuinis habenda esse contendo; quod de singulis demonstrare conabor. Incipiendum est a loco lacunoso quem omnes praeter nostrum imperite expletum exhibent.

§ 3. *Ut vester honor ad mei temporis diem petitus non ad alienae petitionis occasionem interceptus ... esse videatur.*

Lag. 9 *non occasione interceptus.* Merito. Quid enim significat — ut taceam de dictione *ad occasionem* quae nusquam lecta videtur nisi in Suetonii vita Augusti 97 — quid vero significat intercipere consulatum ad occasionem alienae petitionis? Nimirum hoc: surripere consulatum aliis quibus certo tempore est destinatus. At vero omnes petitores aequo iure certabant sive ab initio sive extremo petitionis die nomen erant professi, neque certa occasione certis hominibus honor erat reservatus. Sed aliud est intercipere consulatum occasione, i. e. insperatis atque insolitis quibusdam causis intercedentibus consulatum nobilibus competitoribus quasi surripere. Cf. quae paulo ante leguntur: *reperietis eos* (homines navos), *qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore atque aliqua occasione esse factos*, quibus Z. merito *Marii* consulatum indicari suspicatus est.

Simili vitio laborat sequens paragraphus:

§ 4. *Itaque me non extrema tribus suffragiorum sed primi illi vestri concursus ... consulem declaravit.*

Pro *extrema tribus* Lag. 9 habet lacunam. Verba in ar-

chetypo parum distincte expressa pro sua scientia interpretati sunt librarii, unde monstrum ortum est illud *tribus suffragiorum* (nam *extrem...* recte enucleatum videtur), quod mireris ab omnibus fere editoribus esse retentum. Posset ferri *extremae tribus suffragia*, cf. locus Lucani apud Bekk. Marq. II 3, p. 28, aut *extrema tribuum suffragia*, sed praestat cum Zumptio abstinere a loco sanando, qui cohaeret comitiorum ratione quae nos latet.

§ 50. *Haec P. Servilii imperio et victoria clarissimi viri vestra sunt facta.*

Lag. 9 unus *clarissimi viri* suo loco sc. post nomen proprium habet positum.

§ 57. *Excipitur hoc capite ager Sicilia Recentoricus.* Nangerus inseruit *in*, quem omnes adhuc editores praeter Zumptium secuti sunt. Sed non opus est emendatione, quoniam Lag. 9 servavit *Siciliae.*

Ibid. *Se moveri possessionibus amicissimis sedibus ac dis penatibus negant oportere.* Ita plerique ll. mss., unus *amircissimis*, at Erfurtensis, in quo denuo magistelli manus agnoscitur, *a maximis.* Lauredanus olim conjecerat *antiquissimis*, a plerisque editoribus pro vero habitum; sed requiritur verbum magis reconditum et insuetum, idque servasse videtur Lag. 9 exhibens *amenissimis*, quod praebet etiam Monacensis in margine. Itaque Klotzii conjectura petita ex § 82 *avitis suis*, in quo displicet pronomen possessivum opus non est. Ceterum optime Kaiserus expunxit v. *possessionibus.*

§ 65. *Huiuscemodi me aliquid ab horrido ac truce tribuno plebi exspectasse.*

Non credo nos carere posse verbo *fateor*, quod post *plebi* inserit Lag. 9.

§ 69. *Habet socerum virum optimum qui tantum agri in illis reipublicae tenebris* (Sullanis temporibus) *occupavit, quantum concupivit. Huic subvenire vult succumbenti iam expresso Sullanis oneribus gravi sua lege ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere.*

Halmio legenti *et presso* interpungendum fuit post *oneribus* et pro *gravi sua*, quae sensu carerent, scribendum *gratissima lege.* At nihil est mutandum si cum Lag. 9, quem

sequuntur Z. et Klotzius, legimus *et oppresso, Sullanis oneribus gravi, sua lege ut.*

70. *Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.* Quoniam nullus sermo est de agrorum magnitudine, sed id agit „ut minimo emisse possessores dicat, plurimo vendere" (Z), auscultandum est nostro codici praebenti *emptus*; cum nostro autem facit etiam Erfurtensis.

§ 82. *At qui homines possidebant? Primo quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, qui simulac decemviri concrepuerint, armati in cives et expediti ad caedem esse possint.*

Longe praestat quod habet Lag. 9 *ad urbem.* Etenim non in eo situm est periculum, quod Campani erunt ad caedem parati, sed in eo, quod opulentissima urbs tam prope abest ab ipsa Roma, ut illic paene audiant, si Romae decemviri eos arcessiverint, utque mox expediti ante portas esse possint (cf. § 90 *in oculis senatus populique Romani*).

Et vero vulgatae scripturae non convenit *esse possint*, ut recte vidit Z, sed *sint*; scilicet seditiosi Campani in ipsa Capua facillime sunt armati et praesto ad caedem, sed ipsa propinquitas efficit ut brevi tempore Urbi quoque imminere possint.

§ 85. *Adiungit Stellatem campum agro Campano et in ea duodena describit in singulos homines iugera. Quasi vero paulum differat ager Campanus ac Stellatis. Et multitudo, Quirites, quaeritur, qua illa omnia oppida compleantur.*

Sic omnes praeter Lag. 9, qui dedit *a Stellatis et*, quo probatur quod iam olim ex Turnebi coniectura optimi editores substituerant *a Stellati sed.* Librarius noster, hic ut alias semper nullam sententiae curam gerens, edit quae invenerat, dum reliqui illi, quod absurdum videbatur, quodammodo sanare conati sunt. — Ceterum conferenda sunt quae de interpretatione huius loci contra Wesenbergium et Baiterum (in Orell. ed.) accuratissime disputavit Zumptius [1].

§ 89. *Quodsi maiores nostri existimassent quemquam in tam illustri imperio et tam praeclara populi Romani disciplina M. Bruti aut P. Rulli similem .. futurum.*

---

1) Agnoscet benevolus lector hunc locum supra ponendum fuisse inter eos de quorum lectione iam omnes consentiunt.

Vitium ortum ex confusione compendiorum *p. r.* et *r. p.*, cui medetur Lag. 9, qui prodidit *reipublicae*; non enim disciplina populi, sed legum, institutorum, regiminis praestantia deterrere debebant, quominus his insidias pararent. Cf. de rep. § 33 et de orat. I 159 *perdiscendum ius civile... disciplina reipublicae, iura sociorum... cognoscenda est.*

§ 92. *Haec consilia maiorum M. Bruto, ut antea dixi, reprehendenda et P. Rullo visa sunt. Neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent.*

Non credo verba *et P. Rullo* uncinis includenda, sed cum Lag. 9 suo loco, ante gerundivum, reponenda esse, nam vv. *ut antea dixi* respiciunt ad § 89, ubi ambo nominantur. Mox autem ad reum conversus rectissime eum iterum nominatim appellat, nam non amplius loquitur de maiorum sapientia stulte reprehensa et correcta, sed ad aliud transit argumentum, ut docent sqq.: *Nam et ipse et qui magistratum Capuae illo creante coperunt, impiorum poenas sustulerunt.*

In his autem ultimis non praetereunda est Erfurtensis magistelli doctrina: dum enim omnes ll. habent *Capua et locreanti* vel talia monstra, ille invenit *Capua locare ante!* Locum sanavit Turnebus.

§ 92. *Ut intelligatis quantam locus ipse afferat superbiam, quae paucis diebus, quibus illo colonia deducta est, perspici atque intelligi potuit.*

Optime Lag. 9 *illa*, non enim in itinere versus Capuam ea superbia est perspecta, sed in ipsa constituenda colonia, inmagistratibus creandis ac nominandis, quum subiungat: *nam primum... hi se praetores appellari volebant... deinde anteibant lictores* sqq.

§ 95. *Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa apta est arrogantia, quae a maioribus nostris alterum Capua consulem postularunt; deinde ea luxuries... quae ipsum Hannibalem... vicit.*

Ita codices Erf. et Erl. id est Germani optimi; Lagomarsini *quae... postulavit*, sed Lag. 9 *qua* pro *quae*, ut Capua sit nominativus. Recte, ut opinor; *quae* natum videtur ex sequenti *luxuries, quae.* Klotzius *qua... Capua... postularunt*, scil. cives, quod durius videtur; tum certe praeferam *Cāpani* i. e. *Campani* pro *Capua.*

In iis autem quae praecedunt libri Germani habent *capta*, Itali *apta*, sed Lag. 9 et 13 mendose *acta*; praeeunte Angelio Baiterus *nata*, Klotzius *orta*. Sed haud scio an *apta* retinendum sit, quod a librariis non intellectum esse ac varie tentatum non mirandum est. Legitur tamen saepissime apud Ciceronem de eo quod ex altero pendeat. Tusc. V. 36 *cui vivo ex se ipso apta sunt omnia* et § 70: *causas alias ex aliis aptas.* Cf. de fin. II 47, de Off. I 60. Acad. prior. 31. Ceterum in orat. I § 20 legitur: *si superbia, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur.*

§ 99. *Ut ipsum Cn. Pompeium, cuius praesidio saepissime rempublicam contra acerrimos hostes et contra improbissimos cives* (alii *civis*) *victorem atque horum conspectu privare possetis.*

Hic imprimis praestantia codicis Lag. 9 elucet. Desideratur praedicatum sententiae relativae. Iam quum omnes ll. mss. nullum verbi vestigium et ne lacunae quidem indicium praebeant, ille solus ea servavit unde facile genuinam lectionem enucleavit Zumptius. Exhibet *cives tutatum victoria*, pro quo reponendum *tutati sumus, victoria ... privare possetis.* Pithoeus e suo codice annotaverat *victoriam...* Cf. § 54 *sperant ... aliquid de eius exercitu, copiis, gloria detrahi posse.* Non autem reticebo quae iam olim ad h. l. viri docti frustra promserunt: *civis victor ast, proscribere atque; c. v. exstitit* aut *evasit proscribere atque: civis usus est, spoliare atque.* Klotzius de remedio desperasse videtur.

§ 101. *Ego is consul qui contionem meluam, qui tribunos plebis perhorrescam, qui ... tumultuer, qui timeam ...? Ego, quum vestris armis armatus insignibusque ornatus, exornatus imperio et auctoritate, non horreo* sqq.

Lag. 9 *pertimescam*, quo de eadem re usus est in orat. I 25, quodque aptius videtur quam vehemens illud *perhorrescam.*

In sequentibus denuo periit praedicatum pendens a coniunctione *quum.* Nam quod Baiterus ex interpolato Graevii codice substituit *enim* a sententiarum ratione prorsus est alienum. At hic quoque viam monstrat Lag. 9, qui exhibet *armatus sim signisque*, unde luce clarius est archetypum ita fuisse constitutum *armatus insignique*, ut aut verbum aut praefixum oculorum aciem facile effugerit, unde duplex error est ortus pro

armatus sim insignibusque. Itaque perperam Klotzius de suo *sim* inseruit post *ornatus.*

Iam si cui persuasum est iis quae disputavimus, aliquantum auctoritatis huic codici esse tribuendum, eum juvabit illos quoque locos cognoscere, quibus dubitari posse credimus utrum huic an illis libris mss. maior fides sit habenda.

§ 10. *Venit mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos amantissimos plebi Romanae viros, Tiberium et Caium Gracchos...* Num Cicero hoc uno loco genitivo *plebi* usus est, an praestat *amicissimos* quod habet Lag. 9?

§ 41. *Quid Alexandria cunctaque Aegyptus? Ut occulta latet, ut recondita sunt, ut furtim tota decemviris traditur.* Noster: *latent — sunt — traditur.* Num igitur in ceteris *est* pro *sunt* an in hoc *traduntur* reponendum? Numerum singularem praestare putaverim; in sqq. ea complectitur una voce *hoc regnum.*

§ 48. *Italiam percensuisti: perge in Siciliam.* Num ita, an cum nostro *percensuit,* scil praeco? Id nimirum multo aptius.

§ 59. *Aurum, argentum ex praeda... id profiteri apud decemviros et ad eos referre iubet.* Lag. 9 *deferri.*

§ 67. *Inibitur enim ratio quaestus de vestra pecunia.* Lag. 9 *nostra.* Illud melius videtur, quia modo Quirites compellavit.

§ 76. *Atqui quid ad haec possumus dicere?* Lag. 9 *at quid* Illud praestat, ni fallor.

§ 90. *Quibus omnibus... bellis Capua non modo non obfuit sed opportunissimam se nobis praebuit et ad bellum instruendum et ad exercitus ornandos et tectis ac sedibus suis recipiendos.*

Lag. 9 *gerendum — armandos.* Tritum est *instruere* et *ornare copias* s. *provinciam* cf. in Pis. 5, de imp. Cn. Pomp. 20, Phill. X 9; sed *instruere bellum* nusquam apud Ciceronem nisi hoc loco et supra § 77: *urbs, quae bellum facere atque instruere possit.* — Sed tamen utrumque bonum videtur, et quid praeferendum sit ex codicum aestimatione pendebit.

Ceterum non video cur illa per *et — et* sibi opponantur, nam hoc sane loco *bellum instruere* et *exercitus ornare* eodem redeunt, et nescio cur in bellis cum sociis vel in domesticis Capua prae ceteris oppidis exercitus *tectis ac sedibus suis recepisse* dicenda

sit, quum omnia sua vice id fecerint. Nec vero cogitat de agris veteranis distributis, etenim *nec L. Sulla, qui omnia... est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est* § 81; id tantum de Capua laudandum, quod et alias et *Italico bello, amissis ceteris vectigalibus, agri fructibus* exercitus aluit, cf. 80. Idcirco qui totam sententiam in marginem releget, haud scio an recte fecerit. Miror sane neminem interpretum, ne Kaiserum quidem, qui saepius interpolationes odoratus est, offensionem ex his cepisse.

Habes locos de quibus dubitari posse censeo. Praetermisi autem minora quaedam ut *huiusmodi* pro *eiusmodi* § 73, *tumultuem* pro — *tuer* 101, similia.

Iam nunc ii loci cognoscendi sunt, in quibus librarium nostrum errasse nemo non fatebitur; quum tamen Zumptius vel in his ab eius auctoritate deficere noluerit, et vel ex monstris lectionem quandam conflare studuerit. Quoniam vero in his locis non solum nostrum sed ceteros quoque codices aliquoties rem non acu tetigisse persuasum habeo, vereor ne rem non semper paucis verbis absolvere possim; quod ne crimini vertat benevolus lector.

§ 1. *Mihi, Quirites, apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur, non quo non tales fuerunt quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis, sed quod laude populari atque honoris vestri luce caruerunt.*

Lag. 9: *sanguine discipulos videtis institutos*, manifeste corruptum, pro quo Z. *sanguinis discipulosque videtis institutorum*, quod nemini probabit. Obediendum videtur codicum consensui; quamquam scrupulum movent *sanguine creatos* et *disciplinis*. Leguntur hoc sensu apud Ciceronem *procreatus* de Leg. II, 2 *solum in quo tu ortus et procreatus es*; III 8; de fin. III 19; et *disciplina* singulari numero pro Cael. 17: *haec igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes?*

§ 14. *Non enim natura neque discidio neque odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu.*

Lag. 9 *studio*, frustra defensum a Z, qui temere contendit

discidium non usurpari nisi de dissociatione rerum, quae aliquando coniunctae fuerunt, cf. pro Balb. 30 *nullam esse gentem ... a populo Romano dissidentem odio quodam atque discidio.* Ut autem hoc loco, ita etiam de nat. deor. I 42 ista duo copulata leguntur. Contra ea voce *studium* pro amica sive inimica animi voluntate, ut apud Liv. 24, 28 aliosque, Ciceroni usitatum non video, nisi semel addito *partium* in Verr. II 1, 13. Cf. definitio huius vocabuli de Inv. I, 25: *est animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio*, quae postulat ut addatur, cui rei studeas.

§ 29. *Reges constituuntur, non decemviri, Quirites; itaque ab his initiis fundamentisque nascuntur, ut non modo quum gerere rem coeperint, sed etiam quum constituentur, omne vestrum ius, potestas libertasque tollatur.*

Lag. 9 *nascitur*; quod quum amplectitur Z. collato de fin. II 63; *itaque* (= *et ita*) habet pro particula conclusionis, quae h. l. minime convenit, quamquam poni potuerat ante *reges constituuntur.* Retinendum est *nascuntur*, sed, si quid video, quantocius expellendum emblema *ab his initiis fundamentisque*, quae a docto quodam interprete, ex Cic. pro Sest. 5 in margine erant addita ne duplici particulae significatione in errorem induceremur, at quae in contextum recepta satis inepta sunt. Nam si quid sibi velint haec verba ex praecedentibus necesse est ut significent eversam comitiorum rationem, neglecta populi iura et libertatem in creandis decemviris [1]). Unde hae turpissimae ambages redundarent: *et ab neglectis populi comitiis, iure, libertate in viris constituendis ita nascuntur, ut ... etiam quum constituentur* i. e. nascentur, *omne vestrum ius, potestas libertasque tollatur.* — Expulso emblemate id restat: reges constituuntur... et ita nascuntur ut iam ipsa creandi ratione leges tollantur. Cod. Erf. omisit *fundamentisque.*

§ 39. *Quaero, qui tandem locus usquam sit, quem non possint*

1) *Si hoc fieri potest ut in hac civitate, quae longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit, quid attinet... tertio capite legem curiatam ferre iubere, quum quarto permittas, ut sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent si optima lege a populo essent creati. Reges* etc. Est etiam quod dubites de ultimis verbis *quod haberent* sqq., quibus *idem iuris* explicatur: eiusmodi ambages magis lectorem perturbant quam iuvant.

decemviri dicere publicum populi Romani esse factum (scil. ut possint vendere). *Nam cum idem possit iudicare qui dixerit, quid est quod non liceat ei dicere, cui liceat eidem iudicare? Commodum erit Pergamum ... totam denique Asiam quae post L. Sullam Cn. Pompeium Consules recuperata est, [publicam] populi Romani factam esse dicere.*

§ 40. *Utrum oratio ad eius rei disputationem deerit, an, quum idem et disseret et iudicabit, impelli non poterit ut falsum iudicet? an, si condemnare Asiam nolet, terrorem damnationis et minas non quanti volet aestimabit* (ll. Germani *existimabit*)?

Descripsi totum locum quia haec absque illis intelligi nequeunt. Tum de meo inserui *publicam*, quod excidit ante *populi*.

At sunt in his plura quae offendunt. Primum extrudenda censeo vv. *quum idem possit iudicare qui dixerit* et nemo non qui sententiam relegit mecum fatebitur esse inanem circumlocutionem elegantis sententiae quae sequitur, nec rectum esse *possit iudicare* quum res postulet *iudicet*. Deinde in sqq. Lag. 9 pro *quum* habet *non*, perperam, etenim nullam explicationem admittit, nec magis, quod cum aliis quibusdam Codicibus mox exhibet *volet* pro *nolet*. Denique haereo in his. *an, si Asiam condemnare nolet, terrorem damnationis et minas non quanti volet aestimabit?* Possumus quodammodo divinare quid velit, nimirum hoc: „quamquam Asiam non condemnabit (i. e. agros publicos „esse et venditioni obnoxios non iudicabit), tamen minitando „damnationem efficiet, ut Asiatici eam tanti redimant quanti „ipse statuerit." Igitur Rullus non aestimabit suas ipsius minas et terrorem quem iniicit, sed liberationem damnationis, quem sensum verba ut nunc leguntur mihi praebere non videntur. Putes ultimum verbum, quod diverse tradunt codices, *aestimabit* et *existimabit*, corruptum esse ex genuino *extorquebit*, quo facto ceteri casus sponte novum verbum sunt secuti, dum ab origine sic essent constituta: *terrore damnationis et minis non quantum volet extorquebit.* Cf. pro Font. 11 *minis et terrore commoveri.*

§ 44. *Primum tum populi Romani hereditatem decemviri iudicent, quum vos volueritis de privatis hereditatibus centumviros iudicare?*

Lag. 9 *eum* manifeste corruptum; dum vero Klotzius ut

saepe ante *tum* quaedam verba excidisse putat, Zumptius legit *num*, cui facile assentior.

§ 55. *Patior non moleste tam stultos esse qui haec sperent, tam impudentes qui conentur.*

Pro altero *tam* Lag. 9 *tum*, unde Z. *cum — tum*, Klotzius *tam — quam*. Non video cur a vulgata lectione recedendum sit.

ibid. *Venire nostras res proprias et in perpetuum a nobis abalienari.* Lag. 9 *verti*, unde Z. *averti*: peius quam *venire* quoniam perit gradatio.

§ 68. *Antea, quum erat a tribuno plebis mentio legis agrariae facta, continuo qui agros publicos aut qui possessiones invidiosas tenebant, extimescebant.*

Lag. 9 omittit *qui* et praebet *pertimescebant*. Sed illud est retinendum, quia de diversis possessoribus sermo est, et hoc non mutandum videtur, nam haud scio an *pertimescere* obiecto carere non possit. Cf. mox *pertimescere legis mentionem.*

§ 81. *Quem agrum nunc praetereuntes vestrum esse dicitis et quem pariter qui faciunt externi homines vestrum esse audiunt, is quum erit divisus neque vestrum dicetur.*

Ita Codices, nisi quod Erfurt., nimirum denuo ex librarii coniectura, exhibet *per iter qui*, quod recepit Baiterus. Lag. 9 omittit *qui*.

Locus omni ex parte corruptus iam olim varie est tentatus a viris doctis, quorum hae sunt coniecturae: *quem iter qui, quem pariter iter qui, per quem iter qui* Lambinus: *qui in urbem iter* Z., *quem per Italiam iter qui* Klotz. — Kayserus delenda censuit *externi homines* et Ussingius *quem p. q. faciunt.* Equidem facio cum hoc, sed ita ut retineam *quem*. Quid enim? Magistellus quidam legens *et quem externi homines vestrum esse audiunt*, credidit denuo subintelligendum esse *praetereuntes* et in margine ascripsit *pariter qui faciunt.* Absurdum; etenim Cicero hoc voluit: tanta agri Campani est fama, est extranei qui numquam Italiam visitaverunt, eam auditu cognitam habeant. Itaque ridiculum additamentum quantocius est expellendum.

Sequentia lacuna laborant. Merito Lag. 9 servavit *vester*. Plerique cum editione Hervagiana legerunt *neque erit neque vester esse dicetur*, praeferrem *neque erit vester, nec dicetur*, ut

vestrum corruptum sit ex *vester nec*, dum *erit*, quod proxime antecesserat in vv. *erit divisus*, hic praetermissus esse videtur.

Iam vidimus in octo his locis (et leviora quaedam praetermisi), quibus Lagomarsini 9 varia lectio reicienda est, esse quatuor, qui in ceteris quoque codicibus perverse traditi, et idcirco in archetypo mendosi fuisse habendi sint, ita ut noster quater modo corruptelae sit coargutus, dum eum vicies, dubiis exceptis, genuina servasse evicimus.

Ne autem aliquis putet hunc nostrum probatas illas lectiones non ex limpido fonte hausisse sed ingeniosa divinatione suapte substituisse iis quae in exemplari legisset obscura aut corrupta. Fuit sane linguae Latinae non ita imperitus ut numquam ubi oculi deficerent, ingenio suo indulserit; sed tum vel maxime prodit nihil nisi monstra proferre se posse ubi sponte aliquid audeat. Huiusmodi sunt: § 9 *patrimonium* pro *patrocinium*, § 19 *ementibus — e manibus*; § 23 *ceteris — certe*; § 47 *implorat — imperat*; § 50 *unius — universi*; § 60 *in omnibus — manubiis*; § 60 *quirites — quaeri*; § 66 *a scurra — obscura*; *peroria — porta* (Capena); *fac ut — satis* (alii *fatis*); § 70 *praedem — plebem*; § 87 *et diu — ut dixi*, § 90 *opponi — opprimi*.

In iis quae tractavimus semel iterumque in locos incidimus turpi interpolatione foedatos. At nullum est corruptelarum genus quod Ciceronis editoribus difficilius probari videatur quam illud; fatentur verba otiosa esse, non negant sententiam omissis istis magis luculentam esse et elegantiorem, sed nihilominus tergiversantur et quasi a pretiosis thesauris aliquid abripias ita te arcent. Nihilominus constat Tulliana, et praesertim has orationes, iam inde a Tirone et a Statilio Maximo, qui brevi post Gellium floruisse videtur [1]), non tantum editas sed etiam emendatas esse a viris eruditis, qui non dubitandum est quin multa mutaverint, aut in exemplaris sui margine annotaverint, quae imperitum lectorem in legendo iuvare et rebus ad antiquitatem pertinentibus lucem afferre aestimarent. Ut

1) Cf. Teuffel in histor. litt. Rom. § 352, 5 et Zumptius in praefatione huius orationis.

tem eiusmodi non indocta additamenta in hac oratione saepius epsisse in contextum aliis quoque persuadeam, componam ea ae supra iam passim observavimus et alia nova subiungam. Expellenda censuimus

§ 57. *Semoveri* (*possessionibus*) *amoenissimus sedibus ac dis ıatibus negant oportere.*

§ 90. *Opportunissimam de nobis praebuit* (*et ad bellum instruen-m et ad exercitus ornandos et tectis ac sedibus suis recipiendos*).

§ 29. *itaque* (*ab his initiis fundamentisque*) *nascuntur.* et paulo te: *ut sine lege curiata idem iuris habeant* (*quod haberent si ·ima lege a populo essent creati*).

§ 39. *Nam* (*cum idem possit iudicare qui dixerit*), *quid est ɔd non liceat ei dicere cui liceat eidem iudicare.*

§ 81. *et quem* (*pariter qui faciunt*) *externi homines.*

Eiusdem notae mihi videntur haecce.

§ 3. *Reperietis eos* (novos homines), *qui sine repulsa consules :ti sint, diuturno labore atque* aliqua *occasione esse factos, quum :ltis annis post petissent, quam praetores fuissent,* (*aliquanto rius, quam per aetatem ac per leges liceret*), *qui tem suo anno petierint, sine repulsa non esse factos.*

Habes magistelli annotationem aptam fortasse imperitis lecto-ıus senescentis imperii sed ridiculam Ciceronis aequalibus, asi nescirent eum qui multis annis post praeturam petit, aliquanto (!) serius facere quam per leges (cur addatur *ac per :atem* nemo facile intelliget) liceret.

§ 8. *Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calami-is sed suspicione;* (*ac perturbatione iudiciorum, infir-ıtione rerum iudicatarum*) *novae dominationes, extraordi-ria non imperia sed regna quaeri putabantur.*

Haeserunt viri docti in coniunctione *ac*, ut consentaneum ;, et cogitarunt de lacuna, quae multis tritum est reme-ım; legerunt quidam *suspicione ac metu.* At vero si paulo :ra § 10 haec legis: *neque vero illa popularia sunt existimanda: diciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitu-damnatorum, qui civitatum adflictarum perditis iam rebus extremi itiorum solent esse exitus;* haec si legis, intelligis nimirum qui cus sanandus sit et non Tullium sed sciolum quendam edito-bus molestias parasse.

Lubenter nunc video ex Halmii additamentis ad ed. Or. iam Kayserum haec atro carbone notasse [1]).

Sed vel sic emendationi locus mihi esse videtur; displicet *ictu aliquo*; reponendum credo *alicuius*, ut sensus sit: *non ictu sed suspicione alicuius novae calamitatis, sublata erat de foro fides.*

§ 9. *Dixi in senatu in hoc magistratu me popularem (consulem) futurum. Quid est enim tam populare quam pax? Qua non modo ei quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur. Quid tam populare quam libertas? quam non solum ab hominibus verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare quam otium? quod ita iucundum est ut (et vos et maiores vestri et) fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse (praesertim in imperio ac dignitate): quin idcirco etiam maioribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum, uti impune in otio esse possimus.*

Primum abundat *Consulem* praecedente *in hoc magistratu*; sufficit *popularem*, ut infra: *qui possum non esse popularis.*

Dein recte Lag. 9 omisit *et maiores vestri* sed etiam *et vos... et* in marginem est relegandum. Est enunciatio generalis, quam dicunt, de iis rebus, quae semper et ubique tam sunt iucunda, ut etiam expetantur ab iis a quorum natura et conditione ea prorsus aliena videantur: „*pace* et *libertate* „non solum homines verum etiam inanimata et bruta laetantur: „*otium* vero ille, a cuius fortitudine id quam maxime abhorrere „credas, non solum exoptat, sed hanc ipsam ob causam unice „labores sustinet." In his nec populo Romano nec maioribus locus est, qui unde huc devenerint, monstrant ea quae postremo sequuntur quaeque simul inanem tautologiam coarguunt. Accedit quod *maiores — putet* iam diu viros doctos merito offendit, qui, ut in re angusta solent, lacunam suspicati sunt. At in hac oratione parum aut nihil excidit, sed permulta se insinuarunt. Ita mox denique *praesertim in imperio ac dignitate* additum est ab eodem magistello, cui otium sine dignitate et

1) Eidem non assentior quum vv. modo citata ex § 10 *qui civitatum... civile* pro spuriis habet.

imperio indignum populo Romano videretur. Mireris haec ab editoribus tamdiu ferri potuisse.

§ 30. *Hic tribunus plebis legi curiatae, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod (consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet:) huic, cui vetat intercedendi polestatem, etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit quam si lata lex esset, ut non intelligam qua re aut hic vetet intercedere aut quemquam intercesserum putet, quum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura.*

Pauca de re ipsa. Rullus voluit 1° ut praetor legem curiatam ferret de imperio decemvirorum, 2° ut huic intercedere tribunis non liceret, 3° ut si tamen intercessum i. e. si lex curiata non perlata esset, tamen decemviri eodem iure essent, quo qui optima lege. Cf. 28 sq.

Id autem orator et reprehendendum ait, quia tribunicia potestas defensione intercessionis minuitur, et vero deridendum, quia intercessione invita tamen imperium conceditur. Apparet ea quae uncinis inclusi non modo abundare, sed sententiarum ordinem ita perturbare, ut inepta fiant quae demto emblemate sunt aptissima. Est annotatio eiusdem generis quod iam bis offendimus, non incommoda scilicet hominibus posterioris aetatis, qui nescirent quid olim lex curiata voluisset, sed oratoris auditoribus prorsus supervacua. Quomodo autem hucusque editores emblema retinere potuerint, ipsi viderint; etenim si qui sint, qui, invitis iis quae disputavi, consulum et decemvirorum Rullianorum privilegia hoc loco sibi opponi credant, et idcirco verba ista retinenda esse putent, necesse est sane ut post *quod* inserant *dum*, hac ratione: *quod, dum consuli... non licet, huic... constituit*, nam id profecto non deridendum est, consuli rem militarem attingere non licere sine lege curiata. — Expulso tamen additamento restant haec: *quod huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiamsi intercessum sit tamen eandem constituit* e. q. s. In his aperte falsum est *intercedendi*, pro quo plerique dederunt *intercedere* s. *intercedi*; tum quaeritur, quo spectet *huic*? non ad viros, qui plurali numero indicari debue-

rant, nec magis ad legem, nam legi non potestas constituitur. Ex his autem molestiis nihil nos expediet, nisi cum Manutio scribamus *hic, qui... intercedere;* saltem immerito adhuc vulgarem lectionem *huic, cui... intercedi* tuentur editores.

§ 40. *Quid (quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a nobis est et iudicatum, quam hereditatem iam crevimus) regnum Bithynicum? Quod certe publicum populi Romani est factum.*

Verba inclusa idem per ambages perhibent, quod mox subiungitur verbis: *quod... est factum.* Porro latet, quo spectet prius pronomem *quod*, nisi sumas id respicere ad eandem hanc sententiam *publicum est factum;* at, si hoc verum, non ante sed post eam fuerat ponendum. Dein, rectene Latine *disputari contra?* Praeterea *cernere hereditatem* significat: decernere hereditatem sibi esse adeundam, itaque prorsus idem est ac quae antecedunt: *statuere* et *iudicare* Bithyniam esse populi Romani. Denique subridiculum videtur illud *iam crevimus* de nobilissimo senatus consulto quod undecim annis ante erat factum. Has ob causas ea verba extrudenda putavi; inserta, aut in margine potius ascripta videntur a docto interprete, qui ansam cepit ex iis quae de testamento regis Ptolemaei deque dubia hereditate Aegypti in seqq. disputavit orator. — Verbis omissis, reliqua optime procedunt ac comparanda sunt cum sequentibus: *Quid Mytilenae? Quae certe* e. q. s.; *quid Alexandria cunctaque Aegyptus?*

§ 48. *Quam tu mihi ex ordine recita (de legis scripto) populi Romani auctionem. Quam mehercule ego (praeconi) huic ipsam luctuosam et acerbam praedicationem futuram puto.*

Nesciebatne praeco unde auctionem recitare deberet? Dein *huic praeconi*, quasi de aliis etiam praeconibus hac in re sermo esse possit. Agnoscitur glossema, quod felici casu omisit codex noster Lag. 9. Pro *ipsam* nimis seiuncto a relativo et frustra defenso a Zumptio, iam pridem plerique editores dederunt *ipsi.* Quocirca si ita legis: *quam mehercule ego huic ipsi luctuosam* cett., non necesse est ut quidquam amplius mutetur, et cum Halmio aut Kayserο coniecturis indulgeatur, quorum ille pro *quam cuius* hic *quamquam* substituendum putavit, uterque vero retinuit *praeconi.*

§ 99. *Haec tu cum istis tuis auctoribus excogitasti..... ut hil auro et argento violari, nihil numero et suffragis declarari, hil vi et manu perfringi posset, quod non vos oppressum atque eptum teneretis.*

Haec inde a vv. *ut nihil auro*, displicuerunt Ussingio et aysero, qui ea aut omnia aut partim releganda esse cenerunt. Nec ego olim haesitavi iis assentiri, sed re accuratius rspecta nihil delendum aestimavi: „Excogitastis, inquit, ea quidquid per ingentem pecuniam, per suffragia tribuum sequentium, per vim effici posset, id in vestra potestate beretis."

§ 101. *Ego quum vestris armis armatus sim insignibusque plissimis ornatus, (imperio, auctoritate), non horreo in nc locum progredi (posse) vobisque auctoribus improbitati minis resistere, nec vereor* cett.

Verba *imperio auctoritate*, pro quo Klotzius dedit *vestra ctoritate*, non dubito quin ex eadem illa officina prodierint, ius insulsas interpolationes semel iterumque notavimus, adta ne indocta posteritas ignoraret quaenam fuissent arma et plissima consulis insignia. In sequentibus non video qui sse retinendum sit, quod omisit Baiterus, reposuit Klotus.

Haec sunt quae, ut opinor, a docto quodam interprete antiquo mpore in margine annotata, mox in contextum recepta et pro nuinis memoriae prodita, quantocius eiicienda esse reor. Ab s autem prorsus diversa sunt singula verba et nonnumquam iam longiores sententiarum series numero fere 35, quae a dice Lagomarsino 9 omissa, Zumptio suspicionem moverunt, usque, ut numquam non de turpissimo emblemate cogitanm, eaque omnia Ciceroni abiudicanda esse existimaverit. aec quoque accurate percensui, sed nusquam nisi tribus locis pra a me tractatis § 3, 9, 48, doctissimo viro auscultandum se intellexi. Ne autem tot errorum librarii et omissionum censio lectori nauseam moveat, quae de iis scripto habeo andata, communicare iam nunc supersedeo.

Praestat alios quosdam locos tractare, qui partim, ni fallor, fugerunt criticorum aciem, partim nondum rite emendata mihi se videntur.

§ 1. *Est hoc in more positum, Quirites, institutoque maiorum, ut ei, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant contionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude coniungant.*

Videtur legendum esse *cum sua suorumque laude.* Etenim apparet ex sequentibus eos non tantum maiorum laudes sed etiam suas ipsorum praedicasse: *Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: plerique autem hoc efficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, unde etiam quod posteris solveretur, redundaret,* et quae sequuntur; tum de se ipso: *quare dignus vestro summo honore singularique iudicio sim, ipse modice dicam.* Similiter in § 53 *quos tu tuo labore cepisti*, Monacensis et Ambrosianus prius pronomen omiserunt.

§ 10. *Nec si qui agros populo Romano pollicentur, sed si aliud quidem obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt.*

Dubitatur a vv. dd. num *sed* an *si* sit expungendum; praeferrem cum Baitero *sed aliud*; quoniam audacius videtur, quod maxime mihi arridet, reponere: *nec, qui... pollicentur, si aliud.* In sequentibus verbis merito haeserunt Bakius et Kayserus; sed si cum illo verba *spe ac* omittimus, nihil proficimus, nam quid est h. l. *specie simulationis*? Kayserus omittit *specie* scribitque *spei simulatione*, quod non magis placet. Equidem conicio: *spe ac specie simulata nobis ostentant*; nam et spes, quam excitat et speciosa Rulli oratio simulata et falsa sunt. Ut pro *quidem* legatur *quiddam* non opus videtur.

§ 40. *Urbs et natura ac situ et descriptione aedificiorum et pulcritudine.* Pro *et* substituendum credo *ac*; eae copulae in hac ipsa oratione sexcenties locum mutant.

§ 50. *Adiungit agros Bithyniae regios, quibus nunc publicani fruuntur;... in Macedonia, qui regis Philippi sive Persae fuerunt, qui item a censoribus locati sunt et certissimum vectigal. Ascribit item auctioni etc.*

Post *vectigal* plerique verbum excidisse opinantur. Ussingius autem recte intellexit, perfectum *locati sunt* non convenire de eo quod quinto quoque anno repeti solet, et idcirco propo-

it *locari solent*; quibus, omisso *et*, *ἀσυνδέτως* subiungit positionem *certissimum vectigal*. Haud scio an utrique difficultati simplicius subvenire possit scribendo *qui*, *item a censoribus locati*, *sunt certissimum vectigal*.

§ 66. *Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros et eros horum similes non modo emere verum etiam coacervare ssis.*

Perperam, ni fallor, faciunt, qui *coacervare* interpretantur ervis pecuniae implere scil. agros, aut agros agris cumulare. Putet quis sane pro *coacervare* reponendum se *cooperire*; sed verbum quod nunc legitur, explicandum t de pecunia, quae coemtis agris etiam coacervanda manebit (cf. I 14), ita ut obiectum lateat in *qua*. Quod sic audacior videatur constructio, fortasse non male pro *qua* bstitueris *ut*, vel potius post *verum* inserueris *unde*.

§ 69. *Huic* (scil. socero) *subvenire vult ... sua lege ut liceat i invidiam deponere, pecuniam condere. Ei vos non dubitas, quin vectigalia vestra vendatis ... ut Sullanos possessores vitiis augeatis, periculo liberetis!*

Grammatica ratio flagitat, ut reponatur *condere*, *et vos non ubitat* sc. Rullus; et vero res ipsa hoc probat, nam audires oratori assentientes minime dubitabant; cf. 101.

§ 74. *Populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis sum populum Romanum coerceas, opprimas, redigas in istam cemviralem dicionem ac potestatem?*

Languet *omnibus copiis* post nudum *vectigalibus*. Verba aut ansponenda sunt: *vectigalibus omnibus atque copiis*, aut gendum *vectigalibus atque opibus et copiis*; cf. § 82 et 75 *aliam suis opibus obsidebunt.*

§ 96. *Romam in montibus positam et convallibus, cenaculis blatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semi-, prae sua Capua planissimo in loco explicata ac prae illis mitis irridebunt atque contemnent.*

Verba subducta variis modis tentarunt vv. dd. Halm: *ac ae latis suis viis*, Kaiserus: *ac prae illis plateis*, Klotz *praeclarissimis viis*, Baiterus: *ac praeclarissime sita.* At ro Codicum verba corruptionis indicium non prae se ferunt, c per se sunt inepta, sunt tantummodo ab hoc loco aliena

et conturbant sensum. Idcirco profecta mihi videntur ex interpretis illius officina, cuius vestigia supra deprehendimus; scilicet ad participium *explicata* in margine annotavit, *prae illis semitis*, sentiens perstringi angustissimas Romae semitas, sed inperitiam suam simul eo prodidit, quod omisit eodem verbo aedificiorum quoque amplam descriptionem indicari. Itaque expunguntor ea verba et genuina lectio emerget. Praeterea *non optimis viis* abundant et pariter extrudenda videntur.

§ 100. *Qua re modo ut vita suppetat, quam ego summis ab istorum scelere insidiisque defendere, polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide* sqq.

Locus corruptus. Kayserus coniecit: *summis viribus conabor*, Halmius: *summis cogor laboribus*, Klotzius: *si possum ... defendere.* Emendandi viam mihi monstrare videtur Lag. 9 qui exhibet *summis ab istorum periculis, scelere* etc., und Z. conflavit *cum his ab istorum pergam scelere!* At paucissima mutanda sunt quoniam vitium latet in terminatione v. *defendere*, atque *si* excidit ante *summis*. Repono: *quam ego si summis ab istorum periculis sc. ins. defendero.*

Scrib. Rotterodami. H. T. KARSTEN.

Tabernae librariorum Romae in vico Sandaliario.

Quod scribit Gellius XVIII. 4. 1. *in Sandaliario forte apud librarios fuimus*, componendum est cum Galeni testimonio Tom. XIX. pag. 8. ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ (-λιαρίῳ) καθ' ὃ δὴ πλεῖστα τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοπωλείων ἐστὶν, ἐθεασάμεθά τινας ἀμφισβητοῦντας εἶτ' ἐμὸν εἶη τὸ πιπρασκόμενον αὐτὸ βιβλίον εἶτ' ἄλλου τινός. — ἀνήρ τις τῶν φιλολόγων — δύο τοὺς πρώτους σίχους ἀναγνοὺς εὐθέως ἀπέρριψε τὸ γράμμα τοῦτο μόνον ἐπιφθεγξάμενος ὡς οὐκ ἔστι λέξις αὕτη Γαληνοῦ καὶ ψευδῶς ἐπιγέγραπται ταυτὶ τὸ βιβλίον.

C. G. C.

SATURA.

Lucretius, R. N. I, 120 sqq.:

Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa
Ennius aeternis exponit versibus eidem,
Quo neque permaneant animae neque corpora nostra,
Sed quaedam simulacra modis pallentia miris.

Aut fallor, aut simulacrorum pallor nihil ad huius loci rationem pertinet. At vero hoc mirabile fuit, quod simulacra illa incerta sede errabant vagabanturque; quamobrem scribendum est palantia. Palandi verbum eodem modo usurpatum legitur R. N. II, 9.

Ibid. VI, 1131 sqq.:

Consimili ratione venit bubus quoque saepe
Pestilitas et iam pigris balantibus aegror.

Pro inepto *iampigris* Lucretio reddendum est *lanigeris* i. e. ovibus. V. *lanigera* substantivi vim habet apud Varronem, Sat. Men. 49. 1; cf. Silius Italicus, Pun. XV. 703: *mille sub altis Lanigerae balant stabulis.*

Catullus, X, 24 (Ed. Baehrens). Poeta a Varo ad scortillum deductus, non sane illepidum, nec invenustum, sed vaferrimae in viris emungendis calliditatis, ut immodicam mulierculae cupiditatem sollicitaret, simulavit se ex Bithynia octophoron lecticariosque reportasse. Illa vero tantae praedae avide inhians continuo rogat, ut sibi lectica cum servis cedere velit.

Hic illa, ut decuit cinaediorem,
'Quaeso' inquit 'mihi, mi Catulle, paulum
Istos: commodum enim volo ad Sarapis
Deferri'.

Respondet Catullus:

'Mane me' inquio puellae;
'Istud quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio: meus sodalis
Cinna est Gaius, is sibi paravit.'

Primum offendor vv. *mane me*, quae sensu carere videntur, nisi quis forte contendat Catullum puellam se manere iussisse, dum octophoro, quo tamquam suo uteretur, eam ad Serapis secum deferendam curaret. Quae interpretandi ratio vereor ne nimis contorta et implicita sit. At vix ferendum videtur *istud, quod modo dixeram me habere, fugit me ratio*, ubi grammaticae leges *istius* haud dubie postulant. Quae cum ita sint coniicio:

'minime' inquio puellae
'Est id quod modo dixeram me habere;
Fugit me ratio'.

C. XXXIX, quo Egnatius quidam exagitatur, qui quum Celtiberorum more dentes lavare lotio soleret, usquequaque ridebat, ut horum candorem ostenderet, eius inquam carminis vs. 10 sqq. leguntur haec:

Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs
Aut fartus Umber aut obesus Etruscus
Aut Lanuvinus ater atque dentatus
Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,
Aut quilubet, qui puriter lavit dentes:
Tamen renidere usquequaque te nollem.

Pro *urbanus* nomen desidero gentis Italicae, quae eodem quo ceterae, quas enumerat poeta, modo, ob simplicem mundumque corporis cultum laudanda erat. Quamobrem coniicio *Irpinus*. Pro *attingam* malim *adiungam*.

C. XLIV. vs. 10 sqq.

Sestianus dum volo esse conviva,
Orationem in Antium petitorem
Plenam veneni et pestilentiae legi.
Hoc me gravedo frigida et frequens tussis
Quassavit usque tum in tuum sinum fugi
Et me recuravi otioque et urtica.

Coniicio *alioque et urtica* coll. Celso IV. 4. 4: *Utilis in omni tussi est cibus interdum mollis ut malva, ut urtica, inter-*

lum acer ut lac cum allio coctum; Plin. N. H. 19, 6, 32: *Allium ad multa medicamina prodesse creditur.*

C. XLVIII.

Mellitos oculos tuos, Iuventi,
Si quis me sinat usque basiare,
Usque ad milia basiem trecenta;
Nec umquam videar satur futurus,
Non si densior aridis aristis
Sit nostrae seges osculationis.

Minus apte hoc loco, qui ubertatis densitatisque significationem desiderat, aristae aridae vocari videntur.

Corrigendum puto *horridis.* Cf. Varro L. L. V. 6: *In corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent.*

C. LXVI. 7:

Idem me ille Conon caelesti in lumine vidit
E Beroniceo vertice caesariem.

Pro *lumine* coniicio *culmine* i. e. polo, ut est apud Ciceronem, Arat. Phaen. 26: *in caelum victor magnum sub culmine portat;* ibid. 113: *Hic ubi se pariter cum sole in culmina caeli Extulit.*

C. LXVIII^b, init.

Non possum reticere, deae, qua me Allius in re
Iuverit aut quantis iuverit officiis.

Quia iteratio v. *iuverit* aliquantum displicet, malim equidem *aut quantis foverit officiis.*

Cicero pro S. Roscio Amerino c. IX. 24: *Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Etenim multa simul ante oculos versabantur: mors hominis florentissimi, Sex. Roscii, crudelissima; filii autem eius egestas indignissima, cui de tanto patrimonio praedo iste nefarius ne iter quidem ad sepulcrum patrium reliquisset; bonorum emptio flagitiosa, possessio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat qui non ardere omnia mallet quam videre in Sex. Roscii, viri optimi atque honestissimi, bonis iactantem se ac dominantem T. Roscium.*

Pro *ardere* restituendum est *audere.* Etenim quae ausi sint Amerini declaratur his verbis continuo sequentibus: *Itaque decurionum decretum statim fit, ut decem primi proficiscantur ad L. Sullam doceantque eum, qui vir Sex. Roscius fuerit; conque-*

rantur de istorum scelere et iniuriis; orent, ut et illius mortui famam et filii innocentis fortunas conservatas velit.

Male haec verba cum praecedentibus cohaerere videntur, si vulgata retineatur lectio, quam iam seculo p. C. n. tertio corruptam circumlatam esse Iulius Rufinianus docet, qui locum, ut videtur memoriter, ita citat (p. 36): *Nemo erat qui non ardere illa omnia mallet, quam videre in Sex. Roscii bonis dominantem* cett.

Audere dictum puta pro *tentare, aggredi*, ut apud Livium III. 2: *desperatio audere ultima cogit;* Cf. Cic. Cluent. 67; Verr. I. 2.

Cicero, I in Verrem. 4, 12: [Siciliam] *iste per triennium ita vexavit et perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos innocentesque praetores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur.*

Immo, opinor, *per multos sanctos innocentesque praetores.*

Cicero, II in Verrem, II, 48, 120: *Ecqua res apud civitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit aut potestas aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quaestum nundinationemque hominum traduxeris?*

Scripsit Cicero procul dubio *ad tuum quaestum nundinationemque omnem traduxeris.* Eadem verborum constructio legitur de Div. in Caec. 17, 56: *pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare.*

Id. II de lege agraria, 4, 9: *Qua re qui possum non esse popularis, quum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quae vobis cara atque ampla sunt, in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata?*

Legatur quaeso *quae vobis cara atque accepta sunt.* Cf. Phil. XIII. 50: *eam .... rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse.*

Cicero, Cato Maior, XV. 33: *A qua oriens uva sese ostendit quae et succo terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores.*

Absurdissime h. l. uvae vis tribuitur solis ardores arcendi, quem errorem tamen Ciceroni imputari nolim, qui quin scripserit parum dubito *et a nimio solis defenditur ardore.*

Horatius, Od. I, 1, 15 sqq.:

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens otium et oppidi
Laudat rura sui; mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.

Satis inepte mercator otium et rura oppidi sui laudare dicitur; nam quae, quaeso, sunt *rura oppidi*? Si Orellium audias, tractum ruris significant, circum oppidum siti, vellem vero exempla huius certe audacioris dicendi generis attulisset. Acidalius probante Bentleio pro *rura* dedit *tuta*. Mihi autem probabilius videtur poetam scripsisse non *oppidi*, sed *ortuli*, ita ut mercatorem illum otium rusticum ortuli sui laudantem fecerit.

Ovidius, Trist. I, 1, librum, quem Romam missurus est, his alloquitur verbis:

Vade, sed incultus, qualem decet exsulis esse;
Infelix, habitum temporis huius habe.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur;
Candida nec nigra cornua fronte geras.
Felices ornent haec instrumenta libellos;
Fortunae memorem te decet esse meae.
Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
Hirsutus passis ut videare comis.

Pro *passis* legatur *spissis*. In comas hirsutas enim i. e. hispidas et subrectas haud quadrat epitheton passus, quod porrectum sive expansum valere Gellius docet N. A. XV. 15.

Ibid. vs. 39 sqq.:

Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis et otia quaerunt:
Me mare, me venti, me fera iactat hiems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Haesurum iugulo iam puto iamque meo.

Contextus docet nimirum pro *abest* corrigendum esse *obest*.

Ovidius, Medic. Faciei, vs. 69 sqq. lomenti faciendi praecepta dat his verbis:

Nec tu pallentes dubita torrere lupinos,
Et simul inflantes corpora frige fabas.

Utraque sex habeant, aequo discrimine, libras,
Utraque da nigris comminuenda molis.

In his *nigris* plane otiosum et absurdum est. Lupini illi et fabae lente comminuenda erant, quare scribatur *pigris;* cf. vs. 58: *lenta iube scabra frangat asella mola.*

Apud Ovidium, Met. II, 212 sqq. calamitates depingentem, quas Phaëthontis temerarium inceptum terrarum orbi intulit, haec leguntur:

Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,
Materiamque suo praebet seges arida damno.
Parva queror, magnae [pereunt cum moenibus urbes
Cumque suis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt.] *silvae cum montibus ardent.*

Versus, quos uncis clausi, spurii et subditicii videntur. Etenim poeta, qui montes adustos fluviosque siccatos in sequentibus tam copiose enumerat, ne verbo quidem commemorat, quae urbes gentesque incendio perierint. Neque verba ipsa culpata omni sermonis vitio carere videntur; in cinerem enim verti urbs, domus, arbor recte dicuntur, de gentibus vero incendio deletis num idem dici possit, aliquantum dubito. Vv. *gentes cum populis* scholastici nescio cuius putidam doctrinam olere verbo monuisse sufficit.

Sallustius, Iugurtha, XV, 5: [Scaurus] *postquam videt regis largitionem famosam impudentemque, veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit. Polluta* h. l. idem esse viri docti contendunt atque *foeda ac detestabilis;* quo tamen iure nescio. Homo vitio quodam contaminatus *pollutus* recte dicitur, at ipsum vitium *pollutum* esse qui quaeso possit? Etiamsi vero *polluta* h. l. ignominiosa valere dederim, ne sic quidem vulgata lectione acquiescerem. Non enim verebatur Scaurus ne ipsa licentia sua in invidiam hominum incurreret, quae foeda esset et detestabilis etiamsi sibi soli eius esset conscius. Tum demum hoc ei metuendum erat, si licentia illa palam facta et evulgata esset; genuinam igitur scripturam *prolata* esse suspicor.

Seneca, Suasoriae, 5. 1: *Ut interdum in gaudio surgit animus et spem ex praesenti metitur, ita adversis frangitur. Omnis*

destituit animum dies ubi ignominia spem premit, ubi nullam meminit aciem nisi qua fugerit; errat circa damna sua et quae male expertus est vota deponit.

Legas quaeso *haeret circa damna sua* i. e. cogitationibus damnis suis immoratur. Cf. Suet. Aug. 71: *circa libidines haesit;* Quintil. I. 7: *Non obstant hae disciplinae per illas euntibus, sed circa illas haerentibus.*

Id. Controversiae, II, 1 (9); 28: *Non est quod putes omnibus divitias convenire: nihil enim nocentius novitio divite est.*

Immo, opinor, *insolentius.*

Petronius, de bello civili, 294 sqq.:

Epidamni moenia quaere
Thessalicosque sinus humano sanguine tingue.

Poetae *romano* restituendum esse similis docet versus apud Lucanum, Phars. VII, 473:

Primaque Thessaliam Romano sanguine tinxit.

Captari eiusmodi antitheta solebant in rhetorum scholis; Cf. Statius, Silv. II. 7. 65:

Albos ossibus Italis Philippos
Et Pharsalica bella detonabis.

Apud Lucanum, Phars. V. 585 sqq.: Caesar nautae persuadens, ut in Italiam se transmittat, haec dicit:

Hanc Caesare pressam
A fluctu defendet onus, nec longa furori
Ventorum saevo dabitur mora: proderit undis
Ista ratis.

Malim *proteret undas* i. e. undae sedabuntur ut ratem istam senserunt.

Ibid. vs. 670, Caesar cum vitae periculo Hadriam traiiciens dicit:

Desint mihi busta rogusque
Dum metuar semper, terraque expecter ab omni.

Legendum est *aspecter* i. e. dum omni terrae admirationem iniiciam mei. Cf. Lucret. R. N. III, 75:

ante oculos illum esse potentem
Illum aspectari, claro qui incedit honore.

Ibid. VI. 156:

E cunctis, per quos erumperet hostis,

Nos sumus electi. Non parvo sanguine Magni
Ista dies ierit.

Veram atque legitimam lectionem esse coniicio *non parvo sanguine Magno Ista dies steterit* coll. VII. 92: *potuit tibi vulnere nullo stare labor belli*, i. e. *constare.*

Ibid vs. 410, in Thessaliae descriptione:

Impius hinc prolem Superis immisit Aloeus:
Inseruit celsis prope se cum Pelion astris,
Sideribusque vias incumbens abstulit Ossa.

Pro *incumbens* aliquot libri M. S. habent *incurrens.*

Sententia postulat nimirum ut legatur *insurgens.*

Flori Epitomae, I, 10. 1 (ed. Halm.): *A Latinis adgressus est gentem Sabinorum, qui immemores factae sub Tito Tatio affinitatis, quodam contagio bellis se Latinis adiunxerant.*

Scripsit Florus *quodam contagio belli se Latinis adiunxerant.*

Ibid. 22, 28 [Fabius] *per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut, quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur.* Pro *quia* legendum erit *qui.*

Ibid. 36. 13: *Marius auctis admodum copiis, cum pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset, iam fusum et saucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam si integrum ac recentem.*

Corrige sodes *fessum et saucium.*

Ibid. 39. 2: [Thraces] *litare dis sanguine humano, bibere in ossibus capitum, cuiusque modi ludibriis foedare mortem tam igni quam fumo.*

Olim scriptum fuisse *tam igni quam ferro* docet § 7, ubi haec leguntur *nec aliter cruentissimi hostium* [i. e. Thraces] *quam suis moribus domiti, quippe in captivos igni ferroque saevitum est.*

Ibid. 16. 2. *Semper alias Antonii pessimum ingenium Fulvia tum gladio cincta virilis militiae uxor agitabat.*

Extrema illa *virilis militiae uxor* quid, quaeso, sunt, nisi verba et ineptiae? Noli dubitare, mi lector, quin Floro reddendum sit *virilis militiae ductor.*

Lucilii Aetna vs. 18:

Quis non Argolico deflevit Pergamon igni
Impositam et tristem natorum funere matrem?

Nonnullorum editorum opinio est inter hos versus unum periisse. Fortasse recte. Attamen nescio an levis mutatio faciliorem medicinam praebeat. Quum enim pro *impositam ambustam* scripseris, sententia ita pura erit, ut nihil liquidius.

Suetonius, Galba c. 14: *Regebatur trium arbitrio. Ii erant T. Vinius, legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae, Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis.*

Coniicio *arrogantia superbiaque.*

Ibid. c. 17: *Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque iuvenem ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona ac nomen adscitum, repente e media salutantium turba adprehendit, filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit.*

Pro inepto *semper* ocius revoca *nuper*, quod praecedenti *olim* recte opponitur.

Valerius Flaccus, Argonauticon I, 107 sqq.

Protinus Inachiis ultro Tyrinthius Argis
advolat, Arcadio cuius flammata veneno
tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus
gestat Hylas.

Non *gaudentibus* poetam, sed *candentibus* olim scripsisse puto, praesertim quum respicio, quae leguntur vs. 218 sq.:

subita cur pulcher harundine crines
velat Hylas? unde urna umeris niveosque per artus
caeruleae vestes?

Ibid. 584 sqq. in descriptione Aeoliae:

Has nimbi ventique domos et naufraga servat
tempestas; hinc in terras latumque profundum
est iter, hinc olim soliti miscere polumque
infelixque fretum; . . . . . .
intonuit donec pavidis ex aethere ventis
Omnipotens regemque dedit, quem iussa vereri
saeva cohors.

Pro *pavidis* scribendum esse credo *rabidis.* Ovid. Met. I. 36: *freta rabidis tumescere ventis;* Lucan. Phars. VI. 27: *Ioniumque furens rabido cum tollitur Austro.*

Ammianus, XIV, 2. 1: *Namque et Isauri, quibus est usita-*

tum saepe pacari saepeque inopinis excursibus cuncta miscere.... ad bella gravia proripuerunt.

Duplici mendo hic locus inquinatus est; non enim *pacari*, sed *vagari*, neque *proripuerunt*, sed *proruperunt* Ammianum scripsisse nemo non facile videbit.

Id. ibid. 6. 16: *Matronae complures opertis capitibus et basternis per latera civitatis cuncta discurrunt. Utque proeliorum periti rectores primo catervas densas opponunt et fortes, deinde leves armaturas ..... ita praepositis urbanae familiae suspensae digerentibus .... iuxta vehiculi frontem omne textrinum incedit.*

Fere non dubium est, quin *capitibus* vox corrupta sit. Quis sententia vehiculi alicuius nomen requirit, scribendum censeo *carpentis*, quo vehiculorum genere matronas potissimum uti solitas esse constat. In sequentibus pro *suspensae* coniicio *sua pensa*. Matronae enim textrino (i. e. servis e textrina), quod vehiculum praecedebat, praeposuisse videntur dispensatores, qui urbanae familiae sua pensa digerebant sive dividebant.

Scr. Non. Mai. 1878. J. J. CORNELISSEN.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XI. 50. 2. *iuniores Spartae bellum gerere volebant* νομίζοντες — *τὴν Σπάρτην μείζονα ποιήσεσθαι καὶ δυνατωτέραν*. Non potest *ποιήσεσθαι* dici pro *ποιήσειν*. Corrige *μείζονα* ΓΕΝ*ήσεσθαι*.

Post pauca in verbis: *καὶ τὸν χρησμὸν ἔφασαν εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν* ΛΕΓ*ειν*. Vera lectio colligi potest ex Aristophanis versiculo in *Pluto* 51.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο βέπει.

C. G. C.

DE LOCIS NONNULLIS

APUD EUNAPIUM

IN *vitis Sophistarum*

ET

FRAGMENTIS *Historiarum.*

Εὐνάπιος, recensuit Io. Fr. Boissonade. accedit annotatio Dan. Wyttenbachii.
Amstelodami 1822.

Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος ἐπιδεικνύμενος τοῖς μαθηταῖς καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς αὐλοῦντας εἰώθει λέγειν „Οὕτως αὐλεῖν δεῖ." καὶ πάλιν „Οὕτως αὐλεῖν οὐ δεῖ." (Plutarch. in *Demetrio* I. 31) Optime ille quidem et idem nobis in diiudicandis Veterum scriptis sedulo est faciendum. Erat olim caeca quaedam et male sana antiquitatis veneratio. Quidquid esset Graece scriptum praeclarum esse et admirabile videbatur.

ἐν δὲ ἴῃ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

Perinde lubenter Homerum legebant et Callimachum aut Apollonium Rhodium. „*Audeamus aliquando* (ut in Oratione Rectorali scripsi) *huius quoque superstitionis vinculis animos ac mentes liberare. Quid est* Diogene Laërtio *in scribendo iudicandoque absurdius?* Quid Maximo Tyrio, Themistio, Himerio *loquacius? Quid* Philostratis *insulsius? Quid* Iuliano *affectatius? Quid* Eunapio *inficetius? Quid scriptoribus Eroticis* Charitone, Xenophonte Ephesio *caeterisque puerilius? Et, ne Romanos plane*

praeteream, quis est scriptor, etiam eorum qui nunc sunt, ineptior tumidiorque quam aut Florus *est aut Tiberio aequalis* Valerius Maximus?"

Quamquam autem hosce omnes multosque alios his similes contemno, omnes tamen sedulo lectitavi et nunc subinde relego. Primum quia ex animo assentior alteri Thebano tibicini, de quo scribit Plutarchus l. l. ὁ δ' Ἀντιγενείδας ᾄδιον ᾤετο τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀκροάσεσθαι τοὺς νέους, ἐὰν καὶ τῶν Φαύλων πεῖραν λαμβάνωσιν. Non modo enim aliquanto melius quae sit Veterum in cogitando scribendoque praestantia senties quum sis a sequiorum lectione recens, sed acutius etiam cernes et in clariore luce versaberis et quid quemque deceat, quid non decet acrius perspicies.

Praeterea non est iniucundum Sophistarum vitas a Philostrato et Eunapio scriptas lectitare, quia numquam in orbe terrarum genus hominum magis mirificum vixit quam sunt illi Sophistae. Sunt in his quidam boni viri καλοί τε κἀγαθοί, sunt pereruditi nonnulli, sunt alii non indiserti, sed in plerisque incredibilem fastum et arrogantiam et vanitatem cernimus hominum plausu et admiratione aequalium omnium ridiculum in modum inflatorum et tumentium. Sunt iidem pueriles et leves, et (praesertim quos Eunapius commemorat) anili superstitione imbuti, ut nihil sit tam absurdum quod non facile concoquant. Quod autem est lepidissimum, horum omnium vitiorum et ineptiarum testes et auctores habemus, non poëtas satyricos qui homunciones istiusmodi rideant et rodant, sed homines simplices et εὐήθεις μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχοντας, qui ista omnia inepti admirentur. Unum et alterum exemplo illustrabo. Non sumam testimonia ex Eunapio aut Philostrato, sed in uno omnium praestantissimo Plotino ostendam usus teste non minus celebrato Porphyrio Plotini dilectissimo discipulo et amico, qui Plotinum et vivum et mortuum pie venerabatur. Fastum inesse dixi in his hominibus et arrogantiam incredibilem, audi Porphyrium in *vita Plotini* cap. 10. Habebat Plotinus intimum amicum Amelium Gentilianum, quem ipse *Amerium* appellabat, ne a socordia et incuria (ἀμέλεια) nomen habere videretur, teste Porphyrio cap. VII., satis pueriliter, ut vides. Φιλεῖτο δὲ γεγονότος τοῦ Ἀμελίου καὶ τὰ ἱερὰ κατὰ νουμηνίαν — ἐκπε-

ἰόντος [1]) καί ποτε ἀξιοῦντος τὸν Πλωτῖνον σὺν αὐτῷ παραβαεῖν —, quid ad haec magnum philosophum respondisse putas? κείνους, inquit, δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι, οὐκ ἐμὲ πρὸς ἐκείνους. Quo animo haec Plotini admiratores audiverint est operae pretium cognoscere. Porphyrius addit: τοῦτο δὲ ἐκ πολλῆς διανοίας οὕτως ἐμεγαληγόρησεν οὔτε αὐτοὶ συνεῖναι δεδυνήμεθα οὔτε αὐτὸν ρέσθαι ἐτολμήσαμεν. Intelligere non poterant, rogare non audeant, admirabantur tantum omnia. De fastu vidimus, nunc uam pueriles et vitae humanae ignari essent videamus. Gallienus princeps et uxor Salonina Plotinum plurimi faciebant. δὲ (*Plotinus*) τῇ φιλίᾳ καταχρώμενος *petit a principe*... quid utas? numquam excogitabis, sed audi ex Porphyrio V. P. ap. 12. φιλοσόφων τινὰ πόλιν κατὰ τὴν Καμπανίαν — κατερειπομένην ἠξίου ἀνεγείρειν καὶ τὴν περιξ χώραν χαρίσασθαι οἰκιθείσῃ τῇ πόλει, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῇ Πλάτωνος πόλιν θέσθαι. ἐκεῖνος αὐτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο [2]). Haeccine sano et sobrio homini in mentem venire potuisse! Iniuriam facerem et iis qui Platonis πολιτείαν legerunt et etiam iis qui non legerunt, si vellem causas enumerare cur esset absurdum Πλάτωνος πόλιν in Campania condere et remp. ad Platonicae exemplum legibus Platonis constituere et regere. Utilius est scire quo animo haec Porphyrius audiverit: addit enim: καὶ γένετ' ἂν τὸ βούλημα ἐκ ῥᾳστου τῷ φιλοσόφῳ, εἰ μή τινες τῶν συνόντων τῷ βασιλεῖ φθονοῦντες ἢ νεμεσῶντες ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν μοχθηρὰν ἐνεπόδισαν. Quadratne in talem hominem versiculus in noto epigrammate:

μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχων?

Ergo nisi aulici invidia et odio ducti impediissent, Sol in Campania Platonis rempublicam vidisset. Aulici, quibus malelicit, multo melius Platonicis consuluerunt quam Plotinus cum Porphyrio intelligere poterant.

---

1) Certus erat ordo obeundi templa deorum a sacerdotibus constitutus. Eunapius pag. 87. περιελθὼν τὰ ἱερὰ (*Athenis*) πάντα ᾗ θεσμὸς ἱερὸς ἐκέλευεν.

2) „Antonius Pagi — non absurde suspicatur hoc ab Gallieno petiisse Plotinum in Imperatoris illius decennalibus A. C. 263." Fabric. B. G. IV. pag. 113. Quo anno Gallieni decennalia celebrata sunt Plotinus nonum et quinquagesimum aetatis annum agebat Porph. V. P. cap. IV.

praeteream, quis est scriptor, etiam eorum qui nunc sunt, ineptior tumidiorque quam aut Florus *est aut Tiberio aequalis* Valerius Maximus?"

Quamquam autem hosce omnes multosque alios his similes contemno, omnes tamen sedulo lectitavi et nunc subinde relego. Primum quia ex animo assentior alteri Thebano tibicini, de quo scribit Plutarchus l. l. ὁ δ' Ἀντιγενείδας ἥδιον ὤετο τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀκροάσεσθαι τοὺς νέους, ἐὰν καὶ τῶν Φαύλων πεῖραν λαμβάνωσιν. Non modo enim aliquanto melius quae sit Veterum in cogitando scribendoque praestantia senties quum sis a sequiorum lectione recens, sed acutius etiam cernes et in clariore luce versaberis et quid quemque deceat, quid non decet acrius perspicies.

Praeterea non est iniucundum Sophistarum vitas a Philostrato et Eunapio scriptas lectitare, quia numquam in orbe terrarum genus hominum magis mirificum vixit quam sunt illi Sophistae. Sunt in his quidam boni viri καλοί τε κἀγαθοί, sunt pereruditi nonnulli, sunt alii non indiserti, sed in plerisque incredibilem fastum et arrogantiam et vanitatem cernimus hominum plausa et admiratione aequalium omnium ridiculum in modum inflatorum et tumentium. Sunt iidem pueriles et leves, et (praesertim quos Eunapius commemorat) anili superstitione imbuti, ut nihil sit tam absurdum quod non facile concoquant. Quod autem est lepidissimum, horum omnium vitiorum et ineptiarum testes et auctores habemus, non poëtas satyricos qui homunciones istiusmodi rideant et rodant, sed homines simplices et εὐήθεις μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχοντας, qui ista omnia inepti admirentur. Unum et alterum exemplo illustrabo. Non sumam testimonia ex Eunapio aut Philostrato, sed in uno omnium praestantissimo Plotino ostendam usus teste non minus celebrato Porphyrio Plotini dilectissimo discipulo et amico, qui Plotinum et vivum et mortuum pie venerabatur. Fastum inesse dixi in his hominibus et arrogantiam incredibilem, audi Porphyrium in *vita Plotini* cap. 10. Habebat Plotinus intimum amicum Amelium Gentilianum, quem ipse *Amerium* appellabat, ne a socordia et incuria (ἀμέλεια) nomen habere videretur, teste Porphyrio cap. VII., satis pueriliter, ut vides. φιλούντων δὲ γεγονότες τοῦ Ἀμελίου καὶ τὰ ἱερὰ κατὰ νουμηνίαν — ἐστ-

νιόντος [1]) καί ποτε ἀξιοῦντος τὸν Πλωτῖνον σὺν αὐτῷ παραβαλεῖν —, quid ad haec magnum philosophum respondisse putas? ἐκείνους, inquit, δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι, οὐκ ἐμὲ πρὸς ἐκείνους. Quo animo haec Plotini admiratores audiverint est operae pretium cognoscere. Porphyrius addit: τοῦτο δὲ ἐκ ποίας διανοίας οὕτως ἐμεγαληγόρησεν οὔτε αὐτοὶ συνεῖναι δεδυνήμεθα οὔτε αὐτὸν ἐρέσθαι ἐτολμήσαμεν. Intelligere non poterant, rogare non audebant, admirabantur tantum omnia. De fastu vidimus, nunc quam pueriles et vitae humanae ignari essent videamus. Gallienus princeps et uxor Salonina Plotinum plurimi faciebant. ὁ δὲ (*Plotinus*) τῇ φιλίᾳ καταχρώμενος petit a principe... quid putas? numquam excogitabis, sed audi ex Porphyrio V. P. cap. 12. φιλοσόφων τινὰ πόλιν κατὰ τὴν Καμπανίαν — κατερειπομένην ἠξίου ἀνεγείρειν καὶ τὴν πέριξ χώραν χαρίσασθαι οἰκισθείσῃ τῇ πόλει, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῇ Πλάτωνος πόλιν θέσθαι. ἐκεῖ τε αὐτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο [2]). Haeccine sano et sobrio homini in mentem venire potuisse! Iniuriam facerem et iis qui Platonis πολιτείαν legerunt et etiam iis qui non legerunt, si vellem causas enumerare cur esset absurdum Πλάτωνος πόλιν in Campania condere et remp. ad Platonicae exemplum legibus Platonis constituere et regere. Utilius est scire quo animo haec Porphyrius audiverit: addit enim: καὶ ἐγένετ' ἂν τὸ βούλημα ἐκ ῥᾳστου τῷ φιλοσόφῳ, εἰ μή τινες τῶν συνόντων τῷ βασιλεῖ φθονοῦντες ἢ νεμεσῶντες ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν μοχθηρὰν ἐνεπόδισαν. Quadratne in talem hominem versiculus in noto epigrammate:

μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχων?

Ergo nisi aulici invidia et odio ducti impediissent, Sol in Campania Platonis rempublicam vidisset. Aulici, quibus maledicit, multo melius Platonicis consuluerunt quam Plotinus cum Porphyrio intelligere poterant.

---

1) Certus erat ordo obeundi templa deorum a sacerdotibus constitutus. Eunapius pag. 87. πεφιελθὼν τὰ ἱερὰ (*Athenis*) πάντα ᾗ θεσμὸς ἱερὸς ἐκέλευεν.

2) „Antonius Pagi — non absurde suspicatur hoc ab Gallieno petiisse Plotinum in Imperatoris illius decennalibus A. C. 263." Fabric. B. G. IV. pag. 113. Quo anno Gallieni decennalia celebrata sunt Plotinus nonum et quinquagesimum actatis annum agebat Porph. V. P. cap. IV.

Fieri posse id quod Plotinus a principe petierat, minime dubium Porphyrio (ut vides) videbatur. Magis etiam risum movet quod graviter narrat Diogenes Laërtius III. 21. (*Plato*) πρὸς τὸν δεύτερον ἦκε Διονύσιον αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους. ὁ δὲ καίπερ ὑποσχόμενος οὐκ ἐποίησεν.

Plotinus quoque, ut qui urbem et agros a principe petierat, minime dubitabat quin ea res fieri posset. Si philosophus est eximius de Platonis sententia (in *Theaeteto* pag. 173 *d.*) is, cuius τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα (τἀνθρώπινα) ἡγησαμένη μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀπιμάσασα πανταχῇ πέτεται, Plotinus in ea re perfectus Platonicus erat, sed nisi huius rei certum testem Porphyrium haberemus quis credidisset umquam Plotinum tam male sanum consilium in animum induxisse? Quid enim erat in Platonis republica quod illi philosophi illis temporibus et moribus imitando referre possent praeter unum, quapropter Romanae matronae Platonis libro delectabantur, τὸ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας?

Si haec in Plotinum summum virum cadunt, quales reliquos praesertim recentiores credas fuisse? Praeter vitia antiquorum sunt mystici et fanatici et miraculorum stulti consectatores aut furtim futiles artes magicas (μαγγανείας) exercentes, praeterea in omni re pueriles. Atque haec omnia cognovimus ab eo qui quidquid Sophistae facerent et loquerentur stulte admirabatur et fabulas etiam ineptissimas (γραῶν ὕθλον) omnes veras et certas esse existimabat.

Inter eos in quibus cernimus πῶς οὐ δεῖ αὐλεῖν praecipuum locum Eunapius obtinet, ut dubites sitne in rebus an in verbis vitiosior. In rebus quam fuerit negligens et socors ostendet Henricus Valesius in Wyttenbachii annotatione et ipse Wyttenbach. pag. 2 sq. et alibi passim. Quae maxime scire cupias silentio praeterit neque tantum, ut scribit Wyttenbachius l. l. „*leviora saepius et mirabilia consectatur*," sed futilia admodum et puerilia et absurda ex anili superstitione nata. Stilo et oratione utitur (ut omnes fatentur) affectata, inepta, putida, et (quod pessimum est) obscura et caliginosa. Cadit in eum, quod ipse de Iamblicho scribit pag. 18. τὰ γεγραμμένα ὑπὸ τῆς

συνθήκης ἐμελαίνετο καὶ νέφος αὐτοῖς ἐπέτρεχε βαθύ. Praeterea ridiculum in modum *λέξεσι κατεγλωττισμέναις* et ut plurimum ex Homero recoctis orationem distinguere studet, quasi hae gemmulae essent, non maculae.

Denique, ne quod calamitatis genus desit, utimur Eunapii Codicibus deterrimis. Pars mendorum perite correcta est; possunt etiam alii quidam errores corrigi, sed plura semper restabunt *ἀνιάτως ἔχοντα*, quia libri passim lacunis aut lacunulis hiantes omnia veri vestigia deleverunt. Nonnumquam amissorum sententia colligi potest ex reliquis, semel et iterum probabiliter sarciri, sed in plerisque omnis emendandi opera luditur et *„medicinam facimus mortuo."* Hoc unum effici potest ut lacuna appareat constetque neque intelligi scripturam Codicum neque emendari posse, quod multo est melius quam temere urendo et secando sententiam aliquam comminisci, de qua scriptor numquam cogitavit, eamque iis verbis vestire, quibus nemo Graecorum in tali re uteretur.

Quam nihil sit Eunapio credendum ostendat historia de Porphyrio ab eo narrata pag. 8 sq. Porphyrius (quum per sex annos Plotinum Romae audivisset) *τὸ σῶμα καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησε καὶ διαπλεύσας εἰς Σικελίαν — πόλιν μὲν οὔτε ἰδεῖν ὑπέμεινεν οὔτε ἀνθρώπων ἀκοῦσαι φωνῆς —. συντείνας δὲ ἐπὶ Λιλύβαιον ἑαυτὸν — ἔκειτο κατασένων καὶ ἀποκαρτερῶν τροφήν τε οὐ προσιέμενος καὶ ἀνθρώπων ἀλεείνων πάτον. Οὐδ' ἀλαοσκοπίην ὁ μέγας εἶχε Πλωτῖνος ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος ἢ τὸν καταπεφευγότα νεανίσκον ἀναζητῶν ἐπιτυγχάνει κειμένῳ καὶ λόγων τε πρὸς αὐτὸν ηὐπόρησε τὴν ψυχὴν ἀνακαλουμένων ἄρτι διΐπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν καὶ τὸ σῶμα ἔρρωσεν ἐς κατοχὴν τῆς ψυχῆς.* Ex his verbis primum maculae quaedam eluendae sunt. Scribendum enim: *ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος* ΚΑΙ *τὸν* ΑΠΟ*πεφευγότα νεανίσκον ἀναζητῶν*, et *τὴν ψυχὴν — ἄρτι* ΕΞ*ίπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν.* De re ipsa quantum Eunapius erraverit nunc quidem liquido scire et plane demonstrare possumus. Habemus enim testem, quo melior et certior esse non potest. Quem tandem? Ipsum Porphyrium qui, in *vita Plotini* de ea re diligentissime retulit cap. XI in hunc modum: *καί ποτε ἐμοῦ Πορφυρίου ᾔσθετο ἐξάγειν ἑμαυτὸν διανοουμένου τοῦ*

βίου καὶ ἐξαίφνης ἐπισάς μοι ἐν τῷ οἴκῳ (*domi meae*) διατρίβοντι καὶ εἰπὼν μὴ εἶναι ταύτην τὴν προθυμίαν ἐκ νοερᾶς κατασάσεως ἀλλ' ἐκ μελαγχολικῆς εἶναι νόσου ἀποδημῆσαι ἐκέλευσεν· πεισθεὶς δ' αὐτῷ ἐγὼ εἰς τὴν Σικελίαν ἀφικόμην Πρόβον τινὰ ἀκούων ἐλλόγιμον ἄνδρα περὶ τὸ Λιλύβαιον διατρίβειν καὶ αὐτός τε τῆς τοιαύτης προθυμίας ἀπεσχόμην τοῦ τε παρεῖναι ἄχρι θανάτου τῷ Πλωτίνῳ ἐνεποδίσθην. Vide quantum vera historia a fictis fabulis distet. Habent hoc homines mystici et fanatici ut non utantur integra valetudine et contagione corporis mens laboret. Porphyrius morbo melancholico aegrotans manus sibi consciscere parabat. Accurrit Plotinus et dilectum discipulum in vita retinet suadetque ut valetudinis restituendae gratia iter suscipiat. Itaque Porphyrius in promontorium Lilybaeum ad nobilem virum Probum se contulit ibique paullatim convalescens usque ad Plotini mortem remansit [1]) vivens in studiis et Plotini nova scripta Roma ad se transmissa sedulo corrigens et ordine disponens. Diu aegrotasse Porphyrium apparet ex Longini ad eum epistola in *vita Plotini* cap. XIX. in qua eum ex Sicilia ad se vocat: *mitte mihi*, inquit, *libros Plotini, vel potius ipse tecum affer; οὐ γὰρ ἂν ἀποσαίην τοῦ πολλάκις δεῖσθαί σου τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἐτέρωσε προκρῖναι, κἂν εἰ μηδὲν δι' ἄλλο — τήν τε παλαιὰν συνήθειαν καὶ τὸν ἀέρα μετριώτατον ὄντα πρὸς ἣν λέγεις σώματος ἀσθένειαν.* Perspicuum est ex his Eunapium *οὐδὲν ὑγιές* de ea re scripsisse, quamquam *Plotini vitam* a Porphyrio scriptam ipse laudat pag. 6.

Fallitur etiam quod Porphyrium *adolescentulum* (*νεανίσκον*) tum ait fuisse. Porphyrius XXX annos natus Romam venit et per VI annos Plotinum audivit: itaque XXXVI annorum erat quum in Siciliam secessit, et non ante Plotini mortem Romam rediit.

Quod dicebam homines mysticos et fanaticos fere aliquo corporis morbo vexari, idem in Plotino cernitur qui laborabat ab intestinis. Porphyr. V. P. cap. II. (*Plotinus*) *κοιλιακῇ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος οὔτε κλυσῆρος ἠνέσχετο οὐκ εἶναι πρὸς τοῦ πρεσβυτέρου λέγων ὑπομένειν τὰς τοιαύτας θεραπείας κτὲ.* Videmus morbi genus sanae menti inimicum. Simul videmus

1) Porphyr. V. P. cap. 2. *τελευτῶντι δ' αὐτῷ ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων.*

Platonis *σεμνότητα* et *εὐσχημοσύνην* a philosophis Platonicis fideliter servari, qualis est in Luciani *Convivio* cap. 7. *Ἴων ὁ Πλατωνικὸς σεμνός τις ἰδεῖν καὶ θεοπρεπὴς καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐμφαίνων τῷ προσώπῳ*, sed non erat ideo sanior, ut Lucianus indicat cap. 39.

Ad eundem igitur modum Eunapius in permultis aliis ineptas nobis narrat fabulas cum rerum natura et ingenio humano pugnantes. Ficta haec esse et commenticia facile sentimus, sed testes qui veriora narrent prorsus deficiunt.

De tumida et affectata Eunapii oratione satis erit unum et alterum genus ineptiarum notare, et primum *τὰς κατεγλωττισμένας λέξεις* ut plurimum ex Homero recoctas et insulsissime in pedestrem orationem translatas, qualia sunt

τέθηπα pro *θαυμάζω*. pag. 18 et saepius.

χαρμονή pro *χαρά* 75.

ἐρικυδέστατος pro *ἐνδοξότατος* 20.

ἀμφεπόλευον pro *ὑπηρέτουν* 47.

ἐγχρίπτουσιν pro *ἐντυγχάνουσιν* 54.

ἀρθμήσαντες pro *φίλοι γενόμενοι* 63.

ἀναθηλήσει pro *ἀναβλαστήσει* (83), et *ἀσύφηλος* (66), *ἀπελυμάνθη* (76.) id est *ἐκαθάρθη* ex Homerico:

οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

et *κατεδείμαινε* (79), et *δαημονέστερος* (106), et *ἀνέχαζον* (112), et *κατεσύγησεν* (42). Ubi dicendum erat *ad coenam vocavit* Graeci dicebant *ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσεν*, sed Eunapius (61) *ὁμοτράπεζον ἔθετο*. *Non fugit ea res Plotinum* (*οὐκ ἔλαθε τοῦτο τὸν Πλωτῖνον*) apud Eunapium est (9) *οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχε Πλωτῖνος*, et iterum in fragm. *Histor.* (apud C. Mullerum F. H. IV. pag. 51.) *ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἀλαοσκοπίην ὁ Λύκιος Ἐρεννιανός*. Eiusdem affectationis est tmesis in *ἀνά* (non in aliis praepositionibus) *ἀνά τε ἔδραμεν* (7), *ἀνά τε ἔβλεψεν* (14), *ἀνά τε ἐκαλέσατο* (19), *ἀνά τε ἐπήδησεν* (73), et more Herodoteo *τῶν τις θεραπευτήρων* pro *τῶν θεραπόντων τις*. *Θεραπευτήρ* et ipsum Ionicum est, ut pag. 61. *κολασῆρας*, quum Athenienses *θεραπευτής* (sed alio sensu) et *κολαστής* solerent dicere. Perinde est ac si quis *αὐλητήρ* pro *αὐλητής* dicere vellet.

Nos sumus electi. Non parvo sanguine Magni
Ista dies ierit.

Veram atque legitimam lectionem esse coniicio *non parvo sanguine Magno Ista dies steterit* coll. VII. 92: *potuit tibi vulnere nullo stare labor belli*, i. e. *constare.*

Ibid vs. 410, in Thessaliae descriptione:

Impius hinc prolem Superis immisit Aloeus:
Inseruit celsis prope se cum Pelion astris,
Sideribusque vias incumbens abstulit Ossa.

Pro *incumbens* aliquot libri M. S. habent *incurrens.*

Sententia postulat nimirum ut legatur *insurgens.*

Flori Epitomae, I, 10. 1 (ed. Halm.): *A Latinis adgressus est gentem Sabinorum, qui immemores factae sub Tito Tatio affinitatis, quodam contagio bellis se Latinis adiunxerant.*

Scripsit Florus *quodam contagio belli se Latinis adiunxerant.*

Ibid. 22, 28 [Fabius] *per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut, quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur.* Pro *quia* legendum erit *qui.*

Ibid. 36. 13: *Marius auctis admodum copiis, cum pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset, iam fusum et saucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam si integrum ac recentem.*

Corrige sodes *fessum et saucium.*

Ibid. 39. 2: [Thraces] *litare dis sanguine humano, bibere in ossibus capitum, cuiusque modi ludibriis foedare mortem tam igni quam fumo.*

Olim scriptum fuisse *tam igni quam ferro* docet § 7, ubi haec leguntur *nec aliter cruentissimi hostium* [i. e. Thraces] *quam suis moribus domiti, quippe in captivos igni ferroque saevitum est.*

Ibid. 16. 2. *Semper alias Antonii pessimum ingenium Fulvia tum gladio cincta virilis militiae uxor agitabat.*

Extrema illa *virilis militiae uxor* quid, quaeso, sunt, nisi verba et ineptiae? Noli dubitare, mi lector, quin Floro reddendum sit *virilis militiae ductor.*

Lucilii Aetna vs. 18:

Quis non Argolico deflevit Pergamon igni
Impositam et tristem natorum funere matrem?

Nonnullorum editorum opinio est inter hos versus unum periisse. Fortasse recte. Attamen nescio an levis mutatio faciliorem medicinam praebeat. Quum enim pro *impositam ambustam* scripseris, sententia ita pura erit, ut nihil liquidius.

Suetonius, Galba c. 14: *Regebatur trium arbitrio. Ii erant T. Vinius, legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae, Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis.*

Coniicio *arrogantia superbiaque.*

Ibid. c. 17: *Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque iuvenem ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona ac nomen adscitum, repente e media salutantium turba adprehendit, filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit.*

Pro inepto *semper* ocius revoca *nuper*, quod praecedenti *olim* recte opponitur.

Valerius Flaccus, Argonauticon I, 107 sqq.

Protinus Inachiis ultro Tyrinthius Argis
advolat, Arcadio cuius flammata veneno
tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus
gestat Hylas.

Non *gaudentibus* poetam, sed *candentibus* olim scripsisse puto, praesertim quum respicio, quae leguntur vs. 218 sq.:

subita cur pulcher harundine crines
velat Hylas? unde urna umeris niveosque per artus
caeruleae vestes?

Ibid. 584 sqq. in descriptione Aeoliae:

Has nimbi ventique domos et naufraga servat
tempestas; hinc in terras latumque profundum
est iter, hinc olim soliti miscere polumque
infelixque fretum; . . . . . .
intonuit donec pavidis ex aethere ventis
Omnipotens regemque dedit, quem iussa vereri
saeva cohors.

Pro *pavidis* scribendum esse credo *rabidis.* Ovid. Met. I. 36: *freta rabidis tumescere ventis;* Lucan. Phars. VI. 27: *Ioniumque furens rabido cum tollitur Austro.*

Ammianus, XIV, 2. 1: *Namque et Isauri, quibus est usita-*

tum saepe pacari saepeque inopinis excursibus cuncta miscere.... ad bella gravia proripuerunt.

Duplici mendo hic locus inquinatus est; non enim *pacari*, sed *vagari*, neque *proripuerunt*, sed *proruperunt* Ammianum scripsisse nemo non facile videbit.

Id. ibid. 6. 16: *Matronae complures opertis capitibus et basternis per latera civitatis cuncta discurrunt. Utque proeliorum periti rectores primo catervas densas opponunt et fortes, deinde leves armaturas ..... ita praepositis urbanae familiae suspensae digerentibus .... iuxta vehiculi frontem omne textrinum incedit.*

Fere non dubium est, quin *capitibus* vox corrupta sit. Quis sententia vehiculi alicuius nomen requirit, scribendum censeo *carpentis*, quo vehiculorum genere matronas potissimum uti solitas esse constat. In sequentibus pro *suspensae* coniicio *sua pensa*. Matronae enim textrino (i. e. servis e textrina), quod vehiculum praecedebat, praeposuisse videntur dispensatores, qui urbanae familiae sua pensa digerebant sive dividebant.

Scr. Non. Mai. 1878. J. J. CORNELISSEN.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XI. 50. 2. *iuniores Spartae bellum gerere volebant νομίζοντες — τὴν Σπάρτην μείζονα ποιήσεσθαι καὶ δυνατωτέραν.* Non potest *ποιήσεσθαι* dici pro *ποιήσειν*. Corrige *μείζονα ΓΕΝήσεσθαι*.

Post pauca in verbis: *καὶ τὸν χρησμὸν ἔφασαν εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν ΛΕΓειν.* Vera lectio colligi potest ex Aristophanis versiculo in *Pluto* 51.

οὐκ ἴσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο βέπει.

C. G. C.

DE LOCIS NONNULLIS

APUD EUNAPIUM

IN *vitis Sophistarum*

ET

FRAGMENTIS *Historiarum.*

Εὐνάπιος, recensuit Io. Fr. Boissonade. accedit annotatio Dan. Wyttenbachii.
Amstelodami 1822.

Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος ἐπιδεικνύμενος τοῖς μαθηταῖς καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς αὐλοῦντας εἰώθει λέγειν „Οὕτως αὐλεῖν δεῖ." καὶ πάλιν „Οὕτως αὐλεῖν οὐ δεῖ." (Plutarch. in *Demetrio* I. 31) Optime ille quidem et idem nobis in diiudicandis Veterum scriptis sedulo est faciendum. Erat olim caeca quaedam et male sana antiquitatis veneratio. Quidquid esset Graece scriptum praeclarum esse et admirabile videbatur.

ἐν δὲ ἴῃ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

Perinde lubenter Homerum legebant et Callimachum aut Apollonium Rhodium. *„Audeamus aliquando* (ut in Oratione Rectorali scripsi) *huius quoque superstitionis vinculis animos ac mentes liberare. Quid est* Diogene Laërtio *in scribendo iudicandoque absurdius?* Quid Maximo Tyrio, Themistio, Himerio *loquacius? Quid* Philostratis *insulsius? Quid* Iuliano *affectatius? Quid* Eunapio *inficetius? Quid scriptoribus Eroticis* Charitone, Xenophonte Ephesio *caeterisque puerilius? Et, ne Romanos plane*

praeteream, quis est scriptor, etiam eorum qui nunc sunt, ineptior tumidiorque quam aut Florus *est aut Tiberio aequalis* Valerius Maximus?"

Quamquam autem hosce omnes multosque alios his similes contemno, omnes tamen sedulo lectitavi et nunc subinde relego. Primum quia ex animo assentior alteri Thebano tibicini, de quo scribit Plutarchus l. l. *ὁ δ' Ἀντιγενείδας ᾄδιον ᾤετο τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀκροάσεσθαι τοὺς νέους, ἐὰν καὶ τῶν φαύλων πεῖραν λαμβάνωσιν.* Non modo enim aliquanto melius quae sit Veterum in cogitando scribendoque praestantia senties quum sis a sequiorum lectione recens, sed acutius etiam cernes et in clariore luce versaberis et quid quemque deceat, quid non deceat acrius perspicies.

Praeterea non est iniucundum Sophistarum vitas a Philostrato et Eunapio scriptas lectitare, quia numquam in orbe terrarum genus hominum magis mirificum vixit quam sunt illi Sophistae. Sunt in his quidam boni viri *καλοί τε κἀγαθοί*, sunt pereruditi nonnulli, sunt alii non indiserti, sed in plerisque incredibilem fastum et arrogantiam et vanitatem cernimus hominum plausu et admiratione aequalium omnium ridiculum in modum inflatorum et tumentium. Sunt iidem pueriles et leves, et (praesertim quos Eunapius commemorat) anili superstitione imbuti, ut nihil sit tam absurdum quod non facile concoquant. Quod autem est lepidissimum, horum omnium vitiorum et ineptiarum testes et auctores habemus, non poëtas satyricos qui homunciones istiusmodi rideant et rodant, sed homines simplices et *εὐήθεις μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχοντας*, qui ista omnia inepti admirentur. Unum et alterum exemplo illustrabo. Non sumam testimonia ex Eunapio aut Philostrato, sed in uno omnium praestantissimo Plotino ostendam usus teste non minus celebrato Porphyrio Plotini dilectissimo discipulo et amico, qui Plotinum et vivum et mortuum pie venerabatur. Fastum inesse dixi in his hominibus et arrogantiam incredibilem, audi Porphyrium in *vita Plotini* cap. 10. Habebat Plotinus intimum amicum Amelium Gentilianum, quem ipse *Amerium* appellabat, ne a socordia et incuria (*ἀμέλεια*) nomen habere videretur, teste Porphyrio cap. VII., satis pueriliter, ut vides. *φιλούντω δὲ γεγονότος τοῦ Ἀμελίου καὶ τὰ ἱερὰ κατὰ νουμηνίαν — ἱκτε-*

ῥιίόντος [1]) καί ποτε ἀξιοῦντος τὸν Πλωτῖνον σὺν αὐτῷ παραβαλεῖν —, quid ad haec magnum philosophum respondisse putas? ἐκείνους, inquit, δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι, οὐκ ἐμὲ πρὸς ἐκείνους. Quo animo haec Plotini admiratores audiverint est operae pretium cognoscere. Porphyrius addit: τοῦτο δὲ ἐκ ποίας διανοίας οὕτως ἐμεγαληγόρησεν οὔτε αὐτοὶ συνεῖναι δεδυνήμεθα οὔτε αὐτὸν ἐρέσθαι ἐτολμήσαμεν. Intelligere non poterant, rogare non audebant, admirabantur tantum omnia. De fastu vidimus, nunc quam pueriles et vitae humanae ignari essent videamus. Gallienus princeps et uxor Salonina Plotinum plurimi faciebant. ὁ δὲ (*Plotinus*) τῇ Φιλίᾳ καταχρώμενος petiit a principe... quid putas? numquam excogitabis, sed audi ex Porphyrio V. P. cap. 12. Φιλοσόφων τινὰ πόλιν κατὰ τὴν Καμπανίαν — κατερειπομένην ἠξίου ἀνεγείρειν καὶ τὴν πέριξ χώραν χαρίσασθαι οἰκισθείσῃ τῇ πόλει, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῇ Πλάτωνος πόλιν θέσθαι. ἐκεῖ τε αὐτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο [2]). Haeccine sano et sobrio homini in mentem venire potuisse! Iniuriam facerem et iis qui Platonis πολιτείαν legerunt et etiam iis qui non legerunt, si vellem causas enumerare cur esset absurdum Πλάτωνος πόλιν in Campania condere et remp. ad Platonicae exemplum legibus Platonis constituere et regere. Utilius est scire quo animo haec Porphyrius audiverit: addit enim: καὶ ἐγένετ' ἂν τὸ βούλημα ἐκ ῥᾴστου τῷ Φιλοσόφῳ, εἰ μή τινες τῶν συνόντων τῷ βασιλεῖ Φθονοῦντες ἢ νεμεσῶντες ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν μοχθηρὰν ἐνεπόδισαν. Quadratne in talem hominem versiculus in noto epigrammate:

μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχων?

Ergo nisi aulici invidia et odio ducti impediissent, Sol in Campania Platonis rempublicam vidisset. Aulici, quibus maledicit, multo melius Platonicis consuluerunt quam Plotinus cum Porphyrio intelligere poterant.

---

1) Certus erat ordo obeundi templa deorum a sacerdotibus constitutus. Eunapius pag. 87. περιελθὼν τὰ ἱερὰ (*Athenis*) πάντα ᾗ θεσμὸς ἱερὸς ἐκέλευεν.

2) „Antonius Pagi — non absurde suspicatur hoc ab Gallieno petiisse Plotinum in Imperatoris illius decennalibus A. C. 263." Fabric. B. G. IV. pag. 113. Quo anno Gallieni decennalia celebrata sunt Plotinus nonum et quinquagesimum aetatis annum agebat Porph. V. P. cap. IV.

Fieri posse id quod Plotinus a principe petierat, minime dubium Porphyrio (ut vides) videbatur. Magis etiam risum movet quod graviter narrat Diogenes Laërtius III. 21. (*Plato*) *πρὸς τὸν δεύτερον ἦκε Διονύσιον αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους. ὁ δὲ καίπερ ὑποσχόμενος οὐκ ἐποίησεν.*

Plotinus quoque, ut qui urbem et agros a principe petierat, minime dubitabat quin ea res fieri posset. Si philosophus est eximius de Platonis sententia (in *Theaeteto* pag. 173 *d.*) is, cuius *τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα (τἀνθρώπινα) ἡγησαμένη μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα πανταχῇ πέτεται*, Plotinus in ea re perfectus Platonicus erat, sed nisi huius rei certum testem Porphyrium haberemus quis credidisset umquam Plotinum tam male sanum consilium in animum induxisse? Quid enim erat in Platonis republica quod illi philosophi illis temporibus et moribus imitando referre possent praeter unum, quapropter Romanae matronae Platonis libro delectabantur, *τὸ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας*?

Si haec in Plotinum summum virum cadunt, quales reliquos praesertim recentiores credas fuisse? Praeter vitia antiquorum sunt mystici et fanatici et miraculorum stulti consectatores aut furtim futiles artes magicas (*μαγγανείας*) exercentes, praeterea in omni re pueriles. Atque haec omnia cognovimus ab eo qui quidquid Sophistae facerent et loquerentur stulte admirabatur et fabulas etiam ineptissimas (*γραῶν ὕθλον*) omnes veras et certas esse existimabat.

Inter eos in quibus cernimus *πῶς οὐ δεῖ αὐλεῖν* praecipuum locum Eunapius obtinet, ut dubites sitne in rebus an in verbis vitiosior. In rebus quam fuerit negligens et socors ostendet Henricus Valesius in Wyttenbachii annotatione et ipse Wyttenbach. pag. 2 sq. et alibi passim. Quae maxime scire cupias silentio praeterit neque tantum, ut scribit Wyttenbachius l. l. „*leviora saepius et mirabilia consectatur*," sed futilia admodum et puerilia et absurda ex anili superstitione nata. Stilo et oratione utitur (ut omnes fatentur) affectata, inepta, putida, et (quod pessimum est) obscura et caliginosa. Cadit in eum, quod ipse de Iamblicho scribit pag. 18. *τὰ γεγραμμένα ὑπὸ τῆς*

συνθήκης ἐμελαίνετο καὶ νέφος αὐτοῖς ἐπέτρεχε βαθύ. Praeterea ridiculum in modum *λέξεσι κατεγλωττισμέναις* et ut plurimum ex Homero recoctis orationem distinguere studet, quasi hae gemmulae essent, non maculae.

Denique, ne quod calamitatis genus desit, utimur Eunapii Codicibus deterrimis. Pars mendorum perite correcta est; possunt etiam alii quidam errores corrigi, sed plura semper restabunt *ἀνιάτως ἔχοντα*, quia libri passim lacunis aut lacunulis hiantes omnia veri vestigia deleverunt. Nonnumquam amissorum sententia colligi potest ex reliquis, semel et iterum probabiliter sarciri, sed in plerisque omnis emendandi opera luditur et *„medicinam facimus mortuo."* Hoc unum effici potest ut lacuna appareat constetque neque intelligi scripturam Codicum neque emendari posse, quod multo est melius quam temere urendo et secando sententiam aliquam comminisci, de qua scriptor numquam cogitavit, eamque iis verbis vestire, quibus nemo Graecorum in tali re uteretur.

Quam nihil sit Eunapio credendum ostendat historia de Porphyrio ab eo narrata pag. 8 sq. Porphyrius (quum per sex annos Plotinum Romae audivisset) *τὸ σῶμα καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησε καὶ διαπλεύσας εἰς Σικελίαν — πόλιν μὲν οὔτε ἰδεῖν ὑπέμεινεν οὔτε ἀνθρώπων ἀκοῦσαι φωνῆς —. συντείνας δὲ ἐπὶ Λιλύβαιον ἑαυτὸν — ἔκειτο κατασ[illegible]ένων καὶ ἀποκαρτερῶν τροφήν τε οὐ προσιέμενος καὶ ἀνθρώπων ἀλεείνων πάτον. Οὐδ' ἀλαοσκοπίην ὁ μέγας εἶχε Πλωτῖνος ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος ᾗ τὸν καταπεφευγότα νεανίσκον ἀναζητῶν ἐπιτυγχάνει κειμένῳ καὶ λόγων τε πρὸς αὐτὸν ἠὐπόρησε τὴν ψυχὴν ἀνακαλουμένων ἄρτι διΐπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν καὶ τὸ σῶμα ἔρρωσεν ἐς κατοχὴν τῆς ψυχῆς.* Ex his verbis primum maculae quaedam eluendae sunt. Scribendum enim: *ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος* KAI *τὸν* 'ΑΠΟ*πεφευγότα νεανίσκον ἀναζητῶν*, et *τὴν ψυχὴν — ἄρτι* 'ΕΞ*ίπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν.* De re ipsa quantum Eunapius erraverit nunc quidem liquido scire et plane demonstrare possumus. Habemus enim testem, quo melior et certior esse non potest. Quem tandem? Ipsum Porphyrium qui, in *vita Plotini* de ea re diligentissime retulit cap. XI in hunc modum: *καί ποτε ἐμοῦ Πορφυρίου ᾔσθετο ἐξάγειν ἐμαυτὸν διανοουμένου τοῦ*

βίου καὶ ἐξαίφνης ἐπισάς μοι ἐν τῷ οἴκῳ (*domi meae*) διατρίβοντι καὶ εἰπὼν μὴ εἶναι ταύτην τὴν προθυμίαν ἐκ νοερᾶς κατασάσεως ἀλλ' ἐκ μελαγχολικῆς εἶναι νόσου ἀποδημῆσαι ἐκέλευσεν· πεισθεὶς δ' αὐτῷ ἐγὼ εἰς τὴν Σικελίαν ἀφικόμην Πρόβον τινὰ ἀκούων ἐλλόγιμον ἄνδρα περὶ τὸ Λιλύβαιον διατρίβειν καὶ αὐτός τε τῆς τοιαύτης προθυμίας ἀπεσχόμην τοῦ τε παρεῖναι ἄχρι θανάτου τῷ Πλωτίνῳ ἐνεποδίσθην. Vide quantum vera historia a fictis fabulis distet. Habent hoc homines mystici et fanatici ut non utantur integra valetudine et contagione corporis mens laboret. Porphyrius morbo melancholico aegrotans manus sibi consciscere parabat. Accurrit Plotinus et dilectum discipulum in vita retinet suadetque ut valetudinis restituendae gratia iter suscipiat. Itaque Porphyrius in promontorium Lilybaeum ad nobilem virum Probum se contulit ibique paullatim convalescens usque ad Plotini mortem remansit [1]) vivens in studiis et Plotini nova scripta Roma ad se transmissa sedulo corrigens et ordine disponens. Diu aegrotasse Porphyrium apparet ex Longini ad eum epistola in *vita Plotini* cap. XIX. in qua eum ex Sicilia ad se vocat: *mitte mihi*, inquit, *libros Plotini, vel potius ipse tecum affer; οὐ γὰρ ἂν ἀποσαίην τοῦ πολλάκις δεῖσθαί σου τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἐτέρωσε προκρῖναι, κἂν εἰ μηδὲν δι' ἄλλο — τήν τε παλαιὰν συνήθειαν καὶ τὸν ἀέρα μετριώτατον ὄντα πρὸς ἣν λέγεις σώματος ἀσθένειαν.* Perspicuum est ex his Eunapium *οὐδὲν ὑγιές* de ea re scripsisse, quamquam *Plotini vitam* a Porphyrio scriptam ipse laudat pag. 6.

Fallitur etiam quod Porphyrium *adolescentulum* (*νεανίσκον*) tum ait fuisse. Porphyrius XXX annos natus Romam venit et per VI annos Plotinum audivit: itaque XXXVI annorum erat quum in Siciliam secessit, et non ante Plotini mortem Romam rediit.

Quod dicebam homines mysticos et fanaticos fere aliquo corporis morbo vexari, idem in Plotino cernitur qui laborabat ab intestinis. Porphyr. V. P. cap. II. (*Plotinus*) *κοιλιακῇ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος οὔτε κλυσῆρος ἠνέσχετο οὐκ εἶναι πρὸς τοῦ πρεσβυτέρου λέγων ὑπομένειν τὰς τοιαύτας θεραπείας κτλ.* Videmus morbi genus sanae menti inimicum. Simul videmus

1) Porphyr. V. P. cap. 2. *τελευτῶντι δ' αὐτῷ ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων.*

Platonis σεμνότητα et εὐσχημοσύνην a philosophis Platonicis fideliter servari, qualis est in Luciani *Convivio* cap. 7. Ἴων ὁ Πλατωνικὸς σεμνός τις ἰδεῖν καὶ θεοπρεπὴς καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐμφαίνων τῷ προσώπῳ, sed non erat ideo sanior, ut Lucianus indicat cap. 39.

Ad eundem igitur modum Eunapius in permultis aliis ineptas nobis narrat fabulas cum rerum natura et ingenio humano pugnantes. Ficta haec esse et commenticia facile sentimus, sed testes qui veriora narrent prorsus deficiunt.

De tumida et affectata Eunapii oratione satis erit unum et alterum genus ineptiarum notare, et primum τὰς κατεγλωττισμένας λέξεις ut plurimum ex Homero recoctas et insulsissime in pedestrem orationem translatas, qualia sunt

τέθηπα pro θαυμάζω. pag. 18 et saepius.

χαρμονή pro χαρά 75.

ἐρικυδέστατος pro ἐνδοξότατος 20.

ἀμφεπόλευον pro ὑπηρέτουν 47.

ἐγχρίπτουσιν pro ἐντυγχάνουσιν 54.

ἀρθμήσαντες pro φίλοι γενόμενοι 63.

ἀναθηλήσει pro ἀναβλαστήσει (83), et ἀσύφηλος (66), ἀπελυμάνθη (76.) id est ἐκαθάρθη ex Homerico:

οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

et κατεδείμαινε (79), et δαημονέστερος (106), et ἀνέχαζον (112), et κατεσύγησεν (42). Ubi dicendum erat *ad coenam vocavit* Graeci dicebant ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσεν, sed Eunapius (61) ὁμοτράπεζον ἔθετο. *Non fugit ea res Plotinum* (οὐκ ἔλαθε τοῦτο τὸν Πλωτῖνον) apud Eunapium est (9) οὐδ' ἀλασσκοπίην εἶχε Πλωτῖνος, et iterum in fragm. *Histor.* (apud C. Mullerum F. H. IV. pag. 51.) ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἀλαοσκοπίην ὁ Λύκιος Ἐρεννιανός. Eiusdem affectationis est tmesis in ἀνά (non in aliis praepositionibus) ἀνά τε ἔδραμεν (7), ἀνά τε ἔβλεψεν (14), ἀνά τε ἐκαλέσατο (19), ἀνά τε ἐπήδησεν (73), et more Herodoteo τῶν τις θεραπευτήρων pro τῶν θεραπόντων τις. Θεραπευτήρ et ipsum Ionicum est, ut pag. 61. κολαστῆρας, quum Athenienses θεραπευτής (sed alio sensu) et κολαστής solerent dicere. Perinde est ac si quis αὐλητήρ pro αὐλητής dicere vellet.

σοφοι περὶ τῶν θεῶν λέγουσιν. Quid his hominibus facias? Denique res simplicissimas magna verborum pompa vestire solet: pro τἀληθῆ λέγειν dicit pag. 5. ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας προσκυνεῖν, pro ἐξέβαλεν pag. 80. ἐξόρισον ἀπειργάσατο, pro ἀπέθανεν pag. 120. εἰς τὴν πρέπουσαν λῆξιν ἀνεχώρησεν, et similia alibi, quae olim stulte admirabantur.

Perlegam nunc ordine *Sophistarum vitas* et si quid aut corrigendum aut notandum inciderit paucis exponam.

Pag. 1. lacuna est manifesta in his: Ξενοφῶν — ἐγέννα στρατηγοὺς τοῖς ὑποδείγμασιν· ὁ γοῦν μέγας Ἀλέξανδρος οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας εἰ μὴ (Ξενοφῶν) ****** Ξενοφῶν καὶ τὰ πάρεργά φησι δεῖν τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ἀναγράφειν. Wyttenbach. supplebat: οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας εἰ μὴ (παρ' ἐκείνου ἔμαθε τῶν Περσῶν καταφρονεῖν. ἀλλὰ μὲν) Ξενοφῶν. Sed non congruunt haec cum verbis: ἐγέννα στρατηγοὺς τοῖς ὑποδείγμασιν, quamobrem sic suppleri locum malim: οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας εἰ μὴ ΞΕΝΟΦΩΝ αὐτὸν ἐδίδαξεν ὅπως χρὴ τοὺς βαρβάρους νικᾶν. οὗτος τοίνυν ὁ) Ξενοφῶν καὶ τὰ πάρεργα κτέ. Repetitum in vicinia Ξενοφῶν scribas in errorem induxit.

In verbis Xenophontis in *Symposii* initio: ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν [ἔργα] οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς, molestum ἔργα resecandum est.

Pag. 2. τὸ δὲ ἄριστος ὅτι ἦν εἰς ἄκρον. leg. ὅτι δὲ ἄριστος ἦν.

Pag. 2. τὰ ἀπὸ τῶν πρότερον γραφέντων λήσεται τοὺς ἐντυγχάνοντας. Vera lectio est τὰ Ὑπὸ τῶν πρότερον γραφέντΑ. Scribebatur enim γραφ$^{\tau}$ν, quod vicinis est accommodatum.

Pag. 2. in Codd. est τοὺς τῶν φιλοσόφων ΑΝΑΓΩΝ βίους. Wyttenbachii coniectura ΑΝΔΡΩΝ recepta est, sed Graecum non est οἱ φιλόσοφοι ἄνδρες, neque οἱ στρατιῶται ἄνδρες, neque οἱ δικασταὶ ἄνδρες. Sine articulo transpositis verbis dicebant ἄνδρες στρατιῶται, δικασταί et sim. Poëtae Comici ὦ ἄνδρες κύνες,

ὦ ἄνδρες ἰχθύες, et Lucianus ὦ ἄνδρες θεοί, per iocum dixerant. Itaque quid lateat in ἀνάγων amplius quaerendum.

Pag. 4. τὸ κάλλιστον αὐτοῦ (*Plutarchi*) τῶν συγγραμμάτων εἰσὶν οἱ παράλληλοι βίοι. — ἀλλὰ τὸ ἴδιον καὶ τοῦ διδασκάλου καθ' ἕκαστον τῶν βιβλίων ἐγκατέσπειρεν. Emendandum censeo: TON ἴδιον καὶ TON τοῦ διδασκάλου, nempe βίον.

Pag. 5. inepta et absurda comparatio instituitur haec: ταὐτόν τι τοῖς ἐρῶσιν ἐμμανῶς ἔπαθον. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν μὲν ἐρωμένην αὐτὴν ὁρῶντες — κάτω νεύουσιν —, ἐὰν δὲ πέδιλον αὐτῆς ἢ πλόκιον ἢ ἑλλόβιον ἴδωσιν — τὴν ψυχὴν τῇ ὄψει προσαφιᾶσιν. Non credo ex quo ἐραστοί et ἐρώμενοι fuerunt, id umquam factum esse. Etiam ineptior res videbitur ubi cogitaveris cur Eunapius hac comparatione utatur. Post hanc bellissimam imaginem affirmat se quidquid audiendo, legendo, inquirendo cognovisset εἰς ὅσον οἷόν τε ἦν ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας προσκυνήσαντα παραδοῦναι τοῖς μετὰ ταῦτα ἢ βουλομένοις ἀκούειν ἢ δυναμένοις ἀκολουθεῖν πρὸς τὸ κάλλιστον. De talibus dicebant Graeci acutiores: ποταμὸς μὲν ῥημάτων, νοῦ δὲ σαλαγμός.

Pag. 6. Πορφύριος τοῦτο οὐκ ἀνέγραψε μαθητής τε αὐτοῦ γεγενῆσθαι λέγων καὶ συνεσχολακέναι τὸν βίον ἅπαντα ἢ τὸν πλεῖστον. Quis non putet Eunapium haec vera dicere et apud Porphyrium id legisse? Sed ostendit hominis levitatem et socordiam Porphyrius ipse qui scribit in *vita Plotini* cap. 5. se XXX annos natum Plotinum per *sex* annos audivisse (anno p. Chr. 263—268), tum sese Lilybaeum in Siciliam secessisse et post Plotini mortem demum Romam rediisse.

Pag. 7. αὐτοῦ δὲ Πορφυρίου βίον ἀνέγραψεν οὐδὲ εἷς ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι, ἀναλεγομένῳ δὲ ἐκ τῶν ΔΟθέντων κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν σημείων τοιαῦτα ὑπῆρχε τὰ περὶ αὐτόν. Intelligam quid dicat ubi correxeris ἐκ τῶν ΤΘθέντων κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Eunapius Porphyrii scripta legens locos quosdam *notis* (σημείοις) distinxerat, unde de ipsius vita aliquid disci poterat. Ex his igitur se Porphyrii vitam *collegisse* (ἀναλέγεσθαι) dicit. Διδόναι σημεῖον nemo dicit, sed τιθέναι aut προστιθέναι, ut dicitur δὸς

τιθέναι, nempe σιγμάς, in Scenicorum fabulis *ubi nova persona loquens inducitur*. Scholiast. Aristoph. *Ran.* vs. 891. annotat: τινὲς ἐν τῷ θεοῖς δύο τιθέασιν, ἵν' ᾖ ἓν τὸ· ἴδιοί τινες σοί κόμμα καινόν. Solebant autem Veteres inter legendum locos memorabiles cera notare. Hesychius v. Παραπλάσματα: τὰ κηρία τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς ζητήμασιν ἐν τοῖς βιβλίοις. et v. Παρερρυπωμένα βιβλία: οἷς κηροὺς προσπλάσσομεν πρὸς τὸ ζητῆσαί τινα. Vidi in Marciana perantiquum Codicem Simplicii εἰς τὴν Φυσικὴν ἀκρόασιν, in quo passim τὰ κηρία ταῦτα προσπέπλασαι.

Pag. 7. Λογγῖνος — βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Habent hoc frigide dicta ut multos ad imitandum alliciant. Plurima congessit Boissonade pag. LVIII. alia aliis insulsiora. Frigidissimum est ultimum: „*Nuperrime Humboldtius ille periegetes a censore ingenioso vocabatur* Institutum ambulans." Sanior his Ruhnkenius, qui (*de Longino* cap. IX) ita scribit: „*ego facile credam — Longinum ipsum — non minus* viventem *istam* bibliothecam *et* ambulans Museum, *quam Gorgiae τάφον ἔμψυχον risurum fuisse.*"

Non minus inepte de Socrate dixit Eunapius pag. 21. (*Socratem*) ᾤοντο πάντες Ἀθηναῖοι περιπατοῦν ἄγαλμα σοφίας τυγχάνειν. Ubi est sana mens et simplicitas Veterum? Sed saeculum tum erat inepta mirari: itaque Plotini libri frequentius legebantur quam Platonis teste Eunapio pag. 7. Πλωτίνου — τὰ βιβλία — τοῖς πεπαιδευμένοις διὰ χειρὸς ΤΠΕΡ τοὺς Πλατωνικοὺς λόγους. Mirabatur illa aetas „*duram et contortam philosophorum qui conciliari nollent conciliationem, insanum allegorici sive secretioris sensus quaerendi studium, mysticas disputationes de Deo divinisque emanationibus et daemonibus, — alia denique multa, quibus tum vera et sincera Platonis philosophia foedum in modum adulterabatur.*" Quis de Plotino haec dicere ausus est? Ruhnkenius *de Longino* cap. VI. „*cuius docta audacia, si umquam alias, hic certe bonis literis plus profuit, quam iners et superstitiosa multorum — religio* [1])", qui quae non intelligebant admirari

1) Ruhnkenii haec verba sunt de Bentleio in Praefatione ad Hesychium Tom. II.

volebant videri. Fatetur ipse Eunapius: ὁ Πλωτῖνος — τῷ λαξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος. Aristophanes dixisset:

ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω
πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Sequitur pag. 7. Λογγῖνος — κρίνειν τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο. Verbum ἐπιτάττειν *imperare* absurde in tali re positum est. Suspicor emendari oportere ἐπετέτΡΑΠτο, omnium consensu Longino *permissum, concessum, datum erat* ut de scriptoribus antiquis iudicium ferret. Graeculos dicere ἐπιτέτραμμαι κρίνειν pro ἐπιτέτραπταί μοι κρίνειν infra ad *Historiarum* fragmenta ostendam.

Pag. 7. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν τῶν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. Vix credas Wyttenbachium serio scribere „κατὰ τὴν Σύρων πόλιν accipio *secundum patrium Syrorum morem, lingua Syrorum.*" Nodum quaerunt in scirpo. Porphyrius (inquit) primum in patria, *in urbe Syriae*, Malchus appellabatur, deinde eum Longinus mutato nomine Porphyrium appellavit. Longinus primum amicum suum Μάλχον nominabat. Porphyrius in *vita Plotini* cap. 17. ὁ Λογγῖνος προσφωνῶν τὸ περὶ ὁρμῆς Κλεοδάμῳ τε κἀμοὶ „Κλεόδαμέ τε καὶ Μάλχε" προὔγραψεν. Deinde eodem teste Amelius eum Βασιλέα nominare coepit ut est in Epistola cap. 17. Ἀμέλιος Βασιλεῖ εὖ πράττειν. Idem Longinus facit, qui in praefatione libri περὶ τέλους (*vit. Plot.* cap. 20. 13) eum appellat: τὸν κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα Βασιλέα τὸν Τύριον οὐδὲ αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν. Deinde aut a Longino (namque Eunapio satis credi non potest) aut ab alio Πορφύριος coeptus est vocari.

Pag. 8. de Longini auctoritate scribit: καὶ εἴ TIC κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις. Non continent haec sanam sententiam, sed emendandum: καὶ εἴ TI κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν οὐ τὸ πρότερον δοξασθὲν ἐκράτει ἀλλ' κτἑ. *Si quid* (Longinus)

in aliquo veterum scriptorum reprehendisset — omnes Longini iudicium sequebantur.

Pag. 8. ἔκειτο ἀποκαρτερῶν τροφὴν οὐ προσιέμενος. Non cogitavit Eunapius ἀποκαρτερεῖν et τροφὴν οὐ προσίεσθαι esse prorsus idem.

Pag. 9. ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆς σαφηνείας ἐπαινέσας καὶ διαπείρας γευσάμενος ὑπόμνημα γράψας εἰς φῶς ἤγαγεν. Scribe divisim διὰ πείρας. Nempe Porphyrius τῆς σαφηνείας ἐγεύσατο, non διαπείρας ἐγεύσατο, quod nihil est. Solent sic in Codd. antiquis praepositiones cum suo casu coalescere et uno verbo scribi.

Pag. 9. τὸ δὲ Πορφυρίου κλέος εἰς Πλωτῖνον πᾶσα μὲν ἀγορά, πᾶσα δὲ πληθὺς ἀνέφερεν. Wyttenbach. transponebat τὸ δὲ Πλωτίνου κλέος εἰς Πορφύριον. Nil mutandum arbitror: *omnes homines* (inquit) *Porphyrii gloriam ad Plotinum referebant auctorem*, id est *ea quae in Porphyrio admirabantur a Plotino sumta esse existimabant*. Tumide et inepte quum πάντες aut πάντες ἄνθρωποι vellet dicere, dixit: πᾶσα μὲν ἀγορά, πᾶσα δὲ πληθύς. Hoc populus curabat scilicet.

Quum Wyttenbachius nomina transponi iussit, non cogitavit haec de Porphyrio dici *post Plotini mortem* Romam reverso.

Ex multis lacunis, quarum pleraeque sunt insanabiles, unam et alteram feliciter Wyttenbach. cogitando explevit; in his pag. 10. καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ** ἄν τις μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα ***** πλέον ἐς αὐτὰ ἀπιδὼν ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου. Supplevit W. καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἂν τις μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα (θαυμάσειεν ὁ τοῦτο σπουδάζων, καὶ πάλιν αὖ τὰ δόγματα) ὁ πλέον ἐς αὐτὰ ἀπιδών. Malim: τῶν λόγων (θαυμάσειεν) ἄν τις μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα (περὶ τοῦτο σπουδάζων), nam verbum ante ἄν τις de more collocandum est et ἄν τις non fert articulum in ὁ τοῦτο σπουδάζων additum.

Pag. 11. ἐν Ῥώμῃ δὲ λέγεται μεταλαχεῖν τὸν βίον. Optime Wyttenbach. μετηλλαχέναι τὸν βίον *Diem obire* dicitur

τὸν βίον τελευτᾶν, καταῤῥέφειν, μεθιέναι et μεταλλάττειν et saepius τὸν βίον omittere solent. Exemplorum plena sunt omnia. Eunapius pag. 53. Αἰδεσίου δὲ μεταλλάξαντος. pag. 118. ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη μετήλλαξεν. p. 119. μετήλλαξε τὸ ζῆν, melius in aliis libris τὸν βίον.

Quid sit μεταλαγχάνειν ostendit locus Eunapii pag. 37. καὶ σὺ δὲ προαπολείψεις ἐμὲ καλὴν μεταλαχὼν λῆξιν, id est ἑτέραν ἀντὶ τῆς προτέρας λαχών, ut μεταλαμβάνειν ἐσθῆτα.

Μεταλαγχάνειν significare posse *impertiri* (μεταδιδόναι, non μετέχειν) Dindorfii opinio est ad St. Th. sed fallitur: in loco Plutarchi *Arist.* 6. μεταλαγχάνει est μετέχει, et Aelianus V. H. 12. 43. omnia ut solet confudit.

Pag. 11. πατρὶς δὲ ἦν αὐτῷ (*Iamblicho*) Χαλκίς· κατὰ τὴν Κοίλην προσαγορευομένην (add. Συρίαν) ἐστὶν ἡ πόλις. Nullo modo Συρίαν abesse potest.

Sequitur: οὗτος Ἀνατολίῳ τῷ ΚΑτὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα Φερομένῳ συγγενόμενος. Recte Wyttenbach. ΜΘτὰ Πορφύριον, et sic omnes in tali re loquuntur. Theocritus:

μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἄθλον ἀποισῇ.

Κατά et μετά scribuntur $\overset{\tau}{\kappa}$ - $\overset{\tau}{\mu}$, sed ita ut κ et μ vix et aegre discernantur. Hinc passim κατά et μετά ridicule inter se confunduntur, ut apud Eunapium pag. 14. καὶ ΚΑτὰ μικρὸν ἐπανῆεσαν οἱ θάψαντες τὸν τετελευτηκότα, non *paullatim*, sed *paullo post* μετὰ μικρόν redierunt. et pag. 92. ταχὺ μάλα ἐπὶ τὴν πολιτικὴν ΚΑτεπήδησεν ridicule legitur pro ΜΘτεπήδησεν, (*transsiliit*), in quo verbo inest levitatis derisio.

Sequitur: πολύ τε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἦΚΜασεν. Corrige: εἰς ἄκρον ῾ΗΛασεν. Eo sensu dicitur εἰς ἄκρον, εἰς τοσόνδε, ἐπὶ τοσοῦτον ἀφικέσθαι cum genitivo, ut apud Eunapium pag. 7. γραμματικῆς εἰς ἄκρον ἀφικόμενος. et pag. 65. μνήμης εἰς ἄκρον ἀφιγμένος. Eleganter dicitur in re eadem εἰς ἄκρον ἐλαύνων, ἐλάσας, ἐληλακώς, sed εἰς ἄκρον ἀκμάζειν nihil est. Apud Dionysium Halic. Tom. VI. pag. 764. ἐπιτιμῶ — ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ ἐγγὺς θείας ἐληλυθότι φύσεως, verum esse arbitror ἐληλΑΚότι. Eunapius ipse pag. 45. εἰς τοσόνδε ἀρετῆς ἤλασεν.

Pag. 12. ὥϛε θαυμαϛὸν ἦν ὅτι πᾶϛιν ἐπήρκει. Requiro: ὅπΩC πᾶϛιν, mirabantur *quo pacto* omnibus satisfacere posset.

Pag. 13. discipuli ad Iamblichum ita dicunt: ἐκΦέρεται πρὸϛ ἡμᾶϛ λόγοϛ ὑπὸ τῶν σῶν ἀνδραπόδων ὡϛ εὐχόμενοϛ τοῖϛ θεοῖϛ μετεωρίζῃ ἀπὸ τῆϛ γῆϛ πλέον ἢ δέκα πήχειϛ. Tam vitiose ponitur in tali re τὰ σὰ ἀνδράποδα ac si Latine dixeris „a *mancipiis* tuis." Servi δοῦλοι dicuntur et θεράποντεϛ et blandius οἰκέται, sed ἀνδράποδον cum contemtu dicitur et odio, ut in οὐκ ἀνδρὸϛ ἀλλ' ἀνδραπόδου τινόϛ in Platonis *Gorgia* pag. 483 *b*. et passim.

Post pauca in verbis παυομένῳ τῆϛ εὐχῆϛ σῶμα γίνεται [καὶ] τῷ πρὶν εὔχεσθαι ὅμοιον. Expunge importunam copulam.

Pag. 13. τοῦ λοιποῦ δὲ οὐδὲν χωρὶϛ ὑμῶν πεπράξεται. Vitiose dixit πεπράξεται, id est πεπραγμένον ἔϛαι, pro πραχθήϛεται. Raro et in paucis Attici ita loquuntur ut pro ῥηθήϛομαι dicant εἰρήϛομαι et πεπράϛομαι pro πραθήϛομαι et δεδήϛομαι pro δεθήϛομαι, quibus pauca addunt Tragici, veluti:

βεβλήϛεται τιϛ θεῶν βροτηϛίᾳ χερί;

et saepius in κεκλήϛομαι pro κληθήϛομαι. Delectatur his formis Eunapius, qui λελέξεται dixit pag. 52. 67. 77. πεπράξεται pag. 13. 15. ἀποπεπνίξεϛθαι pag. 24.

Narrat Eunapius pag. 13. audivisse se ex Chrysanthio ἐπιδείξειϛ μεγάλαϛ τῆϛ (Ἰαμβλίχου) θειότητοϛ. Prima μεγάλη ἐπίδειξιϛ haec est: *Iamblichus cum discipulis rure in urbem revertens repente in medio sermone obmutuit et deinde ad sodales* ἐξεβόηϛεν· „ἄλλην ὁδὸν πορευώμεθα, νεκρὸϛ γὰρ ἐντεῦθεν ἔναγχοϛ παρακεκόμιϛται" idque ita esse mox compertum est. Ex discipulorum numero nonnulli acutiores dicebant *parvum hoc esse et fortasse magistrum suum meliorem nasum habere*, μικρὸν τοῦτο εἶναι καὶ ὀϛΦρήϛεωϛ ἴϛωϛ που πλεονέκτημα, sed Eunapio haec est μεγάλη θειότητοϛ ἀπόδειξιϛ, cui addit alteram perinde puerilem et manifesto commenticiam. Et tamen non erubuit post pauca addere pag. 17. *impium facinus se esse arbitrari in literas referre* ἀκοὴν διεΦθαρμένην καὶ ῥέουϛαν.

Pag. 14. optime restituit compositionem loci Wyttenbach. copulam inserendo: ὡς δὲ τὰ πάντα εἶχε καλῶς (ΚΑΙ) ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεφον —, τὸν νοῦν ἐπισήσας κτέ. Copula καί saepe apud Eunapium aut molesta abundat, aut necessaria abest. Abundat iterum pag. 14 in verbis: ἄλλην ἐβάδιζεν [καὶ] ἥτις ἐφαίνετο καθαρωτέρα.

Pag. 14. ἠρώτησαν εἰ ταύτην εἶεν παρεληλυθότες τὴν ὁδόν. ὁ δέ „ἀναγκαῖον ἦν" ἄλλην γὰρ οὐκ ἔφασαν ἔχειν. Transpone: „ἀναγκαῖον ἦν" ἔφασαν. ἄλλην γὰρ οὐκ ἔχειν.

Pag. 15. πορεύονται δὲ κατὰ τὴν ὥραν [εἰς τὰ Γάδαρα] τοῦ ἔτους. Sine mora delendum εἰς τὰ Γάδαρα ex superiore loco male repetitum et in absurda sede collocatum. Κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους sic dirimi non possunt.

Pag. 15. λευκὸν ἦν τὸ παιδίον — καὶ χρυσοειδεῖς αὐτῷ κόμαι τὰ μετάφρενα καὶ τὰ στέρνα περιέστιλβον καὶ ὅλον ἐῴκει λουομένῳ. Leg. (καὶ) τὰ μετάφρενα et λουμένῳ, ut paullo ante: ὁ μὲν ἐτύγχανε λούμενος, οἱ δὲ συνελοῦντο.

Pag. 16. τὰ παιδία καθάπερ γνησίου τινὸς πατρὸς ΈΚΦύντα περιείχετο. Inepta lectio pro ΈΜΦύντα, quod restituit Wyttenbach. Sensus est simplex et apertus: *pueruli eum* amplexi *tenebant*.

Ubi haec mirifica discipuli viderunt οὐδὲν μετὰ τοῦτο ἐζήτησαν ἀλλ' Ἀπὸ τῶν Φανέντων ὥσπερ ὑπ' ἄρρΗτου ῥυτῆρος εἵλκοντο καὶ πᾶσιν ἐπίστευον. Vides quam sint haec puerilia et quam insulsi essent adolescentuli, qui haec stupentes spectarent. Rescribe autem Ὑπὸ τῶν Φανέντων ὥσπερ ὑπὸ ῥυτῆρος. Deinde cogita an intelligere possis quid sit ῥυτὴρ ἄρρητος. Si non poteris, restitue mecum ὑπ' ἀρρΗΚτου ῥυτῆρος. Proprie *vincula* δεσμά, πέδαι et sim. ἄρρηκτα dicuntur, quod plane in nostrum locum quadrat.

Sic dixit in fragm. *Histor.* 84. ὥσπερ Ἡρακλείοις δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις.

Pag. 18. οὔτε τὸ τῆς ψυχῆς ΣΥΝεφαίνετο μέγεθος. Emenda

'ΘΝεφαίνετο, ut Graeci omnes dicebant, et ἔμφασιν ἔχειν aut παρέχειν. Facillime et frequentissime in libris confunduntur ΘΝ et CTN, ΘΓ et CTΓ, etiam in Eunapii libris, ut pag. 4. ἅτε μηδενὸς ἐγγεγραφότος habent omnes pro CTγγεγραφότος, quod tandem Wyttenbach. revocavit.

Pag. 18. ὅτι μὲν εἴποντο πολλοὶ — παραδηλοῦται, ὅ τι δὲ εἶπεν ἢ ἔπραξεν ἀξιόλογον οὐκ 'ΕΠΙφαίνεται. Molesta est et non ferenda praepositio: φαίνεσθαι de tali re dicitur, non ἐπιφαίνεσθαι. Unde igitur ΕΠΙ natum esse dicamus? Fuerat olim ΟΥΚΕΤΙφαίνεται, id est οὐκέτι φαίνεται, et οὐκέτι, ut passim alibi, non est *non amplius*, sed paullo acrior negatio quam οὐ, ut apud Eunapium pag. 59. ὁ δὲ Μάξιμος ἔπιεν οὐκέτι. Maximus uxorem iusserat venenum sibi afferre: *generosi pectoris mulier bibit prior et statim moritur, qua mortua* Μάξιμος ἔπιεν οὐκέτι. Sic et pag. 101. κρείττων κατὰ τὰς καλουμένας μελέτας — ἐν τῷ διαλεχθῆναι οὐκ ἔθ' ὅμοιος, et multis aliis locis.

Pag. 20. ὁ δὲ — ἐπὶ τὸν ἐρικυδέστατον 'Ιάμβλιχον [ΟΥ] μακρὰν ὁδὸν ἐκ Καππαδοκίας εἰς Συρίαν συνέτεινε καὶ διήνυεν. Qui importunam negationem inseruit putasse videtur Cappadociam et Syriam vicinas fuisse. Tu statim expunge memor Syriam esse τὴν κοίλην Συρίαν Iamblichi patriam pag. 11. In tanta itinerum difficultate qui ex Cappadocia Coele-Syriam petebant *longam viam suscipiebant*, unde dixit μακρὰν ὁδὸν διήνυεν.

Pag. 20. τούτων γὰρ οὐδὲν ΘΙχομεν ἀναγράφειν. Requiritur praesens ᾽Εχομεν. *Nihil* habemus *quod de his scribamus.*

Puerilem fabulam de Socrate narrat pag. 21. *Aristophanem derisisse* ὃν γε ᾠοντο πάντες 'Αθηναῖοι περιπατοῦν ἄγαλμα σοφίας τυγχάνειν, *et ex ea re accusatores sumsisse animos.* ὡς δὲ εἶδον ἐγκεκλικὸς πρὸς τὴν ἡδονὴν τὸ θέατρον κατηγορίας ἥψαντό τινες καὶ τὴν ἀσεβῆ γραφὴν εἰς ἐκεῖνον ἐτόλμησαν. Nesciebat bonus Eunapius inter Aristophanis Νεφέλας et Socratis damnationem annos XXIV intercessisse. Aristophanes enim *Nubes* docuit ἐπὶ ἄρχοντος 'Ισάρχου anno $\frac{424}{423}$ et Socrates damnatus est ἐπὶ Λάχητος anno $\frac{400}{399}$. Eandem κατεψευσμένην ἱστορίαν fuse narrat Aeli-

anus V. H. II. 13. qui *vehementer placuisse* populo fabulam narrat (quam *explosam esse* constat inter omnes) et suspicatur Aristophanem *πένητα ἅμα καὶ κατάρατον ὄντα largitione ab accusatoribus Socratis esse corruptum.*

huic mandes si quid recte curatum velis.

Pag. 22. *Σωκράτους ἀπελθόντος βιαίως οὐδὲν ἔτι λαμπρὸν Ἀθηναίοις ἐπράχθη ἀλλ' ἥ τε πόλις ὑπέδωκε καὶ διὰ τὴν πόλιν τὰ τῆς Ἑλλάδος ἅπαντα συνεφθάρη.* Nihil in his esse veri Wyttenbach. satis demonstravit.

Pro *συνΝεφθάρη* scribendum videtur *συνΔιεφθάρη*, namque *συμφθείρεσθαι* non est *una perire*, sed *συρρέμβεσθαι, συναλύειν temere vagantem comitari*, quo sensu saepe *φθαρῆναι, ἀποφθαρῆναι, προσφθαρῆναι, περιφθαρῆναι* dici solet.

Pag. 22. *τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον κατὰ μὲν τοὺς παλαιοὺς χρόνους Ἀθηναίοις παρεῖχε τὴν σιτοπομπίαν καὶ περιττὸν ἦν τὸ ἐκεῖθεν ἀγώγιμον, ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις οὐδὲ τὸ ἀπ' Αἰγύπτου πλῆθος τῶν ὁλκάδων — κορέσαι τὸν μεθύοντα δύναται δῆμον.* Ex uno alteroque loco Demosthenis male intellecto Eunapius opinabatur *frumentum, quod Byzantinis de sua copia superesset*, Athenas devehi solere idque ad populum alendum satis fuisse. Nihil est minus verum, ut ex ipsa rei natura intelligitur. Frumentum enim ex Ponto advehebatur, sed naves frumento onustae non poterant Athenas pervenire si Byzantium esset in hostium potestate. Demosthenes pag. 254. 20, *ὁρῶν δὲ* (*Philippus*) *ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ βουλόμενος τῆς σιτοπομπίας κύριος γενέσθαι — Βυζαντίους — ἐπολιόρκει.* cf. pag. 307. 15.

Vides quam male haec Eunapius intellexerit.

Pag. 23. *ἂν μὴ καταπνεύσῃ νότος ἀκραὴς* [*καὶ ἄμικτος*]. Usus erat Eunapius, ut solet, vocabulo Homerico *ἀκραής* (ut *δυσκής* et alia) sed sciolus opinatus esse idem quod *ἄκρατος* adscripsit *ἄμικτος*.

Pag. 23. *Σώπατρος ὁ ΠΑΡΑ σοῦ τιμώμενος κατέδησε τοὺς ἀνέμους.* Sero nati Graeculi pro *ὑπό τινος* solebant *παρά τινος*

cum verbis passivis componere, ut Eunapius iterum pag. 67 *κατακοπεὶς παρὰ τῶν βαρβάρων*, et passim Iulianum et Libanium et aequales omnes ita errare videmus.

Pag. 24. *ἡ μὲν — καταλιποῦσα τὸν Αἰγύπτιον πρὶν τὸ θερμὸν ὕδωρ ἐπιΒΑΛεῖν κεχηνότα.* Ridiculum est *ἐπιβάλλειν ὕδωρ* pro *affundere aquam*, quod Graece dicitur *ἐπιχεῖν ὕδωρ*, ut *ὑποχεῖν οἶνον*. Hoc ipsum reposuerim: *πρὶν τὸ θερμὸν ὕδωρ ἐπιΧΘΙΝ*.

Pag. 25. (*Constantinus*) *Ἀβλαβίῳ τὸν παῖδα κατέλιπε Κωνσάντιον συμβασιλεύσαντα αὐτῷ*. Locos Libanii et Ammiani Marcellini de ea re protulimus in *Collect. Crit.* pag. 110.

Pag. 26. *ὁ μὲν Ἀβλάβιος τὰ περὶ Βιθυνίαν χωρία πάλαι παρεσκευασμένΑ βασιλικάς τε καταφυγὰς καὶ ῥᾳθυμίας ἔχοντα διέτριβεν ἐν ἀφθόνοις*, impeditam et soloecam verborum compositionem expedies scribendo: *χωρία πάλαι παρεσκευασμένΟC*, id est *ἔχων παρεσκευασμένα*. Scribae participium verbis vicinis *τὰ χωρία* accommodarunt.

Pag. 26. *οἱ δὲ συγχωρηθέντες εἰσελθεῖν — ἐπῆγον αὐτῷ τὸν πορφύρεον θάνατον*. Vidimus alibi Graeculos dicere *ἐπιτέτραμμαι κρίνειν*, *ἐπετράπην τι ποιεῖν* pro *permissum est mihi*. Eodem modo dicebant *συνεχωρήθην* pro *συνεχωρήθη μοι*.

Pag. 26. *καὶ ταῦτΑ ἔτισε Σωπάτρῳ δίκην ὁ πάντ' εὐδαίμων Ἀβλάβιος*. Emenda *ταύτΗΝ ἔτισε Σωπάτρῳ δίκην*. Erat in vetere libro *ταυ*. Herodotus IX. 94. *Εὐήνιε, ταύτην δίκην Ἀπολλωνιῆται τῆς ἐκτυφλώσιος ἐκτίνουσί τοι*. et sic omnes loquuntur.

Pag. 27, apponitur oraculum Aedesio in somnis editum et misellis versiculis conceptum, quamquam Eunapius admiratur *τὸ ὑπερφυὲς καὶ οὐρανόμηκες τῶν ἐπῶν*. In eo sic legitur:

ἦν δ' αὖ ποιμαίνῃς μήλων νομὸν ἠδ' ἔτι ταύρων
δὴ τότε σαυτὸν ἔελπε συνήορα καὶ μακάρεσσιν
ἔμμεναι.

Imperativi forma *ἔελπε* vitiosa est et a poëtastris ficta. Lingua Epica non habet alias formas quam *ἔλπομαι* (*γέλπομαι*) et

ἔολπα (τέτολπα). Imperativus est ἔλπεο et *fortasse* (nam non reperiuntur exempla) ἔολπε. Fieri potest igitur ut homo ἔΟλπε dixerit sed propius vero est hoc quoque (ut alia sexcenta) a poëtastris male esse formatum. Sed nihil prorsus significat σαυτὸν ἔελπε CTNHOPA ἔμμεναι ἀθανάτοισι. Veram lectionem esse arbitror συνήMONA καὶ μακάρεσσιν. Ex Homeri locis Iliad. N. 381.

ἀλλ' ἕπου ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα — ἀμφὶ γάμῳ.

et X. 261.

Ἕκτωρ, μή μοι, ἄλαστε, συνημοσύνας ἀγόρευε.

Alexandrini poëtae formarunt adiectivum συνήμων quod Grammatici interpretantur esse συνήθης, ἑταῖρος, ὁμοήθης, itaque συνήμων ἀθανάτοισιν est συνδίαιτος, ὁμοδίαιτος, συνόμιλος τοῖς θεοῖς. Itaque philosophum, qui ut Romulus *„in coelo cum Dis agit aevum"* συνήμονα μακάρεσσιν appellabant.

Pag. 28. περιεχήκεσαν ὥσπερ κύνες ὠρυόμενοι περὶ τὰ πρόθυρα καὶ διασπάσΑσθαι ἀπειλοῦντες. Corrigendum διασπάσΘσθαι.

Bellissima haec comparatio est: discendi avida iuventus circa fores desiderati magistri *veluti canes ululantes circumstabat* seque eum nisi cederet *dilaniaturam esse* minabatur.

Pag. 28. συνωμολογεῖτο τὸν ἄνδρα τοῦτον ὀΦθῆναι καὶ εἶναι κάλλιςον καὶ εἰς πεῖραν λόγων ἐλθεῖν δεινότατον. Fatuum est ὀΦθῆναι καὶ εἶναι κάλλιςον, quasi non esset unum et idem. Sed tu transpone τὸν ἄνδρα τοῦτον καὶ ὀΦθῆναι εἶναι κάλλιςον καὶ — δεινότατον. Ut Veteres dicebant καλὸς ἰδεῖν, sic recentiores καλὸς ὀΦθῆναι. Sic et pag. 65. κάλλιςος ὢν καὶ μέγας ὀΦθῆναι.

Pag. 29. (*rex Persarum Antiochiae*) τὴν ἄκραν τὴν ὑπερκειμένην τοῦ θεάτρου καταλαβὼν — τὸ πολὺ πλῆθος τῶν θεωμένων CTNετόξευσεν. Sententia manifesto haec est: *„magnam partem spectatorum sagittis confixit."* Itaque KATετόξευσε scribendum. Non illepide dixit Eunapius fragm. *Histor.* 77. de sagittario temulento: τοξότης ἄριςος, εἴ γε μὴ KATετόξευεν αὐτὸν τὸ περιττὸν τῆς τρυφῆς.

Pag. 30. μικροῦ τινὸς ἐδέησε τὸν Περσῶν βασιλέα τήν τε ὀρθὴν μεταβαλεῖν τιάραν καὶ τοὺς — λιθοκολλήτους ἀποΛΤCαι κόσμους. Mendosum est ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀπέλυσε τοὺς κόσμους. Legendum arbitror ἀποΔΤΝαι, *exuere*, *deponere*. Veteres dicebant μικροῦ ἐδέησεν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀποδῦναι τοὺς κόσμους, ut ὀλίγου δέω (δεῖς) λέγειν, sequiores ὀλίγου δεῖ με λέγειν, μικροῦ ἐδέησε τὸν βασιλέα ἀποδῦναι τοὺς κόσμους. *Parum abfuit quin Rex Persarum ornamenta deponeret et pallium suum regium Eustathii detrito palliolo permutaret.*

Sequitur: τοσαύτην τῆς ΤΤΧΗC ἐποιήσατο καταδρομὴν καὶ τῶν περὶ σῶμα κόσμων καὶ εἰς τοσοῦτο κακοδαιμονίας τοὺς φιλοσωμάτους ἀνήγαγεν. Facile senties quam sit τύχη ab hoc loco alienum. Non enim *fortunam* insectabatur (namque hoc est καταδρομὴν ποιεῖσθαι) sed *luxuriam* et *nimios corporis ornatus*. Quid igitur? Reponendum quod sententia postulat: τοσαύτην τῆς ΤΡΤΦῆς ἐποιήσατο καταδρομήν.

Pag. 31. τὰ δὲ κατὰ τὴν πρεσβείαν ἅπαντα ἢν ὑπὲρ ἐλπίδας. Sed certum est legatos *re infecta domum rediisse et nihil ab obstinatissimo rege impetrare potuisse*, ut ex Ammiano Marcellino XVII. 14. Wyttenbach. demonstravit, quo iudice „*Eunapius Eustathium — falso legationis feliciter gestae laudibus celebravit veriora sive sciens sive ignorans.*" Sed neque ignorare hoc poterat neque sic sciens dolo malo mentiri in re omnibus nota. Scriba nobis imposuit qui quum dare deberet: τὰ δὲ κατὰ τὴν πρεσβείαν ἅπαντα ἢν ΠΑΡ' ἐλπίδας, aliud agens ὑπὲρ ἐλπίδας substituit. Magna erat hominum exspectatio, sed *omnia in hac legatione spem fefellerunt, omnia praeter spem et exspectationem evenerunt*. Ne dubites inspice ea quae continuo praecedunt, ubi Magi dicuntur impulisse Persarum regem Saporam ἀποκρίνασθαι τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων· τί δήποτε ἄνδρας εὐτυχοῦντες τοιούτους εἶτα πέμπουσιν ἀνδραπόδων πλουτούντων οὐδὲν διαφέροντας; Quinam tandem dicuntur ἀνδραπόδων πλουτούντων οὐδὲν διαφέρειν? Nempe hi ipsi legati, qui contumeliose negotio infecto dimittuntur. Itaque una literula mutata emendandum est: ἄνδρας εὐτυχοῦντες τοCούτους — πέμπουσιν ἀνδραπόδων οὐδὲν διαφέροντας. „*Cur* (inquit) *quum tanta sit Romanis fortium virorum copia haec mancipia ad nos mittitis?*" Ἄνδρας et ἀνδράποδα inter se opponi

supra iam verbo indicavimus: Nulla igitur superest dubitatio quin omnia in hac legatione evenerint παρ' ἐλπίδας. Non philosophos, sed militares viros solebant Romani legatos mittere. pag. 29. εἰώθεσαν οἱ βασιλεύοντες τοὺς κατὰ στρατιὰν ἐπαινουμένους ἐπὶ τὰς πρεσβείας χειροτονεῖν.

Contrario errore pag. 32. de uberrimo et inexspectato vinearum proventu scriptum est: ὡς δὲ ὁ καρπὸς ἀπήντησε παρὰ τὴν ἐλπίδα, pro ἀπήντησεν Ὑπὲρ τὴν ἐλπίδα.

Pag. 32. ἣν γὰρ (*Sosipatra*) ἐκ τῆς περὶ Ἔφεσον Ἀσίας, ὅσην Κάϋστρος ποταμὸς ἐπιὼν καὶ διαρρέων [γῆν] τὴν ἐπωνυμίαν ἀΦ' ἑαυτοῦ τῷ πεδίῳ δίδωσιν. Expunge γῆν quod verborum compositionem vitiat et natum est ex dittographia ΓΗΝ — ΤΗΝ.

Pag. 33. εἰ δέ τι βούλει σοι τῆς τραπέζης καὶ τῶν ξενίων δοθῆναι παρ' ἡμῶν. Excidit vocabulum sententiae necessarium: τῆς τραπέζης καὶ τῶν ξενίων ΑΞΙΟΝ.

Pag. 33. καὶ εἰς γε πέμπτον ἔτος ΜΗΔΕΝΟC περὶ τῇ παιδίσκῃ Φοβηθῇς, μὴ θάνατον, ἀλλ' ἥσυχος ἔσο. Scriptum olim fuisse suspicor: μὴ νόσον Φοβηθῇς, μὴ θάνατον. Neglecto, ut sexcenties, compendio (ˋ) ον significante μηνοσ in μηδενος conversum est.

Pag. 33. μέχρις ἂν τὸ πέμπτον ἔτος — ἐξίκηται. Eo sensu quem locus requirit dicebant ἐξήκῃ, non ἐξίκηται.

Quam putide dictum est in tam tenui re περιτελλομένων τῶν ἡλιακῶν κύκλων. Sed Eunapio non videbatur satis esse: μέχρι ἂν τὸ πέμπτον ἔτος ἐξήκῃ.

Quum vellet Eunapius mirifice et Ὁμηρικῶς dicere ita dixit: πλοῦτός σοι — ἀπὸ τοῦ χωρίου Φύσεται καὶ ἀναθηλήσει, sed non meminit ἀναθηλήσει (id est ἀναβλαστήσει) dici de iis quae *amputata*, *resecta*, *accisa*, et apud Homerum *decorticata*, *reflorescunt*.

C. G. COBET.

(*Continuabitur.*)

AD

PORPHYRII

VITAM PLOTINI.

PLOTINI opera omnia. PORPHYRII liber de vita Plotini. edidit FRIDERICUS CREUZER. Oxonii. 1835.

Fabricius quum Porphyrii librum *de vita Plotini* in Bibliotheca Graeca Tom. IV. pag. 91 sqq. ederet utilissimum praemisit „*Conspectum Chronologicum vitae Plotini*" repetitum a Creuzero.

In ea Synopsi caeterum diligentissime confecta unus est error commissus in imperio Gallieni, cuius annus *primus* ponitur qui esset revera *quartus*.

Describam locum ex Fabricio, deinde quo pacto sit corrigendus ostendam.

A. C.	Imperatoris.		vitae Plotini.	
254.	VALERIANI et GALLIENI	1.	50.	
55.		2.	51.	Origenes, Plotini condiscipulus, scripsit librum ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. cap. 3.
56.		3.	52.	
57.	GALLIENI	1.	53.	
58.		2.	54.	
59.		3.	55.	
260.		4.	56.	
61.		5.	57.	

62.		6.	58. gravis pestilentia Romae, qua Plotinus laboravit cap. 2.
63.		7.	59. Porphyrius triginta annos natus — venit Romam atque inde Plotino per sexennium adhaeret cap. 4 sq.
64.		8.	60.
65.		9.	61. Longinus librum περὶ τέλους scribit contra Plotinum et Amelium cap. 20.
66.		10.	62.
67.		11.	63.
68.		12.	64. in Siciliam se contulit Porphyrius postquam per sex annos fuerat moratus cum Plotino cap. 5. 6. 11.
69.	CLAUDII	1.	65. Amelius Apameam Syriae se contulit, — Plotinus in Campaniam. cap 2.
270.		2.	66. Plotinus obiit in Campania praesente Eustochio cap. 2. et 7.

Haec igitur sic constituenda et supplenda sunt:

A. C.	Imperatoris.		vitae Plotini.
254.	VALERIANI et GALLIENI	1.	50.
55.		2.	51.
56.		3.	52.
57.	GALLIENI solius	4.	53.
58.		5.	54.
59.		6.	55.
260.		7.	56.
61.		8.	57.
62.		9.	58.
63.		10.	59. Gallieni decennalia (ἡ δεκαετία). Paullo ante decennalia Porphyrius Romam venit cap. 4.
64.		11.	60.
65.		12.	61.
66.		13.	62.
67.		14.	63.

68.		15.	64. Gallienus moritur. Porphyrius in Siciliam secessit cap. 6.
69.	CLAUDII	1.	65.
270.		2.	66. Plotinus diem obiit in Campania.

cf. nunc Porphyrium cap. 4. *τῷ δεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετ' Ἀντωνίου τοῦ Ῥοδίου γεγονὼς καταλαμβάνω τὸν Ἀμέλιον ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας. — ἦν δὲ ὁ Πλωτῖνος τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐννέα. ἐγὼ δὲ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα αὐτὸς ὢν τότε ἐτῶν τριάκοντα.* et post pauca: *τὸ δέκατον ἔτος τῆς Γαλιήνου ἀρχῆς ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ (Plotino) ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἐγνωρίσθην.* Luculentum et disertum hoc testimonium est, unde de Plotini et Porphyrii aetate liquido constat. Paucis interpositis iterum idem inculcat: *ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ (Plotino) προσῆλθον ἐγὼ ὁ Πορφύριος — πεντηκοστὸν καὶ ἕνατον ἔτος ἦγεν ὁ Πλωτῖνος.* et ita pergit cap. 5. *συγγεγονὼς* (leg. *συγγέγονα*) *δὲ αὐτῷ τοῦτό τε τὸ ἔτος* (263) *καὶ ἐφεξῆς ἄλλα ἔτη πέντε* (264—268). *ὀλίγον γὰρ ἔτι* (leg. *γάρ τι*) *πρότερον τῆς δεκαετίας ἐγεγόνειν ὁ Πορφύριος ἐν τῇ Ῥώμῃ.* Ad *δεκαετίας* Wyttenbach. annotavit: „*Lege ἐξαετίας.*" et Creuzer.: „*sine libris mutare non sum ausus.*" Bonum factum quod intactam librorum lectionem reliquit. Imposuit utrique, ut vides, Fabricii error, qui Gallieni annum *septimum* posuit pro *decimo*, quia omisit triennium (254—256) quo Valerianus cum filio Gallieno simul imperavit. De secessione sua in Siciliam scribit Porphyrius cap. 6. *ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ διατρίβοντός μου (ἐκεῖ γὰρ ἀνεχώρησα περὶ τὸ ΠΕΝΤΕκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Γαλιήνου) — πέντε βιβλία ἀπέῤῥειλέ μοι.* Itaque annus 268 est *decimus quintus* Gallieni, non *duodecimus*. cf. Zonaras XII. 25. *Γαλλίηνος ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς πεντεκαίδεκα σὺν τοῖς τοῦ πατρός.* Hoc igitur anno 263. a Gallieno decennalia celebrante Plotinus annorum LIX petiit ut sibi *Πλάτωνος πόλιν* in Campania condere vellet, ubi Platonis legibus viveretur. *καὶ ἐγένετ' ἄν*, ut scribit cap. 12, *τὸ βούλημα ἐκ τοῦ ῥᾴστου τῷ Φιλοσόφῳ εἰ μή τινες τῶν συνόντων τῷ βασιλεῖ — ἐνεπόδισαν.* Viri docti non possunt inducere in animum tantam in Plotino fuisse *εὐήθειαν* ut hoc serio a principe petierit et Platonis Rempublicam Platonis legibus regendam in Campania

condere voluerit. Itaque Creuzer suspicatur „*Plotinum qui Pythagoricam vitam sectaretur — hoc consilii cepisse, quo segregatus a reliquorum hominum multitudine et turba cum suis Pythagorice et Platonice viveret.*" Quid? eratne Plotino opus nova urbe et agris circa urbem fertilissimis ut ipse cum pauculis sectatoribus vitam ageret ab hominum turba segregatam? Nonne poterat Pythagorice vivere Romae, ut Pythagoras ipse Crotone et in florentissimis Graeciae maioris oppidis? et Platonice, ut ipse Plato Athenis? Praeterea non animadverterunt Plotinum a principe non tantum urbem et agros flagitasse sed etiam *colonos* qui τὴν Πλάτωνος πόλιν incolerent. νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος, deinde se et sectatores suos addit: ἐκεῖ τε αὐτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων (qui erant admodum pauci) ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο. Qui haec non concoquunt non satis reputant quam credulus, quam superstitiosus, quam puerilis fuerit optimi et candidissimi philosophi animus. Audi ex Porphyrio cap. 10. quam ei imposuerit astutus ex Aegypto sacerdos: Αἰγύπτιος γάρ τις ἱερεὺς ἀνελθὼν εἰς τὴν Ῥώμην — θέλων τε τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἀπόδειξιν δοῦναι ἠξίωσε τὸν Πλωτῖνον ἐπὶ θέαν ἀφικέσθαι τοῦ συνόντος αὐτῷ οἰκείου δαίμονος καλουμένου. Si mica salis in Plotino fuisset nonne impudentem impostorem multum valere iussisset? Quid Platonem putemus facturum fuisse si quis ei idem promisisset? Idem, opinor, quod ego ac tu, qui haec legis. Non ita Plotinus: τοῦ δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος γίνεται μὲν ἐν τῷ Ἰσείῳ ἡ κλῆσις· μόνον γὰρ ἐκεῖνον τὸν τόπον καθαρὸν φησιν εὑρεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Αἰγύπτιον. agnoscimus in his τῶν γοήτων orationem et morem. κληθέντα δὲ εἰς αὐτοψίαν τὸν δαίμονα ΘΕΟΝ ἐλθεῖν καὶ μὴ τοῦ δαιμόνων εἶναι γένους. Tum Aegyptius ad Plotinum: μακάριος εἶ (inquit) θεὸν ἔχων τὸν δαίμονα καὶ οὐ τοῦ ὑφειμένου γένους τὸν συνόντα. Sed *interrogandi dei non est data copia quia amicus qui huic spectaculo aderat* τὰς ὄρνις (*gallinas*) ἃς κατεῖχε Φυλακῆς ἕνεκα *suffocarat incertum invidiane an metu.* et sic Plotinus laetus ac sibi placens quod non δαίμονα minorum gentium sed maiorum gentium Deum esset sortitus abiit. Haec Plotinus serio Porphyrio narravit, et Porphyrius serio memoriae prodidit. Nonne eiusdem hominis est et haec vera esse credere et Platonis rempublicam condere velle?

Plotinus *αἰσχυνόμενος ὅτι ἐν σώματι εἴη* (cap. 1) *neque de genere, neque de parentibus, neque de patria quidquam narrare sustinebat*, sed tamen alia quaedam de se cum Porphyrio subinde communicavit quae qualia sint ipse iudicabis. Narrat enim cap. 2. *Se quum esset* VIII *annorum et in ludum itare coepisset nutricis mammas lactis avidum nudare solitum, sed ab aliquo* petulantem puerum (*ἀτηρὸν παιδίον*) *appellatum pudore suffusum destitisse.* Erat scilicet operae pretium huius rei memoriam ad posteros propagare. Non minus utile est scire Plotinum pertinaciter pingi se noluisse et quo pacto auditores simillimam magistri imaginem curaverint pingendam, ut multis verbis exponit Porphyrius cap. 1.

Ad cap. 1. Creuzer affert ex Davide philosopho dictum de Plotino, quod non vidit metro esse ligatum. Hexameter est:

οὐ πολλοὺς Αἴγυπτος, ἐπὰν δὲ τέκῃ μέγα τίκτει.

Cap. 2. *Plotinus neglecta corporis cura in anginam incidit, unde raucedo vocis, caligo oculorum, ulcera in manibus pedibusque nata.* Itaque *ἐκτρεπομένων αὐτοῦ τὰς συναντήσεις τῶν φίλων διὰ τὸ ἀπὸ στόματος πάντας προσαγορεύειν ἔθος ἔχειν τῆς πόλεως ἀπαλλάττεται.* Bona fide Ficinus vertit: *„quam ob rem cum amici eum non amplius salutarent, propterea quod ipse omnes ore proprio appellare consueverat, ex Urbe discessit."* Mirificos nobis narrat amicos, qui optimum magistrum graviter aegrotantem ne salutare quidem dignabantur, sed multo etiam magis mirificam causam cur ita facerent addidit: quod *ipse omnes proprio ore appellare consueverat.* At omnes, credo, proprio ore (non alieno) amicos salutare solemus. Nihil horum est in Graecis, sed quod Porphyrius *σεμνῶς* enuntiaverat non est intellectum. Solebat Plotinus amicos omnes *osculo excipere* (quod *εὐσχημόνως* ita dixit *ἀπὸ στόματος πάντας προσαγορεύειν*). De ea consuetudine, qua solebant Romae amicos *osculo excipere, osculum ferre, ingerere osculum* vid. Torrent. ad Suetonii verba in *Tiberio* 34. *quotidiana oscula prohibuit edicto.* Itaque non est mirandum amicos propterea eius congressus vitasse, namque hoc est *ἐκτρεπομένων αὐτοῦ τὰς συναντήσεις τῶν φίλων*, ut vir bonus in Aristophanis *Pluto* ab amicis desertus queritur:

οἱ δ' ἐξετρέποντο κοὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι.

Sic omnia plana et perspicua sunt.

De foeditate teterrimi morbi, quo Plotinus sub vitae exitum laboravit, scribit Iulius Firmicus Maternus mathematicus (laudatus a Fabricio B. G. Tom. IV. pag. 152.) *primum membra eius frigido sanguinis torpore riguerunt et oculorum acies splendorem paulatim extenuati luminis perdidit, postea per totam eius cutem magnis humoribus nutrita pestis erupit ut putre corpus deficientibus membris corrupti sanguinis morte tabesceret per omnes dies ac per omnes horas serpente morbo minutae partes viscerum defluebant et quicquid paulo ante integrum videras statim confecti corporis exulceratio deformabat*, et plura eiusdem foeditatis.

De secessione Plotini in Campaniam idem Firmicus haec narrat: *locum sibi quietae sedis elegit ut ab omni humanae conversationis strepitu separatus fortunae se liberaret invidia*, et post pauca: *ad collocandam sedem amoenum sibi Campaniae* (leg. *Campanae*) *civitatis solum elegisse narratur, ubi semper aëris quieta moderatio cunctos incolas salubri vegetatione sustentat, ubi nec vis hyemis nec flagrantis solis accessio, sed composita temperies ex utroque moderatur.* Omnia mathematicus confundit: Plotinus perpetuo Romae vixit sed per aestatem de more rusticans in villa Zethi familiaris amici ad sextum lapidem a Minturnis Campana civitate feriabatur. Porphyr. in vita cap. 5. τοῦ Πλωτίνου τὰς θερινὰς ἄγοντος ἀργοῦ (leg. ἀργούς), et cap. 7. *Plotinus Zethi familiariter utebatur* ὡς καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν (*secedere*) πρὸ ἓξ σημείων Μιντουρνῶν ὑπάρχοντας, οὓς Καστρίκιος ἐκέκτητο ὁ Φίρμος καλούμενος. Itaque ingravescente morbo Urbe cessit (cap. 2.) εἰς δὲ τὴν Καμπανίαν ἐλθὼν εἰς Ζήθου χωρίον ἑταίρου παλαιοῦ αὐτῷ γεγονότος καὶ τεθνηκότος κατάγεται, τὰ δ' ἀναγκαῖα αὐτῷ ἔκ τε τῶν τοῦ Ζήθου ἐτελεῖτο καὶ ἐκ Μιντουρνῶν ἐκομίζετο ἐκ τῶν Καστρικίου, ἐν Μιντούρναις γὰρ ὁ Καστρίκιος τὰς κτήσεις εἶχεν. Iam apparet Firmici error et videas quae esset haec Plotini in Campaniam secessio, quae cum Platonis republica nihil commune habebat.

Plotinus qui anno 269 Romam reliquerat sequenti anno ad Minturnas excessit e vita.

Cap. 3. *Ὠριγένης — ἔγραψεν οὐδὲν πλὴν τὸ περὶ τῶν δαιμόνων σύγγραμμα καὶ ἐπὶ Γαλιήνου ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς.* Hic libri titulus multa eruditis negotia facessivit reiecta simplicissima Valesii sententia existimantis eum librum *„conscriptum in laudem Gallieni imperatoris, ut poëticam eius facultatem praedicaret."* Adscribam locum Trebellii Pollionis in *Gall.* cap. XI. *Fuit enim Gallienus, quod negari non potest, oratione, poëmate atque omnibus artibus clarus. Huius est illud epithalamium quod inter centum poëtas praecipuum fuit* (*μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς*). *Nam cum fratrum suorum filios coniugaret et omnes poëtae Graeci Latinique epithalamia dixissent idque per dies plurimos cum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, saepius ita dixisse fertur:*

Ite, ait, o pueri, pariter sudate medullis
omnibus inter vos: non murmura vestra columbae,
brachia non hederae, non vincant oscula conchae.

Longum est eius versus orationesque connectere, quibus suo tempore tam inter poëtas quam inter rhetores EMICUIT. *Sed aliud in Imperatore quaeritur, aliud in oratore vel poëta flagitatur."*

Repudiant Valesii sententiam Fabricius et Ruhnkenius *de Longino* §. 5. ubi ita dicit: *„neque Origenem — decebat sibi de versibus Latinis iudicium arrogare neque tam foeda ignavissimi Imperatoris adulatio in gravem philosophum cadebat."* Fuerit Gallienus in rebus bellicis ignavus et socors, sed amabat philosophiam et philosophos et Plotinum in summo honore habebat solentque philosophi *τιμώμενοι ἀντιτιμᾶν* neque laudator umquam arrogans videtur iis quos laudat.

Caeterum coniecturae doctorum sunt omnes improbabiles et infelices, quales esse solent eorum qui locum sanum et integrum sollicitant.

Rem conficere videtur additum *ἐπὶ Γαλιήνου*, quod non *de aetate* accipiendum sed *de libri argumento*: *„Origenes* de Gallieno *scripsit ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς."*

Cap. 3. *ἦν δ' ἡ διατριβὴ* (*Plotini per* X *annos primos*) *ὡς ἂν αὐτοῦ ζητεῖν προτρεπομένου τοὺς συνόντας ἀταξίας πλήρης καὶ πολλῆς φλυαρίας, ὡς Ἀμέλιος ἡμῖν διηγεῖτο.* Amissa una literula sententiam loci ita obscuravit ut Porphyrius ineptire videatur.

Cur, quaeso, *schola Plotini plena erat confusionis et nugarum?* quia *„permiserat* (ut Ficinus vertit) *vel invitaverat familiares suos pro arbitrio eum interrogare."* Nugae! Emenda ὡς ἂν αὐτοῖς ζητεῖν προτρεπομένου τοὺς συνόντας. Non docebat sed auditores *ipsos* quaerere iubebat, quod si quis faceret etiamnunc haberet auditorium plenum confusionis et nugarum.

Cap. 3. de Amelio: Φιλοπονίᾳ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῶν καθ' αὐτὸν πάντων. Usitate dicitur Φιλοπονίᾳ ὑπερβαλλόμενος pro Φιλοπονώτατος ὤν, sed requirit accusativum τοὺς καθ' αὐτὸν πάντας, quod quum nemo in genitivum convertere potuerit suspicor in ὑπερβαλλόμενος mendum haerere. Porphyrius fortasse διαφέρων dixerat, in cuius locum glossema ὑπερβαλλόμενος irrepserit.

Cap. 4. *quo tempore Porphyrius Plotinum audire coepit scripserat Plotinus libros* XXI. ἃ καὶ κατείληφα ἐκδεδομένα ὀλίγοις· οὐδὲ γὰρ ἦν πω ῥᾳδία ἡ ἔκδοσις οὐδὲ εὐσυνειδήτως ἐγίγνετο οὐδ' ἁπλῶς κἀκ τοῦ βάθους ἀλλὰ μετὰ πάσης κρίσεως τῶν λαμβανόντων. Inextricabilis est difficultas in εὐσυνειδήτως, *cum bona conscientia*, et subridebis ad Ficini interpretationem et Creuzeri argutias. Corrigendum est οὐδὲ Ἀσυνειδήτως ἐγίγνετο. Accipiebant libros Plotini illi soli quos dignos iudicaverat, neque *illo* INCONSCIO quisquam habebat. Sero nati Graeculi pro τὸ συνειδός dicebant ἡ συνείδησις (ut πεποίθησις, ἐγρήγορσις et sim.) unde propullularunt εὐσυνειδησία, εὐσυνειδητεῖν, εὐσυνείδητος et εὐσυνειδήτως, et ἀσυνειδησία, ἀσυνείδητος, ἀσυνειδήτως, quae omnia putida et novicia sunt. Affertur ἀσυνειδήτως e Plutarchi *Apophth. Lacon.* pag. 214 *f.* ἀσυνειδήτως τοῖς ἄλλοις, quod non Plutarchi est, sed Graeculi qui haec suis verbis consarcinavit.

Cap. 7. ἔσχε δὲ (*Plotinus*) — ζηλωτὰς — Ἀμέλιον — οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον· αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ Ρ Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου. Sine controversia αὐτός est Plotinus, quare scribendum αὐτὸν (non αὐτὸν) καλεῖν ἠξίου. Plotinus nolebat amicum suum nomen a *socordia* (ἀμέλεια) habere videri. Amelius ipse scribit cap. 17. Ἀμέλιος Βασιλεῖ εὖ πράττειν. Huic ipsi Amelio Gentiliano Timaeus misit suas λέξεις Πλάτωνος, namque

pro Τίμαιος Γεντιανῷ εὖ πράττειν rectissime Toupius Γεντιλιανῷ emendavit. Quod autem Timaeus eum *Romanum* esse dicit οὐχ ὑμῖν μόνοις τοῖς Ῥωμαίοις ὄντ' ἀσαφῆ, Gentilianus erat ex Etruria teste Porphyrio cap. 7. Ἀμέλιον ἀπὸ τῆς Τουσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον.

Cap. 7. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀλεξανδρέα Εὐσόχιον ἰατρικὸν ἔσχεν ἔτϵρον, corrigendum ἑτΑΙρον, ut post pauca emendate scribitur: ἔσχε δὲ καὶ Ζῆθον ἑταῖρον, et τοῦ Ἀμμωνίου γενομένου ἑταίρου, et in fine capitis: ἔσχε δὲ καὶ ἐμὲ ΠορΦύριον Τύριον ὄντα ἐν τοῖς μάλιϛα ἑταῖρον.

Cap. 8. scribit Porphyrius *sibi mandatum esse a Plotino, ut suos libros corrigeret* (διορθοῦν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα), quibus magnopere erat correctione opus, γράψας γὰρ ἐκεῖνος δὶς τὸ γραφὲν μεταβαλεῖν οὐδέ ποτ' ἠνέσχετο ἀλλ' οὐδὲ ἅπαξ γοῦν ἀναγνῶναι, *neque scripta nitide describebat umquam et ne relegebat quidem: oculis enim infirmioribus utebatur.* Sequitur locus de Plotini in scribendo negligentia descriptus ab incerto scriptore Poliorceticorum in Wescheri *Poliorc.* pag. 201: Πλωτῖνος ὁ μέγας ἔγραφεν, ὥς φησιν ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ ΠορΦύριος, οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα οὔτε εὐσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν οὔτε τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνου τοῦ νοῦ καὶ τῶν πραγμάτων ἐχόμενος, quae totidem verbis apud Porphyrium leguntur nisi quod in fine καὶ τῶν πραγμάτων omissum est. Praeterea utebatur vitiosa admodum oratione cap. 13. ἔν τισι λέξεσιν ἁμαρτάνων· οὐ γὰρ ἂν εἶπεν ἀναμιμνήσκεται ἀλλ' ἀναμνημίσκεται καὶ ἄλλα τινὰ παράσημα ὀνόματα, ἃ καὶ ἐν τῷ γράΦειν ἐτήρει. Hinc coniicias quam mendosa fuerint Plotini autographa. Ludicrum est quod ex ea re Longino τῷ κριτικωτάτῳ evenit. Scribit ad Porphyrium cap. 19. *habere se omnia Plotini scripta,* κέκτημαι δὲ ἡμιτελῶς, οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα. καίτοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλήψεσθαι τὰ τῶν γραΦέων πταίσματα, τῷ δ' ἦν (add. ἄρα) ἄλλα προὐργιαίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρείας. οὔκουν ἔχω τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι καίπερ ὑπερεπιθυμῶν τά τε περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι, ταῦτα γὰρ οὖν καὶ μάλιϛα διημάρτηται. καὶ πάνυ βουλοίμην ἂν ἐλθεῖν μοι παρὰ σοῦ τὰ μετ' ἀκριβείας γεγραμμένα

τοῦ παραναγνῶναι μόνον εἶτα ἀποπέμψαι πάλιν. Quid ad haec Porphyrius? audi (cap. 20): ἐδόκει δὲ (*Longinus*) ἃ ἐκτήσατο ἐκ τῶν Ἀμελίου λαβὼν ἡμαρτῆσθαι διὰ τὸ μὴ νοεῖν τοῦ ἀνδρὸς τὴν συνήθη ἑρμηνείαν. εἰ γάρ τινα καὶ ἄλλα καὶ τὰ παρ' Ἀμελίῳ διώρθωτο ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτογράφων μετειλημμένα. Ergo quae Criticorum princeps tam mendosa esse iudicabat ut legi non possent ea Porphyrius omnium emendatissima esse affirmat utpote *ex autographis Plotini descripta*. Neuter fallitur: erant enim ex autographis sumta sed autographa ipsa vitiis et erroribus scatebant, ut vidimus. Poterat haec emendare Porphyrius, sed non poterat Amelius, qui et ipse a Porphyrio petere solebat ut a se scripta (Romano homine) corrigeret cap. 17. ὅτι δὲ εἴ τι τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἑξίας παραχαράττοιτο διορθώσῃ εὐμενῶς εὖ οἶδα, ubi quid sit ἀπὸ τῆς οἰκείας ἑξίας nunc perspicuum esse arbitror: *si quid* (inquit) *ex linguae Latinae usu perverse a me scriptum est, tu benevolo animo emendabis, sat scio.*"

Cap. 8. συντελέσας — τὸ σκέμμα ἔπειτα εἰς γραφὴν παραδοὺς ἃ ἐσκέπτετο συνεῖρεν. Perspicuum est Porphyrium dixisse ἃ ἔσκεπτο. Nihil est hac confusione frequentius, ut saepe alibi ostendimus. Apud Thucydidem VIII, 66 in omnibus libris est: καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προὐσκέπτετο. Primus verum vidit Elmsleius (ad Euripidis *Heracl.* v. 148) προὔσκεπτο reponens.

Cap. 8. συνῆν οὖν καὶ ἑαυτῷ ἅμα καὶ τοῖς ἄλλοις. *itaque eodem tempore et secum cogitabat et cum aliis confabulabatur.* Mirum si utrumque perinde bene fecerit.

Cap. 9. τὴν πρὸς τὸν νοῦν τάσιν οὐδέποτ' ἂν ἐγρηγορότως ἐχάλασεν. Legendum ἐγρηγορώς, ut supra dixerat cap. 8. τὴν πρὸς ἑαυτὸν προσοχὴν οὐκ ἄν ποτε ἐχάλασεν ἢ μόνον ἐν τοῖς ὕπνοις. Saepe vidi in Codd. ἐγρηγορώς et ἐγρηγορότως inter se permutari.

Cap. 15. ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγνόντος τὸν ἱερὸν γάμον καί τινος διὰ τὸ μυσικῶς πολλὰ μετ' ἐνθουσιασμοῦ ἐπικεκρυμμένως εἰρῆσθαι εἰπόντος μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον, ἐκεῖνος εἰς ἐπήκοον ἔφη πάντων· ἔδειξας ὁμοῦ τὸν ποιητὴν καὶ τὸν φιλόσοφον

καὶ τὸν ἱεροφάντην. *Ostendisti in te esse et poëtam et philosophum et antistitem mysteria pandentem.*

Fortasse verius ille qui dixit μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον.

Contra flagitiosum et spurcum argumentum Diophanes rhetor in iisdem Platonis nataliciis tractavit, quem Plotini iussu Porphyrius refutavit. Quae quum recitarentur Plotinus gaudio exsultans crebro illud Homericum exclamavit:

βάλλ' οὕτως αἴ κέν τι Φόως ἄνδρεσσι γένηαι.

Erat enim Plotinus fanaticus, credulus et εὐήθης, sed vir optimus, candidi pectoris, vita probus, ingenio mitis, ad opem ferendam notis et ignotis sibi semper paratus. Iuvat haec paucis exemplis confirmare ne videar in bonum virum iniquior. Gravissimum est quod legitur cap. 9. πολλοὶ δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἀποθνήσκειν μέλλοντες τῶν εὐγενεςάτων Φέροντες τὰ ἑαυτῶν τέκνα ἄρρενάς τε ὁμοῦ καὶ θηλείας ἐκείνῳ παρεδίδοσαν μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας ὡς ἱερῷ τινὶ καὶ θείῳ Φύλακι. Διὸ καὶ ἐπεπλήρωτο αὐτῷ ἡ οἰκία παίδων καὶ παρθένων, quorum omnium bona summa fide et diligentia custodiebat et post pauca: ἦν δὲ καὶ πρᾷος καὶ πᾶσιν ἐκκείμενος τοῖς ὀπωσοῦν πρὸς αὐτὸν συνήθειαν ἐσχηκόσι. Διὸ εἴκοσι καὶ ἓξ ἐτῶν (244—270) ὅλων ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίψας καὶ πλείοις διαιτήσας τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεις οὐδένα τῶν πολιτικῶν ἐχθρόν ποτε ἔσχεν. Magnum et admirabile hoc quidem est, sed hae praeclarae artes non arcent taetrum animi morbum, quo homines fanatici laborant.

Cap. 16. Πορφύριος δ' ἐγὼ πρὸς τὸ Ζωροάςρου συχνοὺς πεποίημαι ἐλέγχους [ὅπως] νόθον τε καὶ νέον τὸ βιβλίον παραδεικνύς. Expuncto ὅπως ordine procedit oratio.

Cap. 17. τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὰ Νουμηνίου αὐτὸν (*Plotinum*) ὑποβάλλεσθαι λεγόντων. Amelius ad Porphyrium scribit: δῆλον ὅτι καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ἀγαλλομένης προελήλυθεν εὐςομίας τε καὶ εὐγλωττίας. Ficinus vertit: *constat enim id ex dicendi loquendique propria apud ipsos et qua gloriantur modestia proficisci.* Haeccine doctum hominem omni sensu destituta et cum Graecis verbis pugnantia serio scribere potuisse! Εὐςομία et εὐγλωττία dicuntur de *hominibus facetis et dicacibus*, quibus (ut Cicero scribit *de Orat.* II. 221) „*difficillimum est habere*

hominum rationem et temporum et ea quae occurrant quum salutissime dici possint tenere." Unde est natum illud: *malo perdere amicum quam dictum.*

Ex hac dicacitate igitur et facetiis, quas apud Plotini obtrectatores in honore haberi (ἀγάλλεσθαι) dicit, nata haec in magistrum crimina arguit. Fuisse hos εὐτρόμους καὶ εὐγλώττους Athenienses facile intelligimus.

Cap. 17. sparserant famam Plotini obtrectatores Athenis τὰ τοῦ Νουμηνίου αὐτὸν ὑποβάλλεσθαι, quos Amelius hortatu Porphyrii refutavit. Petit ille a Porphyrio veniam *quod haec tumultuaria opera intra triduum deproperata nullo ordine* ὡς πρῶτα προὔπεσεν ἕκαστα perscripserat. Tum addit: ἄλλως τε καὶ τοῦ βουλήματος τοῦ ὑπὸ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν ὑπαγομένου πρός τινων ἀνδρὸς οὐ μάλα προχείρου ἐλεῖν ὑπάρχοντος διὰ τὴν ἄλλοτε ἄλλως περὶ τῶν αὐτῶν ὡς ἂν δόξειε φοράν. Non intellexit hanc tenebricosam orationem Ficinus, nam nihil significat: *viri illius consilium, qui a nonnullis in iudicii nostri consensionem est adductus.* Sententia haec est: *eo magis mihi danda venia est, quod quid velit ille*, quem a nonnullis compilasse arguimur, *non facile intelligitur, quoniam alias aliter de rebus iisdem, prout animi impetus tulerit, sententiam dicit.* De Numenio haec dici apertum est, sed scriptor pessimus et verbosus (cap. 20 et 21) quum vellet dicere τοῦ ἀνδρὸς, οὗ τὰ δόγματα Πλωτῖνον ὑποβάλλεσθαι αἰτιῶνται, dixit τοῦ ὑπὸ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν ὑπαγομένου πρός τινων ἀνδρός.

Cap. 19. (*Longinus*) ἀξιῶν με (*Porphyrium*) ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς ΤΗΝ ΦΟΙΝΙΚΗΝ. In annotationibus ad Ruhnkenii disputationem de Longino demonstrare conabor Longinum et natum esse et diu vixisse et supplicio affectum ἐν Ἐμέσῃ πόλει τῆς Φοινίκης, non Athenis neque Palmyrae.

Cap. 19. τῶν γὰρ γραψΑντων τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα (*Emesae*, non *Palmyrae*) καθέστηκεν ὥστε — τὸν ὑπογραΦέα τῶν εἰωθότων ἀπήγαγον ἔργων πρὸς ἑνὶ τούτῳ τάξας γενέσθαι. Fuerintne multi an pauci οἱ γράψαντες non curabat Longinus et nihil facit ad rem, sed queritur *de paucitate eorum qui libros describere possent.*

Scribendum igitur manifesto est *τῶν γραψΟντων τοσαύτη σπάνις καθέςηκεν.*

Post pauca Longinus scribit *omnes se Plotini commentarios habere: πῶς δ' οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς ὑπομνήματα πάσης αἰδοῦς ἄξιΑ καὶ τιμῆς κτήσεσθαι;* Non tam magnifice de Plotini *scriptis* sentiebat Longinus, sed *ipsum* Plotinum omni reverentia et honore dignum existimabat. Praeterea quis alicuius *ὑπομνήματα* potest *αἰδεῖσθαι καὶ τιμᾶν?* Iam tu vides veram lectionem esse *ἀνδρὸς ὑπομνήματα πάσης αἰδοῦς ἀξίΟΤ καὶ τιμῆς.* Scribae *ἀξίου* ad vicinum *ὑπομνήματα* accommodantes in *ἄξια* converterunt. Addit Longinus *se pleraque Plotini argumenta non admodum probare* (*τῶν μὲν ὑποθέσεων οὐ πάνυ με τὰς πολλὰς προσίεσθαι συμβέβηκε*), leniter et urbane dicit, *τὸν δὲ τύπον τῆς γραΦῆς καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα καὶ τὸ φιλόσοΦον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ.*

Cap. 20. in praefatione libri *περὶ τέλους* enumerans Longinus philosophos sibi aequales scribit: *Στωϊκῶν δὲ — οἱ μέχρι πρώην ἀκμάσαντες* (*nuper vita functi*) *Ἄννιός τε καὶ Μήδιος.* De Medio memorabilis locus est Proculi apud Holstenium *de vita et scriptis Porphyrii* cap. VII. *οἶδα δ' ἔγωγε τὸν ΠορΦύριον ἐν τοῖς συμμίκτοις ἱςοροῦντα προβλήμασι Μηδίου πρὸς Λογγῖνον συνουσίαν τινὰ περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς.*

Cap. 20. Longinus scribit: *οὐδὲ γὰρ οὐδϵΝ ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου καὶ Κρονίου — τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν.* Reponendum *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγὺς* (deleto *τι*) *τὰ Νουμηνίου τοῖς Πλωτίνου.* Ut apud Homerum passim legitur *οὐδὲ γὰρ οὐδέ.*

οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμὲ φημὶ λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς.

sic passim apud optimum quemque Veterum. cf. cap. 21. initio.

Cap. 22.

Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;

φησὶν ὁ Ἡσίοδος [*λέγειν*]. Locus Hesiodi *Theogon.* vs. 35 ostendit *λέγειν* esse spurium et expungendum. Quo sensu Porphyrius obscurum poëtae locum acceperit colligitur ex sqq.

Cap. 22. affert decantatum oraculum

καὶ κωφοῦ ξυνίημι καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.

risissent Veteres ad λαλέοντος, quod nihil aliud est quam *nugas garrientis*, *ineptias deblaterantis*. Antiqua lectio apud Herodotum I. 47. servata est καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω, sed Graeculi, qui solebant dicere ἐλάλησεν ὁ θεός, ὁ κύριος, ὁ Ἰησοῦς veterem scripturam ad suam συνήθειαν conformarunt. Caeterum sciendum huius quoque oraculi notitiam soli Herodoto deberi, unde ad reliquos omnes pervenit.

Cap. 23. *Plotino*, inquit, ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ θεὸς ὁ μήτε μορφὴν μήτε τινὰ ἰδέαν ἔχων ὑπὲρ δὲ νοῦν καὶ πᾶν τὸ νοητὸν ἱδρυμένος. Quo pacto talis θεός Plotino potuerit φανῆναι non commemorat. Poterat tamen facile id facere, nam idem sibi ait obtigisse: ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ θεὸς, ᾧ δὴ καὶ ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἅπαξ λέγω πλησιάσαι καὶ ἐνωθῆναι ἔτος ἄγων ἑξηκοστόν τε καὶ ὄγδοον. Platoni erat satis τὸ ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ, sed hi fanatici τῷ θεῷ ἑνοῦσθαι se somniabant. *Plotino*, inquit, τέλος καὶ σκοπὸς ἦν τὸ ἑνωθῆναι [1]) καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ. ἔτυχε δὲ τετράκις που ὅτε συνήμην αὐτῷ (*per scaenicum*) τοῦ σκοποῦ τούτου ἐνεργείᾳ ἀῤῥήτῳ καὶ οὐ δυνάμει, ultima verba addidit *ut revera ita factum esse constaret*, sed quia illa ἐνέργεια est ἄῤῥητος, nemo quid sit scire potest qui non ipse eodem modo τῷ θεῷ ἡνώθη, sed mittamus haec aegri philosophi somnia.

Animadvertamus potius cur Porphyrius tam sero *Plotini vitam* scripserit. Audivimus enim eum dicentem se antea *quum esset* LXVIII *annorum* τῷ θεῷ ἑνωθῆναι. Ponamus eum hoc ipso anno hunc librum scripsisse; quia constat eum anno 233 esse natum incidit ea res in annum 301 (233 + 68). Plotinum novimus excessisse e vita anno 270. Itaque annis minimum XXXI post Plotini mortem *vita Plotini* a Porphyrio scripta est. Huius rei causa e libri exitu indagari potest. Porphyrius senex quum Plotini scripta omnia a se emendata et ordine disposita et commentariis illustrata in lucem ederet hanc *vitam* praemisit in

---

1) ἑνωθῆναι apud Graeculos ponitur pro συγγενέσθαι, συνελθεῖν. In Scholiis ad *Odyss.* O initio legitur: μετὰ τὸ ἐν Ἀθηνᾷ τὸν Τηλέμαχον τῷ Ὀδυσσεῖ, ubi ἐν Ἀθηνᾷ natum est ex ΕΝΩΘΗΝΑΙ (ἑνωθῆναι).

qua librorum historia et aetas et argumenta luculenter exponuntur, et nemo mirabitur eum in hoc opere aetatem contrivisse.

Cap. 22. Porphyrius comparat breve oraculum uno senario conceptum Socrati editum:

ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

cum longo oraculo unius et quinquaginta hexametrorum, quod Apollo edidit Amelio quaerenti ποῦ (lege ποῖ) ἡ Πλωτίνου ψυχὴ κεχώρηκεν. Non dubitat Porphyrius quin Apollo ipse has Plotini laudes cecinerit. *si sapientum testimoniis utendum est* (inquit), τίς ἂν εἴη σοφώτερος θεοῦ; Sed Apollo de Socrate uno versiculo plurimum dixit, de Plotino longis ambagibus nihil, nisi quod eum narrat post mortem ad sedem beatorum pervenisse, ubi essent Minos, Rhadamanthus et Aeacus, et Plato et Pythagoras. (Socrates non videtur illuc pervenisse, namque tam acutum virum superstitiosi philosophi non amabant), *ubi animus inter epulas laetitia semper hilaresoit.* Erat Plotinus cibi parcissimus (cap. 8. ἡ τῆς τροφῆς ὀλιγότης, οὐδὲ γὰρ ἄρτου πολλάκις ἂν ἥψατο), nunc epulis delectari videtur. Non meminerantNeoplatonici, qui Platonem ipsum non multum legebant, quam salse haec riserit Plato *de Rep.* II. pag. 363 *c.* Adscribam locum facetissimum ut ex eo maculam eluam. Poëtae (inquit) τοὺς δικαίους εἰς Ἅιδου ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν [μεθύοντας] ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον. Si quis est φιλόκαλος sentiet participium esse delendum ut iocus salsus sit et Platone dignus.

Sed redeo ad Apollinem, quem video inani verborum tumore et putido sermone utentem. Ad Plotinum dicit vs. 30. *in vita* inquit, *multa et praeclara vidisti quae nemo facile reliquorum philosophorum vidisset:*

ἕδρακες ὅσσοις
πολλά τε καὶ χαρίεντα τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο
ἀνθρώπων ὅσσοι σοφίης μαιήτορες ἔπλευν.

Bellum est μαιήτορες ab Apolline fictum pro μαστῆρες (ζητηταί) sed bellissimum est ἔπλευν pro ἦσαν positum. Quam vellem meminisset huius loci Augustus Nauck in iis, quae nuperrime Georgii Curtii errores redarguens scripsit de forma vitiosa

ἔπλευ (*Bulletin de l' Académie Impériale des Sciences de Saint-Pétersbourg* Tom. XXIV. pag. 369). Poterat Apollo sine barbarismo dicere μαιήτορες ἦσαν vel ἔσχον, et melius etiam μασῆρες ἔασιν. Peiora sunt etiam quae sequuntur:

νῦν δ' ὅτε δὴ σκῆνος μὲν ἐλύσατο, σῶμα δ' ἔλειψας
ψυχῆς δαιμονίης.

et vs. 44.

ὅσσοι γενεὴν ξυνὴν ἐλάχONTO.

Cur ridemus Datidis χαίρομαι, si Apollini licet dicere ἐλάχοντο pro ἔλαχον idque omnes aequissimo animo ferunt? Sed fortasse Philologis de his rebus iudicare non licet quos video reprehendi „dass sie eben nur Philologen sind und sich nicht aufgeschwungen haben zu *„dem idealistischen Fluge, der die vergleichende Sprachwissenschaft kennzeichnet*" Nauck. l. l. pag. 368. Sed simul vidi inania haec κομπάσματα docte et acute a Nauckio esse confutata. Non est haec nova ac recens ἀλαζονεία. Suaviter ridet Wyttenbachius, vir minime φιλοσκώμμων, in *Bibliotheca Critica* VI. 8. pag. 107. ineptum hominem ita scribentem: *„ex quo Critica scholas frequentavit Philosophiae et Baumgartenii τὰ αἰσθητικὰ docuere, Homii fontes eius quod pulchrum et sublime est ex naturae nostrae ingenio eruerunt, Herderi locum (Standpunkt), ut ita dicam, unde circumspiciendum est in agmina Scriptorum monstrarunt, ex illo tempore laetior mihi facies illuxisse videtur Criticae.*" Ad haec Wyttenbach., qui pudendos errores indocti hominis notaverat, *„dubii sumus*, inquit, *petulantiamne an inscitiam prius miremur istius doctoris. Qui si antea humi pennas instruxisset quam in sublime evolasset: si non ex loco et longinquo in scriptorum agmina circumspexisset, sed eos e propinquo et interius inspexisset, non adeo turpiter lapsus esset.*" Non est hodie multum diversa eorum ratio qui in sublime evolantes ex tanto intervallo ea quae in terris sunt non satis discernunt. Duriter Nauck. (pag. 374) sed non inique, multis et gravibus Curtii erroribus patefactis, sic iudicat: *mag man dies Leichtfertigkeit nennen oder „idealistischen Flug": der Wissenschaft ist mit solchen Schwindeleien nicht gedient, und dieser moderne Icarus wird sicherlich nicht weit fliegen.* Ubi quid dabitur otii lubens et ipse quid de tota hac re sentiam libere dicam, non ut cum Comparativis bellum ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον geram, sed ut

quaeram quo pacto inter Philologos et Comparativos stabilis et utrisque profutura honesta pax componi possit: sed haec alias, nunc unde huc digressa est oratio revertatur.

Cap. 26. in fine: *νυνὶ δὲ πειρασόμεθα ἕκαστον τῶν βιβλίων διερχόμενοι τάς τε σιγμὰς αὐτῶν προσθεῖναι καὶ εἴ τι ἡμαρτημένον εἴη κατὰ λέξιν διορθοῦν· καὶ ὅτι ἂν ἡμᾶς ἄλλο κινήσῃ αὐτὸ σημΑΙνει τὸ ἔργον.* Suetonius *de illustr. Grammat.* cap. 24. *M. Valerius Probus — multa exemplaria* (veterum librorum) *contracta emendare ac distinguere et annotare curavit*, id est *διορθοῦν καὶ σίζειν καὶ ἑρμηνεύειν.* Pro *σίζειν* Porphyrius eodem sensu *τὰς σιγμὰς προστιθέναι* dixit. Nota sunt in ea re *σιγμὴ Ὁμηρική* et Nicanor *ὁ σιγματίας* et *ἄσικτον βιβλίον* et sim.

In ultimis verbis requiritur *futurum αὐτὸ σημανεῖ τὸ ἔργον* pro *σημαίνει.* Dicitur enim noto proverbio *αὐτὸ δείξει, αὐτὸ δηλώσει, αὐτὸ σημανεῖ*, ut in *Lysistrata* vs. 377.

τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

et in Euripidis *Andromache* vs. 264.

τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα.

et alibi passim. cf. Schol. ad Platonis *Hipp. maiorem* pag. 288*b*.

De atro et obscuro Plotini stilo pauca addam. Eunapius scribit pag. 9. *ὁ Πλωτῖνος τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανίῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος.* Porphyrius id negare non poterat, sed rem verbis elevat scribens cap. 14. *ἐν δὲ τῷ γράφειν σύντονος γέγονε καὶ πολύνους βραχύς τε καὶ νοήμασι πλεονάζων ἢ λέξεσι τὰ πολλὰ ἐνθουσιῶν καὶ ἐκπαθῶς φράζων*, quibus cum accessit argumentum tenebricosum veluti cap. 5. *περὶ τοῦ τὸ ὂν πανταχοῦ ὅλον εἶναι καὶ ἓν καὶ ταὐτό*, vel *περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν* et sim. facile intelligas quanta caligo his libris sit offusa. Hinc passim Plotini admiratores affirmant adversarios suos eius mentem et sententiam non intellexisse. Atheniensium iudicio cap. 17. Plotini scripta dicebantur *πλατὺς φλήναφος.* Causa erat Porphyrio teste cap. 18. *τὸ μὴ νοεῖν ἃ λέγει.* Longinus cap. 20. *τὰ πρῶτα ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀμαθίας καταφρονητικῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν* (*Plotinum*) *διετέλει.* Similiter Olympius cap. 10. *καταφρονητικῶς πρὸς αὐτὸν ἔσχεν.* Athenienses quoque cap. 18.

κατεφρόνουν αὐτοῦ. Longinus, ut supra vidimus, Plotini libros quos habebat opinabatur οὐ μετρίως διημαρτῆσθαι. cap. 19. οὔκουν, inquit, ἔχω τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι. Impense cupiebat libros περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι, sed ταῦτα, ut ait, καὶ μάλιστα διημάρτηται. Respondet Porphyrius cap. 20. *hos libros emendatissime esse scriptos, utpote ex ipsis Plotini autographis ab Amelio descriptos.* Cur igitur ea Longinus non intelligebat? διὰ τὸ μὴ νοεῖν, inquit, τοῦ ἀνδρὸς τὴν συνήθη ἐμμένειαν. Si id Longinus non intelligebat princeps grammaticorum et criticorum, quid Amelium hominem ab iudicio infirmiorem intellexisse putemus, de quo scribit Porphyrius cap. 21. τῆς Ἀμελίου περιβολῆς τὸ ἀφιλόσοφον ἐφυλαξάμην? Porphyrius ipse, qui negat alios Plotini orationem intelligere, fatetur se quoque primum Plotini sensum non esse assecutum. Plotinus docebat et librum scripserat cap. 5. ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά. Porphyrius *non intellexit*: itaque ἀντέγραψε cap. 18. δεικνύναι πειρώμενος ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὰ νοητά. Subridens Plotinus ad Amelium ita dicit: σὸν ἂν εἴη, ὦ Ἀμέλιε, λῦσαι τὰς ἀπορίας, εἰς ἃς δι' ἄγνοιαν τῶν ἡμῖν δοκούντων ἐμπέπτωκεν. Itaque Amelius ἔγραψε βιβλίον οὐ μικρὸν πρὸς τὰς τοῦ Πορφυρίου ἀπορίας, sed nihil egit, nam Porphyrius πρὸς τὰ γραφέντα ἀντέγραψεν, τοῦ δὲ Ἀμελίου καὶ πρὸς ταῦτα ἀντιπόντος, inquit, ΜΟΛΙC συνεὶς τὰ λεγόμενα — μετεθέμην καὶ παλινῳδίαν γράψας ἐν τῇ διατριβῇ ἀνέγνων. Tantae molis erat intelligere ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά.

Plotinus ipse de Longini philosophia contemtim loquebatur „*lecto eius libro* περὶ ἀρχῶν, *teste Porphyrio in eius vita* pag. 116, *exclamavit:* Φιλόλογος μὲν ὁ Λογγῖνος, Φιλόσοφος δ' οὐδαμῶς." Ruhnkenius *de Longino* pag. 502. qui addit: *sed huius iudicii iniquitas unde profecta sit non est difficile intelligere. Ubi bat haud dubie hominem suam de ideis sententiam, quam discipuli, ut fit, laudibus in coelum ferrent, idoneis rationibus a Longino oppugnari.*" Mihi non ita videtur; non cadit enim haec μικρὰ ψυχία in virum tam mitem et tam candidum. Praeterea homines huius indolis non dubitant quin sua placita extra omnem controversiam sint posita. Itaque si quis ab iis dissentiret, obloqueretur fieri id existimabant διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἑαυτῶν

δοκούντων, et mirabantur potius quam irascebantur, et propterea qui contra dicebant necessarium erat iis sincera fide οὐδαμῶς φιλοσόφους esse videri. Dissentientem a se Porphyrium discipulum ac multo iuniorem Plotinus aequissimo animo tulit et *leniter arrisit.* Ipse falli non poterat et Amelio dedit negotium ut errantem meliora doceret.

De rebus abstrusis et quae sciri non possent neque demonstrari ferebant sententiam quasi res a se ad liquidum esset perducta. Platonis φαντάσματα (quae Aristoteles τερετίσματα appellitabat) [1]) περὶ τῶν ἰδεῶν suo quisque modo interpretabatur. Longinus in praefatione libri περὶ τέλους (Porphyr. cap. 20): *et alia Plotini* (inquit) *refutavimus* ὥσπερ καὶ τῷ μὲν Γεντιλιανῷ περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες, τοῦ δὲ Πλωτίνου τὸ περὶ τῶν ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι. τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα Βασιλέα τὸν Τύριον οὐδ' αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς, ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα. Longinus desertam a Porphyrio et spretam disciplinam suam prae Plotiniana aequo animo tulit nec minus eo veterem discipulum amavit, sed quum suam περὶ τῶν ἰδεῶν sententiam impugnaret et Plotini opinionem potiorem esse diceret, Longinus respondit et μετρίως ἀντιγραφῇ διήλεγξεν. Quid Porphyrius ad haec? Negat Longinum *Plotini mentem satis esse assecutum;* et non modestissime scribit cap. 21 in fine: εἰ καλοῦντί με τὸν Πορφύριον συνέβη δυνηθῆναι συμμῖξαι αὐτῷ οὐδ' ἂν ἀντέγραψεν ἃ ΠΡΙΝ ΑΚΡΙΒΩΣΑΙ ΤΟ ΔΟΓΜΑ γράψαι ἐπεχείρησεν. Quanto sanius iudicabat Ruhnk. *de Longino* pag. 507. qui scribit Longinum „*Critices scientia latius quam philosophia nomen suum illustrasse — quod corrupta iam per recentiores Platonicos philoso-*

1) Aristoteles de ideis dixit: τὰ δὲ εἴδη χαιρέτω. τερετίσματα γάρ ἐςιν. vid. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 908. 3. in Addendis. sed τερετίζειν non est, ut ille ait, *nugas tinnire quas nemo intelligat*, sed *avium cantum imitari.* Diog. Laërt. VI. 27. Τερετίσματα igitur sunt *soni dulces et suaves sed nihil significantes*, ut sunt cantus avium.

phia serum erat homines ad veteres doctrinarum fontes atque adeo ad sanam mentem revocare. Qui fanaticae philosophiae *amor cum Porphyrium Longinianorum praestantissimum ita* infatuasset *ut deserto Longino ad Plotinum transiret, quid alios — fecisse arbitramur?*

Sed Porphyrius quoque, ut Plotinus, falli non poterat et qui ab eo dissentiebant ἤτοι ἠγνόουν τὰ δόγματα ἢ οὐκ ἠκρίβουν.

C. G. COBET.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XI. 25. 4. εἰς ταύτην (τὴν κολυμβήθραν) ἐπαγομένων ποταμΩΝ καὶ κρηναίων ὑδάτων ἰχθυοτροφεῖον ἐγένετο πολλοὺς παρεχόμενον ἰχθῦς εἰς τρΤΦὴν καὶ ἀπόλαυσιν. Scrib. ποταμΙΩΝ pro ποταμῶν et τρΟΦήν pro τρυφήν.

Lib. XIV. 106. 3. τὴν δὲ πόλιν καταστρέψας τοῖς Λοκροῖς τὴν χώραν τῶν Καυλωνιατῶν ἐδωρήσατο. Nihil est in tali re καταςρέφειν, neque καταςρέφεσθαι (*subigere*) habet locum. Corrige τὴν πόλιν καταςΚΑψας, ut cap. 107. et passim alibi, namque pro *delere, solo aequare* nihil aliud dicitur quam κατασκάπτειν. *Et praeterea Carthaginem esse delendam censeo* Graece sonat: πρὸς δὲ τούτοις δοκεῖ μοι τὴν Καρχηδόνα κατασκάπτειν.

Lib. XV. 8. 3. Orontes Tiribazum criminatur apud Regem ὅτι δυνάμενος ἐλεῖν Σαλαμῖνα τοῦτο μὲν οὐ συντελεῖ, πρεσβείας δὲ προσδέχεται παρ' αὐτοῦ καὶ συλλαλεῖ περὶ κοινοπραγίας. Scribendum πρέσβΕΙC δὲ προσδέχεται παρΑ ΤΟΥ ΘΕΤΑΓΟΡΟΥ, et in sqq. συντίθεται συμμαχίαν ἰδίΑΙ pro ἰδίΑΝ.

C. G. C.

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΥΘΙΣ.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

I. Recte legitur in Evangelio Matthaei 2. 23: ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ, nec tamen probo apud eundem 4. 13: καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καφαρναούμ. Necessarium est rescribere: μετῴκησεν. Sic μεταβαίνειν recte usurpatur 8. 34, 11. 1, 12. 9 et 17. 20, μετῆρεν ἐκεῖθεν 13. 53 et ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος 1. 11. Noli autem tangere Luc. 4. 31: κατῆλθεν εἰς Καφαρναούμ.

II. Non intelligo apud eundem 5. 19: ὃς ἂν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων καὶ διδάξῃ οὕτως τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, nam non fit sermo de *minimis mandatis*, sed de Moysis lege in universum. Requiro equidem: τὴν ἐλαχίστην et Matth. 25. 40: ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, multum praefero: τῷ ἐλαχίστῳ.

III. Poterunt nisi fallor Evangelistae opem ferre Herodoto laboranti, 3. 22. Aethiopum rex nil miratur mortales, εἰ σιτεόμενοι κάπρον ἕτεα ὀλίγα ζώουσι. Scio equidem veterem eam scripturam esse, quam ipse imperator Iulianus in suo codice invenerit, cf. Epist. fragmt. 2, uti et Scholiasta ad Homeri Odysseam θ. 222, nec tamen perspicio quomodo ille panem

stercus appellare potuerit. Nonnulli viri docti parum apposite stercorationem huc trahunt. Sed confer καρπὸν σαπρὸν apud Matthaeum 7. 17 et 12. 23 et apud Lucam 6. 43. Hoc nomine, postquam primum cognovit τῶν πυρῶν τὴν φύσιν, panem rex ille appellavit: καρπὸν σαπρόν. Frumentum ei videbatur in speciem alimenti *corruptum*, sicuti Germanorum potus Romanis humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus, Tacit. Germ. 23. Quam lenis mutatio sit, vides. ΚΑΡΠΟΝΣΑΠΡΟΝ primum in ΚΑΠΡΟΝ abiit, deinde factum est ΚΟΠΡΟΝ.

IV. Evang. Matth. 8. 31: εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων, malim: ἐκβαλεῖς, quod revera habent duo recentes libri, quorum praesidio non utar.

V. Potestne ferri Matth. 10. 31 et Luc. 12. 7: πολλῶν στρουθίων διαφέρετε? Expecto: πολλῷ, quod codices aliquot minusculi habent et confirmatur testimonio italae versionis, Basilii et Hilarii.

VI. Semper mihi visum fuit difficile intellectu quod Matthaeus habet 11. 12: ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Non multum confert ad interpretationem Lucas qui ita scribit 16. 16: πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. Utcumque autem de eo loco existimabitur, illud tamen intelligere mihi videor regnum coelorum *tentari* fortasse posse, *rapi* non posse. Tantum interest quantum inter conatum et effectum. Non tantum omnes codices ἁρπάζουσιν illud servant sed etiam Justinus Dial. c. 51 p. 271 et tamen malim: βιασταὶ πειράζουσιν αὐτήν. Verbum crebro legitur, v. c. 16. 1, 19. 3, 22. 18, cet.

VII. Improprie dictum est Matth. 17. 27: βάλε ἄγκιστρον καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον. Hoc pauci opinor probabunt, nam apertissime requiritur ut *morsus* fiat mentio. Leniter refingam ἀναβάντα ut fiat ἐνδακόντα et notum est quam saepe literae B et K confundantur.

VIII. Multum dubito an Graecum sit Matth. 20. 12: *οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν*. Admodum facilis correctio est *ἐπόνησαν*. Nunc autem video Patricium Junium apud Wetsteinium in eandem scripturam coniectando incidisse, esse tamen qui vulgatae lectionis patrocinium suscipiant, dum laudent Act. Apost. 5. 34: *ἐκέλευσεν ἔξω βραχὺ τοὺς ἀνθρώπους ποιῆσαι*, 15. 33: *ποιήσαντες δὲ χρόνον ἀπελύθησαν* et 20. 3: *ποιήσας μῆνας τρεῖς*, quorum locorum uti vides diversa ratio est. Aliquanto plus proderit contulisse Ruth. 2. 19: *ποῦ συνέλεξας σήμερον καὶ ποῦ ἐποίησας*; Hebraicum verbum, uti audio, fidelis interpres verbo reddidit neque ego sum qui sollicitare velim, sed quod in versione Septuagintavirum ad normam Hebraicae linguae dictum patienter ferimus, id non continuo scriptoribus Novi Testamenti obtrudendum est. Perperam quoque Koetsveldus in docto opere de Jesu Parabolis opifices nostros advocat, quod eodem modo loquantur. Etiam qui Graece balbutiunt, non aliter scribere poterunt nisi sic: *μίαν ὥραν ἐπόνησαν*. Cavendum quoque ne idem verbum brevi intervallo bis ponatur: *οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας τοῖς βασάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα*. Itaque *μετὰ πόνου καὶ ταλαιπωρίας* laborarant illi per integrum diem; qui autem postremi advenerant *μίαν ὥραν ἐπόνησαν*.

IX. Interest aliquid ac multum quidem inter *θροῦν* et *θόρυβον*, *θροεῖν* et *θορυβεῖν*. Mire autem editur Matth. 24. 6 et Marc. 13. 7: *μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων. ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε*. Rectius sane est quod legitur apud Lucam 21. 9: *ὅταν δ' ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε*· itidem Luc. 24. 37 recepta lectio est *πτοηθέντες*, sed in Vaticano Codice *θροηθέντες* legitur, in Sinaitico autem *φοβηθέντες*· *πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι*. Contuli autem Matth. 27. 24: *μᾶλλον θόρυβος γίνεται*, Marc. 5. 39: *τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε*; Act. Apost. 20. 10: *μὴ θορυβεῖσθε* et coepi suspicari apud Matthaeum et Marcum laudatis locis idem verbum restituendum esse, cum praesertim notum sit *θροῦς* et *θόρυβος* ab librariis confundi solere, qua de re nuper dixi ad Alciphronem. Notabile est apud Marcum in

Codice D revera legi quod contextus flagitat: μὴ θορυβεῖσθε. Eadem correctio non minus necessaria est in altera epistula ad Thessalonicenses 2. 2: εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς μηδὲ θροεῖσθαι μήτε διὰ πνεύματος μήτε διὰ λόγου μήτε δι' ἐπιστολῆς.

X. In Marci Evangelio 1. 16: εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν ἀμφιβάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ, omittitur id quod est ἀμφίβληστρον in Codice Vaticano et Sinaitico. Facile est dicere, quae vera scriptura sit, scilicet inutile est compositum ἀμφιβάλλειν et, quod saepe factum esse comperi, eadem praepositio perperam bis scripta est. Legendum est: βάλλοντας ἀμφίβληστρον, vide modo Matth. 4. 18.

XI. Nemo aequo animo ferre debet apud Marcum 4. 21: μήτι ἔρχεται ὁ λύχνος ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην, οὐχ ἵνα ἐπὶ τὸν λυχνίαν τεθῇ; Apertum est quid requiratur, nempe αἴρεται, quod primum nota de causa abiit in ἔρεται deinde absurde mutatum fuit in ἔρχεται. Quid sit αἴρειν, docebit grammaticus apud Bekkerum in Anecdotis p. 358. 4. Αἴρειν = προσφέρειν. Aristophanes in Pace: αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχος τῷ κανθάρῳ.

XII. Caecus ille, de quo Marcus scribit 8. 25, non continuo oculorum usum recuperavit, nam postquam Jesus ei manus imposuit, ita dixit: Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Deinde, ut est in vulgata, iterum imposuit manus super oculos eius et coepit videre et restitutus est ita ut clare videret omnia: διέβλεψε καὶ ἀποκατέστη καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντα. Facile vincam arborum mentionem hic ineptam esse; quis enim eas umquam vidit περιπατούσας? Sed intelligit unusquisque quae sententia sub corruptela lateat: videt caecus strictim et quasi per transennam, nondum τηλαυγῶς. Quid est igitur ὡς ΔΕΝΔΡόρῶ? Videor intelligere omnia quasi per *somnium* caeco apparere. Neque violenta mutatio est: ὡς ὄναρ ὁρῶ περιπατοῦντας. Muta modo O in E et A in Δ et subnascentur arbores illae, quae viros doctos tam diu ludificatae sunt. Κατ' ὄναρ plus semel apud Matthaeum legitur.

XIII. Centurionis verba sunt apud Lucam 7. 8, quocum compone Matthaeum 8. 9: καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπ' ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας καὶ λέγω τούτῳ Πορεύθητι, καὶ πορεύεται, καὶ ἄλλῳ Ἔρχου καὶ ἔρχεται. Parebat centurio tribuno suo, sed quid hoc ad rem? Illud dicit esse gregarios milites, qui sibi sint in omnibus dicto audientes. Impigre illi faciunt quidquid centurio imperavit itidemque statim ac sine mora omnia parent Jesu. Itaque reponendum quod popularis meus Holwerda suasit: ἐπ' ἐξουσίας. Fieri potest ut quartus casus ἐξουσίαν in scriptore balbutienti ferri possit eamque lectionem jam quinto saeculo Theodoretus commendavit, sed id certe ex hoc loco colligimus etiam in antiquissimis Codicibus quibus utimur confundi solere praepositiones ὑπὸ et ἐπί. Veluti legimus in Homiliis Clementinis IV. § 21: ὅνπερ γὰρ τρόπον Καίσαρος χιλιάρχῳ οἱ ὑποκείμενοι στρατιῶται διὰ τὴν τοῦ δεδωκότος ἐξουσίαν τὸν εἰληφότα οἴδασι τιμᾶν τοσοῦτον ὥς' ἂν τοὺς ἐφεστῶτας λέγειν τούτῳ Ἐλθὲ καὶ ἔρχεται καὶ ἄλλῳ Πορεύου καὶ πορεύεται, οὕτως κτέ. Satis apud me constat, plurimas corruptelas haud parum id est multis saeculis antiquiores esse quam plerisque videantur. Utile est huius rei indicia diligenter conquirere. Ipse Cicero de Latinis libris jam querebatur se nescire quo se verteret: ita mendose eos scribi et venire. Verum, ut illuc redeam, quid est τασσόμενος? Non est sane quod vulgata habet, *constitutus*, nam interest aliquid inter praesens et perfectum tempus, inter τασσόμενος et τεταγμένος. Praeterea video apud Lucam τασσόμενος legi, apud Matthaeum autem τασσόμενος illud praeterquam in Codice Vaticano et Sinaitico non reperiri. Indicavit autem mihi Adolphus Michelsenius, qui Lutheranorum gregem pascit apud Campenses, olim discipulus et nunc amicus, cui in hac scriptione multum me debere grato animo profiteor, is igitur mihi indicavit cum alia tum Act. Apost. 7. 44: διετάξατο ποιῆσαι, ubi Sinaiticus codex ἐτάξατο habet. Hinc incidi in suspicionem, apud utrumque Evangelistam eandem praepositionem nescio quo casu periisse et utrobique rescribendum esse deponens verbum διατάσσεσθαι. Itaque scribe: ἐπ' ἐξουσίας διατασσόμενος, quibus verbis non opus est interprete.

XIV. Quod legimus apud Lucam 9. 53: *τὸ πρόσωπον ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ*, vulgata habet: *facies eius erat* euntis *in Jerusalem*, sed etiam sine vulgatae vel italae ope uniuscuiusque est corrigere: *πορευομένου*.

XV. Stultum est quod legitur in Vaticano Codice apud Lucam 11. 53: *κἀκεῖθεν ἐξελθόντος αὐτοῦ ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν — ἐνεδρεύοντες αὐτὸν θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ*, nisi quis fortasse putet insidias eas fuisse factas Jesu absenti. In aliis Codicibus *λέγοντος* est. itaque sub illo *ἐξελθόντος* Vaticani Codicis latet *ἔτι λέγοντος*. Omnes norunt ΕΞ et ΕΤΙ saepe confundi.

XVI. Lucas Evangelista non optime quidem Graece scripsit, verumtamen errores sunt, qui in eum non cadunt. Veluti quod legitur 12. 3: *ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμιείοις*, prorsus requiro: *εἰς τὸ οὖς*. Recte Matth. 10. 27: *ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε*.

XVII. Jesu verba sunt ad vetulam aegrotantem, Luc. 13. 12: *γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου*, necdum continuo sanata est, nam post demum *ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη*. Itaque verius erit: *ἀπολέλυσο*. Imperativo nunc locus est.

XVIII. De Lazaro mortuo legimus Luc. 16. 22 eum *ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ*. Imo *ἀνενεχθῆναι*.

XIX. Pulcher locus est in Iohannis Evangelio 10. 4 de bono pastore. Τὰ *πρόβατα*, inquit, *τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει καὶ τὰ ἴδια πρόβατα φωνεῖ κατ' ὄνομα καὶ ἐξάγει αὐτά. ὅταν τὰ ἴδια πάντα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ*. Erit fortasse qui *ἐκβάλῃ* hoc loco tueri velit neque me latet eum quoque *ἐκβάλλεσθαι*, qui *sine* ulla *vi* exigatur et dimittatur et jubeatur abire. Dorcada ut in vitam revocet, Petrus *ἐκβάλλει πάντας*, Act. Apost. 9. 39, nec tamen flagello ad eam rem usus est, sicuti Jesus, qui *ποιήσας φρα-*

γέλλιον ἐκ σχοινίων πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, Ev. Ioh. 2. 15. Multo etiam minus Rahab meretrix vi et minis usa est ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα, Ep. Iacob. 2. 25. Quanto tamen elegantius est ἐκκαλῇ! Stat pastor extra stabulum; evocat oves, quae eius vocem agnoscunt: postquam autem omnes exierunt, ipse anteit, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται et oves sequuntur. Quid attinebat oves φωνεῖν κατ' ὄνομα, nisi staret ipse *ante* stabuli ostium et oves nominatim *evocaret?* Est autem ἐκκαλῇ non tantum elegantius, sed etiam prorsus necessarium, nam nullo modo coniungi possunt verba ἐξάγειν et ἐκβάλλειν; qui enim ἐξάγει is non ἐκβάλλει et qui ἐκβάλλει is non ἐξάγει. Idem interest quod apud Romanos interest inter *educere* et *exigere*. Moyses verbi causa Israelitas ex Aegypto ἐξήγαγεν, h. e. *eduxit;* etenim una cum iis Aegyptum reliquit. Coniunctum est neutrum verbum ἐξιέναι et Israelitae ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐξῆλθον fuitque eorum ἔξοδος. Contra qui mittuntur in exilium et *exiguntur*, eos ἐκβάλλομεν, quocum cohaeret neutrum verbum ἐκπίπτειν et qui τῆς πατρίδος ἐκπεττώκασιν *exules* sunt, nomen autem est ἐκβολή. Itaque populus Romanus Tarquinios *exegit* et Aegypti rex ἐξέβαλε τοὺς Ἰσραηλίτας, quos Moyses ἐξήγαγεν. Opposita sunt verba κατάγειν et κατιέναι cum nomine κάθοδος, quae locutiones perpetuo ponuntur de exsulibus, qui in patriam *reducuntur*. Sed verbis ἐκβάλλειν et ἐκπίπτειν respondent εἰσβάλλειν et εἰσπίπτειν cum nomine εἰσβολή. Pastor gregem quotidie ἐξάγει, sed non potest ἐκβάλλειν, ne credatur oves mittere ad pastum, dum ipse domi sedet otiosus et omnium rerum incuriosus. In talem pastorem valeret quod apud Ezechielem est 23. 2: ὑμεῖς διεσκορπίσατε τὰ πρόβατά μου καὶ ἐξώσατε αὐτὰ καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθε αὐτά. Non talis est bonus pastor apud Iohannem.

XX. Evang. Ioh. 11. 47: ἔλεγον Τί ποιοῦμεν. Lege: ποιῶμεν.

XXI. Nuper cum forte ego et Michelsenius una eramus, nescio quomodo quaerere coepi de Evang. Ioh. 19. 29: σπόγγον οὖν μεστὸν τοῦ ὄξους ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Satis hodie notum est quid intersit inter patibulum

et crucem, h. e. praelongam trabem humo defixam et frustra fuisset, si quis Jesu os hyssopo contingere voluisset, cum planta sit admodum parva, vix unum pedem longa, unde I Reg. 4. 33: ἐλάλησεν ὑπὲρ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου. Hinc jam ante permultos annos incidi in conjecturam, quam postea vidi itidem placuisse Camerario: ὑσσῷ περιθέντες, nam hoc sane malo quam Camerarii προπεριθέντες. Itaque ex Michelsenio quaesivi, quid Theologi hodie de ea emendatione censerent. Respondit mihi etiamnunc multos esse, qui *maximus* suum mordicus retineant; addidit etiam tria argumenta, quas illos tanquam machinas obmovere dicebat. Primum observitant hyssopi multiplicem usum constare in Iudaeorum lustrationibus, cf. Exod. 12. 22, Numer. 19. 18, Hebr. 9. 19; quod tamen argumentum eiusmodi est, ut longe facilius sit admirari quam intelligere. Deinde contendunt id quod est ὑσσὸς verosimiliter incognitum fuisse Iohanni, quum Dionysius Halicarnassensis V. 46 operae pretium habuerit formam et usum *pili*, id est ὑσσοῦ, lectoribus suis explicare; hinc Iohannem ipsum mox vs. 34 non ὑσσὸν nominare, sed λόγχην in hisce: λόγχῃ αὐτοῦ καὶ τὴν πλευρὰν ἔνυξεν. Atqui prorsus incredibile est, Graecis hominibus incognitum fuisse teli genus, quod quotidie videbant. Deinde si ignorare debuerunt quid esset ὑσσός, cum Dionysius accurate describat cuiusmodi fuerit, nec Dionysius tantum sed etiam Polybius VI. 23 et Appianus Celt. 1, eadem opera credere oportebit ipsos Romanos nescivisse quid esset *pilum*, quod Vegetius, qui tamen Romanus fuit, non minus diligenter describat 1. 20, quam Dionysius vel Polybius vel Appianus. Licuit autem Apostolo circa rem militarem esse incuriosum et modo λόγχην modo ὑσσὸν appellare, etiamsi utrobique idem teli genus intelligatur. Quodsi quis autem pergat et molestus esse velit, provocabo ad Polybium, qui docet Romanum militem bina pila gestasse, ὑσσοὺς δύο, quorum alterum graviore, leviore alterum pondere fuisse. Illud *pilum* proprie dicitur, hoc apud Vegetium *vericulum* vel *verutum* audit. Quid autem si Apostolus inter utrumque genus distinguere voluit? Non credo, inquies. Neque ego hercle, nam illud verius ὑσσὸν

iti semper sic nunc quoque simpliciter *pilum* esse, λόγχην autem *cuspidem*, qua Jesu latus sauciatum fuit.

Restabat tertium argumentum. Qui hodie profitentur se nescire quis quartum Evangelium composuerit quandove vixerit, ni contendunt fieri posse ut crucem scriptor numquam viderit aut cum patibulo confuderit, itaque fortasse errorem esse Evangelista antiquiorem et summa cum cura cavere nos debere, ne ipsum scriptorem emendemus, cui suus error relinquendus sit. Facetum est adversarios habere tam religiosos. Sed mihi quidem totum illud ἄτοπον videbatur nec tamen habebam quod statim reponerem. Nunc autem vide apud eundem 12. 32: κἀγὼ ἂν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν, quod explicatur infra 18. 32: ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, quibuscum confer quod Iesus de Petro vaticinatur 21. 19. Nunc certe minime dubium quin noverit scriptor crucem longam trabem fuisse et Camerarii emendatio ab omni parte stabilita est. Ceterum quamvis recens quartum Evangelium facias, componi tamen minime potuit eo tempore, quo cruces per Romanum orbem jam figi desitae erant.

XXII. In Actis Apostolorum 1. 12 intelligi non potest quod de monte Oliveti dicitur: ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἰερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν. Scripsi uncialibus literis: EXONOΔON et conieci: σαββάτου σχεδὸν ὁδόν.

XXIII. Licetne etiam incertas suspiciones proferre? Licet opinor, modo parce id facias, nam si quid mihi non successit, id accendet fortasse alios, qui me sunt acutiores, ad quaerendum intentius. Legimus in Actis Apostolorum 10. 10 adscendisse Petrum circa meridiem in solarium ut deum precaretur. Ἐγένετο δὲ προσπεινος καὶ ἤθελε γεύσασθαι. Quid est illud προσπεινος? Fortasse nihil aliud latet nisi: ἐγένετο δὲ πρὸς τέλος, i. e. *postquam finem fecit precandi.*

XXIV. Act. Apost. 15. 27: ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Legendum Codice D: ἀπαγγελοῦντας.

XXV. Turpis est soloecismus Act. Apost. 18. 3: διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι ἔμενε παρ' αὐτοῖς καὶ εἰργάζοντο. Sero nati sunt qui hoc modo errabant et Lucas certe dedit: διὰ τὸ ὁμότεχνος εἶναι.

XXVI. Deest accentus in Pauli verbis Act. Apost. 23. 3: τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός. Imo τύπτειν σὲ μέλλει.

XXVII. Ineleganter adiectivum iteratur in Jacobi Epistula 1. 19: ἔστω δὲ πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. Nihil est cur Apostolus commendet τὴν βραδυλογίαν, quod vitium in senibus etiam molestum est, sed jure laudatur quicumque est βραχὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. Consentit Jacobus cum Spartanis.

XXVII. Improbat Jacobus 2. 3, si forte in aede dives hic considere jubetur: σὺ κάθου ὧδε καλῶς, pauper autem illic: σὺ στῆθι ἢ κάθου ἐκεῖ ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου. Non possum non suspicari esse illud καλῶς adnotationem lectoris cuiusdam, cui apostoli praeceptum impense placeret.

XXIX. Grave vitium est in eadem epistula 3. 2: μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα. Variae lectiones non memorantur, nisi quod itala ducit ad lectionem: μὴ πολύλαλοι γίνεσθε, quae non magis placebit. Lachmannus, quo tempore αὐτὸς αὐτοῦ ἔτυχε χείρισος ὤν, commendavit: μὴ πῶλοι δύσκολοι γίνεσθε. Sed apparet quid apostolus voluerit dicere, nimirum lectores dehortatur ne quis ad doctoris munus tanquam honoris plenum nimis cupide adspirare velit; quodsi enim fratrem suum malis consiliis et prava doctrina in errorem induxerit, gravior ei poena subeunda erit, quam si semper auditor fuerit et in ecclesia tacuerit. Multi sunt ψευδοδιδάσκαλοι et ψευδοπροφῆται, qui ἑτεροδιδασκαλοῦσι θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, ut Pauli verbis utar in priore epistula ad Timotheum 1. 3 et 7. Sunt quidam ἀληθεῖς, sed sunt quoque πλάνοι, 2 Corinth. 6. 9, qui προσέχουσι πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, 1 Timoth. 4. 1. Contra laudantur οἱ καλοδιδάσκαλοι Epist. ad Tit. 2. 3. Jam sicuti sunt ψευδοδιδάσκαλοι et καλοδιδάσκαλοι, potuit fortasse Jacobus

eodem modo πλανοδιδασκάλους appellare. Μὴ πλανοδιδάσκαλοι γίνεσθε apprime convenit et mutatio in unciali scriptura admodum levis est. Deinde pergit scribere de linguae abusu: πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, cetera quae nota sunt. Si quis autem scribere malet: μὴ πλάνοι διδάσκαλοι γίνεσθε, equidem non intercedam.

XXX. Scribit Petrus in altera epistula 3. 16 esse quaedam in Pauli operibus difficilia intellectu, ἃ οἱ ἀμαθεῖς στρεβλοῦσιν πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Nonne multo rectius scribetur εἰς quam πρός? Discrimen apparet. Apostolus notat perversae diligentiae *effectum* non *consilium*. Eandem confusionem supra habuimus in Lucae Evang. 12. 3.

XXXI. In Pauli Epistula ad Romanos 2. 5: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν, multum praefero σκληροτάτην. Σκληρότης semel tantum in sacro codice legitur, nempe Deuter. 9. 27, sed hoc fortuitum est.

XXXIII. Nondum vidi qui intelligeret Pauli verba in Epistula ad Romanos 11. 20: ἐρεῖς οὖν Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ· καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας. Quid significet καλῶς, dicet nobis Plutarchus in Moral. p. 22 F: ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν, dummodo scribas δεχώμεθα. Convenienter Photius: καλῶς· ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν τιθέασι καὶ ὅτε καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῖντο. Atque haec quidem ex Aelio Dionysio petita sunt, Phrynichus autem apud Bekkerum p. 49. 20: κάλλιστα· τοῦτο τιθέασιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις ἀντὶ τῆς ΟΥ ἀρνήσεως, ὅταν τι παραιτῶνται. De hoc usu dixerunt Casaubonus ad Diogen. Laert. 2. 76 et Cobetus in vetere Mnemosyne V. 84. *Benigne* hoc modo ponitur apud Horatium in Epist. 1. 7. 26. Plautus in Menaechmis vs. 387: *Bene vocas, tam gratiast.* Tria exempla Aristophanes dabit in Ranis. Vs. 508 ancilla Xanthiam intro vocat: ἀλλ' εἴσιθι. Negat ille et utitur his verbis: κάλλιστ', ἐπαινῶ. Nempe τὴν κλῆσιν. Mox iterum ancilla: ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί.

XXV. Turpis est soloecismus Act. Apost. 18. 3: διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι ἔμενε παρ' αὐτοῖς καὶ εἰργάζοντο. Sero nati sunt qui hoc modo errabant et Lucas certe dedit: διὰ τὸ ὁμότεχνος εἶναι.

XXVI. Deest accentus in Pauli verbis Act. Apost. 23. 3: τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός. Imo τύπτειν σὲ μέλλει.

XXVII. Ineleganter adiectivum iteratur in Jacobi Epistula 1. 19: ἔστω δὲ πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. Nihil est cur Apostolus commendet τὴν βραδυλογίαν, quod vitium in senibus etiam molestum est, sed jure laudatur quicumque est βραχὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. Consentit Jacobus cum Spartanis.

XXVII. Improbat Jacobus 2. 3, si forte in aede dives hic considere jubetur: σὺ κάθου ὧδε καλῶς, pauper autem illic: σὺ στῆθι ἢ κάθου ἐκεῖ ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου. Non possum non suspicari esse illud καλῶς adnotationem lectoris cuiusdam, cui apostoli praeceptum impense placeret.

XXIX. Grave vitium est in eadem epistula 3. 2: μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα. Variae lectiones non memorantur, nisi quod itala ducit ad lectionem: μὴ πολύλαλοι γίνεσθε, quae non magis placebit. Lachmannus, quo tempore αὐτὸς αὐτοῦ ἔτυχε χείριστος ὤν, commendavit: μὴ πῶλοι δύσκολοι γίνεσθε. Sed apparet quid apostolus voluerit dicere, nimirum lectores dehortatur ne quis ad doctoris munus tanquam honoris plenum nimis cupide adspirare velit; quodsi enim fratrem suum malis consiliis et prava doctrina in errorem induxerit, gravior ei poena subeunda erit, quam si semper auditor fuerit et in ecclesia tacuerit. Multi sunt ψευδοδιδάσκαλοι et ψευδοπροφῆται, qui ἑτεροδιδασκαλοῦσι θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, ut Pauli verbis utar in priore epistula ad Timotheum 1. 3 et 7. Sunt quidam ἀληθεῖς, sed sunt quoque πλάνοι, 2 Corinth. 6. 9, qui προσέχουσι πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, 1 Timoth. 4. 1. Contra laudantur οἱ καλοδιδάσκαλοι Epist. ad Tit. 2. 3. Jam sicuti sunt ψευδοδιδάσκαλοι et καλοδιδάσκαλοι, potuit fortasse Jacobus

eodem modo πλανοδιδασκάλους appellare. Μὴ πλανοδιδάσκαλοι γίνεσθε apprime convenit et mutatio in unciali scriptura admodum levis est. Deinde pergit scribere de linguae abusu: πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, cetera quae nota sunt. Si quis autem scribere malet: μὴ πλάνοι διδάσκαλοι γίνεσθε, equidem non intercedam.

XXX. Scribit Petrus in altera epistula 3. 16 esse quaedam in Pauli operibus difficilia intellectu, ἃ οἱ ἀμαθεῖς στρεβλοῦσιν πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Nonne multo rectius scribetur εἰς quam πρός? Discrimen apparet. Apostolus notat perversae diligentiae *effectum* non *consilium*. Eandem confusionem supra habuimus in Lucae Evang. 12. 3.

XXXI. In Pauli Epistula ad Romanos 2. 5: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν, multum praefero σκληροτάτην. Σκληρότης semel tantum in sacro codice legitur, nempe Deuter. 9. 27, sed hoc fortuitum est.

XXXIII. Nondum vidi qui intelligeret Pauli verba in Epistula ad Romanos 11. 20: ἐρεῖς οὖν Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ· καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας. Quid significet καλῶς, dicet nobis Plutarchus in Moral. p. 22 F: ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν, dummodo scribas δεχώμεθα. Convenienter Photius: καλῶς· ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν τιθέασι καὶ ὅτε καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῖντο. Atque haec quidem ex Aelio Dionysio petita sunt, Phrynichus autem apud Bekkerum p. 49. 20: κάλλισα· τοῦτο τιθέασιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις ἀντὶ τῆς ΟΥ ἀρνήσεως, ὅταν τι παραιτῶνται. De hoc usu dixerunt Casaubonus ad Diogen. Laert. 2. 76 et Cobetus in vetere Mnemosyne V. 84. *Benigne* hoc modo ponitur apud Horatium in Epist. 1. 7. 26. Plautus in Menaechmis vs. 387: *Bene vocas, tam gratiast.* Tria exempla Aristophanes dabit in Ranis. Vs. 508 ancilla Xanthiam intro vocat: ἀλλ' εἴσιθι. Negat ille et utitur his verbis: κάλλις', ἐπαινῶ. Nempe τὴν κλῆσιν. Mox iterum ancilla: ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί.

Respondet Xanthias: πάνυ καλῶς. Tum illa: λῃρεῖς ἔχων, οὐ γάρ σ' ἀφήσω. Tertius locus est vs. 888. Bacchi verba sunt ad Euripidem: ἴθι νυν ἐπίθες δὴ καὶ σὺ λιβανωτόν. Negat poeta: καλῶς· ἕτεροι γάρ εἰσιν οἷσιν εὔχομαι, θεοί. Sed jam vides apud Paulum illud καλῶς idem prorsus esse quod alibi: μὴ γένοιτο. Καλῶς ἔχει, πάνυ καλῶς, ἔχει κάλλιστα admodum urbane sic usurpantur.

XXXIII. Displicet ibidem 13. 3: οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ ἀλλὰ τῷ κακῷ et cum Patricio Junio malo: τῷ ἀγαθοεργῷ. Ἀγαθοποιῆσαι legitur Marc. 3. 4 et Luc. 6. 9. Οὐκ ἀμάρτυρον αὐτὸν ἀφῆκεν ἀγαθουργῶν Act. Apost. 14. 17 et forma non contracta I Tim. 6. 18: ἀγαθοεργεῖν, de quibus vocabulis quae omnia sunt τοῦ πονηροῦ κόμματος, vide Cobetum ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ p. 270. Ceterum Apostolus τῷ ἀγαθοεργῷ opponit τὸν κακόν, quem κακοῦργον dicere non potuit, cum homines trium literarum sic dici soleant.

XXXIV. Agebam nuper de Pauli verbis quae leguntur I Corinth. 7. 5: μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν. Significabam tunc pro ἦτε legendum esse ἴτε, sed corruptam lectionem ἀποστερεῖτε nondum potueram probabiliter emendare. Res tamen satis facilis est, nam in aprico est quid Apostolus suadeat; dehortatur enim coniuges ne *secubent* nisi forte ad tempus. Lege igitur: μὴ ἀποστρέφετε ἀλλήλους. Hic commode Xenophontis in mentem venit, qui in Cyropaedia ita scribit 5. 5. 6: ἐπεὶ δὲ καταβὰς ὁ Κῦρος ἀπὸ τοῦ ἵππου προσῆλθεν ὡς φιλήσων αὐτὸν κατὰ νόμον, ὁ Κυαξάρης κατέβη μὲν ἀπὸ τοῦ ἵππου, ἀπεστράφη δέ· καὶ ἐφίλησε μὲν οὔ, δακρύων δὲ φανερὸς ἦν et § 36: τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἦ καὶ φιλήσω σε; Εἰ σὺ βούλει, ἔφη. Καὶ οὐκ ἀποστρέψει με ὥσπερ ἄρτι; Οὐκ ἀποστρέψομαι, ἔφη. Καὶ ὃς ἐφίλησεν αὐτόν.

XXXV. Mirum est Apostoli consilium I Corinth. 16. 2: κατὰ μίαν σαββάτου ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων ὅτι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω τότε λογίαι γίνωνται.

Lenissima mutatione recuperabimus genuinam scripturam et simul, loco recte intellecto, apparebit quam bene noverit suos Corinthios Apostolus. Lege: παρ' ἑαυτοῦ. Obiter addo correxisse Holwerdam: τι ϑέτω θησαυρίζων ὅταν εὐοδῶται. Concedo acute id repertum esse, non concedo autem veram eam esse scripturam; nec video certe equidem, qui commode coniungi possint κατὰ μίαν σαββάτου et ὅταν εὐοδῶται. Alterum cum altero pugnat.

XXXVI. Scribit Paulus ad Ephesios 5. 9: ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτὸς ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ itaque dixeris τὸν καρπὸν τοῦ σκότους esse κακίαν καὶ ἀδικίαν καὶ ψεῦδος. Pergit tamen: μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους. Non sunt ea opera prorsus sine fructu, sed sine *bono* fructu; hinc malim: τοῖς ἔργοις τοῖς σαπροῖς τοῦ σκότους. Καρπὸν σαπρὸν ex Evangeliis novimus.

XXXVII. Quod scribitur in Epistula ad Philippenses 4. 10: ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, novi sane usum verbi ἀναϑάλλειν a Septuagintaviris repeti, sed ne apud eos quidem reperi locum, qui cum hac Pauli sententia recte componi possit. Requiro in tam simplici re verbum non translatum sed proprie usurpatum. Nonne quivis nostrum hoc sensu scripsisset ἀνελάβετε?

XXXVIII. In Epistula ad Colossenses 1. 19: ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, si consentis activum verbum requiri, repone cum Hemsterhusio et Valckenaerio: κατοικίσαι.

XXXIX. Ibidem 4. 10 Paulus scribit de Marco quodam: περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασϑε αὐτόν. Cum Theophylacto et codice D scribe: δέξασϑαι.

XL. Mira est locutio I. Thess. 4. 14: ὁ ϑεὸς καὶ τοὺς κοιμηϑέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. Collato 1 Corinth. 15. 52 multum praefero: δοξάσει.

XLI. Quaeritur quid rescribendum sit in epistula ad Hebraeos

4. 13: πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, nam facile videmus verbum τραχηλίζειν hic ferri non debere; necdum evisceratus est qui decollatus fuit. Sed undenam scriptor metaphoram duxit? Est, ut scribit vs. 12, ὁ λόγος τοῦ θεοῦ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν. Hic ille deus est, qui, sicuti legimus in Apocal. 2. 23, ἐρευνᾷ νεφροὺς καὶ καρδίας. Huic πάντα γυμνὰ nec sane τετραχηλισμένα, sed haruspicis instar viscera ei patent. Id ambigitur quonam verbo scriptor in ea re uti debuerit. Est autem verbum ῥαχίζειν, quod Hesychius exponit διακόπτειν, διὰ τὸ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην διακοπὴν κατὰ τὴν ῥάχιν γίνεσθαι, Photius autem: τὸ διαιρεῖν τὰ μέρη τῆς ῥάχεως ἤτοι διακόπτειν. Eubuli locum laudavit Athenaeus XIV. p. 642 E: διερράχισαι σεμνὰ δελφάκων κρέα. Sophocles in Aiace vs. 55: ἔκειρε πολύκερων φόνον κύκλῳ ῥαχίζων et vs. 299: ἔσφαζε κἀρράχιζε, unde profecit Anonymus in Walzii Rhett. Vol. 3. p. 577. 30: τὸ μὲν κατερράχισε, τὸ δὲ διεκέντησε. Nunc intelligimus quid scriptum fuerit in Codice Sacro, nempe γυμνὰ καὶ κατερραχισμένα, h. e. aperta et *porrecta*. Καὶ κατερραχισμένα primum abiit in καὶ τετραχισμένα, quod deinde ut Graecum verbum esset, factum est τετραχηλισμένα.

XLII. Ep. ad. Hebr. 7. 4: ᾧ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης, Alexandrinus Codex habet ἔδωκεν Ἀβραάμ, sed ipsa importuna sedes satis arguit nomen proprium interpolatum esse.

XLIII. Legimus in Epistula ad Hebraeos 9. 7, pontificem maximum semel quotannis intravisse sanctum sanctorum οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. Scio quidem quomodo viri docti ultimum vocabulum interpretentur, scilicet veniam impetrare qui per imprudentiam lapsus fuerit, non impetrare qui sciens peccaverit. Quod ut probent, laudant Numer. 15. 22 sqq., ubi illa leguntur: ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ πάσης συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς ὅτι ἀκούσιόν ἐστι aliaque in eandem sententiam. Verum nihil est, cur scriptor hoc discrimen nunc respi-

ciat, vide modo 10. 26. Nil quoque tale legitur eo loco, quem scriptor cogitabat dum haec scribebat: Levit. 16. 15: καὶ σφάξει τὸν χίμαρον τὸν περὶ ἁμαρτίας τὸν περὶ τοῦ λαοῦ ἔναντι Κυρίου καὶ εἰσοίσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. Ubique legimus caprum illum immolatum fuisse περὶ ἁμαρτίας. Καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Nullibi τῶν ἀγνοημάτων fit mentio. Sed *pollucre* in sacro codice est ἀλισγεῖν indeque oritur nomen ἀλίσγημα, quod in Actis Apost. exstat 15. 20: ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων. Hoc vocabulum illic reponendum esse censeo: pontifex maximus immolat ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀλισγημάτων, quod facile corrumpi potuit in ἀνογημάτων, deinde in ἀγνοημάτων. Obiter addo me non intelligere quomodo Beata Virgo, quae immaculate concepisset, post partum offerre potuerit ζεῦγος τρυγόνων ἢ δύο νοσσοὺς περιστερῶν, ut est Luc. 2. 24: erat enim μία εἰς ὁλοκάυτωμα, καὶ μία περὶ ΑΜΑΡΤΙΑΣ, Levit. 12. 8. Sutor autem ne ultra crepidam.

XLIV. Docet Paulus in priore epistula ad Timotheum capite tertio, quae virtutes in episcopo inesse debeant. Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίλημπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν, μὴ πάροινον, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ. Haec postquam pluribus persecutus est et commendavit, venit ad diaconos: διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς, ἔχοντας τὸ μυστήριον πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες. Versu undecimo venit ad mulieres: γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσιν. Talis fuit opinor Phoebe illa, de qua Apostolus scribit ad Romanos 16. 1. Denique de utrisque diaconis, virile ac muliebre secus, illud affirmat vs. 13: οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται καὶ πολλὴν παρρησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Atque haec quidem omnia recte procedunt, sed vs. 12, *postquam* de mulieribus dixit, interstrepit interpo-

lator: διάκονοι ἔϛωσαν μιᾶϛ γυναικὸϛ ἄνδρες, τέκνων καλῶϛ προϊϛάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. Hoc quidem onus diaconis Paulus numquam imposuit, ut esse deberent μιᾶϛ γυναικὸϛ ἄνδρες. Etiam in Epistula ad Titum 1. 6. requirit hoc in episcopis tantum nec certe voluisset ipse haberi inter τοὺϛ κωλύοντας γαμεῖν, quos graviter reprehendit I Tim. 4. 2. Laudat τοὺϛ μιᾶϛ γυναικὸϛ ἄνδρας uti et τὰϛ ἑνὸϛ ἀνδρὸϛ γυναῖκας 1 Tim. 5. 10, quo nomine Horatius satis absurde Liviam laudavisse dicitur, sed intelligebat in paucis tantum eam perfectam virtutem inesse posse. Quid sentiret, apparuit nobis 1 Corinth. 7. 5, quem locum supra tractavimus.

XLV. Non satis recte scribitur 1 Tim. 4. 6: καλὸϛ ἔϛῃ διάκονοϛ χριϛοῦ Ἰηϛοῦ ἐντρεφόμενοϛ τοῖϛ λόγοιϛ τῆϛ πίϛεωϛ καὶ τῆϛ καλῆϛ διδαϛκαλίαϛ ᾗ παρηκολούθηκαϛ. Erat Timotheus ἐντεθραμμένοϛ, non erat ἐντρεφόμενοϛ. Sed Codex D habet ἐντρεπόμενοϛ. Absurda scriptura manu ducit ad veram lectionem, quam existimo esse ἐφεπόμενοϛ.

XLVI. Noli credere recte scribi 1 Timoth. 6. 5: διαπαρατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν. Praepositio perperam iterata est; scribe: παρατριβαί. Nescio quomodo hoc ipsum in recentibus quibusdam libris invenitur.

XLVII. Barbarum nomen est Φύγελλοϛ 2 Tim. 1. 5. Literas si transposueris, exigua mutatione habebis Φαίνυλλοϛ. Diminutivum nomen est: Φαινοκλῆϛ Φαίνυλλοϛ, Ἡρακλῆϛ Ἥρυλλοϛ, Θραϛυκλῆϛ Θράϛυλλοϛ, al.

Amstelodami,
d. 11 m. Julii 1878.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ.

EX VOLUMINIBUS HERCULANENSIBUS.

PHILODEMI EPICUREI *de Ira* liber. E papyro Herculanensi — edidit THEODORUS GOMPERZ.
Lipsiae 1864.

Diligenter nuper relegi PHILODEMI *de Ira* librum a THEODORO GOMPERZ. ex miseris papyraceis laciniis insigni sollertia et felici acumine passim suppletum et emendatum. In longe plurimis res ei prospere cessit et repperit verum. Quod etiam conclamata et deposita conatus est restituere, in Editore non est mirandum et facile ferendum.

Sunt loci pauculi ubi ab Editore dissentio et veriora reperiri et reponi posse arbitror, de quibus breviter disserere iuvat.

Columna IIII. pag. 24. *** *τῶν ἰατρῶν τό τε μέγεθος τῆς νόσου καὶ τὰ γενόμενα δι' αὐτὴν πάθη καὶ τὰς ἄλλας δυσαρεσίας, ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς κινδύνους.* Pro *δυσαρεσίας* in papyro legitur ΔΤC*PHCTIAC, id est *δυσΧρησίας incommoda* et *molestias.*

Δυσχρησία bene reposuit Spengelius in Col. XXIV. pag. 85. ubi Editor dedit: *οὐκ ἐλαττώματα μόνον ἐν ὑπηρεσίαις ἀλλὰ καὶ Ἀχρησία καὶ συμφορῶν εἴδη πάντα παρακολουθεῖ*, sed in Codice est Δ**|XPHCTIA, quod manifesto est *δυσχρησία*, id quod loci sententia postulat.

Ante *τῶν ἰατρῶν* supplendum est participium *ἐπιδεικνύντων* vel simile quid.

Column. XI. pag. 47. *ὅταν βασιλεῦσιν ἢ τυράννοις ἐγκυρήσωσιν ὁμοιοτρόποις ἀφυλάκτως ὁμιλήσαντες εἶτα κατὰ τὸν Πλάτωνα κομίζωνται κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτας ζημίας· οὐ γὰρ ἔξιν ἀναλαβεῖν τὴν (πρησμονὴν) ἅπαξ φωτίζουσαν.* In Codice papyraceo est ΚΟΤΦΩΝΚΑΙΠΗ**ΩΝΛΟ*ΩΝΒΑΡΤΝΘΤΑΙ ΤΑCΖΗΜΙΑC, quae Editor certa emendatione restituit memor decantati loci ex Platonis *Legibus* pag. 717 *c. παρὰ δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν χρὴ πρὸς ἑαυτοῦ γονέας εὐφημίαν διαφερόντως, διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία.* Manifestum enim tenemus librarii errorem, qui pro *βαρυτάτας ζημίας* alias res agens substituit

ΒΑΡΤΝΘΤΑΙΤΑCΖΗΜΙΑC.

Saepe videbis vetusta volumina iisdem mendis et vitiis esse contaminata quibus et caeteri omnes libri etiam vetustissimi et fidelissimi, quos habemus.

In sqq. Editor scribens: *οὐ γὰρ ἔξιν ἀναλαβεῖν τὴν πρησμονὴν ἅπαξ φωτίζουσαν* plane a vero aberravit ac nobis verba dedit *ἀδιανόητα* et sensu vacua. In Codice est: ΑΝΑΛΑΒΘΙΝ ΤΗΝΠΡ***CΘΝΗΝΑΠΑΞΦΩ

Column. XII.

****

TIZ *******

Non cogitavit Editor inter ΦΩ et TIZ aliquot versus desiderari neque adeo *φωτίζουσαν* ullo fundamento niti. Dicam quid mihi Philodemus scripsisse videatur: nempe: *οὐ γὰρ ἔξιν ἀναλαβεῖν τὴν πρΟΘΙΜένην ἅπαξ φωΝΗΝ. Nescii vox missa reverti.* Loquitur enim de iis qui temere loquendo aut male dicendo reges ac tyrannos irritassent et gravissimas sibi calamitates conflassent. *Προΐεσθαι φωνήν* et *ἀφιέναι* perinde est et ut dicitur *πᾶσαν φωνὴν ἀφιέναι*, ita Polybius dicit III. 84. *δείσαντες ζωγρεῖν καὶ πᾶσαν προϊέμενοι φωνὴν — διεφθάρησαν.*

Quod scribit Philodemus *ὅταν — τυράννοις ἐγκυρήσωσιν ὁμοιοτρόποις*, sciendum est vetus verbum Ionicum *ἐγκυρεῖν* pro *ἐντυγχάνειν* Philodemo esse in deliciis. cf. Col. XXXX. 18. et Col. XXXVI. 26. *τὰ τοιαῦτα συγκεκύρηκεν αὐτοῖς μᾶλλον.*

Col. XIII. pag. 53. *homines iracundi*, inquit, *ἂν γενόμενοι κρείττους προΐωσιν ὥσπερ εἰώθασιν ἕως ὀφθαλμῶν ἐκποπῆς ἢ μυκ-*

τήρων ἀποτρώξεως ἢ καὶ Φόνου, τὸ περιπίπτειν ἐκ τῶν νόμων τε καὶ τῶν συνοργιζομένων τοτὲ μὲν τοῖς μόροις, τοτὲ δὲ Φυγαῖς ἐκ τῶν πατρίδων. In Codice est: ΤΟΤΕΜΕΝΤΟΙC|*MO**IC, in quo latet: τὸ περιπίπτειν — τοῖς ὉμοΙΟις. *Plectuntur ἐκ τῶν νόμων* (inquit) *Φυγαῖς ἐκ τῶν πατρίδων, et ab iis quibuscum contenduni* (ἐκ τῶν συνοργιζόμενων) coguntur *sua exempla pati*, τὸ περιπίπτειν τοῖς ὁμοίοις, ut dicitur τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι. Demosthenes in *Leptinea* pag. 457. 29. οἱ τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἑαυτοὺς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἀμειβόμενοι. Philodemus ipse infra Col. XXV. pag. 89. ἑκάστου τοῖς ὁμοίοις εἰκότως ἀμείβεσθαι τὸν ἀσυμπερίφορον δικαιοῦντος.

Quod Editor dedit: τότε μὲν τοῖς μόροις τότε δὲ Φυγαῖς putasse videtur μόρος pro θάνατος recte dici posse. Sed μόρος eo sensu poëtarum est et in pedestri oratione tam ineptum ac si in lege scriptum esset μόρος ἡ ζημία pro θάνατος ἡ ζημία.

Praeterea articulus τοῖς vitiose abundat, qui in τοῖς ὁμοίοις necessarius est.

Col. XV. pag. 59. καὶ γὰρ οὐδὲ μετὰ χρόνον (ἐπιθρηνεῖ) ἀμέλει τοῖς πραχθεῖσιν ἀλλ' εὐθέως κάθηνται τιλλόμενοι καὶ κλαίοντες ἐΦ' οἷς ἐπαρῴνησαν. In his ἐπιθρηνεῖ a loci sententia abhorret et ἀμέλει nihil significans insertum est πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ βιβλίου. In Codice est: οὐδὲ μετὰ|ΧΡΟΝΟΝΕΠΙ******| ΛΕΙΤΟΙCΠΡΑΧ-ΘΕΙCΙΝ, unde exsculpo: οὐδὲ μετὰ χρόνον** ΜΕΤΑΜΕλει τοῖς πραχθεῖσιν, *non diu post* (inquit) *eos factorum* POENITET, *sed statim.*

Col. XV. pag. 59. de ira dicit: οὕτω δὲ κύριόν ἐςι τὸ πάθος ὥςε καὶ προῖεσθαι ποιεῖ ταῦθ' ὧν μάλιςα δεινοὺς ἔχει τοὺς ἰμέρους ὁ θυμούμενος· Φοίνικα γοῦν τρωκτὴν ἢ ἕνα χαλκοῦν ἀποβαλὼν αὐτὸν πνίγει· χάσκων βαδίζεις, οὐ προσέχεις σαυτῷ λέγων, ἀναγκάζει διαριθμοῦντα πολλάκις ἀργύριον ἐν πλοίῳ καὶ τέτραχμον ἓν ἐπιζητοῦντα πᾶν τὸ πέλαγος ἐκχεῖν. Certa in his omnibus scriptura est praeter unum: οὕτω δὲ κύριόν ἐςι τὸ πάθος. Neque enim κύριος sententiae convenit neque in papyro scriptum est, sed ΟΤΤΩΔΕΚΕΙ**Φ***ΙΤΟ|Π*ΘΟC. in quo quid lateat alius fortasse aliquando excogitabit.

Sed vide mihi quam sint haec mirifice composita et coniuncta.

Ἀλεξάνδρου φασὶν μηδ' ὅταν ἄλλο κινηθῇ θηρίον ἀλλ' ὅταν λέων· οἱ δὲ τῶν ποιητῶν θεοὶ μικροῦ καὶ ταύταις (ταῖς) κυσὶν ὀργίλως διατίθενται. Offendo in verbo κινηθῇ: sententia enim postulat **non** *si se commoverit* sed *si in conspectum venerit*. Est tamen **ita** diserte in papyro scriptum K*NHΘHΘHPION. Nihilominus **est** mendosa lectio pro: ὅταν ἄλλο φανῇ θηρίον.

De eadem re scribit Plutarchus *de sollertia animalium* pag. 970*f*. Φασὶ δὲ καὶ τὸν πρωτεύοντα κύνα τῶν Ἰνδικῶν πεμφθέντα πρὸς Ἀλέξανδρον ἐλάφου ἀφιεμένου καὶ κάπρου καὶ ἄρκτου ἡσυχίαν ἔχοντα κεῖσθαι καὶ περιορᾶν· ὀφθέντος δὲ λέοντος εὐθὺς ἐξαναστῆναι καὶ διακονίσεσθαι, et in libro Pseudo-Plutarchi περὶ εὐγενείας cap. 19. Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμφθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν εἰσηγμένον λέοντα ἐκβορήσαντας εἰς μάχην ἐπερρῖφθαι. ubi corrupta sunt ultima: namque ἐκβορήσαντας barbarum est pro ἐκβορόντας et εἰς μάχην ἐπερρῖφθαι nihil est.

Manifestum est id factum esse quum venationes in Circo ederentur et aliae atque aliae ferae deinceps in arenam introducerentur.

Sed maior est difficultas in sqq. οἱ δὲ τῶν ποιητῶν θεοὶ μικροῦ καὶ ταύταις (ταῖς) κυσὶν ὀργίλως διατίθενται. Absurdum est dicere: *Deos propemodum his canibus irasci*. Scriptum est in Codice: ΜΙΚΡΟΤΚΑΙ|ΤΑΤΤ **CTCINOPΓΙΛΩC. Suspicor in CTCIN participium aliquod latere λέγOTCIN et quidvis potius quam κTCIN. Sed nullo modo ex his angustiis expedire me possum.

Col. XVIII. pag. 71. de iracundis scribit: ἀπροβάτους δ' αὐτοὺς ἀνάγκη γίνεσθαι καὶ τῷ μήτε καθηγητὰς ἀνέχεσθαι μήτε συσχολάζοντας ἂν ἐπιτιμῶσι καὶ διορθῶσιν. — ἀλλὰ κἂν ἑτέροις ἐπιπλήττωσιν ἀλογώτατα, πρὸς ἑαυτοὺς ὑποπτεύειν ἀεὶ τὰ πάντα λέγεσθαι. Praepositiones ΠΡΟ et ΠΡΟC etiam in veterrimis libris oscitanter confunduntur, nam satis perspicuum est ἀπροCβάτους corrigi oportere. Veteres dicebant ἀπρόσοδος et εὐπρόσοδος, ut Phrynichus in Bekkeri *Anecd.* pag. 344.

ζῶ δὲ Τίμωνος βίον
ἄγαμον, ἄδουλον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον.

Sequiores eodem sensu ἀπρόσβατος usurpabant.

In sqq. ἀλογώτατα ad sqq. est referendum: *homines iracundi*, inquit, *etiam si reprehenditur alius, in se haec omnia dici* stultissime *suspicantur*.

Sequitur (ἀνάγκη δ' αὐτοὺς) μηδὲ τοῦ διασυζητήσοντος μετέχειν ἀγαθοῦ. Editor „*vocabula Lexicis inserenda*" enumerans ponit in his verbum διασυζητέω. Cave facias, namque διασυζητεῖν et per se spectatum absurdum est et vitio natum. In papyraceo libro legitur:

ΔΙΑCΥΖΗΤΗCΘΩ**Θ
ΤΕΧΕΙΝΑΓΑΘΟΥ.

nonne vides διὰ συζητήσεως scriptum fuisse? Συζητεῖν et συζήτησις tritissima sunt et res est suavissima, qua homo iracundus carere dicitur οὐδενὸς (ut addit) ὑπομένοντος συγκαταβαίνειν.

Col. XX. pag. 72. σκυθρωπάζειν καὶ λοιδορεῖν ἁπλύτως καὶ διαβάλλειν καὶ πλάττειν τὰ μὴ γεγονότα. Ineptum est manifesto ἁπλύτως. Legitur in Codice ΑΠΑΤΤΩC, sed corrector supra secundum A scripsit Λ ut ἁπλύτως legeretur. Sed vera lectio est ἀπαύCτως *sine fine*.

Col. XXI. pag. 77. μισουμένοις ἐπαμύνειν καιροῦ τε παραπεσόντος καὶ συνεπιτιμᾶν. Codex exhibet·

**ΘΟΤΜΘΝΟΙCΘΠΑΜΤ
***ΚΑΙΡΟΤΤΘΠΑΡΑΠΘ
* * * * * ΑΙCΤΝΘΠΙΤΙ

Reliqua Editor recte constituit sed in ultimo vocabulo fallitur. Supplendum erat (μήτε) — ἐπαμύνειν καιροῦ τε παραπεσόντος καὶ συνεπιτίΘΘCΘΑΙ. Dicuntur nonnulli hominibus propter iracundiam odiosis *neque opem ferre et si oblata fuerit occasio una cum inimicis* IMPETUM IN EOS FACERE. Frequens eo sensu est verbum συνεπιτίθεσθαι, et sunt inter se opposita ἐπαμύνειν et συνεπιτίθεσθαι.

Col. XXIIII. pag. 84. memorabilis locus est *de servis* (Romanorum): διὰ τὰς — κολάσεις καὶ συνεχεῖς καὶ ὑπερμέτρους εἰς πᾶν ἐκκαλουμένων τῶν δούλων ἂν μὲν αὐτοὺς ἀποκτεῖναι δι-

νωνται σφόδρ' ἡδέως ποιούντων, ἂν δ' ἀδυνατήσωσι τέκνα καὶ γαμετὰς, ἂν δὲ μηδὲ ταῦτα τὰς οἰκίας ἐμπιμπράντων ἢ τἄλλα κτήματα διαφθειρόντων.

Multa sunt in Philodemi libris indicia unde appareat in Italia haec esse scripta et spectare ad res et mores Romanorum. Non cadit in Graecorum ingenium et naturam teterrima illa iracundia, qualem passim in hoc libro Philodemus describit. Romanorum esse hanc rabiem et hunc furorem et Seneca et multis locis Galenus declarant.

Col. XXVIIII. pag. 101. αἰσχύνεται δὲ καὶ φιλοσοφία — ὅταν οἱ πραεσάναι δοκοῦντες αὐτῶν φωρῶνται τοιοῦτοι. Supplendum ΚΑΤαισχύνεται. Philosophia enim non *pudore suffunditur*, sed *contumelia afficitur*.

Col. XXVIIII. pag. 101. ἡμεῖς δὲ τὰ δυνατὰ περιγραφῆναι καὶ σύμμετρα καὶ ΠΡΟΣχειρα μόνον ὑπεμνήσαμεν. Non est adiectivum Graecum πρόσχειρος, at tu emenda ΠΡΟχειρα.

Col. XXX. pag. 102. οὐ μόνον συνεχῶς θυμοῦνταί τινες ἀλλ' ἐνίοτε καὶ ταῖς κατ' ἀριθμὸν ὀργαῖς πολυχρονίοις ἐνέχονται καὶ δυσαποκαταστάτοις. Nemo facile dicet quae sint αἱ κατ' ἀριθμὸν ὀργαί. In Codice est

ΤΑΙCΚΑΤ* ΙΡΙΘΜΟΝΟΡΓΑΙC.

mendose; vera scriptura videtur esse ταῖς κατ' ἐρεθισμὸν ὀργαῖς. Appellantur enim ἐρεθισμοί et διερεθισμοί omnia quae hominibus facile excandescentibus repente *bilem movent*. cf. Col. XXV. pag. 89. ἐρεθισμῶν διὰ νεῦμα καὶ ψιθυρισμὸν καὶ γέλωτα. *Nutum dedit aliquis aut aliquid alicui insusurravit aut arrisit, at illi repente exardescunt ira eaque diuturna et vix placabili*, atque hae sunt αἱ κατ' ἐρεθισμὸν ὀργαί.

Col. XXXIII. pag. 113. ὡς Ἀντίπατρος εἰ καὶ ****** τοῖς ἀμυνομένοις θυμοῦ (χηρεία) ... καὶ πρὸς τοὺς ἀνταγωνισάς κτέ. In Codice scriptum est: Ο* ΑΝΤΙΠΑΤΡΟCΘΙ* ΑΙ | ΠΡΟCΤΑΘΙ*** ΤΟΙCΑΜΤΝΟ | ΜΘΝΟΙCΘΤΜΟΤΧΘΡΘΙΑΙΠΤΝ | ΘΑΝΘΤΑΙ. Una literula vitiose addita Editorem a recta via deduxit. Pro ΧΘΡΘΙΑ legendum χρεία, quo semel reperto omnia

recte procedunt: Ὁ Δ' Ἀντίπατρος εἰ Καὶ πρὸς ΤΑΘΙ** θυμῶ χρεία πυνθάνεται καὶ πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστὰς κτέ.

Redarguit Antipater eos, de quibus scriptum est Col. XXXI. pag. 107. ἔνιοι τῶν Περιπατητικῶν — ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς φασὶ τοὺς τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν αὐτῆς ἐξαιροῦντας, ὧν χωρὶς οὔτε κόλασιν οὔτ' ἄμυναν εἶναι. Hinc Antipater πυνθάνεται εἰ καὶ πρὸς ΤΑΘΙ** θυμοῦ χρεία. Quid autem lateat in πρὸς ΤΑΘΙ sedulo quaerens reperire non potui. λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

Col. XXXIIII. pag. 114. τοῖς ἱππικοῖς τοὺς ἵππους καὶ τοῖς γραμματικοῖς (ἢ) ἀμέλει τοῖς ἄλλοις τεχνίταις (τοὺς) μαθητάς. Codex: ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙC**|* ΛΘΙΤΟΙCΑΛΛΟΙC ΤΘΧΝΙΤΑΙC| ΘΔΩ** ΜΑΘΗΤΑC, unde legendum γραμματικοῖς ΚΑΙ ΠΑCΙ ΤΟΙC ΑΛΛΟΙC τεχνίταις ἔδωΚΘ μαθητάς. Ut saepe alibi ΑCΙ conversum est in ΛΘΙ. Vix possunt haec in veteri scriptura oculis discerni. Adverbium ἀμέλει prorsus ab hoc loco alienum est.

Col. XXXV. pag. 119. ἐπιτίμησις πυκνὴ ἢ ἅπασι τοῖς γνωρίμοις ἢ τοῖς πλείοσι καὶ ἐπιτεταμένη. In Codice est ΠΤΚΝ***ΠΑCΙ. Tres literulae perierunt. Supplendum est: πυκνΗ 'ΘΝ πᾶσι. (*Iram movet*), inquit, *crebra reprehensio* CORAM *sodalibus omnibus aut plerisque.* Multo enim odiosius est *coram pluribus* increpari quam si quis secreto remotis arbitris reprehenditur. Plutarchus *de adulatore et amico* pag. 70*f*. ἐπεὶ γὰρ ὁ Σωκράτης ἥψατό τινος τῶν συνήθων σφοδρότερον ἐπὶ ταῖς τραπέζαις διαλεγόμενος „οὐκ ἄμεινον ἦν, ὁ Πλάτων ἔφη, ἰδίᾳ ταῦτα λελέχθαι;" καὶ ὁ Σωκράτης „σὺ δὲ, εἶπεν, οὐκ ἄμεινον ἂν ἐποίησας ἰδίᾳ πρὸς ἐμὲ τοῦτο εἰπών;" ubi multa addit in eandem sententiam et argumenta et exempla.

Col. XXXVI. pag. 120. ὑποληφθήσονταί τινες ὀργιλώτεροι καὶ τῷ πικρῶς λαλεῖν καὶ ἐπιτεταμένως. In Codice est mendosa lectio ΕΠΙΤΘΤΑΓΜΘΝΩC. Sexcenties in libris nostris praeter auctoris sententiam τέταμαι et τέταγμαι inter se confunduntur. Vides quam sit antiquus hic scribarum error. Similiter in Fragmento I. ubi editur: τὸν τράχηλον ἐντεταμένον Codex habet

ЄNTЄ**ΤMЄNON, id est *ἐντεταγμένον*. cf. Interpretes ad Aristophanis *Plutum* vs. 326.

καὶ συντεταμένως καὶ κατεβλακευμένως.

Col. XXXVIII. pag. 126. *κακῶς γὰρ ἀκούων καὶ πάσχων ὅσις οὐκ ὀργίζεται πονηρίας πλεῖστον τεκμήριον Φέρει κατὰ τὸν Μένανδρον.* Dobraeus, quem Meinekius sequitur, haec sic constituit:

κακῶς ἀκούων ὅσις οὐκ ὀργίζεται
πονηρίας πλείσης τεκμήριον Φέρει.

quod *πλείσ*HC dederunt pro *πλεῖσ*ON verum esse arbitror, sed dubito de caeteris. Primum non est verum quod Menandrum dicentem faciunt. Sunt enim *multa maledicta*, quae sano viro *bilem non movent*, quia falsa sunt et de nihilo ficta, aut nata ex invidia et odio. Quis hoc melius sciebat quam Menander, cuius hi lepidissimi versiculi prudenti vitam consilio monent:

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔς' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον Φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ ἦν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται λοιδορεῖται λοιδορῶν.

Quis non probat Alexandri dictum talia aequissimo animo ferentis: *βασιλικὸν καλῶς ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν*? Praeterea duo ponit Philodemus *κακῶς γὰρ ἀκούων καὶ πάσχων*, quorum alterum certe non est Menandri. Ego utrumque Philodemi esse arbitror et Comici esse haec tantum:

ὅσις οὐκ ὀργίζεται
πονηρίας πλείσης τεκμήριον Φέρει.

cui nulla res iram movet, qui irasci nescit nae ille improbus et nequam homo est.

Col. XXXVIIII. pag. 131. *ἢ πῶς ἔτι μετὰ παρρησίας ἐροῦμέν τι πρὸς τοὺς λόγους τῶν ἀΦαιρούντων τοὺς σπουδαίους πᾶσαν ὀργήν*; diserte sic in Codice scriptum est TOTCCΠOTΔAIOTC, sed erroris manifestum tenemus librarium, qui *τοῦ σπουδαίου* dare debuerat. *Perfectus sapiens*, in quo quaerendo philosophi aetatem conterebant, constanter appellatur *ὁ σοΦός*, *ὁ σπουδαῖος* et *ὁ Φρόνιμος* in singulari numero. Baton Athen. p. 163 *b*.

τῶν φιλοσόφων τοὺς σώφρονας ἐνταυθοῖ καλῶ
τοὺς τὸν φρόνιμον ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις,
ἐν ταῖς διατριβαῖς ὥσπερ ἀποδεδρακότα.

et idem pag. 279 *c.*

ἐξὸν γυναῖκ' ἔχοντα κατακεῖσθαι καλὴν
καὶ Λεσβίου χυτρίδια λαμβάνειν δύο,
ὁ φρόνιμός ἐστι τοῦτο, τοῦτο τἀγαθόν.
Ἐπίκουρος ἔλεγε ταῦθ' ἃ νῦν ἐγὼ λέγω.

et sic passim in philosophorum controversiis εἰ ὁ σοφὸς πολιτεύσεται, χρηματιεῖται, ὀργισθήσεται, θυμωθήσεται, ἐρασθήσεται, πλακοῦντας ἔδεται et sim. Antisthenes dicebat (apud Diog. Laërt. VI. 11): τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύσεσθαι ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς. γαμήσειν τε τεκνοποιΐας χάριν ταῖς εὐφυεςάταις συνιόντα γυναιξί. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν τίνων χρὴ ἐρᾶν. Si quis autem dixerit nihil impedire quo minus et οἱ σοφοί aut οἱ σπουδαῖοι in tali re dicatur, ut apud Diogenem VI. 56. ἐρωτηθεὶς εἰ σοφὸς πλακοῦντα ἐσθίουσιν, meminerit non esse Graecum ἀφαιρεῖν τινά τι, sed ἀφαιρεῖσθαι, et ἀφαιρεῖν τί τινος. Antiphanes Stobaei (*Floril.* 63. 12.)

εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονὰς
καταλείπετ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι.

et Sophocles in *Philoctete* dixit vs. 932.

ἀπόδος, ἱκνοῦμαί σ', ἀπόδος, ἱκετεύω, τέκνον,
πρὸς θεῶν πατρῴων, τὸν βίον με μἀΦέλΗΙ.

non μἀΦέλΗΙC, ut vulgo legitur. Correxerat Elmsleius, sed sprevit certam correctionem Dindorfius. cf. *Philoct.* vs. 376.

εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.

Sic igitur Philodemus quoque dixerat: τῶν ἀφαιρούντων ΤΟΥ CΠΟΤΔΑΙΟΥ πᾶσαν ὀργήν, sed C male duplicatum vitium peperit.

Col. XXXX. pag. 133. *** φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἴπαιμεν ἐγκρεῖν τὸν εὐλόγιστον, τῇ δὲ φυσικῇ πάντως περιπίπτειν, δι' ἣν αἰτίαν ἀνέκφευκτον αὐτὴν ἐδείκνυμεν ἀνθρωπίνῃ φύσει· καὶ γὰρ ὁ ὁτιοῦν μετέχων αὐτῆς οὐκ ἂν οἷός τ' εἴη πᾶσαν ἐκφεύγειν ἀλλὰ τινὸς ἐπιδεκτικὸς εἶναι πάντως. In sententiae principio excidit: (τῇ μὲν οὖν ἀλόγῳ ὀργῇ) φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἴπαιμεν ἐγκρεῖν

τὸν εὐλόγιστον. In sqq. mendosa est Codicis scriptura καὶ γὰρ ΟΤΤΟC ΔΗΠΟΤ ΜΘΤΕΧΩΝΑΤΤΗC. Editor bene emendavit: καὶ γὰρ ὁ ὁπωσδήπου μετέχων αὐτῆς, nisi quod ὁπωσδήποΤΘ lare debebat, quod est eo sensu solum usitatum. In ultima parte loci vitiosa est et σόλοικος verborum compositio: οὐκ ἂν ἰδός τ' εἴη πᾶσαν ἐκφεύγειν ἀλλὰ τινὸς ἐπιδεκτικὸς ΘΙΝΑΙ πάντως. Suspensum est εἶναι et quo referatur non habet. In Codice est ΘΙΝΑ*ΠΑΝΤΩC in quo inest εἶΗ ἂΝ πάντως. Difficillime in libris antiquis discernuntur H et N.

Sequitur: ἔξεστι δ' εἴτις βούλεται καὶ (καταντίον) τούτου λόγον φέρειν ἀντὶ τοῦ κοινοῦ. Poëticum est et Ionicum καταντίον pro ἐναντίον et a Philodemi oratione prorsus alienum. In Codice cernitur: ΚΑΙΚΑ | Τ*ΔΙΑ* ΤΟΤΤΟΤ ΛΟΓΟΝ, in quo latet: καὶ κατ' ἰδίαΝ τούτου λόγον φέρειν ἀντὶ τοῦ κοινοῦ. Tritum est recentiorum usu κατ' ἰδίαν pro ἰδίᾳ. Exempla multa ex Plutarcho collegit Wyttenbach. ad *Moral.* pag. 120 *d.* quorum unum describam ex vita *Arati* pag. 1033 *c.* οὐ μόνον κοινῇ σύμπαντες οἱ πολῖται τιμὰς ἀπέδοσαν αὐτῷ πρεπούσας ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν οἱ φυγάδες. vitans vocalium concursum ita scripsit pro ἰδίᾳ, quod est prorsus idem.

Sunt autem verba sic constituenda: ἔξεστι δ' (εἴ τις βούλεται καὶ κατ' ἰδίαν τούτου λόγον φέρειν), ἀντὶ τοῦ κοινοῦ τὸν σοφὸν ἐντάξαι καὶ ΤΟΝΔΕ τὸν τρόπον κατασκευάσαι ταὐτό· βλαβεὶς ὑπό τινος κτἑ. In Codice est ΚΑΙΤΟΤΤΟΝΔΘΤΟΝ ΤΡΟΠΟΝ καὶ τοῦτον ΔΕ τὸν τρόπον, ubi δέ vitiose abundat. Est autem τοῦτον τὸν τρόπον ea ratione quam DIXI, et τόνδε τὸν τρόπον ea ratione quam DICAM, id quod locus requirit.

Pessime mulcatus est locus in Col. XXXXI. pag. 137. πότερον ἀδιάφορον ἀναδέξεται — ἢ ἀλλότριον; — ἀδιάφορον μὲν οὖν φάναι βίαιον, εἰ δ' ἀλλότριον καὶ γινώσκει διότι κολασθεὶς ἀνασαλήσεται καὶ τοὺς ἄλλους (οὐκ) ἐκσήσει μανικῶς οὐκ ἀπέλθοι ἂν καθ' ὃν ἄγε τινὰ τρόπον δακών. In Codice est: ΤΟΤCΑΛΛΟΤCΘ* ΙCΤΗΣΘΙΜΑΝΙΚΩC, id est τοὺς ἄλλους ἘΠΙσήσει. Sententia manifesto haec est: *et ipse castigatus modestior erit et reliquos deterrebit* quo minus idem faciant. Ἐφιστάναι eo sensu poni potest pro *sistere cursum, prohibere quo minus quis pergat*

ulterius, sed longe usitatius in ea re est ἐπέχειν (ἐπίσχειν) et ἐπισχήσειν, unde oborta est mihi suspicio an forte olim ἐπισχήσει scriptum fuerit. Sed sive ἐπισήσει verum est sive ἐπισχήσει stulte additur μανικῶς, quod verborum sententia prorsus respuit. Unum est in tota Graecitate adverbium quod in hunc locum conveniat καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισχήσει ΝΘανικῶς id est *valde*, strenue, *vehementer*. Scribitur litera M in Codice ea forma, ut a NC et NΘ parum aut nihil differat.

Sequitur: οὐκ ἀπέλθοι ἂν καθ' ὃν ἄγε τινὰ τρόπον δικήν. Codex ΟΤΚΑ*ΘΛΘΟΙΤ****|ΚΑΘ* ΝΑΓΘΤΙΝΑΤΡΟΠΟΝ. Prima non expedio, sed οὐκ ἀπέλθοι ἄν pro οὐκ ἂν ἀπέλθοι nemo Graecorum dicebat. In sqq. unice verum est quod Spengelius reperit καθ' Ἕνα γέ τινα τρόπον. Veteres dicebant ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, ἕνα γέ τινα τρόπον, sed Philodemus κατά addit quod Veteres constanter omittunt. Sic et Col. XXXVII. pag. 125. καθ' ὃν τρόπον ἔλεγον pro ὃν τρόπον, et aliis locis.

Col. XXXI. pag. 137. καὶ φήσει τις· εἰ διὰ τὸ βλάπτεσθαι καθ' ἑκούσιον τρόπον ὀργίζεται (ὁ σοφὸς), βλάπτεται δ' ὑπό τινων εἰς τὰ μέγιστα, πῶς οὐχὶ καὶ [οὐ] μεγάλην ὀργὴν ἀναδέξεται καὶ σφοδρὰν ἐπιθυμίαν ἕξει τοῦ μετελθεῖν; Quamquam diserte in Codice scriptum est ΠΩCΟΤΧΙΚΑΙΟΤΜΘΓΑΛΗΝ tamen si quis diligenter locum consideraverit facile sentiet οὐ deleri oportere, ut sit: πῶς οὐχὶ καὶ μεγάλην ὀργὴν ἀναδέξεται καὶ σφοδρὰν ἐπιθυμίαν ἕξει τοῦ μετελθεῖν;

Quam saepe etiam in libris nostris οὐ vel necessarium perierit vel importunum irrepserit multis locis alibi demonstravimus.

Col. XXXII. pag. 139. ὁ σοφὸς οὐκ ἂν ἐμπίπτοι ποτὲ ἐπιθυμεῖν τῆς κολάσεως καθάπερ ἀπολαυσοῦ τινός. Diserte sic in Codice scriptum est, sed duo vocabula necessaria perierunt: οὐκ ἂν ἐμπίπτοι ΘΙC ΤΟ ἐπιθυμεῖν τῆς κολάσεως. Sic Plato *de Rep.* pag. 539 *c.* ὅταν δὲ πολλοὺς μὲν αὐτοὶ ἐλέγξωσιν, ὑπὸ πολλῶν δ' ἐλεγχθῶσι σφόδρα καὶ ταχὺ ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι ὥνπερ πρότερον.

Col. XXXXIIII. pag. 145. *ἀνήμερος γὰρ — ἔραται πολέμου καὶ τιμωρίας ἀνθρώπων, ὁ δὲ σοφὸς ἡμερώτατος καὶ ἐπιεικέστατος (οὐδ') ἐπιθυμῶν τῆς κολάσεως οὕτω παρίσταθ' ὡς πρὸς αἱρετὸν δι' αὐτὸ τὴν τιμωρίαν εἴ γε καὶ συγκαταδύνειν προαιρεῖται.* Nihil in hoc loco difficultatis erit ubi pro *οὐδ' ἐπιθυμῶν* rescripseris *Ο Δ' ἐπιθυμῶν*. Opponuntur inter se *ὁ σοφός* et *ὁ ἐπιθυμῶν τῆς κολάσεως*, qui sitiens poenas et vindictam *καὶ συγκαταδύνειν προαιρεῖται*. Vides *συγκαταδύνειν* idem esse quod *συναπολέσθαι, una perire*. Saepe enim *δύνειν* (*δύεσθαι*) et *καταδύνειν* de morientibus dicitur, ut *occidere* Latine. Lepide Timon de sene amatore dixit:

ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν νῦν ἄρχεται ἠδύνεσθαι.

Col. XXXXV. pag. 149. *ὥςε θαυμάζειν ἐπὶ βυβλιακοῖς εἶναι θέλουσιν.* Codex ΘΑΤΜΑΖΘΙΝΘΙ*****, et etiam sine hoc indicio apparet intercidisse articulum ἐπΙ ΤΟΙC *βυβλιακοῖς εἶναι θέλουσιν iis qui pereruditi et multae ac diffusae lectionis esse volunt videri.*

Col. XXXXVI. pag. 151. *εἰ τοῖς καλῶς παρ' ἑαυτοὺς κεχρημένοις εὐχαριςήσει σοφὸς ἀνὴρ καὶ τοῖς ἑκουσίως βλάψασιν αὐτὸν ὀργισθήσεται.* Est haec ipsa Codicis scriptura sed manifesto mendosa. Apparet ex tota disputatione *τοῖς καλῶς παρ' ἑαυτοὺς κεχρημένοις* significare debere *τοῖς εὐεργετήσασιν αὐτόν*, ut appellantur pag. 157. Sed quaero quo tandem pacto *οἱ παρ' ἑαυτοὺς κεχρημένοι* eo sensu dici possit. Nihil reperio quo hanc difficultatem solvam.

Col. XXXVIII. pag. 157. et sq. *περὶ τοῦ μεθυσθήσεσθαι καὶ τὸν σοφὸν εἰ μὲν ἀποφαίνονται τοὺς περὶ τὸν Ἐπίκουρον κεχρῆσθαι αὐτῷ καὶ τοὺς χαρίεντας φλυαροῦσιν, εἰ δ' ἑαυτοὺς ἀτόπως περὶ ἐκείνου φλήναφον ἐκ τούτων συλλογίζεσθαι.* Codex: ΠΕΡΙΘΚΘΙ-ΝΟΤ.....ΙΘΚΤΟΤΤΩΝCΤΛΛΟΓΙΖ...ΑΙ, quae sic scribenda et disponenda sunt: *εἰ δ' ἑαυτούς, ἀτόπως περὶ ἐκείνου* ΤΟΙΟΤΤΟΝ Τι *ἐκ τούτων συλλογίζ*ΟΝΤ*αι*. Nunc vocabulum *φλήναφον* male ab Editore suppleri perspicuum est. Τοὺς *χαρίεντας homines scitos et lepidos* unaquaeque secta suos appellat.

Col. XXXXVIIII. pag. 161. multa insunt in Codice mendis partim a prima manu correcta, sed pars perinde corrupta emendatorem non habuit. Legitur l. l. *καθάπερ γὰρ χωρὶς τοῦ γράμματα μαθεῖν οὐχ οἷόν τε* [*μαθεῖν οὐχ οἷόν τε*] *γενέσθαι σοφόν, ἀλλ' οὐκ εἰ γράμματά τις ἔμαθεν ἐποισθήσεται τὸ καὶ* [*τὸν*] *σοφὸν εἶναι*, quae antiquus corrector intacta reliquit, tandem Editor utrumque pannum resecuit. Sic nullum est mendi genus in Codd. nostris, quod non in vetustissimis hisce papyris idem reperiatur.

Addam his duos locos ex Philodemi libro *περὶ μουσικῆς* Vol. Hercul. Tom. I. pag. 137. Col. XXXVII. 29. *ἐῶ γὰρ τὸ τὴν μὲν ἡδονὴν οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι, τὴν δὲ μάθησιν καὶ μελέτην ἵνα τέρπωμεν αὐτοὺς ἐπίπονόν τ' εἶναι καὶ τῶν κυριωτάτων πρὸς εὐετηρίαν* ΘΚΚ*ΘΙΟΤCΑΝ. Neapolitani suppleverunt *εκκρεουσαν* vertentes *propter* REGIAM *opulentiam*. Obversabatur iis *κρείων Ἀγαμέμνων*. Legendum *ἐκκλείουσαν* EXCLUDENTEM *iis rebus quae ad beate vivendum vim habent maximam*. *Εὐετηρία* noto usu ponitur pro *felicitas*, *εὐδαιμονία*.

Ibid. pag. 139. Col. XXXVIII. 30. *τοσαῦτα τοίνυν εἰρηκὼς πρὸς ἃ τινες ἐγκεχειρήκασι διά τ' εἶναι μὴν ἂν δεόντως ὅτι χάριν μὲν πιθανότητος αὐτῶν οὐδὲ πολλοστημόριον ὤφειλον ἐκτΘΙνειν.* Pro verbis absurdis *διά τ' εἶναι μὴν ἂν δεόντως* emenda *διατειναίμην ἄν* et scribe *χάριν — ἐκτίνειν*. Iam tum I et ΘΙ in libris confundebantur.

C. G. COBET.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XIV. 106. 8. quum Urbs a Gallis recepta instauraretur *οἱ Ῥωμαῖοι — δημοσίΑC κεραμῖδας ἐχορήγουν*. Novum et inauditum est hoc tegularum genus. Diodorus dixerat *δημοσίΑΙ publice*.

C. G. C.

MISCELLANEA.

AD SAM. ADR. NABER

EPISTULA CRITICA.

SCRIPSIT

E. MEHLER.

Diu est, mi Naber, ex quo variis negotiis distracto et operi scholastico continuo dedito otium non erat recolligendi, recensendi et scriptis mandandi, quae inter legendum observaveram et annotaveram. Succrescit paulatim materies, sed — etiamsi qui semel litterarum Graecarum et Latinarum amore est penitus imbutus, haud facile unum diem praetermittat, quin animum τῇ βαναύσῳ τέχνῃ defetigatum raris ex puro illo elegantiae et sapientiae fonte haustibus cupiat recreare et erigere — perit scribendi illa cupido et facultas, quae vel invitos nos allicit ut inventa nostra qualiacumque publici iuris faciamus. Ex quo in me iuvenilis ille scribendi ardor dicam an pruritus est exstinctus, in dies crevit modestia quaedam et verecundia, ne periturae chartae molem insuper augerem. Non deerant quidem, in quibus verum agnovisse mihi videbar, quod alios latebat; levia tamen et futilia haec existimabam prae praeclaris illorum inventis, quorum ex calamo fusile, ut est apud poetam, aurum fluitare

videres. Ecce tu, cui per epistulam paucas quasdam meas correctiunculas miseram, excitas me ad insuetum scribendi laborem, et me hortaris, ut iterum antiquo me includens ludo iuvenilis aetatulae conamina instaurem. At tu is es, quem rogantem repellere, quem hortantem spernere nefas habeo. Modo ne poeniteat Te exhortationis Tuae, lectis miscellaneis meis, quae non otio affluens contexui, sed horis subsecivis tessellatim composui.

1.

Initium faciam a loco *Homerico*, qui me diu multumque vexavit. Nec me primum! Nam ab Eustathio inde usque ad La Rochium, novissimum Homeri editorem, viri docti desudarunt in explicandis iis verbis, quae, nisi omnis veri rectique sensus me destituit, legitimam, quae et logicae et grammaticae legibus satisfaciat, explicationem non admittunt. In callida illa Ulixis oratione, qua Achivos, belli diuturni aerumnis confectos, reditumque parantes novo ardore implet, legitur hic versus (B. 291):

ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι.

Non opus esse iudico omnia omnium explicandi conamina recensere et redarguere. Refellit unus alterum. Quicumque enim novus exsistit Homeri editor, omnes, qui antea huic loco extricando manus admoverint, frustra elaborasse demonstrat. Sed utraque collata explicatione, et Eustathii et La Rochii, nihil, ut cum Cicerone loquar, tot saeculis explicatum putamus. Ἐπὶ τόσον ἐπίπονος, ita versum interpretatur doctus episcopus Thessalonicensis, ὁ τοσαύτης πόλεμος, ὥστε εὐλόγως ἂν τις ἀνιαθέντα ἐφίεσθαι τοῦ νόστου. Verissima haec quidem, sed nihil eorum in verbis poëtae. Multo magis etiam torquet se atque cruciat La Rochius, ut sanam explicationem eliciat. Ex una versione et explicatione nectit alteram, et sic magis magisque a vera verborum significatione deflectens, tandem aliquando sibi videtur invenisse, quod εἰρωνευόμενος credo simplicissimam loci explicationem appellat (*Die Stelle wird am einfachsten zu erklären sein*). Videsis quid ille decernat. „Molestum est reverti, quos rei pertaesum est." Immo quem rei cuiusdam pertaedet, ei dixerim non molestum esse, sed exoptatum,

bella linquere nullos habitura triumphos. Sed ἀνιηθέντα, quod modo recte verterat, veluti interpretandi furore correptus, ad diversas significationes detorquet, quas evolvendo, ut dicunt, inde expromit. Quod modo fuerat *„der Sache überdrüssig"*, iam fit: *„aus blosser Unlust, ohne seinen Zweck erreicht zu haben."* Mihi quidem hoc vix serio contendere videtur vir tam acuti et sobrii iudicii, quam in La Rochio agnoscimus, quicumque eius Homerica novimus. Nimia scilicet traditae lectionis reverentia aggredi nefas habebat, quod omnium codicum praesidio esset munitum. Quasi vero non sexcenti essent loci, ubi falsa lectio Graecis iuxta ac nobis verba dedit. Mihi quidem nihil certius esse videtur, quam scribae — sit ille antiquissimus — errorem nos ludificari et pro ANIHΘENTANEECΘAI legendum esse ANIHΘENTANEXECΘAI, h. e. ἀνιηθέντ' ἀνέχεσθαι, *molestum est aerumnis vexatum tolerare.* Haec demum simplex est et vera cogitandi et disserendi ratio. Queruntur et lamentantur Achivi haud secus ac infantes vel viduae mulieres. Non potest negari, dicit Ulixes, molestum esse, si cui aerumnis vexato sit perdurandum et perferendum. Tamen sustentate aliquantisper; nam est etiam multo molestius δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι.

Sed non licet mihi laetari invento meo, quamdiu obstat auctoritas viri, quem a primis nostris in hac arte meritis stipendiis venerari solebamus et suspicere ut perfecti critici exemplar, Carolum Lehrsium dico, qui traditae lectionis patrocinium suscepit in Aristarcho, pag. 73 (ed. alt). Nisus Aristarcho auctore demonstravit eo loco vir summus, πόνον significare apud Homerum *laborem* nunquam *dolorem* (πόνος τὴν ἐνέργειαν καὶ κακοπάθειαν λέγει ὁ ποιητής, οὐδέποτε δὲ τὴν ἀλγηδόνα, cf. O. Carnuth, Aristonici Π. σημείων Od. pag. 26). Nec facile quisquam repugnabit, dummodo ne vetemur vocabulo *labor* alterum substituere fere synonymum, scilicet *molestia.* Quod molestiam affert, idem non est necesse maerorem pariat. Troiae incendium, ut exemplo utar a Lehrsio ipso adducto, πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον, πολλοῖσι δὲ κήδε' ἐφῆκεν, i. e. omnibus molestiam creavit, multis maerorem. Usque eo igitur licet mihi Lehrsii vestigia sequi. Sed ne tanti quidem viri auctoritate permoveor, ut mihi persuadere possim, poëtae verbis eam in-

esse posse sententiam, quam ille elicuit: *„nimirum laboribus fungimur, ut moleste ferentes redire velimus,"* nisus videlicet scholiastae cuiusdam auctoritate (*πολὺς μὲν οὖν ὁ πόνος, ὥστε λοιτὸν ἀκηδιάσαντά τινα νεῖσθαι*). Affert Odysseae versum, β. 248, ut demonstret infinitivi usum simillimum. Sed quam sit dissimilis iste infinitivus, apparet, cum etiam Odysseae locum conatus eris Latine vertere. Sunt hi versus:

οὐδέ τι ἴσασι θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν
ὃς δή σφι σχεδόν ἐστιν, ἐπ' ἤματι πάντας ὀλέσθαι.

At si quid video, est infinitivus epexegeticus. „Ignorant mortem et triste fatum, quod iis impendet, scilicet se uno die omnes esse perituros." Neque apparet quomodo aoristus *ἀνηθέντα* praesentis vim accipere (cf. La Rochius ad h. l.) neque quomodo *νέεσθαι* significare possit *redire volumus*. Cum igitur omnium, quas quidem novi, interpretationum nulla videatur *τὰς εὐθύνας* posse *διαφυγεῖν*, redeo ad coniecturam meam, facillimam et poëtae cogitata aptissime restituentem. Fere dixeris emendatam Homerici versus lectionem Ovidii animo esse obversatam, cum Ithacensem, Metam. XIII. 213, inter sua facta etiam hoc facit recensentem:

Consolor socios, ut *longi taedia belli*
Mente ferant placida.

2.

Ulcus haud minus inveteratum, quam in loco Homerico demonstravi, videtur mihi residere in *Sophoclis*, Tragicorum *τῷ ὁμηρικωτάτου*, versu. Philoctetes interrogat Neoptolemum de sorte celeberrimorum heroum, qui exierant sub moenibus Troiae pugnaturi. Iam procubuere optimus quisque, Achilles, Aiax, Antilochus, Patroclus. Neque id mirum, ut docet nos Neoptolemus (*Soph. Philoct.* 436), nam

πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἐκών
αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

Qui ad recte et legitime cogitandi normam hos versus exegerit, videbit vix ferri posse istud *ἐκών*. Quid dicere voluerit poëta, et per se manifestum est, et accuratissime indicatur altero Sophoclis versu e Phrygibus (fr. 649 apud Dindorf.)

τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθούς, ὦ παῖ, φιλεῖ
Ἄρης ἐναίρειν.

Solet Mars (vel bellum, cf. Pind. apud Plut. de gloria Athen. 7: Κλῦθ' Ἀλαλά, Πολέμου θύγατερ, vel Herod. IV. 23: οὐδέ τι ἀρήιον ὅπλον ἐκτέαται) fortissimos eligere quos percutiat. Longe hoc aliud est atque quod in Philoctetis versu legitur. Mars *nisi coactus* inertem non comprehendit. Sed quis Martem cogeret belli potentem, huic parcere, illum ferire? Spernit Mars ignavos, Ἄρης γάρ, ut legimus in eodem Phrygum fragmento

Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λωτίζεται (?):

Idem de Marte praedicat Aeschylus (fr. 98 Dind.):

ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ
ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀπανθίζειν στρατοῦ.

His accedat Anacreontis quod fertur epigramma (Anthol. Gr. ed. Jakobs VII. 160) quod fugit Valckenaerii diligentiam, qui in Diatr. 225 B. similia de Marte poetarum dicta collegit:

Καρτερὸς εἰς πόλεμον Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

Omnibus his locis sermo est de *more*, quem in caedendis hominibus sequi soleat Mars. Agnoscimus in his Graecorum (e Romanis huc trahere posses Verg. Aen. VI. 871.

Nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria haec si dona fuissent)

de deorum invidia doctrinam, quam nemo simplicius atque accuratius indicavit quam Herodotus (cf. Herod. I. 32: τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες. VII. 10. 5. φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν et quae praeter haec collegit veterum testimonia vir egregius C. F. Nägelsbach in libro qui inscribitur: *Die nachhomerische Theologie des Griechischen Volksglaubens*, pag. 50 sequ.). Id igitur Philoctetem docet Neoptolemus, non esse quod tot tantorumque heroum mortem miretur; solere enim bellum, i. e. Deum belli, fortissimum quemque corripere. Quotienscunque versum legi, totiens eadem suspicio recurrit, exquisitam Homericam λέξιν Sophocli restituendam et legendum esse:

πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἐσθλὸν
αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

Notissimi sunt loci, quibus haec coniectura mea nititur, nempe Π. I. 540 et Π. 260. Non potest negari, seriorum nec posteriorum nec poetam nec scriptorem quemquam hanc dicendi rationem esse secutum. Sed quem tam multa constat ex eo poeta sumpsisse, ad quem omnes omni tempore Graeci ut pulchri et recti magistrum devenerunt, quis negabit hunc etiam in hac re eum potuisse auctorem esse secutum, ὃς καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ ὕστατος ἦν παντὶ παιδὶ καὶ ἀνδρὶ καὶ γέροντι.

Utar occasione oblata, ut alterum *Philoctetae* locum certissima medicina restituam. Philoctetes, advenarum misericordiam imploraturus, et veritus, ne horrida miseri specie deterriti aufugiant, ita loquitur (s. 225).

καὶ μή μ' ὄκνῳ
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένοι,
ἀλλ' οἰκτείραντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε κἄφιλον κ α λ ο ύ μ ε ν ο ν
φωνήσατ' εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε.

Corruptum esse vocabulum καλούμενον, nemo non videt, sed alii alio modo corrigere sunt conati. *Brunckius* κ α κ ο ύ μ ε ν ο ν proposuit, *Bergkius* κἀλούμενον, quod non videtur convenire cum poetae consuetudine synonyma coniungendi, *Schneidewinus* κ υ κ λ ο ύ μ ε ν ο ν, quod sermonis tragici maiestati fere ridicule est interpositum; nam quae Schneidewinus affert, κυκλοῦν αὐτόν, κυκλοῦν βάσιν, in his significat κυκλοῦν *circumvagari*, *huc et illuc gradum ferre*, scilicet speculandi causa. Sed quod ille vult, Philoctetis titubantem et pavitantem gressum eo vocabulo indicari, comoediam redolet. Prudenter, ut solet, *Meinekius* coniecit κ α λ ο ύ μ ε ν ο ς; quod tamen, ut omnino supervacaneum, vix cuiquam placeret, si traditum esset. Procul dubio Sophocles scripserat:

ἔρημον ὧδε κἄφιλον κ ἀ λ ώ μ ε ν ο ν.

Quod per se manifestum est, locorum simillimorum comparatione insuper confirmatur. Cf. O. R. 1506:

ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε περιδῇς
πτωχὰς ἀνάνδρους, ἐγγενεῖς (?), ἀλωμένας.

O. C. 349:

ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη.

Trach. 300:

χώρας ἀοίκους, ἀπάτορας, ἀλωμένας.

Neglecta crasis, quae hoc loco turbas dedit, etiam *Menandro* affecit, fr. 109 (Dind.):

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρί
ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν τινά
τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Frustra quaesivi, quid significare possit φρονοῦντα, ubi modo praecesserat σωφρονοῦντα. Scripserat credo Menander

ἢ σωφρονοῦντα κεὐπορουῦντ' ἰδεῖν τινά
τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Contrarium vitium annotavi apud *Charitonem* I. 8 (pag. 15. 31 ed. Hercher), ubi eiulans miseramque sortem conquesta Callirrhoë: Ἠδίκει Χαιρέα, dicit, μέμφομαί σε οὐχ ὅτι με ἀπέκτεινας, ἀλλ' ὅτι με ἔσπευσας ἐκβαλεῖν τῆς οἰκίας. Οὐκ ἔδει σε ταχέως θάψαι Καλλιρρόην οὐδ' ἀληθῶς ἀποθανοῦσαν. Ἀλλ' ἤδη τάχα τι βουλεύῃ περὶ γάμου. Accusat Chaeream eiusdem sceleris, quod Catilinae exprobat Sallustius, scilicet illum morte uxoris domum vacuefecisse novis nuptiis. Legendum arbitror: ἄλλου ἤδη τάχα τι βουλεύῃ περὶ γάμου.

Ut Sophoclem Homero, ita Lucianum Platoni et Aristophani permulta accepta debere, constat. Quam vellem exsisteret aliquis vir doctus et sollers, qui imitationis Platonicae et Aristophaneae vestigia apud Lucianum tam accurate anquireret et deprehenderet, quam Thucydidea in Veris Historiis expiscatus est F. V. Fritzschius, Luciani in paucis felicissimus sospitator. Unum ex compluribus proferam exemplum, ubi neglecta celeberrimi versus Aristophanei συνέμφασις quam Grammatici dicunt, genuinam lectionem obscuravit et pepulit. In *Luciani Alexandro* in aliis de impudenti illo et lepido impostore leguntur haec § 4: ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ μεγαλουργὸν προσῆν καὶ τὸ μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν. Quis est, qui tersam Luciani orationem noverit, quin repudiata hac eorundem in eadem re verborum repetitione (ἐπινοεῖν et ἐπέχειν τὸς νοῦν), memor numerosorum Aristophanis in Vespis (1030) anapaestorum:

ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν,

mecum Luciano reddat: ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίστοις ἐπιχειρεῖν, deletis vocabulis τὸν νοῦν, additis cum iam ἐπιχειρεῖν in ἐπέχειν esset depravatum.

3.

Lucianus, cui modo ex Aristophane opem tuli, in vicem iuvabit me in refingendo loco *Xenophontis* in Anabasi VI. 5. 4, quem exhibebo, ut legitur in Cobetiana Anabasis editione altera: Ἐδόκει γὰρ βέλτιον εἶναι τοῦτον (scil. Νέωνα) φύλακα καταλιπεῖν τῶν ἐπὶ στρατοπέδου· ἐπεὶ δ' οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται ἀπέλιπον αὐτούς, αἰσχυνόμενοι μὴ ἐφέπεσθαι, τῶν ἄλλων ἐξιόντων κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Verissima sunt, quae de his verbis admonuit Madvigius, Adver. Crit. I. p. 350: „Non αὐτοὺς (τοὺς στρατηγούς) deserebant, sed Neonem, quo duce remanere iussi erant. Mendum arguit etiam hic concursus: ἐπεὶ ἀπέλιπον ... κατέλιπον." Quod vero pro ἀπέλιπον scribendum censet ἀπέκναιον vel simile verbum obtundendi et precibus fatigandi significationem habens, ostendit vulnus, non sanavit. Desideratur haud dubie verbum eiusdem quam indicat, significationis, sed hanc verbo ἀποκναίειν inesse nego. Ἀποκναίειν est *vexare, lacessere, carpere, obtundere* aliquem, sed non invenitur, nisi addita causa taedii vel molestiae (Arist. Vesp. 681 δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων ἀποκναίεις. — Xen. Hell. VI. 2. 1: εἰσφοραῖς καὶ λῃστείαις ἀποκναιόμενοι. — Plat. Rep. pag. 406 B. Ἡρόδικος ... μίξας γυμναστικὴν ἰατρικὴν ἀπέκναιε πρῶτον μὲν ἑαυτόν κτἑ. Demosth. Mid. 153: ἀποκναίει γὰρ ἀηδίᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ταῦτα λέγων, ubi articulum τήν delendum et pro ταῦτα legendum censeo ταὐτά). Apud Lucianum, qui identidem hoc vocabulo utitur, taedii origo numquam non est addita. Sed etiamsi recte ita dicere potuisset Xenophon, non exputo, qua clade ἀπέκναιον transfigurari potuerit in ἀπέλιπον. Viam, qua ad genuinam lectionem poterit perveniri, monstrabit Lucian. Catapl. 14: ἐπιστρέφονται γοῦν εἰς τοὐπίσω ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, κἂν πόρρωθεν ἀποβλέπειν τὰ ἐν τῷ φωτὶ βούλονται, οἷα ὁ μάταιος ἐκεῖνος ἐποίει, καὶ παρὰ τὴν ὁδὸν ἀποδιδράσκων κἀνταῦθά σε καταλιπαρῶν. Quibus addi possunt Catapl. 4 et Dial. D. 25. 2, ubi eodem utitur verbo, sed obiecto non addito. Vides iam quo tendam. Contendo Xenophontem scripsisse: ἐπεὶ δ' οἱ λοχαγοὶ καὶ στρατιῶται κατελιπάρουν αὐτοὺς .... κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Cum κατελιπάρουν abiis-

set in κατέλιπον, huius in locum substitutum est ἀπέλιπον, ut eiusdem vocabuli molesta repetitio vitaretur. Neque officiat coniecturae meae, quod eo vocabulo Xenophon non est usus; nam verbum simplex λιπαρεῖν et apud Xenophontem legitur et apud optimum quemque.

Ἐν παρέργου μέρει liceat mihi aliquot Anabasis locis medicam manum adhibere. *Anab.* III. 1. 7, legimus: ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦλθε, λέγει τὴν μαντείαν τῷ Σωκράτει. Latere mihi videtur in male distinctis litteris δ' ἐπανῆλθε (ΔΕΠΑΛΙΝΗΛΘΕ — ΔΕΠΑΝΗΛΘΕ), quamvis non fugiat me, πάλιν οἴχεσθαι, πάλιν ἄγειν et similia non solum apud Homerum legi, sed etiam apud Xenophontem et alios semel vel iterum occurrere. Si merus est lusus palaeographicus, quam proposui coniecturam, ignoscas velim, sed eadem opera mecum corrigas *Aelianum* V. H. XI. 47, ubi postliminii iure sedem suam recuperet fugata praepositio. Legendum enim est: ὁ Δίων προσηγάγετο τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα καὶ ἐς τὴν οἰκίαν ἀνέπεμψε pro ἔπεμψε. Eadem herba sanandus est locus *Lucianeus*, *Timon.* 36: Ἀλλὰ σοὶ μὲν ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διὶ πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας, τουτονὶ δὲ τὸν Πλούτωνα οὐκ ἂν λάβοιμι. Immo ἂν ἀναλάβοιμι.

Anab. III. 1. 34 apud Cobetum legimus: λέξον, δ' ἔφη, σύ, ὦ Ξενοφῶν, ἅπερ καὶ πρὸς ἡμᾶς. In libris est καὶ σύ. Xenophontem arbitror scripsisse: καὶ νῦν. Addita littera ν proderit etiam loco *Homerico*, *Odyss.* X. 186. Melanthius, procis perituris iterum opitulaturus, arma affert:

τῇ ἑτέρῃ μὲν χειρὶ φέρων καλὴν τρυφάλειαν,
τῇ δ' ἑτέρῃ σάκος εὐρὺ γέρον πεπαλαγμένον ἄζῃ
Λαέρτεω ἥρωος, ὃ κουρίζων φορέεσκεν.
δὴ τότε γ' ἤδη κεῖτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων.

Clypeus, quo Laertes iuvenis se defenderat

δὴν τότε γ' ἤδη κεῖτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων.

Commonet me particulae νῦν facta mentio loci *Herodotei*, VII. 15, quem obiter corrigam. Xerxes, de viso nocturno ad Artabanum referens ita loquitur: Ἀρτάβανε, ἐγὼ τὸ παραυτίκα μὲν οὐκ ἐφρόνεον εἴπας ἐς σὲ μάταια ἔπεα χρηστῆς εἵνεκεν συμβουλίης· μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων [ἔγνων δὲ, quae vocabula iure damnavit Cobetus), ταῦτα μοι ποιητέα ἐόντα τὰ σὺ ὑπεθήκαο. Οὐκ ὦν δυνατός τοί εἰμι ποιέειν ταῦτα

βουλόμενος· τετραμμένῳ γὰρ δὴ καὶ μετεγνωκότι ἐπιφοιτέων ὄνειρος φαντάζεταί μοι οὐδαμῶς συνεπαινέον (scribendum de more Herodoti συνέπαινον ἐόν) ποιεῖν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ διαπειλῆσαν οἴχεται. Cur pro νῦν δὲ legendum sit νυνδή, vide apud Cobetum V. L. p. 233 et 234.

Eundem Cobetum grati agnoscimus multis librariorum et lectorum additamentis Xenophontem liberasse. Tamen si ille ἐθέρισε τὴν ἀνάβασιν, nobis licebit καλαμᾶσθαι. Enumerabo aliquot emblemata, quibus ille pepercit; quo facto ad alia properabo. *Anab.* I. 2. 12: ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως παρὰ Κῦρον· καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι μισθὸν τεττάρων μηνῶν. τῇ δ' οὖν (leg. γοῦν) στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. His collatis quis dubitabit I. 2. 22 in verbis ἐνταῦθα ἦν τὰ Συεννέσιος βασίλεια τοῦ Κιλίκων βασιλέως extrema vocabula a tirone quodam, ut segni memoriae ferret auxilium, esse adscripta. *Anab.* I. 3. 6 ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι οὔτε ἕπεσθαι, ἐγὼ σὺν ὑμῖν ἕψομαι καὶ ὅτι ἂν δέῃ πείσομαι. Vocabula πείθεσθαι οὐδὲ pellenda sunt. Paene dixeris propter chiasticam structuram restituendam addita esse a sciolo, qui — id quos nos omnes, qui pueros linguae Graecae elementa docemus, in discipulis nostris identidem deprehendimus — πείσομαι et πείθεσθαι eiusdem verbi iudicaverit esse futurum et praesens. *Anabas.* I. 3. 12: ὁ δ' ἀνὴρ πολλοῦ ἄξιος ᾧ ἂν φίλος ᾖ, χαλεπώτατος δ' ἐχθρός, ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ, oratio tum demum apta erit et concinna, ubi ἐχθρός abieceris. *Anab.* I. 5. 8: ἔνιοι δὲ καὶ στρεπτοὺς [περὶ τοῖς τραχήλοις] καὶ ψέλια [περὶ ταῖς χερσίν]. Quae uncis inclusi, apud Homerum tolerares, apud Xenophontem abundant. *Anab.* II. 6. 27: εὐεργεσίαν δὲ κατέλεγεν, ὁπότε τις αὐτοῦ ἀφίσταιτο, ὅτι χρώμενος αὐτῷ οὐκ ἀπώλεσεν αὐτόν, vix graecus est sermo, nisi deleveris vocabulum extremum. Eadem syntaxis neglecta leporem urbanitatemque pepulit, ex uno *Hieroclis* vel *Philagrii* ἀστείων (ed. Eberhard, c. 142, pag. 33): εὐτράπελον ὀφθαλμιῶντα ἰατρὸς κλέπτης θεραπεύων, δανείσας λύχνον ἔκλεψε. μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἠρώτα αὐτόν „πῶς ἔχεις τοὺς ὀφθαλμούς;" καὶ ὁ εὐτράπελος ἔφη· „ἀφ' οὗ μοι ἐδάνεισας τὸν λύχνον, οὐ βλέπω αὐτόν." E qua sententia nisi extremum vocabulum exemeris, vix quid-

quam urbani videtur inesse. Quam narratiunculam Cobetus cum elegantissime in Atticum sermonem transferret (*Griecsch Leesboek*, pag. 13), pronomen intactum reliquit. Ridiculum est quod toleratur IV. 1. 20: ὁ δὲ λοιπὸς ἔφη, ὅτι οὗτος μὲν οὐ φαίη εἰδέναι, ὅτι αὐτῷ θυγάτηρ ἐκεῖ παρ' ἀνδρὶ ἐκδεδομένη. Confer v. c. Eur. Med. 309 ἐξέδου κόρην ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν et mecum agnosces familiarem quam vocant religiosi magistri interpretationem. Eodem modo apud Herodotum sexcenties est peccatum, si rarioris vocabuli explicatio in textum irrepsit. Duos, cum in hoc solutiore scribendi genere liceat exspatiari, producam locos, qui hoc vitio laborant. Alter legitur *Herod.* V. 28: κατύπερθε δὲ τούτων ἐπὶ δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς τὸ μάλιστα [στάσι], alter VIII. 104: ἐπεὶ τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι [τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος] μέλλοι τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπόν, τότε ἵρεια αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν. In utroque loco quae cancellis saepsi vocabula quantocius sunt exterminanda.

Sed his iam finem imponam, animi causa addito uno loco Lucianeo, ubi Luciani scholiasta interpretem coarguit et damnat. Socrates (*Lucian. Halc.* 8) fabulam de halcyonibus a maioribus sibi traditam pollicetur se relaturum esse liberis suis et uxoribus: κλέος δὲ μύθων οἷον παρέδοσαν πατέρες, τοιοῦτον καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ ὄρνι θρήνων μελῳδέ, παραδώσω τῶν σῶν ὕμνων πέρι, καί σου τὸν εὐσεβῆ καὶ φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις γυναιξὶ ταῖς ἐμαῖς Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ. Uxorum nomina ab ipso Luciano non fuisse addita, luce clarius hocce demonstratur scholio: Γυναιξίν τ' ἐμαῖς] ὅτι δύο γυναῖκας εἶχε Σωκράτης, Ξανθίππην καὶ Μυρτώ.

4.

Nonnunquam ad veteres delicias meas, ad *Lucianum*, redeo, praesertim ubi nova ad me afferuntur elegantissimi et facetissimi scriptoris textum, misere olim corruptum, sed a Iensii, Solani, Hemsterhusii temporibus coniuncta multorum opera multo melius iam constitutum insuper emendandi conamina, qualia nuper in lucem edidit Herwerdenus noster et iuvenis doctissimus J. J. Hartman, in cuius Studiis criticis in Lucianum

et acumen ingenii agnovi et admiratus sum iudicii maturitatem. *In utroque libello* insunt, in quae et ipse olim vel nuper *incideram*; sed vastus est campus, in quo si festinantibus et ipse festinans quis hic illic „occessit obviam," satis unicuique restat itineris, quod solus conficiat. Eorum vero, in quae iter faciens incidi, unum et alterum libet expromere. In multis mirabilibus, quae Lucianus in *Veris Historiis* tradit, haud minime mirum profecto est, quod I. 22 scribit de Lunae incolis: *αἶδοῖα μέντοι πρόσθετα ἔχουσιν, οἱ μὲν ἐλεφάντινα, οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ξύλινα, καὶ διὰ τούτων ὀχεύουσι καὶ πλησιάζουσι ταῖς ἑαυτῶν γαμέταις.* Lubrica est et quam philosophorum filiis malim permittere disquisitio, utrum, quos Lucianus effinxit Lunae incolas, animalibus, de quibus solis vocabulum *ὀχεύειν* usurpatum invenies, an hominibus sint accensendi. Qui hoc censet, statim mecum vocabulum proscribet, sed vel is qui dubitaret Selenitis eundem honorem habere atque hominibus terrigenis, haud facile mihi explicabit, quale discrimen intercedat inter *ὀχεύειν* et *πλησιάζειν ταῖς γαμέταις.* Neque alterum ut alterius explicationem licebit proicere. Cum vero verba *πλησιάζειν ταῖς γαμέταις* libera sint ab omni suspicione, videamus quid lateat in *ὀχεύουσι.* Nimirum Lucianus non scripsit ΟΧΕΤΟΤΣΙ, sed ΟΥΡΟΤΣΙ, i. e. *καὶ διὰ τούτων οὐροῦσι καὶ πλησιάζουσι ταῖς γαμέταις.* Praeterea ante *ἐλεφάντινα* excidisse videtur *πλούσιοι* vel *παχεῖς* vel *εὐδαίμονες.*

Cum ad *τὰ ὑπαρώτερα* devenerim addam alterum ex eodem libello locum, haud minus medico egentem. Meministi fabulosi istius inventi de hominibus, qui *αὐτοὶ ναῦται καὶ νῆες ἦσαν.* Quorum navigationem deinde *Lucianus* (V. H. II. 45) depingit. *Ὕπτιοι κείμενοι ἐπὶ τοῦ ὕδατος ὀρθώσαντες τὰ αἰδοῖα — μεγάλα δὲ φέρουσιν — ἐξ αὐτῶν ὀθόνην πετάσαντες ... ἔπλεον.* Quicunque meminerit, *φαλλοφόρους* v. c. non esse, qui habeant, sed qui gestent *τοὺς φαλλούς*, mecum arbitror corriget *μεγάλα δὲ φύουσιν.* Liceat eadem opera ridiculum vitium corrigere, quod vidi in *Antigoni Hist. Mirab.*, nuperrime ab Ottone Kellero in *Rerum Naturalium Scriptoribus Graecis Minoribus* Vol. I. denuo editis. Legimus eius volumine pag. 4: *Φησὶν γὰρ δοθείσης τῆς Ἀθηνᾶς συγκατακλιθεῖσαν αὐτὴν ἀφανισθῆναι, τὸν δὲ Ἥφαιστον εἰς γῆν πεσόντα προίεσθαι τὸ σπέρμα, τὴν δὲ*

γῆν ὕστερον αὐτῷ ἀναδοῦναι Ἐριχθόνιον. Non satis hoc videtur fuisse causae, cur iterum Hephaestus ἀπὸ βηλοῦ δεσπεσίοιο in terram detruderetur. Ubi mutaveris πεσόντα in πεσόν, crudelis poenae Deum absolveris et simul restitueris, quod de eadem re et apud alios legitur, quos vide apud Prellerum, Myth. Gr. I. pag. 158, et apud Eratosthenem, Catasterism. 13 (Mythogr. ed. Westermann, pag. 247): Ἥφαιστον ἐρασθέντα Ἀθηνᾶς βούλεσθαι αὐτῇ μιγῆναι· τῆς δ' ἀποστρεφομένης καὶ τὴν παρθενίαν μᾶλλον αἱρουμένης ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἀττικῆς πρύπτεσθαι, ὃν λέγουσι καὶ ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθῆναι Ἥφαιστον· ὃς δόξας αὐτῆς κρατῆσαι καὶ ἐπιθέμενος, πληγεὶς ὑπ' αὐτῆς τῷ δόρατι ἀφῆκε τῆς ἐπιθυμίας, φερομένης εἰς τὴν γῆν τῆς σποράς. Sed linquamus has sordes et ad alia, puriora, revertamur. Quod V. H. I. 30 demonstrabo vitium, viam nobis muniet ad alia eiusdem generis emendanda. Legitur *V. H.* eo quem laudavi loco: πλεύσαντες τῆς τρίτης ὑποφαινούσης πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἄφνω ὁρῶμεν θηρία καὶ κήτη πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἓν δὲ μέγιστον ἁπάντων. Res ipsa clamat, θηρία καὶ expungendum et pro ἄλλα legendum esse μεγάλα. Eodem modo ex iis quae antecedunt vel sequuntur genuina lectio facile restituitur *Charon* 16: Οὗτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἦν καὶ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόγις καὶ τοῖς γείτοσι ἀκουσθέντος τοῦ πτώματος. Nimirum scriptum erat πεσεῖται. Eiusdem naturae vitium recurrit in eodem dialogo § 22: Ἔν ἔτι ἐπόθουν, ὦ Ἑρμῆ, εἰδέναι, καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσει τὴν περιήγησιν πεποιημένος, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσι, θεάσασθαι. Non nosse, credo, cupiebat Charon hominum mortuorum sepulcra, sed videre. Itaque eraso, quod male illatum est, vocabulo θεάσασθαι reddamus Luciano: ἓν ἔτι ἐπόθουν ἰδεῖν, καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσει τὴν περιήγησιν πεποιημένος, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσιν. Idem vocabulum, ob verbi, quod praecedebat, similitudinem corruptum Luciano videtur restituendum esse *Dial. Mort.* 7. 1: Οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα; ΖΗΝ. Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ᾔδειν συνόντα; Immo εἶδον. Interpretis paraphrasis in scriptoris verborum locum irrepsit *Phalar.* B. 4: εἰ γοῦν ἐμίσει τὸν Φάλαριν ἢ τὸ δῶρον αὐτοῦ ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτὸ μετὰ τῆς

ἀγούσης ἁλκάδος. Lucianus scripserat αὐτῇ ἀγούσῃ ἁλκάδι. *Dubitanter* addo locum e Luciani Gallo, cui emendando multi viri docti operam dederunt, sed qui mihi videtur eadem herba posse sanari, qua modo una et altera menda Lucianum conatus sum liberare. Longum est singulas emendandi rationes enumerare et in singulis demonstrare, cur, qui corrigendi periculum fecerint, παρὰ μέλος mihi videantur φθέγξασθαι. Quidquid enim decernunt critici illi, qui non recusant vitium agnoscere, si quid contra Grammaticae leges est peccatum, vel si ea, quae tradita sunt, sensu omnino carent, at concinnitatis et elegantiae legibus nimium in emendando negant esse tribuendum — est quidam venustatis sensus, qui non solum errores nobis aperit, sed quo etiam ad id quasi sponte ducimur, quod eleganti scriptore dignum est. Describam locum et indicabo, quo modo mihi videatur posse restitui. An me sensus meus fefellerit, Tu et alii iudicabitis. Editur *Gall.* 2: καίτοι τί ἂν ἐποίησας, εἴ σου ἡ τῆς Ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς ἡ Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο; Fritzschius coniecit: εἴ σου ἡ τῆς Ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν, ὥσπερ ποτέ, ἡ ἡ ἐν Δωδώνῃ φηγὸς αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο. Differt Jacobitzii et Dindorfii lectio ab ea, quam Fritzschius vulgatam vocat et cui ea coniectura superstructa est. Ita enim illi: εἴ σοι ἡ τῆς Ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν ἡ Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο. Vides verba ὥσπερ ποτέ in nonnullis codicibus exstare, ab aliis abesse. Quam vellem Sommerbrodtius in aureo libello, Luciani codicum Marcianorum lectiones continenti, non unius codicis (436), sed omnium, quos contulit, scripturam in hoc loco publici iuris fecisset. Utut est, etiam hoc loco vetus emblema nos ludificari et legendum esse censeo: εἴ σοι ἡ Ἀργοῦς τρόπις [ἐλάλησεν] ἡ Δωδώνηθεν αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο.

Eodem modo perficienda est a quo non iam memini inchoata emendatio in Luc. *Iud. Voc.* 12. Legitur: τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τετρήναντες ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. Nimirum lege: τοῦ τυ σχήματι et vocabula σχήματι τοιούτῳ quantocius mecum foras expelle.

N. H. II. 28. appropinquantes ad impiorum domicilia excepit

ὀσμὴ δεινὴ οἷον ἀσφάλτου καὶ πίττης ἅμα καιομένων, καὶ κνῖσα δὲ πονηρὰ καὶ ἀφόρητος, ὥσπερ ἀπ' ἀνθρώπων ὀπτωμένων. Ineptum est epithetum, praesertim cum quod sit ἀφόρητον, idem non possit non esse πονηρόν. Restituamus proprium atque accurate rem demonstrans vocabulum πνιγηρά, *vapor suffocans et intolerabilis*. Etiam *de Luctu*, 18 librariorum παρόραμα Luciani verba turpi vitio maculavit. Accurate mecum perlustra quae praecedunt et non dubito quin mecum constituas, in verbis ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἶει πολὺ ἀληθέστερα καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρεῖν, non γελοιότερα, multo minus etiam quod Jacobsius est commentus γενναιότερα, sed τελειότερα esse legendum. Etiam gravius si quid video peccatum est *Hermot.* 1: καὶ τὸ κινδύνευμα οὐ περὶ μικρῶν, ἢ ἄθλιον εἶναι ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ παραπολούμενον ἢ εὐδαιμονῆσαι Φιλοσοφήσαντα. Opponuntur inter se ἄθλιον εἶναι et εὐδαιμονῆσαι. Beatus est qui inter philosophos versatur, infelix non is, opinor, qui ἐν τῷ πολλῷ ἰδιωτῶν συρφετῷ παραπολεῖται, sed qui inter incultam profanamque plebem versatur. Itaque legendum est ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ περιπολοῦντα. Dum librum pervolvo, oculus incidit in *Philops.* 19, ubi librarii aliud agentes haec nobis pro Lucianeis venditant: καὶ μὴν καὶ λούεται τὰ πολλὰ καὶ παίζει δι' ὅλης τῆς νυκτός, ὥστε ἀκούειν τοῦ ὕδατος ψοφοῦντος. Sunt qui nihil non explicari posse autument; sed Tu, sat scio, mecum senties, desiderari vocabulum strepitum significans, qui oritur, si qui aquam agitat et multo liquore identidem se perfundit et conspergit. Quid si Lucianus non παίζει scripsisset, sed παφλάζει. Unum addam ex eodem libello locum, mox ad eundem rediturus et quae ad dialogorum nonnullos annotavi et conieci, deinceps et ordine Tibi expositurus. Editum est *Philops.* 22: καὶ ἅμα λέγων ἐδείκνυεν ὁ Εὐκράτης τὰς ἐπὶ τῶν πήχεων τρίχας πᾶσιν ὀρθὰς ὑπὸ τοῦ φόβου. Ab Homero inde (ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν) in talibus dicebant τὰς ἐπὶ τῶν πήχεων τρίχας ἑστώσας ὀρθάς. Falso illatum esse verbum ἵστημι censeo apud *Achillem Tatium* III. 18 (pag. 104 ed. Hercher). Κἀγὼ μόλις μὲν καὶ φοβούμενος (ἀληθῶς γὰρ ᾤμην τὴν Ἑκάτην παρεῖναι), ὅμως δ' οὖν ἀπέστησα τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χεῖρας καὶ ὁλόκληρον τὴν Λευκίππην ὁρῶ. Aliquanto melius scribetur ἀπέ-

σπασα. Ran. 303: Ἡγέλοχος: τραγῳδίας ὑποκριτής, ὃς καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ Εὐριπίδου, προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ στίχῳ.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ

αἰφνιδίως ὀφθῆναι συνελόντα τὴν συναλοιφήν. Scripserat ni fallor προδόντος αὐτόν pro προστάντος αὐτῷ; pro ὀφθῆναι legendum esse οὐ Φθῆναι patet ex Scholiasta ad Eurip. Orest. 269 (Scholia antiqua in Eurip. Trag. ed. Cobet pag. 262). Corrigam eadem opera locum in *fabulis Aesopicis* ed. Halm, fab. 38 (pag. 20), ubi falso invectum verbum omnem elegantiam et suavitatem sustulit. Ἀλώπηξ εἰς ἀγέλην προβάτων εἰσελθοῦσα θηλαζόντων τῶν ἀρνίων ἓν ἀναλαβομένη προσεποιεῖτο καταφιλεῖν. ἐρωτηθεῖσα δὲ ὑπὸ κυνός „τί τοῦτο ποιεῖς;" „τιθηνοῦμαι αὐτόν, ἔφη, καὶ προσπαίζω. Καὶ ὁ κύων ἔφη:" καὶ νῦν, ἂν μὴ ἀφῇς τὸ ἀρνίον, τὰ κυνῶν σοι προσοίσω." Omnino legendum est προσπαίσω.

5.

Quod olim susceperam consilium *Heraclidi Allegorias Homericas* uno cum Pseudo-Plutarchi vita Homeri et Porphyrii Quaestionibus Homericis denuo edendi, diu abieci, non quod rei difficultate, quae egregiis auxiliis munito non ita erat magna, absterrerer, sed quia nausea cepit epigonorum istorum ὕθλον καὶ φλυαρίαν iterum iterumque legentem. Tamen interdum ad eorum scripta delabor, et multa annotavi, de quibus unum et alterum delibabo, more meo occasione usurus etiam aliorum eiusdem farinae auctorum locos quosdam emendandi. Incipiam a loco duplici vulnere laborantem, sed quem certissima medicina licet sanare. Allegorica sua sapientia illustrat *Heraclitus* c. 20 (pag. 41 editionis meae) versum Homericum Il. A. 197: ξανθῇς δὲ κόμης ἔλε Πηλείωνα, quem ita explanat scilicet: Πχρ' ὃν μὲν ὀργίζεται καιρόν, ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἔστηκεν· ἕλκων γὰρ τὸ ξίφος

Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν.

Ἡνίκα δ' ἡ ὀργὴ πέπειρα γίνεται, μετειλήχασι δ' αὐτὸν εἰς μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί, τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἵληπται. Quid sit ὁ θυμὸς ἔστηκεν nec mihi nec cuiquam credo est

intellectum. Ad quae corrigenda cum unius Sophoclis auxilio ducamur, O. C. 434:

ὀπηνίκ' ἔζει θυμὸς ἥδιστόν τέ μοι
τὸ κατθανεῖν ἦν,

iuvat alterum apponere ex congenere et gemino fere scriptore locum, et ipsum librariorum iniuriam passum. Haec enim de eadem re legimus apud Pseudo-Plutarchum, V. H. c. 131 (pag. 137 ed. Dübner), τὴν μὲν ὀργὴν ὑπὸ λύπης ἐγγινομένην ζέσιν δέ τινα τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὖσαν ἐμφαίνων, ὡς ἐν τούτοις·

Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
πίμπλαντ', ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην.

μένος γὰρ τὸ πνεῦμα προσαγορεύειν ἔοικε, τοῦτο δὲ ἐκτείνεται καὶ φλέγεσθαι ἐπὶ τῶν θυμουμένων οἴεται. Apud Plutarchum legendum censeo ἐντήκεσθαι, sed Heraclito pro ἔστηκεν restituendum esse ἔζεσεν non est quod dubitemus. In altero, quod Heracliti verba obsidet emendando vitio, memini olim et ipsum desudasse et Hercherum, immatura eheu morte his litteris et amicis ereptum, cuius ex eo tempore multas asservo epistulas omni humanitate et doctrina affluentes; sed uterque frustra laborem suscepimus. Quod ille excogitavit μετηλλάχασι δ' αὐτὸν οἱ μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί, non minus est τοῦ πονηροῦ κόμματος, quam in quod ipse inciderat μετειλήφασι δ' αὐτον οἱ μεταν. ἤδη λογισμοί. Latet in METEIΛHXACI poëtis sublectum et serioris aevi scriptoribus, qui flosculis poëticis aridos hortos irrigare solebant, adamatum verbum MEMEIΛIXACI (μεμειλίχασι). Quod de ira placanda solemne erat vocabulum. In Iliade (Λ, 137) Pisander et Hippolochus, victi ab Agamemnone, vitam deprecantur et

κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα
μειλιχίοις ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουον.

Ares ipse apud eum est ἀμείλιχος. Apud Euripidem in Helena, v. 1339.

Ζεὺς μειλίσσων στυγίους
ματρὸς ὀργὰς ἐνέπει.

Apud Tryphiodorum, ut ne seriorum quidem testimonia desint, v. 283 legimus:

τὸν δ' ὁ γέρων ἀγανῇ μειλίξατο φωνῇ.

σπασα. Simile vitium eximere licebit *scholiastae* in *Aristoph. Ran.* 303: Ἡγέλοχος: τραγῳδίας ὑποκριτής, ὃς καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ Εὐριπίδου, προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ στίχῳ.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ

αἰφνιδίως ὀφθῆναι συνελόντα τὴν συναλοιφήν. Scripserat ni fallor προδόντος αὐτόν pro προστάντος αὐτῷ; pro ὀφθῆναι legendum esse οὐ ΦΘῆναι patet ex Scholiasta ad Eurip. Orest. 269 (Scholia antiqua in Eurip. Trag. ed. Cobet pag. 262). Corrigam eadem opera locum in *fabulis Aesopicis* ed. Halm, fab. 38 (pag. 20), ubi falso invectum verbum omnem elegantiam et suavitatem sustulit. Ἀλώπηξ εἰς ἀγέλην προβάτων εἰσελθοῦσα θηλαζόντων τῶν ἀρνίων ἓν ἀναλαβομένη προσεποιεῖτο καταφιλεῖν. ἐρωτηθεῖσα δὲ ὑπὸ κυνός „τί τοῦτο ποιεῖς;" „τιθηνοῦμαι αὐτόν, ἔφη, καὶ προσπαίζω. Καὶ ὁ κύων ἔφη:" καὶ νῦν, ἂν μὴ ἀφῇς τὸ ἀρνίον, τὰ κυνῶν σοι προσοίσω." Omnino legendum est προσπαίσω.

5.

Quod olim susceperam consilium *Heraclidi Allegorias Homericas* uno cum Pseudo-Plutarchi vita Homeri et Porphyrii Quaestionibus Homericis denuo edendi, diu abieci, non quod rei difficultate, quae egregiis auxiliis munito non ita erat magna, absterrerer, sed quia nausea cepit epigonorum istorum ὕθλον καὶ φλυαρίαν iterum iterumque legentem. Tamen interdum ad eorum scripta delabor, et multa annotavi, de quibus unum et alterum delibabo, more meo occasione usurus etiam aliorum eiusdem farinae auctorum locos quosdam emendandi. Incipiam a loco duplici vulnere laborantem, sed quem certissima medicina licet sanare. Allegorica sua sapientia illustrat *Heraclitus* c. 20 (pag. 41 editionis meae) versum Homericum Il. A. 197: ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα, quem ita explanat scilicet: Περ' ὃν μὲν ὀργίζεται καιρόν, ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἔστηκεν· ἕλκων γὰρ τὸ ξίφος

Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν.

Ἡνίκα δ' ἡ ὀργὴ πέπειρα γίνεται, μετειλήχασι δ' αὐτὸν οἱ μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί, τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἵλκυται. Quid sit ὁ θυμὸς ἔστηκεν nec mihi nec cuiquam credo est

intellectum. Ad quae corrigenda cum unius Sophoclis auxilio ducamur, O. C. 434:

ὀπηνίκ' ἔζει θυμὸς ἥδιστόν τέ μοι
τὸ κατθανεῖν ἦν,

iuvat alterum apponere ex congenere et gemino fere scriptore locum, et ipsum librariorum iniuriam passum. Haec enim de eadem re legimus apud Pseudo-Plutarchum, V. H. c. 131 (pag. 137 ed. Dübner), τὴν μὲν ὀργὴν ὑπὸ λύπης ἐγγινομένην ζέσιν δέ τινα τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὖσαν ἐμφαίνων, ὡς ἐν τούτοις·

Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
πίμπλαντ', ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην.

μένος γὰρ τὸ πνεῦμα προσαγορεύειν ἔοικε, τοῦτο δὲ ἐκτείνεται καὶ φλέγεσθαι ἐπὶ τῶν θυμουμένων οἴεται. Apud Plutarchum legendum censeo ἐντήκεσθαι, sed Heraclito pro ἔστηκεν restituendum esse ἔζεσεν non est quod dubitemus. In altero, quod Heracliti verba obsidet emendando vitio, memini olim et ipsum desudasse et Hercherum, immatura eheu morte his litteris et amicis ereptum, cuius ex eo tempore multas asservo epistulas omni humanitate et doctrina affluentes; sed uterque frustra laborem suscepimus. Quod ille excogitavit μετηλλάχασι δ' αὐτὸν οἱ μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί, non minus est τοῦ πονηροῦ κόμματος, quam in quod ipse inciderem μετειλήφασι δ' αὐτον οἱ μεταν. ἤδη λογισμοί. Latet in METEIΛHXACI poëtis sublectum et serioris aevi scriptoribus, qui flosculis poëticis aridos hortos irrigare solebant, adamatum verbum MEMEIΛIXACI (μεμειλίχασι). Quod de ira placanda solemne erat vocabulum. In Iliade (Λ, 137) Pisander et Hippolochus, victi ab Agamemnone, vitam deprecantur et

κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα
μειλιχίοις ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουον.

Ares ipse apud eum est ἀμείλιχος. Apud Euripidem in Helena, v. 1339.

Ζεὺς μειλίσσων στυγίους
ματρὸς ὀργὰς ἐνέπει.

Apud Tryphiodorum, ut ne seriorum quidem testimonia desint, v. 283 legimus:

τὸν δ' ὁ γέρων ἀγανῇ μειλίξατο φωνῇ.

Apud Plutarchum de Alex. M. virt. 7 Alexander, cum vestitu barbarorum mores esset secutus, suorum maerorem delenisse et iram dicitur placasse, καθάπερ ζῷα τιθασεύων καὶ μειλισσόμενος. Apud Dionem Chrysostomum denique Or. II. pag. 37 ed. Dind. in regis vitiorum catalogo etiam recensetur, si est ἀμείλικτος ὀργισθείς. Sic igitur refingamus Heracliti verba.... ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἔζεσεν.. Ἡνίκα δ' ἡ ὀργὴ πέπειρα γίνεται, μεμειλίχασι δ' αὐτὸν οἱ μετανοοῦντες ἤδη λογισμοί, τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἵληπται.

Ut apud Heraclitum verbi simplicis in compositum mutatio turbas dedit, simili ratione adiectivi in substantivum cum praepositione disiunctio pessumdedit verba scriptoris, qui proocmium composuit, quod *Theophrasti Characterum* in limine est collocatum. Dicit ille quisquis fuit: Πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. Vix capio, quid possit esse illud πρᾶγμα, de quo pluribus verbis uti nolit. Legendum esse censeo πολλὰ περιττὰ λέγειν, omisso πράγματος, quod aut ex dittographia natum aut corrupta iam lectione potest esse additum. Eiusdem generis vitium vidi apud *Antoninum Liberalem*, *Metam.* c. 36, ubi in verbis: Ζεὺς δὲ Πανδάρεον μὲν ἀντὶ τῆς κλοπῆς ἐποίησεν ὅθιπερ εἱστήκει, πέτρον, Τάνταλον δέ, ἐπεὶ τὸν ὅρκον ἐψεύσατο, κατέβαλε καὶ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον. Collato Apollodoro in Bibl. Myth. I. 6. 3 (pag. 11. 20 ed. Westerm.) φεύγειν δ' ὁρμηθέντος αὐτοῦ διὰ Σικελικῆς θαλάττης, Ζεὺς ἐπέρριψεν Αἴτνην ὄρος scriptum fuisse puto: καὶ ἐπέρριψεν αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον.

Musicae caelestis primum auctorem autumat *Heraclitus* esse Homerum. De qua re ita exponit cap. 13 (pag. 27). Ἀρχὴ δὲ ταύτης τῆς δόξης Ὅμηρος, εἰπὼν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀλληγορικῶς βέλη, προσθεὶς δ' ὅτι φερόμεναι διὰ τοῦ ἀέρος ἔκλαγξαν ἡδεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνήν· τὰ κοινὰ δὲ τῶν φθόγγων παραστήσας ἐπὶ τὸ ἴδιον εὐθὺς τοῦ λόγου μετέβη, προσθεὶς· ὁ δ' ἅμα νυκτὶ ἐοικώς. Cum vix dubium esse possit, quin pro ἡδεῖάν τινα καὶ ἔνθεον φωνήν, habita ratione Il. A. 49:

δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο

legendum sit ἔκλαγξαν δεινήν τινα κτέ., tum non minus manifestum est λόγου mutandum esse in λοιμοῦ. Quod apparet

ex iis quae statim sequuntur: Οὐ γὰρ ἀκήρατον φῶς οὐδ' ἀμιγὲς ἀχλύος μελαίνης ὑφίσταται τὸ τοῦ ἡλίου, νυκτὶ δ' αὐτὸ ἐθόλωσεν, ὁποία σχεδὸν εἴωθεν ἐν τοῖς λοιμικοῖς πάθεσιν ἐπιπροσθεῖν τῷ δι' (leg. τῆς) ἡμέρας φέγγει. Contra pellendum est vocabulum λοιμός apud *Heraclitum de Incred.* c. 2, ubi de Scylla haec exposuit: Λέγεται περὶ ταύτης ὅτι κατήσθιε τοὺς παραπλέοντας· ἦν δὲ αὕτη νησιῶτις καλὴ ἑταίρα καὶ εἶχε παρασίτους λοιμοὺς δὲ καὶ κυνώδεις, μεθ' ὧν τοὺς ξένους κατήσθιεν, ἐν οἷς καὶ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους. Cuius in locum substituendum est neque λαβρούς quod Westermann, neque λιμβούς quod alius vir doctus coniecit, sed λιμούς. Eodem nomine famelica hominum natio vocatur apud Posidippum ἐν Χορευούσαις (Athen. IX. pag. 377 B.):

Ὁ μάγειρος ἂν μὲν ὑποδιακόνους ἔχων
πρὸς τὸν ἰδιώτην καὶ μαθητὰς εἰσίῃ,
κυμινοπρίστους πάντας ἢ λιμοὺς καλῶν,
ἔπτηξ' ἕκαστος εὐθύς.

Cum a famelico ad sitientem facilis sit transitus, in censum veniat locus *Aeliani*, V. H. II. 41, triplici, si recte iudico, vitio maculatum. Inter φιλοπότας recensetur etiam Gentius, rex Illyrici. Καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς Γέντιος πίνειν καὶ οὗτος ἑαυτοῦ ἀκρατῶς .... εἰ δὲ χρὴ καὶ γυναικῶν μνημονεῦσαι, ἄτοπον μὲν γυνὴ φιλοπότις, καὶ πολυπότις ἔτι πλέον, εἰρήσθω δ' οὖν τι καὶ περὶ τούτων. Κλεὼ φασὶν ἐς ἄμιλλαν ἰοῦσα οὐ γυναιξὶ μόναις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς συμπόταις, δεινοτάτη πιεῖν ἦν, καὶ ἐκράτει πάντων. Corruptum esse ἑαυτοῦ nemo non videt. Coniecit Hercherus εἴθιστο. Olim et ipse correxeram εἰώθει. Sed ἡμάρτομεν τοῦ σκοποῦ uterque. Reddendum est Aeliano πίνειν καὶ οὗτος ἐδίψη ἀκρατῶς. Quo vocabulo non solum utitur de vera et propria siti, sed etiam metaphorice de vehementi rei cuiusdam studio, v. c. III. 7 κακῶς ἀγορεύειν ἐκ παντὸς τρόπου διψῶντας. X. 16. ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν. X. IV. 22 τὴν μοναρχίαν καταλῦσαι διψώντων.

Praeterea pro εἰρήσθω δ' οὖν τι malim ἔν γέ τι, et turbata in extrema sententia vocabula sic disposuerim: Κλεώ, φασίν, δεινοτάτη πιεῖν ἦν καὶ ἐς ἄμιλλαν ἰοῦσα .... ἐκράτει πάντων.

In isto *Heraclidi de Incredib.* libello etiam post Westermanni curas multa vitia sunt residua, quorum unum et alterum cor-

rigere licebit. Describit, c. 5 Centauros, τὰ μὲν ἐπάνω τῶν λαγόνων ἀνδρῶν ἔχοντας, τὸ δ' ἄλλο τοῦ μέρος πᾶν ἵππων. Immo τὸ δ' ἀπὸ τοῦ μηροῦ. Heraclis ex Hade reditus haecce exstat allegorica interpretatio c. 21: τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι, ὁπηνίκα τις ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας καὶ ἐπικινδύνου διατλήσας ἐσώθη, ἔφασκον ἐξ Ἅιδου αὐτὸν διασεσῶσθαι. Restituatur διαντλήσας. Eadem sagacitate docet nos scriptor c. 27, qualem intellegere debeamus τὴν σκοτοδασυπυκνότριχα Ἅιδος κυνῆν. Nimirum ἔστι δὲ κυνῆ Ἅιδος τὸ τέλος εἰς ὃ ἀπελθὼν ὁ τετελευτηκὼς ἀόρατος γίνεται. Miram profecto comparationem! Galeam Hadis similem esse vitae fini; scriptum erat στέγος, quod v. c. apud Sophoclem legitur de urna, „in qua cineres Orestis defuncti repositi credebantur": σὺ δέξαι μ' ἐς τὸν σὸν τόδε στέγος.

Sed ne nimium indulgeam mori meo neve amplius deferri me sinam, quo me cumque rapit tempestas, reliquis omnibus positis, aliquot in Heracliti et Pseudo-Plutarchi libellis correctiones nude proponam, finem aliquando facturus et coronidis instar paucos quosdam poetarum Latinorum locos tecum perlustraturus.

Heracl. c. 22 (p. 47): διαλυθέντες ἐς ταὐτό, ἀφ' ὧν ἐπήχθησαν, ὅτε ἐγεννῶντο. Hercherus συνήχθησαν. Legendum est ἐπάγησαν. Cf. c. 23 (pag. 50): διὰ τούτων ἁπάντων ὑπεσήμηνεν ἡμῖν τὰ πρωτοπαγῆ στοιχεῖα τῆς φύσεως.

c. 26 (pag. 56): τὴν μὲν ὀξυτάτην φλόγα συνεχῶς ἥλιόν τε καὶ Δία προσαγορεύει, τὸ δ' ἐπὶ γῆς πῦρ Ἥφαιστον, ἑτοίμως ἁπτόμενόν τε καὶ σβεννύμενον. Scripserat Ἥφαιστον ἑτύμως, ἁπτόμενον κτέ. Cf. c. 31 (pag. 64): ἑτύμως κακόν, ἀλλοπρόσαλλον προσείρηκε τὸν πόλεμον. Cornutus d. N. D. 19: τὸ δ' ἐν χρήσει καὶ ἀερομιγὲς Ἥφαιστος, ἀπὸ τοῦ ἧφθαι ὠνομασμένος.

c. 38. (p. 76). ἐπειδὰν ἐκ τῶν χειμερίων παγετῶν ἡ στερίφη καὶ μεμυκυῖα πηγὰς ὡς κυοφορουμένας ἔνδον ὠδῖνας ἐκφήνῃ. Ita haec sunt constituenda: ἐπειδὰν ἐκ τ. χ. π. στερίφη καὶ μεμυκυῖα γῆ τὰς κυοφορουμένας ἔνδον ὠδ. ἐκφήνῃ.

c. 49 (pag. 104): ὥσπερ γὰρ ὁ στέφανος κυκλοτερὴς τῆς κεφαλῆς κόσμος ἐστίν, οὕτω τὰ διεζωκότα τὴν οὐρανίαν ἁψῖδα κατὰ σφαιροειδοῦς ἐπηρμένα σχήματος, εἰκότως οὐρανοῦ στέφανος ἀνόμασται. Apparet vocabulum excidisse. Restituerim illata voce Homerica: οὕτω τείρεα τὰ διεζωκότα.

c. 65 (pag. 129): ἄμορφος γὰρ ἀργία, πρὶν ἡ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ σωτήριον ἐλκύσασα τῷ βίῳ τὸν τύπον, τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ. Pro ἡ legendum est ἡ, pro ἐλκύσασα scriptori reddatur ἐκκυήσασα.

C. 74 Ἆρ' οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας οὐρανοῦ καὶ θεῶν ἱεροφάντης Ὅμηρος, ὁ τὰς ἀβάτους καὶ κεκλεισμένας ἀνθρωπίνοις ψυχαῖς ἀτραποὺς ἐπ' οὐρανὸν ἀνοίξας ἐπιτήδειός ἐστι κατακρίνεσθαι δύσσεβεῖν (leg. δυσσεβείας), ἵνα .... ἄφωνος ἀμαθία τοῦ κόσμου κατασκεδασθῇ, καὶ μήτε νηπίων παίδων χορὸς ὠφελῆται, τὰς σοφίας παρ' Ὁμήρου πρῶτον ὡς ἀπὸ τιθήνης ποτιζόμενος γάλα, μηδ' ἀντὶ παίδων οἱ νεανίαι καὶ τὸ παρηβηκὸς ἤδη τῷ χρόνῳ γῆρας ἀπολαύῃ τινὸς ἡδονῆς. Non dubium est, quin Heraclitus scripserit: μηδ' ἀντίπαιδες καὶ νεανίαι.

Pseudo-Plutarch. V. H. I. 3: Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμένων ὑπὸ τῶν Αἰολέων. Rescribatur καταπολεμουμένων.

I. 4. ἔνθα ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἐθεάσατο ἁλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπύθετο εἴ τι ἔχοιεν. Ex versiculo qui sequitur:

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα,

manifesto apparet scriptum fuisse ἕλοιεν.

II. 12. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τῶν δυικῶν χρῆσις τῆς συνηθείας, καὶ Ὅμηρος χρῆται συνεχῶς. Inserendum est inter τῆς et συνηθείας vocabulum Ἀττικῆς.

II. 56. ὡς πολλάκις ἐν τῇ συνηθείᾳ εἴτις περὶ ἑαυτοῦ λέγων ὡς ἐπὶ πολλοῦ ἀναφέρει τὸν λόγον. Legamus εἴς τις et πολλῶν.

II. 65. ὧν ἐστι καὶ ἡ Προαναφώνησις, ἥτις γίνεται, ὅταν τις διηγούμενος μεταξύ, τὸ ἐν ἑτέροις τάξιν ἔχον τοῦ ῥηθῆναι προλέγει. Immo ὑστέροις.

II. 89. Πολλάκις δὲ τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων πρασσόμενα ἄλλαις ὁμοίαις πράξεσιν παραβάλλει, ὥσπερ ἐν τούτῳ.

Οἱ δ' ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισι,

τὴν ἔνστασιν καὶ καρτερίαν δεικνύων τῶν ἀνθρώπων. Malim ἔντασιν.

II. 133. καὶ διὰ τοῦτο μέσος θεοῦ καὶ θηρίου γέγονεν ἄνθρωπος· τὴν μὲν ἄκραν ἀρετὴν θείαν ἡγεῖται, τὴν δὲ ἄκραν κακίαν θηριωδίαν. Scriptum erat θηριώδη.

Vix error est vitiorum feracior, quam terminationum male lectarum vel scriptarum commutatio. Quorum vitiorum longe maior numerus dudum est correctus, restat tamen bona pars,

medicum exspectans. Complura huius generis annotavi in *Luciano*. In *Timone* c. 14: ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰόμενος οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως clamat sententiae compositio legendum esse ἀπόλαυσιν. In eodem opusculo c. 30 non minus est manifestum in verbis: καί μοι ἔπου ἐχόμενος τῆς χλαμύδος, ἄχρι ἂν πρὸς τὴν ἐσχατιὰν ἀφίκωμαι verum esse ἀφικώμεθα. Lucian. *Anach.* 24: τοῦτο δ' ἡμῖν δύο τὰ ὠφελιμώτατα ἐξεργάζεται ἐν αὐτοῖς, θυμοειδεῖς τε παρασκευάζον εἰς τοὺς κινδύνους καὶ σωμάτων ἀφειδεῖν. Scripserat Lucianus ἀφειδεῖς. Lucian. *Alex.* 19: ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδος καὶ γενέσθαι ἀδύνατον. Videtur λέληθεν disiungendum esse in λέληθε μέν. Apud *Plutarchum Quaest. Conv.* I. 5. 1 in versiculo:

Μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τοπρίν.

ex antithesi, quae vocabulo ἄμουσος indicatur, apparet exquisitiorem syntaxin restituendam et legendum esse μουσικὸν δ' ἄρα κτέ. Apud *Aelianum* V. H. III. 32 viam monstrat quamvis interpolata codicum lectio: ἔδεισε δὲ ἄρα, μὴ ὢν ἀπαίδευτος τὸ τοῦ Λίνου πάθος. Hercherus vocabula μὴ ὢν ἀπαίδευτος foras migrare iussit; sed arbitror unum de tribus esset retinendum. Mihi quidem Aelianus scripsisse videtur, μὴ τὸ τοῦ Λίνου πάθοι.

II. 135. Καὶ Ὅμηρος ἀεὶ παράγει τοὺς ἀρίστους οὔτε ἀγεννεῖς, οὔτε μὴν ἀφόβους ἢ ἀλύπους παντελῶς. Pro ἀγεννεῖς, quod ineptum est, legatur ἀτενεῖς.

II. 164. Φήσαντος δ' Ἀχιλλέως ἀπελεύσεσθαι εἰς τὴν πατρίδα κτέ. Verum est ἀποπλεύσεσθαι.

6.

Mirum est et quod etiam magis miror nemini observatum vitium, quod annotavi apud *Ovidium*, *Metam.* XI. 646. In Somniorum sedis descriptione hi leguntur versus:

praeterit hos senior *cunctisque e fratribus unum*
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
eligit.

Ad id quod pro *senior*, quod sensu cassum esse nemo admo-

nitus negabit, rescribendum sit quasi manu ducimur, eorum nemores, quae paucis interpositis versibus poëta scripserat v. 633:

At pater e populo natorum mille suorum
excitat artificem simulatoremque figurae
Morphea.

Nempe dederat Ovidius:

praeterit hos *genitor.*

Alter est apud Ovidium in eodem carmine versus, ad quem emendandum utar Graecorum scriptorum locis quibusdam, eadem opera Graeca quaedam correcturus.

Operae pretium est animadvertere quanta in amore oculorum praedicetur esse vis, magicam diceres, et quam multae variaeque oculorum praeter ipsum videndi sensum apud eroticos omnium saeculorum populorumque poëtas sint partes et artificia. Relegi his ipsis diebus Anthologiae Graecae librum VII, et iam vide quaeso, quarum rerum oculi periti esse fingantur. Loquuntur (VII. 47 *βλέμμα τε λαθριδίως φθεγγομένων βλεφάρων.* VII. 100 *κωτίλον ὄμμα*, cf. Propert. III. 6. 25. *Tecta superciliis si quando verba remittis*), mulcent (VII. 51 *ὄμμασι μούνοις θέλγομαι*), bibunt (VII. 58 *ὀφθαλμοί, τέο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ ἐρώτων κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες;*) venantur (VII. 211 *καὶ γλῆναι λασίῃσιν ὑπ' ὀφρύσιν ἀστράπτουσαι Σπλάγχνων ἡμετέρων δίκτυα καὶ παγίδες*), nihil denique est quod non faciant. Quin incendium movere dicuntur apud Apuleium, Metam. X. 3: *isti enim oculi tui per meos oculos ad intima praecordia delapsi meis medullis acerrimum commovent incendium.* Ostendit Achilles Tatius I. 4 (pag. 42 Herch.) amorem per oculos hominum animos intrare. *Κάλλος γάρ*, inquit, *ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους καὶ διὰ ὀφθαλμῶν ἐς τὴν ψυχὴν καταρρεῖ· ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι.* Eodem modo Lucianus philosophatur (Somn. 17 *ἡ ὄψις τῶν καλῶν ἐπαγωγότατόν τι.* De Domo 10. *ἡ δι' ὄψεως ἡδονὴ ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι*) et Plutarchus, *ἡ γὰρ ὄψις λαβὴ τοῦ πάθους ἐστί.* Si igitur tanta est voluptas in oculis, sinamus Medeam oculos pascere (Terent. Phorm. v. 85), de qua legimus apud Ovid. *Metam.* VII. 144:

Tu quoque victorem complecti, barbara, velles
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.
Quod licet, *adfectu* tacito laetaris.

Vides quid velim. Pro adfectu revocaverim *adspectu*. Nam non solum per oculos insinuat se et irrepit amor, sed omnium prae amati amataeve adspectu obliviscuntur οἱ ἔρωτι ἁλόντες, nec ulla egent earum rerum, quas reliqui mortales ad vitam sustentandam sibi putant opus esse quibusque dolent negatis. Quod legimus apud Eustathium de Hysmine et Hysminia II. 5 (pag. 183 ed. Herch.), quo opere vix quidquam excogitari potest inficetius atque magis insulsum, πρὸς ἐμὲ δ' ἥκεν ἡ κόρη κιρνῶσα, καὶ ὅλην αὐτὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου κατέπιον, ὅλην ἐξερρόφουν, ὅλην πρὸς τὴν ψυχὴν μετεβίβαζον, talibus ineptiis ne nos quidem abstinemus, sed rideremus profecto poëtam vel scriptorem, qui talia scriptis mandaret. Sed ne sermocinantes quidem et ληροῦντες adeo omnem venustatis sensum exueremus, ut diceremus quod legitur apud Achill. Tat. V. 13 (pag. 140 Herch.). Etenim Melita interroganti Clitophonti: ἀλλὰ σύ γε οὐδενὸς μετέχεις τῶν σῶν αὐτῆς, ἀλλ' ἔοικας τοῖς ἐν γραφαῖς ἐσθίουσιν, respondet: ποῖον γὰρ ὄψον μοι πολυτελέστερον ἢ ποῖος οἶνος τιμιώτερος τῆς σῆς ὄψεως; καὶ ἅμα λέγουσα κατεφίλησε με, πρησιεμένον οὐκ ἀηδῶς τὰ φιλήματα· εἶτα διασχοῦσα εἶπεν· „αὕτη μοι τροφή." Usus hoc loco emendare conabor eiusdem scriptoris verba I. 5 (pag. 43 Herch.): τί μὲν οὖν ἔφαγον μὰ τοὺς θεούς ἔγωγε οὐκ ἤδειν, ἐώκειν γὰρ τοῖς ἐν ὀνείροις ἐσθίουσιν· ἐρείσας δὲ κατὰ τῆς στρωμνῆς τὸν ἀγκῶνα καὶ ἐγκλίνας ἐμαυτόν, ὅλοις ἔβλεπον τὴν κόρην τοῖς προσώποις, κλέπτων ἅμα τὴν θέαν. τοῦτο γάρ μοι ἦν τὸ δεῖπνον. Qui quam ὅλοις τοῖς προσώποις adspicit, is profecto dici non potest κλέπτειν τὴν θέαν. Legendum est, si quid video, κάπτων ἅμα τὴν θέαν. Hoc aptum censeo esse vocabulum de eo, qui, id quod de se ipse praedicat (I. c. 6), τὴν εὐωχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρει. — Idem vocabulum facili opera, ipso Aristophanis textu suadente, revocare licet apud Scholiastam Aristoph. Av. 245 κάμπτετε δέ, καταβάλλετε, ἐσθίετε. Non solum pro κάμπτετε scribendum est κάπτετε, sed etiam verbum, quod explicandi gratia est additum, labem concepit. Nam χανδὸν ἐσθίειν, ut grammatici explicant vocabulum κάπτειν, graece non dicitur καταβάλλειν.

Frustra nituntur editores apud *Plautum* Trinumm. 565:

> Multa ei opera opust *fictura*, qui se fictorem probum
> Vitae agundae esse exspectat,

dum explicare conantur vocabulum *fictura*. Laborat constructio. Quam restitues et simul compositionem Plautinam restaurabis legendo:

Multa ei opera opust *fictori*.

In eadem comoedia v. 563

Dic sodes mihi
Quid hic est locutus tecum? PH. Quid censes? *homost*,
Volt fieri liber, verum quod det non habet,

vix dubium est, quin pro *homost* sit scribendum *servost*.

Nec minus librariorum fraus nos fallit apud Plaut. *Menaechm.* 839:

Poste autem illic hircus *alius*, qui saepe aetate in sua
Perdidit civem innocentem falso testimonio.

Variis modis tentatum est vocabulum *alius*; reliquis coniecturis accedat mea, scriptum fuisse putantis:

Poste autem illic hircus *olidus*.

In iis, quae leguntur apud *Terentium Phorm.* 113:

Postridie ad anum recta pergit, illud *enim se* negat
Neque eum aequum ait facere,

sensu vacua sunt vocabula *enim se*, pro quibus nihil aptius potui excogitare quam adverbium *enire*.

Leviter erratum est in eadem comoedia v. 218:

Nobis commendo Phanium *et* vitam meam.

Praecipitem eiiciamus voculam *et*, et Antiphonem iuvenem perdite amantium more fecerimus loquentem.

Finem imponam exilibus his dapibus, a quo lauta et opipara convivia incipere solent, qui nostris temporibus severam epulandi artem callent, scilicet aliquot in *Ausonii* de ostreis carmine locos Tibi dabo emendatiores. Scriptum est apud *Auson., epist.* IX. 25 (apud Weberum, Corp. Poët. Lat., nam praeter hanc nulla mihi ad manus est editio nisi quae anno 1730 Parisiis parata est in usum Delphini):

Proxima sint *quaevis*, *sed* longe proxima multo
Ex intervallo, quae Massiliensia.

Quae non recte intellego. Scribendum est:

Proxima sint *quamvis*, *sunt* longe proxima multo
Ex intervallo.

Praeterea Tollius pro *longe* proxima *multo* correxit *longo*

proxima *multum*, adducto Vergilii loco in Aen. v. 320:

Proximus huic longo sed proximus intervallo.

Ibid. v. 29:

Hellespontiaci quae *protegit* aequa Abydi.

Idem verbum post paucos versus redit, tamen omnem operam navavit poeta, ut in ostreorum indicanda patria prodigialiter rem unam variaret. Itaque malim *proserit*.

Ibid. v. 34:

Aspera quae testis et dulcia *farris* opimae.

Praestat nonnullorum codicum lectio *carnis*. Vide quod Plinius dixit de polypis H. N. IX. 86: Vescuntur conchyliorum *carne*, quarum conchas complexu crinium frangunt.

Sed iam haec hactenus, quamquam difficilius est scribendi finem quam initium facere. Mihi quidem iucundissimus fuit haec componendi labor, dummodo ne Tu

ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ.

Scripsi Zwollae,
mense Maio.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XII. 1. 3. τοῦ πολέμου παρὰ τὴν προσδοκίαν τὸ τέλος λαβόντος [παράδοξον]. Satis est *semel* id dicere.

Lib. XII. 10. 5. in oraculo:

μέτριον ὕδωρ πίνοντες ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες.

et sententia et metrum postulant: μέτρΩΙ ὕδωρ πίνοντες.

Lib. XII. 21. 1. *Zaleucus vetuit* τὸν ἄνδρα Φορεῖν δακτύλιον ΤΠΟχρυσον. Nullus umquam fuit annulus ὑπόχρυσος, id est *aureus sed alio viliore metallo obductus* ut ὑπόξυλος, ὑπόχαλκος. Emenda igitur δακτύλιον ΕΠΙχρυσον, *inauratum*.

C. G. C.

AD ANTHOLOGIAE PALATINAE

PARTEM PRIOREM (CAPP. V, VI, VII)

CONIECTANEA.

(*continuantur ex Tom.* VI. pag. 224.)

Eiusdem Dedicatorii generis est ep. 206, Leonidae adscriptum. Melo et Satyra tibicinae Musis dedicant instrumenta musica:

Μηλὼ μὲν Μούσαις Πιμπληΐσι τοὺς ταχυχειλεῖς
αὐλοὺς καὶ ταύτην πύξινον αὐλοδόκην·
ἡ φίλερως Σατύρη δὲ τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων
σύγκωμον, κηρῷ ζευξαμένη, δόνακα,
ἡδὺν συριστῆρα, σὺν ᾧ πανεπόρφνι' ἐς ἣν
*ηὔγασεν αὐλείοις *οὐ κοτέουσα θύραις.

Quod in Codice erat: κηρῷ τευξαμένη et πανεπόρφνιος ἠώ, verba sensu cassa, egregie emendaverunt Meinekius illud, hoc Heckerus. Sed quid ultimo versu faciendum? In quo nec ηὔγασεν ullam explicationem admittit, nec οὐ κοτέουσα. Nam, quam huic lectioni excusationem affert Meinekius: „verbis οὐ κοτέουσα facilitatem et patientiam exprimi, qua tibicina —— commissantibus aderat, foribus quae oppugnabantur non irata," ea igitur excusatio eiusmodi est, ut eam statim repudiet, coniiciens: αὐλείοις συγκοτέουσα θύραις, quam ita explicat: „Satyram commissantibus iuvenibus ita favisse, ut ipsa (ipsis?) etiam foribus quae effringendae essent irasceretur."

Quod, — cum summa viri magni et acutissimi veneratione dictum esto — vereor, ne nimis contortum et quaesiti nimium acuminis sit. Alii alia proposuerunt; Dorvillius et Brunckius: *ἐγκροτέουσα*, Boissonadius: *συγκροτέουσα*, Iacobsius in nott. mss. *ηὔγασ' ἐν αὐλείοις εὖ κροτέουσα θύραις*, Ott. Schneiderus denique *πανεπόρφυιος ἠχὼ ηὔγασεν*, quae omnia, ne caetera tangam, etiam propterea mihi improbanda videntur, quod vitiosum *ηὔγασεν* in versus initio nec explicant nec emendant. Optima ad sensum est coniectura Heckeri: *σὺν ᾧ πανεπόρφυι' ἐς ἠῶ || ἠύλησ' αὐλείοις ἐγκροτέουσι θύραις*. Sententia enim aperta est: Melo et Satyra aderant iuvenibus commissantibus, *θυροκοπικὴν μέλος* canentes. Sed in huius coniectura unum mihi minus rectum videtur; nam quis dicit: *αὐλεῖν σὺν δόνακι*? Caeteris igitur coniecturis accedat mea:

σὺν ᾧ πανεπόρφυι' ἐς ἠῶ
κώμασ' ἐπ' αὐλείοις ἐγκονέουσα θύραις.

Nempe notandum est, ultimum distichon nihil habere nisi prioris amplificationem. Quod ibi dicitur: *τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων || σύγκωμον δόνακα*, — quocum conferendum Meleagri (191): *καὶ κώμου σύμπλανον ὀργάνιον* —, id nunc ita explicatur: *σὺν ᾧ πανεπόρφυι' ἐς ἠῶ || κώμασ' ἐπ' αὐλείοις θύραις*. Ἐπὶ *θύραις* dicitur ut ep. 153: *ἐπὶ προθύροις ἐμάρανεν* et 191: *ἐπὶ προθύροισι δὲ μάνεις*. Ἐγκονεῖν, quod interpretes exponunt: *σπεύδειν*, *ἐπείγεσθαι*, *ἐνεργεῖν*, iterum legitur VI, ep. 268: *δεινὸν μαιμώσεις ἐγκονέουσα κυσίν*, ubi Meinekius *ἐγκροτέουσα* vult.

Ep. 211. Posidippi:

*Δάκρυα (*μὲν* add. in Pal.) *καὶ κῶμοι τί μ' ἐγείρετε, πρὶν*
ἐκ πυρὸς, εἰς ἑτέρην Κύπριδος ἀνθρακιήν; [*πόδας ἅρμα*
λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος· ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
ἄλγος ὁ μὴ κρίνων καινὸν ἄγει τι πόθος.

Ita in Dübneri editione. Ac primum quidem *δάκρυα* corruptum esse patet. Sententia eadem est ac in Horatiano illo (L. IV, 1): „intermissa Venus diu Rursus bella moves?" in qua sententia *δάκρυα* nihil habent quod faciant; etenim „lacrimae hominem in amorem perducere nequeunt", Heckero observante, qui ita pergit: „desidero ad sententiam vocabulum, quale est *καρδία*, sed hoc metro aptari nequit." Contra Dübnerus: „immo epitheton potius vocis *κῶμοι*, fortasse ab *ἀκρο* –

incipiens, hic quaerendum esse indicat scriptura Codicis." Mihi synonymon quoddam vocis κῶμοι in corrupto δάκρυα latere videtur, in quo investigando τοῦ Δ initialis ratio habenda non erit, non magis quam VI, 352, ubi δεξαταλαν χειρῶν pro ἐξ ἀταλᾶν (sive ἀπαλᾶν) χειρῶν. Nam et illic „Δ ortum videtur ex nota initium novi epigrammatis indicante." (Dübn.) Idem et nostro loco usu venire etiam Dübnerus indicare videtur, vocabulum ab ἀκρο — incipiens requiri ratus. Emendo igitur: ὄργια κἀκῶμοι, τί μ' ἐγείρετε; quemadmodum VII, 223 i. f. κῶμοι καὶ μανίαι copulantur. Ὄργια quam sit in hisce aptum et usitatum vocabulum, quis est qui ignoret? Instar omnium sit hoc Thalli Milesii (IX, 520): Ἁ χλοερὰ πλατάνιστος ἴδ' ὡς ἔκρυψε φιλεύντων ὄργια, ac praeterea τὰ κύπριδος ὄργια commemorantur VII, ep. 222. Κῶμοι et ὄργια esse synonyma docebit locus Meleagri (XII, 119); Οἴσω ναὶ μὰ σέ, Βάκχε, τὸ σὸν θράσος· ἄγεο, κώμων || ἄρχε, et, paucis versibus interiectis: ἦ προδότας κἄπιστος ἔφυς, τεὰ δ' ὄργια κρύπτειν || αὐδῶν, ἐκφαίνειν τἀμὰ σὺ νῦν ἐθέλεις. Sed ultima quoque in nostro epigrammate nondum persanata esse censeo. In Codice ita scripta inveniuntur: ἄλγος ὁ μὴ κρίνων κοινὸν ἄγοντι πόθος, de quibus Salmasius: „ita correctum est in membranis, nam aliud fuit. Ἄλγος et κρίνων apparent, sed quod medium est, delevit corrector et reposuit μή. Lege ἄλγος ὁ μὴ κραίνων." Ita Salmasius. Ultima huius versus recte correxisse mihi videntur Boissonadius, Bosschius, Meinekius, qui certatim pro: κοινὸν ἄγοντι πόθ. scripserunt: καινὸν ἄγει τι πόθ. Sed quid est πόθος ὁ μὴ κρίνων? Respondet Boissonadius: „est amor qui non discernit inter ea quae sunt amanda aut non." Ne dicam, ὁ μὴ κρίνων sic nude positum hoc non posse significare, ea sententia a toto huius poëmatii tenore prorsus abhorret. In quem tota Venus ruit, is secum otiose perpendere non solet, sitne ea, quam deperit, amore suo digna an non sit. Aliquanto melius est Salmasianum: πόθ. ὁ μὴ κραίνων, desiderium voti sui non compos, sed in hoc quoque desidero obiectum. Fortasse legendum erit: ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης || ἄλγος ὁ πικραίνων καινὸν ἄγει τι πόθος. Simili modo XII, 90: οὐκέτ' ἐρῶ. πεπάλαικα πόθοις τρισίν. ——— καὶ κατὰ πᾶν ἥλγηκα. Parti-

cipium cum πόθος coniunctum legitur etiam V, 13: ἀλλὰ πόθους ὀργῶντας ὅσοι μὴ φεύγετ', ἐρασταί.

Ep. 237, Agathiae, in fine:

ἴσως δέ τις ἥξει ὄνειρος,
ὅς με Ῥοδανθείοις πήχεσιν ἀμφιβάλοι.

Malim: ἀμφιβαλεῖ.

Ep. 241, Pauli Silentiarii:

σὴν γὰρ ἐγὼ δασπλῆτα διάστασιν οἵά τε πικρὴν
νύκτα καταπτήσσω τὴν Ἀχεροντιάδα.

Vel invito Suida mihi corrigendum videtur: σὴν γὰρ ἐγώ, δασπλῆτι, διάστασιν — — καταπτήσσω. Etenim quae sit ἡ μουνολεχὴς σεῖο διαζυγίη, quam Rufinus in simili re dixit (V, 9) intelligo, quae sit δασπλὴς διάστασις non intelligo. Δασπλὴς primario significat, Suida interprete: ἡ ἐπὶ κακῷ προσπελάζουσα, *cuius adventus aliquid mali affert*, quod poëta non leviter, credo, de dilectae puellae discidio dicturus erat. Quod autem hic vertunt: *„tuam terribilem disiunctionem*, Dübnerus; *a te separari mali gravissimi instar mihi est*, Bernhardyus, id vereor ut umquam significare possit locutio, nisi linguae legibus violatis. Vocativus δασπλῆτι contra cum toto poëmatii tenore egregie congruit, et efficit sententiam affectu pleniorem. Vale tibi eram dicturus, poëta inquit, sed vox faucibus haesit, et rursus apud te maneo; nam tui discidium, o dura puella et accessu difficilis, ferre non possum. Fundus lectionis est Homerus, qui (Odyss. XV, 234) δασπλῆτις Ἐρινύς dixit, eumque secutus Theocritus (II, 14) Ἑκάτα δασπλῆτι.

Ep. 264. Pauli Silentiarii. Queritur poëta, quod incassi amoris vehementia senex ante tempus sit factus, speratque fore ut votorum compos revirescat. Nam, inquit:

ὁππόσον ἡβάσκει φλογὸς ἄνθεα, τόσσον ἐμεῖο
ἄψεα γηράσκει φροντίδι γυιοβόρῳ.

Ain vero? „Quantum iuvenescunt flammae flores, tantum mea membra senescunt cura edaci." Quae his comparatio inest, nisi ineptissima? Quid flammae floribus cum membris commune est? Num φλογὸς ἄνθεα ἡβάσκει? Legendum lenissima mutatione: Ὁππόσον ἡβάσκει φλογὸς ἄνθεϊ, τόσσον ἐμεῖο || ἄψεα γηράσκει, nam utriusque verbi ἄψεα subiectum est. Quantum iuvenescunt membra flammae flore, — id est, amore felici, —

tantum mea membra cura edaci, — id est, infelici amore, — senescunt; nam optime habet oppositio inter *φλογὸς ἄνθεϊ* et *φροντίδι γυιοβόρῳ*.

Ep. 280. Agathiae in eodem amantium discidii argumento versatur:

Ἦ ῥά γε καὶ σύ, Φίλιννα, φέρεις πόνον; ἦ ῥα καὶ αὐτὴ
κάμνεις, αὐαλέοις δμμασι τηκομένη;
ἦ σὺ μὲν ὕπνον ἔχεις γλυκερώτατον, ἠμετέρης δὲ
φροντίδος οὔτε λόγος γίνεται οὔτ' ἀριθμός;

Recte fecit Dübnerus, quod *φέρεις πόνον* ex Codice reduxit, pro Planudeo *πόθον*. Cfr. Meleager XII, 132 i. f. *αὐτὴ ταῦθ' εἵλου· φέρε τὸν πόνον*, et Anth. Plan. ep. 111. Praeterea in secundo versu prorsus contrarium requiro: *μυδαλέοις δμμασι τηκομένη*, quod vel iis comprobatur quae statim sequuntur: *εὑρήσεις τὰ* (Jac. *τάχ'*) *ὅμοια, τεὴν δ', ἀμέγαρτε, παρειήν* || *ἀθρήσω θαμινοῖς δάκρυσι τεγγομένην*. Μυδαλέος legitur ep. 226, in carmine Pauli Silentiarii, amici et aequalis Agathiae.

In eiusdem Silentiarii ep. 283 pro:

οὐδὲν ἐφημερίοις καταθύμιον· εἴ τις Ἐρώτων
λάτρις, νύκτας ἔχειν ὤφελε Κιμμερίων.

Praetulerim: *οὐδὲν ἐφημερίοις καταθύμιον· ἤ τις Ἐρώτων* || *λάτρις κ. τ. ἑ.*, dempta incisione post *λάτρις*. Saepissime legitur *ἤ profecto*, non adiecto *γάρ*, v. c. IX, 189: *ἤ γλυκὺν ὕμνον* || *εἰσαΐειν αὐτῆς δόξετε Καλλιόπης*, ac praeterea VII, 522, caet.

Ep. 293 eiusdem, vs. 7:

Νηχόμενος Λείανδρος ὅσον κράτος ἐστὶν ἐρώτων
δείκνυεν, ἐννυχίου κύματος οὐκ ἀλέγων.

Immo vero: *ὅσον κράτος ἐστὶν ἐρώντων* || *δείκνυεν.* [1])

Ep. 297, Agathiae. Queritur puella, iuvenibus plura quam sibi solatia adesse:

παίγνιά τ' ἀμφιέπουσι παρήγορα, καὶ κατ' ἀγυιάς
**πλάζονται γραφίδων χρώμασι ῥεμβόμενοι.*

Lacunulam in versus initio has turbas dedisse suspicor; nam *πλάζονται* et *ῥεμβόμενοι* cum prorsus idem significent, et prius

1) Contrario errore scriptum est apud Lucianum, Diall. Meretr. VIII § 1. *οἰκοῦν ταῦτα* (*ζηλοτυπία, βασίσματα κ. τ. λ.*) *μόνα ἐρῶντος, ὦ Ἀμπελί, δείγματα*; Immo vero: *Ἔρωτος δείγματα*, ut mox: *ἀρχομένου Ἔρωτος σημεῖον.*

fortasse posterioris varia lectio sit, ambo stare non possunt. Requiritur verbum *delectandi* significatione; ex plurimis arridet: θέλγονται γραφ. χρώμασι ῥεμβόμενοι, ut IX, ep. 761: ὑπερπατηθεὶς τῇ θέᾳ τῶν χρωμάτων. Κατ' ἀγ. ῥεμβ. iungenda esse, monuit Dübnerus.

Ep. 309. Diophanis Myrinaei:

ψιλληστὴς ὁ Ἔρως καλοῖτ' ἂν ὄντως·
ἀγρυπνεῖ, θρασύς ἐστιν, ἐκδιδύσκει.

Ita Palatinus, addito in margine: ζήτει ψιλληστής. Dübnerus edidit, ex coniectura Boissonadii: Τρὶς λῃστὴς ὁ Ἔρ., cuius posteriorem partem iam commendaverat Jacobsius. Equidem actum egi post Brunckium, qui non, ut in Dübneri adnotatione ad hoc ep. legitur, φιλητής, quod *amator* significat, (cfr. supra ep. 271). sed aut ψιλήτης aut Φηλήτης reposuit (t. III. adnott. p. 191), quorum hoc mihi quoque unice verum videtur. Unicuique Graecorum notus erat celebratissimus versiculus Hesiodi (Opp. et D. vs. 375): ὅς γε γυναικὶ πέποιθε πέποιθ' ὅ γε φηλήτῃσι. Ne seriores quidem Graecos verbo prisco et dubiae significationis abstinuisse, ostendet epigramma, a Jacobsio in Appendicem relatum (ep. 178; t. III. p. 372 ed. Tauchn.):

Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τίς ὑφείλετο; θερμὸς ὁ κλέπτης
ὃς τῶν φηλητέων ᾤχετ' ἄνακτα φέρων.

ubi planissime idem valet ac κλέπτης.

Finem huic capiti imponam corrigendo ep. 161, sive Hedyli est sive Asclepiadis, docte et copiose a Herwerdenio V. Cl. explicatum. (Mnem. Nov. Ser. Vol. II. p. III. 1874. pag. 308):

Εὐφρὼ καὶ Θαΐς καὶ Βοΐδιον, αἱ Διομήδους,
γραῖαι, ναυκλήρων ὀλκάδες εἰκόσοροι,
Ἄγιν, καὶ Κλεοφῶντα, καὶ Ἀνταγόρην, ἕν' ἑκάστη,
γυμνούς, ναυηγῶν ἥσσονας, ἐξέβαλον.

„Permire," Herwerdenius inquit, „ἥσσων, *inferior*, h. l. notionem induit eius quod est *miserior*, et parum eleganter poëta eos, qui in hoc figurato sermone ipsi naufragi dicendi erant, naufragis vocat miseriores. Quibus de causis vehementer dubito de horum vocabulorum sanitate." Sanitatem recuperabit sententia, si scribatur: γυμνούς, ναυηγῶν εἰκόνας, ἐξέβαλον, quod literis uncialibus scriptum: IICONAC, nihil ab ἥσσονας discrepat. Eodem modo Panteleus (ap. Stob. Floril. Tit. VII

§ 62) Persam de Callimacho, Atheniensium in pugna Marathonia stratego, inducit dicentem: *αἱματόεις ἔστηκεν ἀτειρέος Ἄρεος εἰκών.*

Sed iam plus chartae in hoc capite tractando me consumsisse video, quam mihi ab initio constitutum erat. Raptim igitur paucula ex sexto et septimo Anthologiae Capite addam, reliqua in aliud tempus reservaturus.

Cap. VI (Ἀναθηματικά) ep. 106. Zonae. Luporum venator Teleso Pani donaria quaedam dedicat:

ἀλλὰ τύ, Πὰν βαννῖτα, τὰ μὴ πολύολβά τε δέξαι
*δῶρα, καὶ *εὐάγρει τῷδε πέτασσον ὄρος.*

Dübnerus ex Heckeri et Boissonadii coniectura *εὐαγρεῖ* recepit, ab adiectivo *εὐαγρής* ductum, quod cum *τῷδε* coniungit et ita interpretatur: *huic fausto eventu venanti.* Mihi scribendum videtur: *καὶ εὔαγρον τῷδε πέτασσον ὄρος*, quam lectionem hi loci praestabunt; VI, 89: *τῷ σὺ δίδου μὴ πολλὰ, δι' εὐάγρου δὲ λίνοιο || δαῖμον, ὑλακτούσης νηδύος ἡσυχίην*, praeterea ep. 183: *εὔαγρον τοῖςδε δίδου κάματον.* Causa erroris in aprico est: syllaba *-ον* per notum compendium scripta aut neglecta, aut metri causa male expleta est.

Ep. 154. Leonidae Tarentini vel Gaetulici,

Ἀγρονόμῳ τάδε Πανὶ καὶ εὐαστῆρι Λυαίῳ
πρέσβυς καὶ Νύμφαις Ἀρκὰς ἔθηκε Βίτων.

Concinnitas membrorum exigit: *καὶ Νύμφαις Ἀρκάσι θῆκε Βίτων*, quemadmodum infra ep. 176: *Πανὶ τε καὶ Νύμφαις ἀντίθεμαι Δρυάσιν*, et Anyte (Anth. Planud. ep. 291): *Φριξοκόμᾳ τόδε Πανὶ καὶ αὐλιάσιν θέτο Νύμφαις || δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς Θεύδοτος οἰονόμος.*

Ep. 186. Julii Dioclis. Tres fratres, omnes venatores, instrumenta sui quisque venationis generis Pani dedicant, quod argumentum ad fastidium usque plurimorum poëtarum ingenium exercuit. (epp. 11—16 et 179—188):

*Δίκτυα σοὶ τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν *οἶκος ἀδελφῶν*
οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἠέρος, ἐκ πελάγευς.
**δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠϊόνων κροκάλαισιν·*
**θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις·*
τὸν τρίτον ἐν πτηνοῖσιν ἐπίβλεπε κτλ.

Primo versu sine dubitatione recipienda fuerat Huschkii

emendatio εὔχος pro οἶκος. Tertius et quartus versus in Codice labem contraxisse videntur, prior manu recenti exaratus est, posterior, in Codice itidem a δικτυβόλει incipiens, apud Suidam ita exhibetur, ut supra scriptum est. Inde Jacobsius hos versus effecit: δικτυβολεῖν πόρε τῷδε παρ' ἡ. κροκάλ. || θηροβολεῖν τούτῳ δ' κτἑ. Multo minore mutatione res restitui potest:

δικτυβόλει γοῦν τῷδε παρ' ἠϊόνων κροκάλαισιν·
θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις,

quibus versibus non video quid vitii insit. ΓΟΥΤΩΙΔΕ quam facile in τούτῳ δέ abeat, unusquisque statim videt. Γοῦν i. q. οὖν cum imperativo non addito pronomine saepissime occurrit; v. c. apud Lucianum, Diall. Meret. V § 4: πάρεχε γοῦν, XIV § 1: λόγισαι γοῦν caet. Simul notandum, in hac enumeratione ὅδε de priore dici, οὗτος de altero; conferatur supra ep. 13: ὧν ἀπὸ μὲν πτανῶν Πίγρης τάδε· ταῦτα δὲ Δᾶμις, eiusdemque parodia, ep. 17.

Ep. 214. Simonidi adscriptum. (in Th. Bergk. Lyrr. Graec. p. 1166, ep. 141):

Φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
παῖδας Δεινομένευς τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι· — — —
[βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη· πολλὴν δὲ παρασχεῖν
σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ' ἐς ἐλευθερίην.]

Ultimum distichon a Palatino abest, ut in Mandroclis epigrammate ex Herodoto (ep. 341) ultimus versus; adsumptum est ex Scholiis ad Pindarum. Sed quid sibi vult πολλήν? quod sive cum χεῖρα sive cum ἐλευθερίην coniungas, aeque inepte abundat nullamque sanam interpretationem admittit. Legendum mihi videtur: κοινὴν δὲ παρασχεῖν || σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ' ἐς ἐλευθερίην, quae interprete non egent. Hoc utilius admonebo, et apud Polybium (XXXI, 17*a*) pro πολλῶν a Luchtio κοινῶν esse repositum, et iterum adiectivum κοινός obscuratum esse in eiusdem Simonidis epigrammate 50, ubi Ἕλλανες dicuntur

Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον
ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

Rectissime Bergkius ex Plutarcho ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινόν scripsit. Etiam hic erroris origo γραφικὸν ἁμάρτημα esse videtur, nempe et σ pro ι et μ pro ν sibi videre scriba visus est,

quae utraque confusio frequentissime in Codice nostro occurrit, de quibus rebus postea fortasse uberior erit dicendi locus.

Cap. VII (Ἐπιτύμβια) ep. 87, Diogenis Laërtii:

Σῶμα μὲν ἦρε Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ,
ὅστε' ἔχει Σαλαμίς, ὧν κόνις ἀστάχυες,
ψυχὴν δ' ἄξονες εὐθὺς ἐς οὐρανὸν ἤγαγον κτέ.

Insolenter dictum est, etiam in Diogene Laërtio, infelici versificatore: τὸ πῦρ αἴρει τὸ σῶμά τινος. Cod. habet ἤιρε, unde legerim: σῶμα μὲν ἦθε Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ. Eodem modo nuper Cobetus, V. Cl. in Libanio (t. I. p. 421, 5 Reisk.), ubi editur: πῦρ μὲν ἐπὶ βωμῶν αἴρεται, scripsit: αἴθεται (Mnem. Nov. Ser. t. V, p. I. p. 112). Neque in Codice nostro confusio inter P et Θ admodum rara est. In Cap. V. ep. 107 i. f., ubi rectissime nunc legimus: ἡμεῖς δ' ἐν κόλποις ἥμεθα Ναϊάδος, pro extremis vocabulis Salmasius e Palatino enotavit: ἡμεραμαϊάδος, sed ναϊάδος supra correctum.

Ep. 164: Antipatri Sidonii, in cuiusdam Prexûs, in puerperio defunctae, honorem. Esse fingitur dialogus, defunctam inter et hospitem quemdam, praeter alia et haec rogantem:

A. ἦ καὶ ἄπαις; B. οὐ ξεῖνε· λέλοιπα γὰρ ἐν νεότητι
Καλλιτέλη, τριετῆ παῖδ' ἔτι νηπίαχον.
A. ἔλθοι ἐς ὀλβιστὴν* ἱερὴν τρίχα. B. καὶ σόν, ὀδῖτα,
οὔριον ἰθύνοι πάντα Τύχη βίοτον.

Editor Heckero obsecutus in ὀλβίστην accentum mutavit ut sit ὀλβιστήν, quo nescio an sit opus. Sed quod sequitur: ἱερὴν τρίχα, manifesto id corruptum est. Licet ἱερὸς apud nostros Anthologiae poëtas quidvis significet, hic certe nimis ridicule et quovis vel mediocri poëta indigne *cani capilli* repente *sacri* audiunt. Nec Jacobsius hoc loco audiendus, qui corruptum vocabulum tuetur versu Statii Flacci, qui *sancta canities* optime dixit, nam in *canities* ea ipsa notio inest, quae nostro loco aegre desideratur. De sententia nulla esse potest dubitatio, quam et rei natura suppeditat et duorum poëtarum, idem argumentum eodem modo tractantium, consensus. Quorum alter Leonidas (ep. 163): ζώοι σοι κεῖνός γε, καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο, alter, Archias (ep. 165) ζωῆς τέρμαθ' ἵκοιτο μετ' ἀνδράσι. In Codicis margine legitur: γρ. πολιὴν τρίχα, de quo Brunckius: „sitne hoc varians lectio an glossa an emen-

datio, nescio sed verum credo. Leonidae verba sic reddere debuit Antipater." Equidem emendationem habeo, sed non veram illam. Nam si id scripsisset Antipater, quomodo tandem et cur in *ἱερήν* abiisset? Itaque Heckerus, *ingeniose*, ut iudicat Dübnerus, *φιερὴν τρίχα* coniecit, quod cum Herwerdenio, V. Cl. vereor, ut pro *canis* dici possit. Ipse: *γεραρὴν* voluit, mihi, una literula dempta, verum esse videtur: *ἕλθε ἐς ὀλβιστὴν γεραὴν τρίχα*, quo me duxit Juliani Proconsularis ep. (V, 298): *τὸ δ' ἔμπαλιν, ἐς τρίχας ἥξοι || γήραος*, quemadmodum, inversa metaphora, *πολιὴ* vel *λευκὴ ἡλικίη* (v. c. VI. 278) dicebant. Formam *γεραός* pro *γεραιός* praestabit IX, ep. 232; Philippi Thessalonicensis: *ἢ γεραὸν γάρ* (sc. *Βρόμιον*) || *φρουροῦμεν πιστῶς, ἢ νέον ἐκτρέφομεν*. Quin etiam (IX, 281): *Θρηϊκίης φάτνης παλαιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα || ἤλυθε*, ne *χιμάρα, ἕταρος* et alia tritissima commemorem. Erroris causa etiam hic in promptu est: ΓΘΡΑΗΝ ubi in ΙΘΡΑΗΝ abiit, pro duplici scriptura: *ἱερῆν* haberi coepit.

Ep. 329, incerti, in bibacem vetulam:

Μυρτάδα τὴν ἱερᾶς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς
ἄφθονον ἀκρήτου σπασσαμένην κύλικα,
οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις· ἀλλὰ πίθος μοι,
σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἕπεστι τάφος.

Cur *βαιὴ κόνις*? ut taceam sic iocosae oppositionis acumen non apparere. Immo vero: *οὐ κεύθει φθιμένην γαίης κόνις· ἀλλά κτέ.* Ita Agathias, ep. 593: *Εὐγενίαν κρύπτει χθονία κόνις*, (cfr. epp. 602 et 629); ita Leonidas Tarentinus (ep. 655): *ἀρκεῖ μοι γαίης μικρὴ κόνις*, sed ibi adiectivum *μικρὴ* quam maxime necessarium est, ut locum legenti patebit.

Ep. 397. Erycii Thessali. Non terra sepultus sum, Satyrus quidam dicit:

ἀλλ' εἴ που τινὰ πόντον ἀκούετε, πικρὸν ἐκεῖνον,
τὸν πέλας αἰγονόμου κλυζόμενον Μυκάλας,
κείνῳ δινήεντι καὶ ἀτρυγέτῳ ἔτι κεῖμαι·
ὕδατι, μαινομένῳ μεμφόμενος Βορέῃ.

Scripserim: *ἀτρυγέτῳ ἐνὶ κεῖμαι || ὕδατι.*

Ep. 522 Callimachi:

*Τιμονόη· *τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,*
εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα || στήλῃ, κτλ.

„In τίς δ' ἐσσί quivis haereat," Dübnerus inquit, et Meinekius „eleganter olim Jacobsius: Τιμονόης τόδε σῆμα. Corrigam: Τιμονόη, ἦὲ τίς ἐσσι, vel, si mavis, Τ. ἦ τίς δὴ σύ; *tune Timonoë, an quamnam te esse dicam?* adeo scilicet mutata erat mortuae facies. Non combusta igitur erat Timonoë, sed in translucida vel aperta sandapila condita." Equidem Callimachum minus poëtice idem scripsisse putem: Τιμονόη, τῇ δ' ἐσσί; *Timonoë, tune hic es? Per Deos, non te agnovissem* caet. Τῇδε dixit, ut Simonides notissimo versu: ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε || κείμεθα, et Callimacho ipsi in deliciis est. Ita v. c. supra ep. 451:

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος, Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον || κοιμᾶται.

Ep. 584. Juliani Aegyptii Proconsularis:

Πλώεις ναυηγόν με λαβὼν καὶ σήματι χώσας;
πλῶε, Μαλειάων ἄκρα φυλασσόμενος·
αἰεὶ δ' εὐπλοΐην μεθέποις φίλος· ἦν δέ τι ῥέξῃ
ἄλλο Τύχη, τούτων ἀντιάσαις χαρίτων.

Quantocius recipiendum fuerat Planudeum: τοίων. Nempe ΤΟΙΩΝ in ΤΟΤΩΝ abierat, inde vulgata facta est. Editori τοίων debile videtur; sed vel hi loci τοίων verum esse vindicabunt: Ep. 310 incerti.

Θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον· εἰ δέ με τύμβῳ
δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος.

et eiusdem plane argumenti ep. 581, et ipsum Juliani Aegyptii:

Ἀντὶ φόνου τάφον ἄμμι χαρίζεαι· ἀλλὰ καὶ αὐτός
ἴσων ἀντιτύχοις οὐρανόθεν χαρίτων.

Verum haec hactenus.

Supersunt mihi quae scribam, sed parco sciens;
Primum esse videar ne (lectori) molestior; — —
Quamvis materiae tanta abundet copia,
Labori faber ut desit, non fabro labor. (Phaedr. L. III. i. f.)

2 April 1877. H. J. POLAK.

ARCHAEOLOGICA.

[illegible] Musei Berolinensis locum fa[illegible] [illegible] artis, quae sub p[illegible] [illegible] Saeculi XVIII initio quum [illegible] a Papa Clemente [illegible] Sapandiae Principi nobilissimo, qu[illegible] [illegible] ad Fridericum Magnum, [illegible]

[illegible] ut indagarent, [illegible] iam pridem scripta [illegible] si locum reperire [illegible] mentio facta esset.

[illegible] signo, Berol. 1808) [illegible] operis Calamidis, quem Paus[illegible] [illegible] aeneas Agrigentinis feciss[illegible] [illegible] essent. Pausaniae haec ve[illegible] [illegible] Ἀκραγαντῖνοι καταστάντες [illegible] [illegible] ἀπ' αὐτῶν λαβόντες ἀνέθεσαν [illegible] χαλκοῦς, προτείνοντάς τε [illegible] εὐχομένοις τῷ θεῷ..... [illegible] [illegible] ἐγώ τε εἴκαζον καὶ ἐς αὐτοὺς κατὰ [illegible] Ad Calamidem, qui bellorum Persico[illegible] [illegible] certe operis artificem, statuam [illegible] vestigia prae se ferentem, vetuit r[illegible] Musée Français IV, 4, 12: Musée des antique[illegible]



[illegible] factum est in Glyptotheca Leidensi.

autem, qui apud Plinium (N. H. XXXIV, 8. 73) legisset, ıdam, Lysippi filium, fecisse *adorantem*, imagunculam Beroınsem aut ipsius Boedae opus, aut saltem eius imitationem ı arguit. Viscontio assensus est A. Stahr (Torso II. p. 55). Iorum tamen sententiam argumentis parum firmis nitentem dubium vocarunt H. Brunn (Geschichte der Griechischen nstler I. p. 408), C. Bursian (Jahn's Jahrb. 1856. I. p. 513), Overbeck (Gesch. d. Griech. Plastik II. p. 88).

Aliam protulit coniecturam Boetticher (Tektonik der Helle-ı, II. 4, p. 32), qui signi nostri originem referendam esse stimat ad chorum puerorum, Callonis Elei opus, ab Eleis mpiae consecratum, de quo cf. Pausanias V, 25, 1. Callon vero non maiore iure quam Calamidem, quippe cuius fere ualis vixerit, auctorem eius haberi posse, recte monuit Bur-ı l.l.

Diversam a praecedentibus sententiam aperuit Stephani (Bulın hist. phil. de l'académ. de St. Pétersbourg, T. VIII, 21). Is enim, quum legisset apud Gyllium (de Bosporo acico III, 5), Dionysium Byzantium narrare in Iovis Urii plo, ad Bospori introitum, statuam aeream esse antiquae s, aetatem puerilem prae se ferentem, tendentem manus, s temere affirmavit, statuam Berolinensem eandem esse atque poranam illam, deinde vero effigiem illam esse Phrixi, Io-ı Urium adorantis. Hanc opinionem omnium audacissimam s superque refutavit Panofka (Arch. Anz. 1852, N°. 38, p. 153).

Fieri potest, ut homo nescio quis fervido ingenio praeditus aliquo libro antiquioris vel recentioris temporis etiam alios s expiscetur, quibus puerilis imaginis mentio iniecta sit, n deinde alucinans et ariolans pro Berolinensi venditare tur. Num tamen illa via ad rectam et sanam veri invesndi rationem perveniri possit dubitandum videtur. Aut dem fallor, aut viri veteris artis gnari, quum quaererent em imaginem statua illa, de qua ago, artifex ignotus exnere voluerit, neque ipsius statuae formam et habitum satis rate considerarunt contemplatique sunt, neque in scriptorum s, quorum testimoniis usi sunt, interpretandis ita sunt ver-. , ut negligentiae reprehensionem evitare possint.

ARCHAEOLOGICA.

Inter opera et artificia Musei Berolinensis locum facile principem obtinet statua aenea eximiae artis, quae sub pueri adorantis nomine vulgo nota est. Seculi XVIII initio quum Romae forte inventa esset in Tiberis alveo, a Papa Clemente XI dono data est Eugenio, Sapaudiae Principi nobilissimo, quo mortuo emtione pervenisse videtur ad Fridericum Magnum, Borussiae regem [1]).

Viri docti, antiquae artis studiosi, ut indagarent, quis tandem illa statua expressus esset, iam pridem scripta veterum summa diligentia perscrutati sunt, si locum reperire possent, quo imaginis puero illi similis mentio facta esset.

Levezow (de iuvenis adorantis signo, Berol. 1808) imitationem illam esse coniecit operis Calamidis, quem Pausanias (V. 25, 2) puerorum statuas aeneas Agrigentinis fecisse narrat, quae Olympiae dedicatae essent. Pausaniae haec verba sunt: *τοῖς ἐν Μοτύῃ βαρβάροις Ἀκραγαντῖνοι καταστάντες ἐς πόλεμον καὶ λείαν τε καὶ λάφυρα ἀπ' αὐτῶν λαβόντες ἀνέθεσαν τοὺς παῖδας ἐς Ὀλυμπίαν τοὺς χαλκοῦς, προτείνοντάς τε τὰς δεξιὰς καὶ εἰκασμένους εὐχομένοις τῷ θεῷ ..... Καλάμιδος δὲ εἶναι σφᾶς ἔργα ἐγώ τε εἰκάζον καὶ ἐς αὐτοὺς κατὰ τὰ αὐτὰ εἶχεν ὁ λόγος.* Ad Calamidem, qui bellorum Persicorum tempore floruerit, rudioris certe operis artificem, statuam nostram, elaboratae artis vestigia prae se ferentem, vetuit referri Visconti (Musée Français IV, 4, 12; Musée des antiques II, 19).

---

1) Exemplar gypso factum est in Glyptotheca Leidensi.

Is autem, qui apud Plinium (N. H. XXXIV, 8. 73) legisset, Boedam, Lysippi filium, fecisse *adorantem*, imagunculam Berolinensem aut ipsius Boedae opus, aut saltem eius imitationem esse arguit. Viscontio assensus est A. Stahr (Torso II. p. 55).

Horum tamen sententiam argumentis parum firmis nitentem in dubium vocarunt H. Brunn (Geschichte der Griechischen Künstler I. p. 408), C. Bursian (Jahn's Jahrb. 1856. I. p. 513), J. Overbeck (Gesch. d. Griech. Plastik II. p. 88).

Aliam protulit coniecturam Boetticher (Tektonik der Hellenen, II. 4, p. 32), qui signi nostri originem referendam esse existimat ad chorum puerorum, Callonis Elei opus, ab Eleis Olympiae consecratum, de quo cf. Pausanias V, 25, 1. Callonem vero non maiore iure quam Calamidem, quippe cuius fere aequalis vixerit, auctorem eius haberi posse, recte monuit Bursian l.l.

Diversam a praecedentibus sententiam aperuit Stephani (Bulletin hist. phil. de l'académ. de St. Pétersbourg, T. VIII, N°. 21). Is enim, quum legisset apud Gyllium (de Bosporo Thracico III, 5), Dionysium Byzantium narrare in Iovis Urii templo, ad Bospori introitum, statuam aeream esse antiquae artis, aetatem puerilem prae se ferentem, tendentem manus, satis temere affirmavit, statuam Berolinensem eandem esse atque Bosporanam illam, deinde vero effigiem illam esse Phrixi, Iovem Urium adorantis. Hanc opinionem omnium audacissimam satis superque refutavit Panofka (Arch. Anz. 1852, N°. 38, 39, p. 153).

Fieri potest, ut homo nescio quis fervido ingenio praeditus ex aliquo libro antiquioris vel recentioris temporis etiam alios locos expiscetur, quibus puerilis imaginis mentio iniecta sit, quam deinde alucinans et ariolans pro Berolinensi venditare conetur. Num tamen illa via ad rectam et sanam veri investigandi rationem perveniri possit dubitandum videtur. Aut equidem fallor, aut viri veteris artis gnari, quum quaererent qualem imaginem statua illa, de qua ago, artifex ignotus exprimere voluerit, neque ipsius statuae formam et habitum satis accurate considerarunt contemplatique sunt, neque in scriptorum locis, quorum testimoniis usi sunt, interpretandis ita sunt versati, ut negligentiae reprehensionem evitare possint.

Status, ut supra dixi, puerum repraesentat nondum pubertatem ingressum. Habitus inter motum et quietem quasi medius esse videtur. Corpus nudum molliter sustinetur pede sinistro paululum prolato. Dexter pes leviter subductus digitis nititur. Caput aliquantulum reclinatum, vultus sursum versus est. Brachia non extensa, sed curvata, attolluntur, ita ut capiti manus fere totae emineant. Non tamen ex transverso flexa sunt, sed, quod probe tenendum, proversa eriguntur. Manus leviter supinatae sunt.

His monitis iam scriptorum locos a viris doctis allatos accuratius inspiciamus.

Puerorum signa ab Agrigentinis consecrata non ambas manus, sed solas dextras protendisse disertis verbis tradit Pausanias l.l. Novi equidem poetas (cf. Verg. Aen. XII. 930; Seneca, Herc. Fur. 1005) interdum scripsisse dextras, ubi ambas manus intellegi vellent, at hoc argumentum minime valet in Pausania, scriptore a poetico dicendi genere alienissimo.

Dextras autem attollere antiqui tam Graeci quam Romani soliti fuisse videntur, quum sacra facientes ἱερὸν ὀλολυγμόν s. ὀλολυγήν i. e. *sacrum ululatum* ederent (cf. Hemsterh. ad Luciani Somnium 4; Elmsley ad Eurip. Heracl. 782). Sic in sculptura illa ectypa, qua Homeri apotheosis efficta est, Tragoediae Comoediaeque imagines, arae adstantes, dextris erectis conspicuae sunt (cf. Visconti, Museo Pio-Clementino IV, p. 57; Boettiger, Kunstmythologie I, 50). Quae quum ita sint, Pausaniae descriptionem in nostram statuam minime quadrare facile, credo, apparet.

Neque eos verum vidisse existimo, qui illam pro Boedae vel alius cuiusdam *adorante* habeant. Solebant enim adorantes (οἱ προσκυνοῦντες), ante deorum signa stantes, dextram osculari (cf. Lucianus, de saltatione 17; Plin. N. H. XXVIII, 2. 5; Apuleius, Metam. IV, 28, Apolog. p. 496; Minucius Felix II, 5), ita ut corporis habitum ostenderent a puero nostro prorsus diversum.

At satis magnus eorum numerus est, qui puerum, si non adorantis, at orantis habitu effictum esse contendunt. Nemo enim nescit aliud esse adorare, aliud orare. Adorabant antiqui, si dei simulacrum ante oculos habebant, precibus

vero orabant deos, quorum praesentiam animo sibi effingebant.

Eos autem, qui signum, de quo ago, pro precantis imagine probare cupiunt, rogare velim, num quis unquam legerit, vel Graecos, vel Romanos deos precatos esse nudis corporibus. Immo, opinor, Graeci capite aperto, Romani velato precari solebant (cf. Varro apud Macrob. Sat. III, 6 f; Ovid. Met. I, 381). Neque Graeci neque Romani omnem vestitum deponebant. Quid, quod precaturi puras vestes interdum induisse videntur. Cf. Odyss. ϑ. 750.

At, dicet quispiam, fieri potest, ut imago nostra puerum athletam repraesentet deos precantem, ut victoria se honorare velint. Ego vero nullum scriptoris locum reperire potui, ex quo athletas victoriam precatos esse apparet [1]). Unus Lucianus (Hermotimus 40) tradit athletas Olympiae, antequam adversarios sibi sortirentur, Iovem orare consuevisse. Προσελθὼν, inquit, δὴ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος προσευξάμενος τῷ Διὶ καθεὶς τὴν χεῖρα εἰς τὴν κάλπιν ἀνασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα. Non igitur victoriam, sed felicem sortem precabantur. Quam precandi actionem vel unum sculptorem tanti habuisse, ut eam effingendam sibi sumpserit, vix est credibile.

Verbo etiam Viscontii opinio redarguenda videtur, cui assentitur Welcker (das akad. Kunstmuseum zu Bonn, edit. II, p. 43). Is autem puerum non victoriam precari existimat, sed Iovi pro reportata victoria gratias agere. At vero hos viros doctos fugisse videtur, apud Graecos Romanosque aliud fuisse precationem, aliud gratiarum actionem. Nisi fallor, Christiana demum religio precandi et gratias agendi notiones inter se permutavit.

Quoniam qui puerum precantis habitu effictum esse defendunt, eo potissimum opinionem suam confirmare conantur, quod manus attollit supinas, de ea re dicam quid sentiam.

Solebant tam apud Graecos, quam apud Romanos orantes (οἱ εὐχόμενοι) manus ad eum tendere locum, in quo deum esse credebant. Itaque si inferos orabant, ad terram manus verte-

---

1) Nihil probatur loco Pausaniae VI, 1: Ἀνάξανδρος μὲν ἅρματι ἀνηγορεύθη πρῶτος· τὸ δ' ἐπίγραμμά φησι τὸν ἐπ' αὐτῷ τοῦ πατρὸς τοῦ Ἀναξάνδρου πρότερον ἔτι στεφανωθῆναι τὸν πατέρα πεντάθλῳ. οὗτος μὲν δὴ ἔοικεν εὐχόμενος τῷ θεῷ.

bant, si marinos ad mare, ad caelum si superos. Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον iam legitur apud Homerum (Il. H. 177). Pseudo-Aristoteles, de mundo, c. 6, disertis verbis scribit: πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. Hinc Aeschylus (Sept. adv. Theb. 172) λιτάς vocat χειροτόνους [1]).

Praeterea vero alia orandi ratio exstitisse videtur. Apud eundem enim Aeschylum (Prometh vinct. 1005) preces dicuntur ὑπτιάσματα χερῶν, *manuum supinationes*. Hic manibus supinis precandi mos inprimis apud Romanos invaluisse videtur. Saepius enim eius mentionem factam esse videmus apud scriptores Romanos. Exempli gratia cito Vergilium (Aen. III, 176; IV, 205), Horatium (Od. III, 23. 1), Ovidium (Met. VIII, 681), Petronium (Sat. 17).

Oritur hoc loco quaestio, qualis corporis eorum habitus fuerit, qui manibus supinis orarent. Equidem haud procul a veritate abesse mihi videor, quum *manibus supinis* fere idem valere affirmo, quod nos hodie vocamus *brachiis apertis*. Testem affero Suetonium (Vitell. c. 7) scribentem: *Advenientem male animatus erga principem exercitus pronusque ad res novas libens ac supinis manibus excepit*. Orantes igitur transversa brachia exseruisse videntur, quasi excepturi id quod deprecabantur. Cui opinioni favent statuae matronarum Romanarum nobis superstites, quas precantium effigies esse satis constat (cf. Mus. Pio-Clementino II, Tab. 47) Bronzi d'Ercolano T. VI, Tab. 83; Visconti, Sculture del Palazzo della Villa Borghese II, Stanza VIII, Nr. 6; Weisser, Lebensbilder Tab. XII, 13). Harum omnium lacerti pectori reclines sunt, brachia a lateribus exserta, manus supinae, ita tamen ut humeris vix aut non emineant.

Haec sufficiant ad demonstrandum, puerum nostrum neque inter adorantes, neque inter orantes numerandum esse. At iure quodam a me postulari potest, ut quaestionem multo difficilio-

1) In Vergilii MS. Vaticano (Nr. 3225), seculi p. C. n. secundi, Anchises depictus est manibus ad caelum erectis precans. Cf. Rich, dict. des antiquités i. v. precatio.

rem solvere coner, quem tandem artifex ignotus signo nostro expresserit. Qua de re etsi pro certo affirmare nihil audeo, tamen quid mihi vero simile videatur paucis proferam.

Iam primo aspectu suspicio mihi oborta est, puerum illum pilae esse lusorem, quoque accuratius omnia considerabam eo plura argumenta se offerre videbantur, hanc suspicionem confirmantia.

Etenim inter gymnicas artes nullam elegantiorem fuisse constat, quam sphaeristicam. Qui pila ludebant, eos corporis gestus et motus ostendere solebant, quibus acri virium intentione membrorumque contortione remota gratia atque venustas staturae humanae quam maxime fiebant conspicua. Ἐφρόντιζον εὐρυθμίας οἱ σφαιρίζοντες, ut est apud Athenaeum (I. 15 *b*.). Hinc σφαιριστικός auctore Polluce (IX. 107) valet εὔρυθμον, εὐσχήμονα, εὔσκοπον, εὔτονον.

Pueros σφαιρίζοντας nudos lusisse locus docet apud Plutarchum (Alexander c. 73): ἀποδυσαμένου δὲ πρὸς ἄλειμμα καὶ σφαῖραν αὐτοῦ παίζοντος, οἱ νεανίσκοι οἱ σφαιρίζοντες, ὡς ἔδει πάλιν λαβεῖν τὰ ἱμάτια κτλ..

Inter viros adultae aetatis varia ludendi genera in usu fuisse constat, quae longa exercitatione addisci necesse erat. Horum complura enumerantur apud Krause, Gymnastik u. Agonistik d. Hellenen I, p. 304, Becker, Gallus, Exc. II, Scena 7. Pueros vero simpliciore ludo se delectasse satis credibile est. Hos fere eodem modo lusisse existimo, quo Phaeaces coram Ulixe, quorum alter pilam iactabat ποτὶ νέφεα σχιδεντα, alter receptabat ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθείς, ut est in Odyss. Θ. 374. Hoc ludendi genus Scholiastae et Lexicographi non discrepuisse affirmant ab eo, quod posteriore aetate οὐρανία dicebatur. Eustathius ad. Od. l.l. pag. 1601, 25. 30 annotat: οὐρανία μὲν ἡ εἰς οὐρανὸν τῆς σφαίρας ἀναβολή. Cf. Pollux IX, 106; Hesychius et Photius s. v.

Coniicio autem statuam nostram pueri σφαιρίζοντος effigiem esse, qui in eo est, ut pilam, a collusore alte per aerem iactam, manibus excipiat. Cui coniecturae favere videntur corporis habitus erectus et suspensus, vultus in caelum versus, brachia, quae non a latere sed proversa attolluntur, manus leviter supinae.

Quamquam statuarios et sculptores antiquos saepius argumenta ex sphaeristerio sumpsisse credibile est, tamen inter artis antiquae monumenta perpauci pilae lusores hodie agnoscuntur. Unde haud inepte coniicere licet, aliquot signa, inprimis agonistica, quibus alius gestus et habitus adhuc attributus sit, re vera pro σφαιριστῶν imaginibus habenda esse. Sic status illa nobilissima ex Villa Borghesiana, quam gladiatoris effigiem esse vulgo contendunt, Winckelmanno auctore (Gesch. der Kunst II, p. 817, ed. Vindob. 1778), σφαιριστὴν repraesentat. Eiusdem Villae Amoris signum pila ludentis describitur apud Bouillon, Musée des antiques, vol. III, p. 13 (cf. Anthol. Palat. V, 214: Σφαιριστὰν τὸν Ἔρωτα τρέφω). Quod signum tamen tam mutilum est et truncatum, ut qualem habitum olim habuerit incertissimum sit. Sunt, qui putent, Hadriani statuam, quae Dresdae in Augusteo servatur (Becker, Tab. 107), huius imperatoris σφαιρίζοντος imaginem reddere (cf. O. Mueller, Archaeol. III, p. 682). Interdum quoque pilae lusores cernuntur in gemmis (Mus. Borbon. VII, 47. 8) vel in nummis (Mercurialis, de arte gymn. II, 5. pp. 89, 93). Nullius autem harum imaginum habitus ei similis est, quo puer noster effictus est. Exstat vero pictura in Thermis Titi, in qua tres iuvenes cernuntur, qui sub custodia hominis maioris natu pila se exercent (Déscription des Thermes de Titus. pl. 17; cf. Panofka, Bilder antiken Lebens X, 1). Huius σφαιριστικοῦ habitus cum signo Berolinensi optime convenit. Quum tamen illius manus humeris non emineant, puer noster manus supra caput attollit. Quae discrepantia nescio an ita explicari possit, ut iuvenes in pictura illa parvis pilis, puerum nostrum magnis ludentem expressum esse suspicemur. Antyllus enim apud Oribasium, VI, 32. 8, haec scribit: Ταῦτα μὲν περὶ τῆς μικρᾶς σφαίρας· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης σφαίρας γυμνάσιον οὐ μόνον διαφέρει διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς τῶν προειρημένων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸ σχῆμα τῶν χειρῶν· ἐν μὲν γὰρ ἐκείνοις πᾶσιν ἀεὶ τῶν ὤμων ἐν ταπεινοτέρῳ σχήματί εἰσιν αἱ χεῖρες ἄκραι· ἐν δὲ τούτῳ τῆς κεφαλῆς ὑψηλότεραι.

Haec sunt, quae de signo Berolinensi formosissimo disputare in animo erat. Non supervacuum erit etiam atque etiam mo-

nere, rem adeo esse lubricam, ut quidquam de ea pro certo affirmare non ausim. Satis erit, si nonnulla protulero haud prorsus reiicienda et improbabilia.

Neque stabiliore fundamento nitimur, si quaerimus, qui artifex possit signi fictor haberi. Alii (inter quos Bursian l.l.), qui similitudinem quandam cum Diadumeno nobilissimo deprehendisse sibi videntur, aut ipsi Polyclito, aut Polycliti discipulo puerum attribuunt. Alii (Lübke, Gesch. der Plastik I, p. 192; Overbeck l.l. II, p. 88) aut a Lysippo aut ex Lysippi disciplina illum profectum esse arguunt. Profiteri non dubito, horum sententiam probabiliorem mihi videri, praesertim quum corpus respicio gracilitate, caput parvitate insigne. Tradit enim Plinius (N. H. XXXIV, 8. 65) de Lysippo: *statuariae arti plurimum traditur contulisse capillum exprimendo, capita minora faciendo quam antiqui, corpora graciliora siccioraque, per quae proceritas signorum maior videtur.*

Scr. Arenaci,
Kal. Sext. a. 78. J. J. CORNELISSEN.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XIV. 98, 3. ὁ δὲ βασιλεὺς — διανοούμενος τὴν Κύπρον εὐφυῶς διακειμένην (recte Dindorf. κειμένην) καὶ ναυτικὴν δύναμιν [δύνασθαι] μεγάλην ἔχειν. Expunge importunum δύνασθαι ex dittographia natum et cum Regis sententia aperte pugnans.

CICERO

ad Famil. XI. 23.

D. Brutus ad Ciceronem scribit: *Nos hic recte valemus et quo melius valeamus operam dabimus.* Leg. *et* UT QUOTIDIE *melius* (del. *valeamus*) *operam dabimus.* Vid. Epistolam sequentem.

C. G. C.

CICERONIANA.

ORATIONES AGRARIAE I, III ET PRO RABIRIO.

AGRARIA I § 14. *Non enim natura neque discidio neque odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu . . . Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit.* Errabam, quum nuper aliorum testimoniis male fretus putarem vocabulum *studium* (quod Lagomarsinus 9 praebet pro *discidio*) a Cicerone non usurpatum esse pro amica s. inimica voluntate nisi addito *partium*; meliora me docuit oratio pro Flacco §§ 21 et 26. Idcirco dubitari potuerat, utrum Lagomarsinus an reliqui codices genuinam lectionem prodidissent, nisi, ut antea monui, *odium* et *discidium* apud Ciceronem saepius copulata legerentur. Vulgaris autem lectio non explicanda est, ut voluit Zumptius, per ἓν διὰ δυοῖν: *naturale discidium* et *odium*, sed per epexegesin: *bellum non susceptum est natura* h. e. *insito discidio* et *odio* . . . sed *animorum disiunctione.* [1])

§ 34. *Colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis colonis ut complere liceat, permittitur.*

Perperam, opinor, Klotzius in novissima editione pro *colonis*, quod auctore Turnebo iam Orellius et Baiterus receperant, codicum lectionem *coloniis* restituit, cf. § 98 *ut omnia municipia coloniasque Italiae novis colonis occuparetis.* Ad vv. *permittitur ut liceat* confer p. Sull. 80. *conceditis profecto, ut liceat nobis libertatem retinere.*

1) In § 80 *tantummodo si quis ea potestate temere est usus, existimemus* amicus J. B. KAN, vir doctissimus, acute coniecit *expostulamus.*

§ 36. *Sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, quae post restitutam tribuniciam potestatem nemo attigit, quae maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt.*

Immerito simplex *partim* tuiti sunt Baiterus et Zumptius, provocantes ad Verr. II. 65 *statuae in locis publicis positae, partim etiam in aedibus sacris*, et de div. II. 9 *a nobilissimis civibus, partim etiam a se*, in quibus exemplis alterum membrum praecedit, quod in nostro deest. Alii, Klotzius et Ussingius, invitis codicibus nostro loco alterum membrum post *urbe* excidisse opinantur, sed iam olim vidimus in hac oratione plura superesse quam deesse. Equidem levissima mutatione pro *partim partium* legendum esse suspicor, quam vocem, si usquam, hic profecto suo loco positam esse monet Phil. XIII. 39: *partes, furiose, dicuntur in foro, in curia* sqq. et 47 *quodsi partium certamen est, quarum omnino nomen exstinctum est.* Nimirum *partes* et erant et dicebantur quo tempore patricii plebeiis, debitoribus creditores, impugnabant, ac tenuiores in extremo periculo ad sacella ista confugiebant. In re antiqua eleganter antiquo vocabulo usus est orator.

§ 37. *Sed illud magis est credendum et pertimescendum, quod audaciae decemvirali corrumpendarum tabularum publicarum fingendorumque senatus consultorum, quae facta numquam sunt, quum ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur.*

Verba *quae facta numquam sunt* expungenda videntur, non tantum quia prorsus sunt otiosa, sed etiam quia sententiarum connexum perturbant quasi in sequentibus ratio reddatur, cur numquam facta sint, nec cur nemine adversante fingi potuerint.

At sequentia quoque *quum ex eo ... mortui sint* mihi dubitationem moverunt, num genuina sint habenda: nam et parum latine sonat *ex eo numero, qui fuerunt* (legendumne *ex eorum numero?*), et genetivi *corrumpendarum* sqq. nimis longe remoti sunt a substantivo *potestas*, unde pendent. Sed res ipsa, quam continent, — nempe fidem senatus consultorum labefactari morte Consulum, qui ea in tabulas referenda curaverant — a vero non abhorret, ut docemur p. Sull. 40—43, e quibus haec

tantum citabo: *quum scirem ita esse iudicium relatum in tabulas publicas, ut illae tabulae privata tamen custodia more maiorum continerentur, non occultavi, non continui domi, sed statim describi ... dividi ... pervulgari ... edi imperavi.* Quocirca haud scio an illa verba oblitteranda non sint.

§ 45. *Atque illud circumspicite vestris mentibus unaque. Legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exterae nationes ferre vix possunt.* Ita libri. Miror editoribus tantum non omnibus Turnebi coniecturam *una, Quirites* (quid enim est *circumspicite ... una?*) tantopere placuisse, ut Lauredani *animisque* spreverint, quamquam *mente animoque* Ciceroni solitum esse constat. At post Lauredanum Kayserus, qui saepe acute vidit in hac oratione, locum amplius sanavit substituens *diligenter* pro *legatos*; nam ut Tullium sonat simplex illud *nostros homines* etc., ita *legati ... qui legationes obeunt* ab eleganti oratore omnino est alienum. Quocirca recipiant editores *atque illud circumspicite vestris mentibus animisque diligenter. Nostros homines* sqq. Cll. Cat. I. 27 *percipite quaeso diligenter quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate.*

Non minus exquisite locum spinosum § 13 *ineunt tandem magistratum tribuni plebis; concio tandem expectata P. Rulli*, ita emendavit Kayserus: *ineunt ... plebis, concitata iam pridem expectatione P. Rulli, quod et princeps erat agrarias legis et truculentius se gerebat quam ceteri*; nisi quod pro *iam pridem* litterarum ductus potius suadent simplex *dudum*.

§ 55. *Vectigalia locare nusquam licet nisi in hac urbe, hoc aut* (Cod. Erf. *autem*) *illo ex loco, hac vestrum frequentia.*

Sic omnes codices, quorum lectionem tuentur Klotzius et Zumptius qui addit: „*hunc locum* intelligo rostra ... *illum* fortasse aedem Castoris vel basilicam." [1]) Baiterus aliique

1) Lepide olim Gruterus: „digito aut capite ostendit alium locum, ubi itidem venderentur. Verum haec perpendant antiquarii, nam mihi otium non est penitus inquirere in morem illum veterem!" Prudenter respuit inquisitionem, quam sensit nimirum fore inutilem.

cum Naugerio eiecit *aut illo*, sed horum vv. originem non enucleavit. Kayserus proposuit *hoc illustrissimo* vel *amplissimo ex loco*, merito corruptelam odoratus, cuius tamen medelam non repperit. Quod autem vocabulum in istis reliquis *aut illo* lateat, nos docet, ni fallor, locus pro Rabirio 11: *qui in Campo martio auspicato in loco crucem ... defigi* iubeas. Rostra, curia, Campus, forum erant loca *auspicata* cf. Livius III. 20 *Augures iussos adesse ad lacum Regillum, locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset.* Prorsus autem consentaneum est, ut h. l. rostrorum vel fori sanctimonia prae locis profanis, in quibus Rullus vectigalia locare sibi proponeret, expresso verbo designetur, itaque legendum: *hoc auspicato ex loco*, scil. e rostris.

§ 68. *Antea, quum erat a tribuno plebis mentio legis agrariae facta, continuo qui agros publicos aut qui possessiones invidiosas tenebant, extimescebant.*

Hunc locum nuper immerito in eorum posui numero, quos Lagomarsinus (omittit *qui* et exhibet *pertimescebant*) corruptos tradidit. Etenim, quamquam de *diversis* possessoribus sermo est, tamen *qui* post disjunctivum *aut* abundare videtur et *pertimescere* usitatissimum fuit Ciceroni etiam sine obiecto cf. p. Flacco §§ 5, 25, 38, 44, 48, 58.

§ 95. *Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura nobis ad vitae consuetudinem suppeditantur, quibus alimur ac vivimus.*

Libri habent *a vita consuetudine*; vulgaris lectio videtur Turnebi, qui tamen ad veterem librum provocat; melius vero et simplicius Zumptius proposuit *ac vitae consuetudine*; sequitur enim hoc: *Carthaginienses fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur.* Iam vero portus, mercatura, lucri studium, ex quibus iis mores ingenerabantur, non suppeditantur ad vitae consuetudinem sed vitae consuetudine et ab ipsa natura. Mireris infelicem Turnebi lectionem ex altera in alteram manare editionem.

De *stirpe generis ac seminis*, quod non eleganter dictum videtur, conferunt vulgo Phil. IV. 13 *virtus quae propria est Romani generis et seminis*, at haec lectio est incerta et non improbabiliter Ernestus ex codice Graevii restituit *generis et nominis* collato Phil. III. 29. Ego vero ad nostrum locum confero Phil. II. 55 *ut igitur in seminibus est causa arborum et stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti* et Cat. I. 30 *stirps ac semen malorum omnium*, in quibus locis *semen* aut idem est quod *stirps* aut ipsius origo s. causa, atque legendum esse suspicor aut *a stirpis generisque semine*, aut levissima mutatione *a stirpe generis ac semine*. Cf. etiam Amic. c. 19 *propter ignorantiam stirpis ac generis*.

§ 98. *Haec tu cum istis tuis auctoribus excogitasti ut vetera vectigalia ea expleretis novo* (s. *nova*) *urbi ad certamen dignitatis opponeretis.*

Ita optimi codices omnes; deteriores quidam Lagomarsini et Oxonienses post *novo* spatium „plurium vocum" reliquerunt. Jam olim viri docti locum supplendis verbis tentarunt, quorum coniecturas refert Baiterus (ed. Or.) hasce: *vectigalia venderetis et expleretis nova. Urbi Capuam ad*, s. *ut urbi Capuam ad.* Hervagius, Manutius, Orellius.

Vectigalia venderetis ut expilaretis nova. Urbi Capuam ad. Lambinus.

Ut vetere vectigali ex republica erepto novam urbem Zumptius, ingeniose sed nimis audacter, ut fere solet. Denique Klotzius et Baiterus lacunae signum posuerunt post *vectigalia* et post *novo*.

At merito quidem antiquorum coniecturas iam nunc missas fecere editores, quippe quae omnes id spectarent, ut deminutionem vectigalium populi Romani et avaritiam Rulli reprehenderent, quum tamen de hac re in sequentibus orator expressis verbis locutus sit, *ut, quum omnem pecuniam* sqq. Agnoscunt vv. dd. nostro loco id tantummodo notari, quod lex agraria Capuam tanquam alteram Romam urbi opponat ad certamen dignitatis; hinc et sollers illa sed quaesita fluxit emendatio Zumptii (in quo tamen ereptum illud vectigal etiam abundat), dum dubii haeserunt alii ac, ne nihil facerent, lacunam statuerunt.

Equidem, ut nuper demonstrare conatus sum, hanc orationem semel iterumque emblematis esse perturbatam, ita hoc loco denuo annotationem cuiusdam magistelli e margine in contextum irrepsisse opinor, qua relegata emergit sententia concisa et acuta, qualem a Cicerone requirimus. Quid enim? Non meminerat olim lector quidam *vectigalia* in hac oratione dici non tantum reditus agrorum sed etiam ipsos agros (cf. 83 *idem p. R. de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur* et mox: *ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est*; et 50: *certissimum vestigal*); quum igitur orator in peroratione omnia quae copiose disputaverat, succincte comprehenderet (vide quae sequuntur) et pro urbe Capua agroque Campano e quibus uberrima et certissima vectigalia a vetustis temporibus nobis proveniunt (cf. § 76 sqq.) breviter dixisset *vetera vectigalia*, magistellus nihil sapiens annotavit haec explenda sibi videri et quaesivit forsitan, quod adiectivo *vetera* opponeret (*nova*). De re, vide sis quae disseruit §§ 76—98 et praesertim haec verba § 89 *hi eandem Capuam sedem novae reipublicae constituunt, molem contra veterem rempublicam comparant.*

Oratio agraria III. 13. *Nam socer huius vir multum bonus est: neque ego nunc de illius bonitate, sed de generi impudentia disputo. Ille enim* (socer Rulli) *quod habet retinere vult neque se Sullanum esse dissimulat: hic* (Rullus) *ut ipse habeat quod non habet, quae dubia sunt per vos sancire vult, et, quum plus appetat quam ipse Sulla, qui his rebus resisto, Sullanas res defendere criminor.*

Cicero insimulat, Rullum suam legem ideo quoque rogasse ut possessores agri Sullani invidiosi ac dubii, in quibus socer Rulli, metu liberarentur, et idcirco eum cum plus appetere quam ipse Sulla appetisset, tum etiam id spectare, ut hereditas soceri amplior et certior fieret. Rullus hoc argumento nimirum ita erat usus ut responderet Ciceronem immerito socero, bono viro, maledixisse et Sullanas rationes defendisse. Ad haec orator, quae supra leguntur. Apparet sermonem esse de agris soceri, non Rulli; hinc pro *ipse* legendum est *ille; ut ille habeat quod non habet* significat ut socer jure possideat quod nunc in-

certum tenet, cf. § 8 *Quod habent ut habeant*, ibique Zumptius. Sequitur: „has dubias possessiones per vos, judices, „sancire vult; et dum ipse plus concedit quam Sulla dederat, „arguit me Sullam defendere." In his cum Zumptio aliisque non ferendum esse arbitror *criminor* passive positum, quod nonnulli defendunt locis Plauti Enniique freti; nec vero illius coniectura facile probabitur: *et eum*, cum .... *resisto*, *S. res defendere criminor*; in hac codicum nostrorum conditione non profecto grave erit cum Lambino mutare *me criminatur*, nisi quod pronomen aptius inseritur ante *qui* — *resisto*. Denique haud scio an et hoc loco et § 7 in fine pro *Sullanas res* rectius scribatur *S. rationes*; cf. § 10 *insimulare quemquam audeat rationes Sullanas nimium vehementer defendere*. — Res Sullanae nimium amplectuntur; rationibus indicatur norma et conditiones quibus Sulla agros assignaverit, dederit, concesserit, cf. § 7.

PRO RABIRIO PERDUELLIONIS REO.

In hac quoque oratione iam olim doctorum quorundam annotiunculae e margine in textum se insinuasse videntur.

§ 2. *Sed ut illud summum auxilium maiestatis .... de republica tolleretur, ut nihil posthac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem civitatis valeret, idcirco in his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas sotitudoque temptata est.* Rectissime iam Ernestus verba subducta emblema esse suspicatus est, nihilominus editores religioni duxerunt ea expellere permoti opinione Orellii, qui haec permultum ad accusatoris invidiam augendam conferre contendit; „ait enim orator, idcirco, cum id aga„tur ut hae res evertantur:" quasi vero in praecedentibus non idem dixerit, idque verbis multo gravioribus et acutioribus; bis repetita non placent, si repetitio est eiusmodi ut prioris enunciationis acumen posterioris languore obtunditur. Similes ambages habuimus in Agr. II. 29 *itaque* (*ab his initiis fundamentisque*) *nascuntur*.

§ 11. *Tune, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem*,

qui vincla adhiberi putas oportere, qui in Campo Martio, comitiis centuriatis, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi et constitui jubes.

Denuo deprendimus additamentum non solum supervacuum et otiosum, sed quod etiam male dividit, quae minime seiungenda sunt, nam *campus martius* est, qui *locus auspicatus* dicitur, non ipsa comitia. Cf. § 28 *crucem T. Labienus in campo martio defigendum putavit.*

§ 30. *Quum Saturninus Capitolium teneret armatus ... in foro autem C. Marius et L. Valerius Flaccus consules, post cunctus Senatus, atque ille Senatus, quem etiam vos ipsi ... laudatis (?) ... quum equester ordo at quorum equitum Romanorum, di immortales! patrum nostrorum atque eius aetatis, quae tum magnam partem reipublicae atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat; quum omnes omnium ordinum homines, qui ... arbitrabantur, arma cepissent*, e. q. s.

Locus inde a Lambino doctorum acumen exercuit. Ille, sentiens quam inconcinne dicatur *aetas quae ... tenebat*, proposuit *qui tenebant;* Orellius *qui tenebat,* Baiterus, quaerens unde suspensi sint genetivi *patrum — aetatis*, ad finem sententiae addendum censuit *illustrissimorum* sc. equitum, vel *illustrissimus* sc. ordo equester. At non magnopere miror harum coniecturarum nullam editoribus ita placuisse, ut eam pro vulgata lectione substituerint; dummodo ne hi nobis persuadere velint illam ferendam esse et admittere sanam interpretationem: etenim praeter ea quae iam indicavimus, quid est hoc: *aetas quae tum ... tenebat*, quasi dicas *aetas, quae ea aetate tenebat?* Ut rem brevi conficiam, locus mihi interpolatus esse videtur, at non delendum credo cum Ernesto ornamentum *Romanorum*, quo epitheto etiam usus est § 27, sed potius haecce: *patrum nostrorum atque eius aetatis*; at vel sic res nondum expedita est, nam reliqua ita fuisse vehementer suspicor: *atque eorum equitum Romanorum, di immortales!* [1])

1) Etiam *deos immortales* a loco alienos esse vix dubito; equitum illorum commemoratio non eius erat momenti, neque equitum aequalium partes in causa Rabirii tanti ponderis, ut prae consulibus, senatu, omnibus bonis illi exclamandi locum dedisse videantur.

qui ... tenebant. Hac ratione non modo rite omnia procedunt, sed prodit sententiarum ordo satis concinne et eleganter structus: *Senatus, atque ille senatus, qui ... ordo equester atque eorum equitum R., qui ... omnes omnium ordinum homines, qui.*

Alterum errorem peperit alter; nam qui legebant *at quorum*, hanc s. rogationem s. exclamationem supplendam esse censuerunt.

Codices in eo tantum variant quod Oxx. quatuor habent *nostrum*, et Monacensis *atque eius*, superscripto *aut eius.*

Pergo ad alios quosdam locos, qui medicantis manum flagitare mihi videntur.

§ 7. *Nisi forte de locis religiosis ac de lucis* (unus Oxoniensis *ac delubris*), *quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas: quo in crimine nihil est umquam abs te dictum, nisi a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio. In quo ego deniror, meminisse te, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse, quid aequi et iurati iudices iudicarint.*

Leguntur in his quae non omnino congruant et acutum oratorem dedeceant, ni fallor.

Ab altera enim parte accusator Labienus *dixit* locos illos violatos esse a Rabirio; ab altera vero *nihil aliud* dixit, *nisi* id obiectum esse Rabirio ab Macrone, quod nimirum significat, ipsum Labienum id accusare noluisse, sed relata retulisse. Sunt, qui eiusmodi contraversias harmonistica, quam theologi dicunt, interpretandi ratione in concordiam redigant, quorum tamen ego, praesertim in Cicerone, exemplum imitandum non reor. Itaque ea pugnant. Tum vero id rogatum volo, num probabile sit, accusatorem, qui, ut verissime ait orator § 2, senem infirmum solitarium ob iuvenile facinus vehementissime adoriri non veritus sit, qui nullas non criminationes in reum conquisiverit (§ 7 sq.), num probabile sit talem accusatorem ausum non esse illud sacrilegii crimen sua auctoritate in adversarium conferre, sed alius nomine id obiecisse? Non credo. Porro, qui dicit *nihil umquam abs te dictum est*, non loquitur de re, quae semel in oratione non nimis diuturna, sed quae per sat longum temporis spatium saepius commemorari potuerit. His de causis non dubito quin codices quidam Lagomm.

et Oxonn., qui *obiectum esset* exhibent, genuinae lectionis vestigium servaverint [1]), et scribendum sit: *quo in crimine nihil umquam abs te dictum esset, nisi a C. Macrone obiectum esset id C. Rabirio: in quo ego* sqq, sublata etiam maiore interpunctione post *Rabirio*, quoniam haec ita cohaerent: tua accusatio omnis nititur Macronis illo indicio, atqui perfide egisti, qui ex eo indicio commemorasti tantummodo, quid adversarius obiecerit, non quid iudices iudicaverint, i e. nimirum, reum liberatum esse crimine.

Denique dubitari potest an alterum *crimen* delendum sit; legitur in Verr. 5, 45 *ut istam rem in magnis criminibus obiciendam putaret.* Cluent. 62 *doce, quid ... non modo in criminis sed in maledicti loco sit obiectum*, sed *crimen alicui obicere* nescio an nusquam inveniatur.

§ 13. *Namque haec tua, quae te hominem clementem popularemque delectant:* I LICTOR COLLIGA MANUS, *quae non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numae Pompilii: Tarquinii, superbissimi atque crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina: quae tu, homo lenis ac popularis, libentissime commemoras:* CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO. *Quae verba, quirites, iam pridem in hac republica non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt.*

In his plura sunt, quae viros doctos offenderunt. Equidem miror Klotzium in novissima editione (ai 1873) non cum edit. luntina expulisse pronomen *quae*, ut merito fecit Baiterus, tum enim satis bene haec procedunt, dummodo sic interpungas: *Namque haec tua ... non modo huius ... non sunt, sed ne Romuli quidem aut N. Pompilii. Tarquinii ... ista sunt c. carmina, quae tu ... commemoras* sqq. Unum tamen mihi vel sic quoque displicet, scil. verba *quae te hominem clementem popularemque delectant*, quae verba quodammodo repetita sunt ex ultimis *quae tu ... commemoras*, et ab glossatore credo esse addita ut *haec tua* explicaret.

---

1) Torrentii auctoritatem non magni facio, quum dicit codicem (P) suum habere *esset ... esset;* ipsum verum vidisse suspicor.

§ 24, 25. *Etiam Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus est ... Nam Sex. Titio damnato qui istam imaginem habere auderet inventus est nemo. Quod tu si audisses, aut si per aetatem scire potuisses, numquam profecto istam imaginem, quae domi posita pestem atque exilium Sex. Titio attulisset, in rostra atque in concionem attulisses.*

Pro *Sext. Titio attulisset*, quod refragatur sententiae, et tamen ab editoribus asservatur, Baiterus proposuit *attulit*; fecit hoc invitis libris mss. omnibus, quorum consensus nos monet vitium latere in nomine proprio *Sext. Titio*, pro quo legendum reor *tibi:* praeterea recipiendum vetus sive coniectura sive lectio *exitium*, sic: *imaginem, quae domi posita pestem atque exitium tibi attulisset;* hac ratione tollitur quoque eiusdem narrationis, Titii scil. damnationis, inanis repetitio. Vitium autem inde ortum, quod pro *tibi* scripserunt Titi, mox alius Titio et Sext. Titio; in nulla re magis quam in nominibus propriis peccatum est a librariis.

§ 26. *An non intelligis, primum, quos homines et quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde, quot ex his qui vivunt, eodem crimine in summum periculum capitis arcessas?*

Quae et *qualia* a Cicerone juxta sunt posita, ubi et diversa genera et cuiusque generis qualitas designanda erant, uti de Invent. 2, 59 *contraria quoque et quae et qualia sint, intelligimus.* Quum vero illud discrimen in hunc locum non cadat, utraque vox vereor ne hic idem significet. Itaque cum hanc ob causam, tum ob proxima, *quot ex his qui vivunt*, denique, quia in sequentibus viros illos mortuos ita citat, ut non tantum virtuti atque praestantiae sed etiam ingenti eorum numero aliquid tribuisse videatur, equidem scribendum reor *Quot homines, et quales viros, mortuos.*

Simili vitio Lauredanus iam et Lambinus, plaudente Zumptio, liberarunt Or. Agr. I. 16 *Deducentur, inquit, coloniae. Quot? Quorum hominum? in quae loca?* et II. 74 *Tu non definis quot colonias, in quae loca, quo numero colonorum deduci velis?* Ubi Baiterus et Klotzius codicibus obsequentes sed invitis verbis *in quae loca*, quae idem significant, re-

tinuerunt *quo?* Cf. tamen II. 98 *ut quibuscumque in locis vobis videretur ac quam multis videretur colonias collocaretis.*

§ 27. *L. Flaccum, hominem ... diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen?*

Nomen adiungere ad labem ign.que non nimis audax videtur constructio si comparas Rosc. Am. 86 *suspicionem potius ad praedam quam ad egestatem adiungere*, h. e. potius suspectum habere eum, qui praedam possideat, quam qui egeat. At vero *labes et ignominia mortis* dici potest, si quid video, de iis quorum morti macula et dedecus est impositum, (cf. de imp. Cn. P 33 *quid illam labem atque ignominiam reipublicae querar*), non vero de iis, quibus, quum honestissimi obierint, post mortem demum macula aspergitur. Scribendumne *memoriae* an *mortuorum?*

(*Continuabitur.*) H. T. KARSTEN.

DIODORUS SICULUS.

Lib. XI. 12. 5. μόνος δὲ Θεμιστοκλῆς τὴν ἐναντίαν ἀπεκρίνατο γνώμην. Emenda ἀπεΦήνατο. sententiam *dixit*, non *respondit.*

Lib XI. 35. 3. τὸ μέγεθος τοῦ διαστήματος ἤλεγχεν ἀδυνατοῦσαν τὴν προσαγγελίαν. imo vero ἀδύνατΟΝ οὖσαν.

Lib. XI. 39. 2. ὁρῶντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποιημένους δόξαν μεγάλην. Adde praepositionem ΠΕΡΙπεποιημένους.

C. G. C.

VARIA.

Σιβυλλιᾶν — σιλλυβιᾶν — SYLLABUS vocabulum vitio natum.

Diodorus Siculus IV. 66. 7. de Tiresiae filia Daphne scribit: *ἐνθεαζούσης δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης φασὶν ἐπικληθῆναι* ΣΙΒΤΛΛΑΝ· *τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶτταν ὑπάρχειν* ΣΙΒΤΛΛΑΙΝΕΙΝ. Non est Graecum *σιβυλλαίνειν* sed *σιβυλλιᾶν*, quod reponendum. Contra apud Hesychium v. *Σιβυλλιᾶν τὸ τοὺς κροσσοὺς ἀποσείεσθαι* rectissime emendavit Bentleius (*ad Mill.* pag. 35) Σιλλυβιᾶν, namque *σίλλυβα* sunt *κροσσοί* sive *θύσανοι*. Σιλλυβιᾶν est phreniticorum, ut *καρφολογεῖν* sive *κροκυδίζειν* et *κροκυδολογεῖν*.

Perinde vitiosum est et ex errore natum vocabulum SYLLABUS nostra aetate decantatum. Σύλλαβος enim non est Graecum, sed quum apud Ciceronem *ad Atticum* IV. 5. in unico Codice legeretur: *velim — glutinatoribus imperes ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci* SILLABOS *appellatis*, homines docti opinati sunt *indicem* Graece *syllabum* appellari, et ut solebant rariora et abstrusiora venari non scribebant *Index Codicum*, sed *Syllabus Codicum*, et similia.

Nunc postquam dudum reperta est vera scriptura, „*quos vos Graeci* CIΛΛTBOTC *appellatis*," tempus est omnes hos vitiose dictos *Syllabos* abiicere.

DIODORUS SICULUS.

Lib. I. 83. 6. *ὃς δ' ἂν τούτων τι τῶν ζῴων* ΈΚΩΝ *διαφθείρῃ θανάτῳ περιπίπτει, πλὴν ἐὰν αἴλουρον ἢ τὴν Ἶβιν* (leg. *τις ἢ*

ἴβιν) ἀποκτείνῃ· ταῦτα δὲ ἐάν τε ἐκὼν ἐάν τε ἄκων ἀποκτείνῃ πάντως θανάτῳ περιπίπτει. Manifesta lacuna in hunc fere modum supplenda: ὃς δ' ἂν τούτων τι τῶν ζῴων (ΫΑΚΩΝ ἀποκτείνῃ τεταγμένην τινὰ ζημίαν ἀποτίνει, ἐὰν δὲ) ΈΚΩΝ διαφθείρῃ, cf. Herodotum II. 65. 5. quem Diodorus describit.

Lib. II. 4. in fabulis de Semiramide, *columbae*, inquit, *lac rapiebant ἐκ τῶν σύνεγγυς ἐπαύλεων ὁπότε τηρήσειαν τούς τε βουκόλους καὶ τοὺς ἄλλους νομεῖς* ΛΙπόντας. Imo vero Ἀπόντας.

Lib. II. 29. queritur de philosophorum inter se dissensione: *τὰς ἐπιφανεστάτας αἱρέσεις τῶν φιλοσόφων*, inquit, *εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι πλεῖστον ὅσον εὑρήσει διαφερούσας ἀλλήλων καὶ περὶ τῶν μεγίστων* [δοξῶν] *ἐναντία δοξαζούσας*. Expunge δοξῶν et sanam sententiam habebis.

Lib. II. 29. philosophos barbaros Graecis anteponit: *οἱ μὲν βάρβαροι διαμένοντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ βεβαίως ἕκαστα λαμβάνουσιν, οἱ δὲ Ἕλληνες — καινὰς αἱρέσεις κτίζουσιν*. Suppiendum *καινὰς* ΆΕΙ *αἱρέσεις κτίζουσιν*.

Non uno indicio ex hoc loco colligimus Diodorum ipsum philosophum non fuisse.

Lib. II. 50. 3. describens struthocamelum *τὸ μέγεθος*, inquit, *ἔχουσι νεοσσιᾷ καμήλῳ παραπλήσιον, τὰς δὲ κεφαλὰς πεΦΤκυίας θριξὶ λεπταῖς*. Sensu vacuum est *πεφυκυίας*. Corrige *πεΦΡΙκυίας horrentes*.

Lib. XIII. 25. 2. *Nicias ἠξίου μὴ καταρρῖψαι τῆς πατρίδος τὴν περιβόητον δόξαν*. Nihil est *τὴν δόξαν καταρρίπτειν*. Leg. *κατΕΡΕΙψαι*.

Similiter emendandum cap. 22. 5. *μὴ κατερείψωμεν τὸν ὑπὲρ τῶν προγόνων ἔπαινον*, pro *καταρρίψωμεν*.

Lib. XIII. 65. 4. *οἱ δὲ κατελθόντες τῶν Χίων τῶν ἀντιπολιτευομένων αὐτοῖς καὶ τῆς ἐκπτώσεως εἰς ἑξακοσίους — ἐφυγάδευσαν*. Supple: *καὶ τῆς ἐκπτώσεως* ΑΙΤΙΩΝ.

Lib. XIII. 106. 9. ὄντος δὲ τοῦ χρήματος ἐν σακίοις καὶ τούτων ἔχοντος ἑκάστου σκυτάλην [ἔχουσαν τὴν ἐπιγραφὴν] τὸ πλῆθος τοῦ χρήματος δηλοῦσαν. Exime ineptum additamentum.

Lib. XIV. 79. 4. ἐδωρήσατο σκευΗΝ τοῖς Σπαρτιάταις ἑκατὸν τριήρεσιν. *Histrionum* est ἡ σκευή, sed *navium ornamenta* τὰ σκεύη appellantur. Itaque scrib. σκεύΗ.

Lib. XV. 16. 3. οἱ δὲ διὰ τὴν ἥττΑΝ πεπτωκότες ταῖς ἐλπίσιν. Emenda ΄ΑΝΑπεπτωκότες, quod in tali re est usitatum et frequens. Vides cur praepositio perierit.

Lib. XVI. 8. 2. προσαγαγὼν δὲ τοῖς τείχεσι μηχανὰς καὶ πολιορκίας ἐνεργοὺς καὶ συνεχεῖς ποιησάμενος *urbem cepit*. Pro absurdo πολιορκίας unice verum est προσβολάς. Saepissime legitur ποιεῖσθαι προσβολάς, ut XVI. 53. 2. προσβολὰς δὲ συνεχεῖς ποιούμενος πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν. Supererat in vetusto libro Π******ΑCϵΝϵΡΓΟΤC.

Lib. XVI. 31. 2. τοὺς ἐναντίους ἐποίησαν μεΤΑθέσθαι τῆς ὑπερηφάνου καὶ δεινῆς τιμωρίας. Facile intelligitur μεθέσθαι restitui oportere.

Lib. XVIII. 21. 1. τῶν ἀμισθώτων γενομένων πολλοὶ διεπλανῶντο ζητοῦντες τοὺς μισθοδοτήσοντας. Mendosum est ἀμισθότων. Legendum τῶν ΄ΑΠΟμίσθων γενομένων, *eorum qui sub Alexandro stipendia fecerant sed ab eo dimissi non habebant unde viverent*.

Lib. XXIX. 11. ἡ σύγκλητος — ἔφησε δέκα πρεσβευτὰς ἀποστέλλειν εἰς τὴν ΄Ασίαν τοὺς μετὰ τῶν στρατηγῶν ἅπανΤΑ ϝϵξοντας. Legendum: ἀποστελεῖν et ἅπαντα ΤΑξοντας.

DIO CASSIUS.

Dio Cass. 37. 54. νομίσας ἱκανὴν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ βασιλείαν πρὸς τὴν ὑπατείαν εἰληφέναι. Sic Codd. Emendant ἐπίβασιν, Bekker. ἐπιβασίαν, quod non puto esse Graecum. Legendum ἱκανὴν ἐπιβάΘΡΑΝ, quod est eo sensu perfrequens.

Dio Cass. 38. 16. 4. Γαβίνιος — *ἕνα τινὰ αὐτῶν καὶ τῆς πολιτείας ἐξήλασεν.* Scriptum erat *τῆς πᾶ* id est *τῆς πόλεως.* Cicero *pro Sestio* 12. 29. de eadem re dicit: *L. Lamiam — relegavit edixitque ut ab Urbe abesset millia passuum ducenta.*

Dio Cass. 39. 25. *ὁ Καῖσαρ αὐξανόμενος* — *ὥςε* ΚΑΙ *ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας ὡς* [*καὶ*] *ἐπὶ δεδουλωμένοις παντελῶς τοῖς Γαλάταις ἀποςεῖλαι — δεινῶς αὐτὸν* (*Pompeium*) *ἠνία.* Scribendum *ὥςε καὶ* ΔΕΚΑ *ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας κτἑ.* De more *decem legati* ad Caesarem missi sunt, de quorum sententia Galliam subactam ordinaret.

Scriptum erat ΚΑΙῙ.

Dio Cass. 39. 32. *Pompeius et Crassus τοὺς ἄλλους τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρουμένους προστρόπους σφίσιν ἀπέδειξαν.* Vocabulum tragicum *πρόστροπος* Sophocli est relinquendum. Dio scripserat *πρὸς τρόπου.* Poni solet *πρὸς τρόπου* pro *apte et accommodate ad rem.* Plato *de Legibus* pag. 857 *e. καὶ τοῦτ' ἂν πρὸς τρόπου λέγειν φαίνοιτο.* ubi plura dedit Stallbaum. Iterum Dio 42. 34. 5. *πρὸς τρόπου ἐνόμισε τῷ Καίσαρι ἐντεύξεσθαι.*

Dio Cass. 40. 13. *τῶν συςρατευσάντων σφίσιν Ἑλλήνων ἄποικοι πολλοὶ βίᾳ* ΑΧΘόμενοι — *ἐς τοὺς Ῥωμαίους μεθίςαντο.* Nihil est *βίᾳ ἄχθομαι*, sed restituendum *βίᾳ* ΑΡΧόμενοι. Dicuntur *βίᾳ ἄρχεσθαι* qui *vi coacti imperio parent.*

Dio Cassius 41. 14. *πῦρ ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὰς διῆξεν.* Imo vero *διῆξεν*, sed passim Bekker. in verbo *ἄττειν* et compositis vocalem omisit. In Codd. non omissum interdum vitia peperit ut 39. 29. *πρὸς τὸ συνέδριον* ΥΑΡξας pro ΥΑΙξας (*ἄξας*), et 47, 40, *λαμπάδες* (*in coelo*) *ἧπτον* pro ΗΙΤΤΟΗ (*ἧττον*). et 43. 35. *αἱ δᾷδες αἱ πρὸς τὰς δυσμὰς ἐκ τῶν ἀνατολῶν* ΥΑΠΤουσαι pro ΑΙΤΤουσαι (*ἄττουσαι*), et aliis locis.

Dio Cass. 41. 28. 1. *τῶν δ' ἁμαρτημάτων σμικρὸν* ΟΤΔΕ *ἐπιτιμώμενοι.* Emenda *σμικρὸν* ΥΗ *οὐδΕΝ ἐπιτιμώμενοι.*

Dio Cass. 41. 62. 4. *ἐννοῶν ὅτι αὐτὸς μὲν ἢ οὐδένα ἢ τινὰ*

αὐτῶν ἠπίσατο. Corrigendum ἤ τινὰ ἢ οὐδένα αὐτῶν. Herodotea locutio est ἤ τις ἢ οὐδείς, quam libenter sequiores imitantur. Herodotus III. 140. ἀναβέβηκε δὲ ἤ τις ἢ οὐδεὶς κω πρρ' ἡμέας αὐτῶν. ubi Valckenarius apponit Xenophontem in *Cyrop.* VII. 5. 45. τούτων δὲ ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα, et alia. Recoquunt sequiores, ut Aelianus H. A. VI. 58. Ἴσασιν Αἰγυπτίων ἤ τις ἢ οὐδείς. III. 42. τὰ μὲν πτερὰ (*pavonis*) κόσμος ἐστί, τὸ δὲ σῶμα ἤν τι οὐδέν. Iacobs emendavit ἤ τι ἢ οὐδέν. Dio Cass. 47. 5. ἤ τις ἢ οὐδεὶς εἰς ἔχθραν—ἐληλύθει. et 48. 4. ἐκείνῳ μὲν ἤ τις ἢ οὐδεὶς στέφανος ἐδόθη.

Dio Cass. 42. 5. 7. *de Sexto et Cnaeo Pompeiis*, τούτοις γὰρ δὴ τοῖς ὀνόμασι διακεκρίδαται. Inficete admodum sequiores recoquunt vetustas has formas Ionicas. Videbis apud Dionem 37. 16. ὠνομάδαται, 38. 25. συνειλέχαται, 39. 5. κατεγράφατο. 39. 13. ἐστάλατο, 42. 45. προσετετάχατο et similia alibi. Quod de suo finxit διακεκρίδαται vitiosum est admodum, nam Veteres κέκρινται, διακέκριναι, κατακέκριναι dicebant.

Recte habet κεχωρίδαται et ἐσολίδαται, etiam ὠνομάδαται (quamquam a Dione fictum est) sed διακεκρίδαται absurdum est, et διακεκρίαται (ut ἐφθίαται) inauditum.

Dio Cass. 42. 49. 3. ταῦτα δὲ οὐχ ὑπὸ κακίας ἐποίει ἀλλ' ὅτι καὶ ἐδαπάνα παμπληθῆ καὶ ΑΝΑΛΩCΙΝ πολὺ πλείω ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τἀπινίκια — [ποιήσειν] ἔμελλεν. Non est Graecum ἀνάλωσιν ποιεῖν pro ἀναλίσκειν. Itaque emenda ἀναλώσϵΙΝ et ποιήσειν expunge.

Dio Cass. 45. 30. 5. τάχα γ' ἂν οὗτος τὸν Ὁράτιον τὸν παλαιὸν ἐμιμήσατο. Usitatum est in huiusmodi εἰρωνείᾳ dicere: ταχύ γ' ἂν οὗτος, non τάχα. Aristophanes *Nub.* vs. 647.

ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν.

ubi vide Porsonum et Dobraeum.

C. G. COBET.



FEB 7 1938